*pupillorum. §. ſi Prætor de rebus eorum, vt de licentia à vaſſallo impetrata de contrahendo feudo, tradunt Doctores, quos nouiſsime refert Roſental. de feud. & præterea cum data fuerit licentia cedendi creditori non extenditur; vt poſsit cedi non creditori.*

61 ¶ Tonduto *in ſuis quæſtionibus reſol. benef. cap. 154. num. 1.* refiriendo las controverſias relatas de Cyriaco Nigro, y otras deciſiones de la Rota, inquit: *Suppoſito etiam generali illo axiomate, quod licentia, & commiſsio alicui data aliquid faciendi eſt ſtricti iuris, & ſtrictam recipit interpretationem: neque extendi debet de perſona ad perſonam: neque etiam extenditur ad incognita, & non conſiderata; nec ſortitur effectum contra perſonas in ea nominatas, vel comprehenſas, &c.*

62 ¶ Pero dado caſo que la dicha licencia ſe pudieſſe extender para la validacion de la renunciacion del Convento, ſin embargo, por no auerſe obſervado, y guardado la forma, y calidades, y condiciones contenidas en la licencia, *nullas vires accipit renuntiatio.*

63 ¶ Lo primero, porque ſe deuiò inſertar a la letra en dicha renunciacion en la conformidad que ſe obſervò en la eſcritura de conſtitucion de dote, celebrada el miſmo dia de la renunciacion, y el no auer lo hecho ſolo tiene diſculpa el que conoce que no era para el caſo, y la malicia, y fraude con que ſe efectuò la renunciacion.

64 ¶ *Dict. l. 63. tit. 18. part. 3.* que da la forma como ſe ha de otorgar la eſcritura de vẽta de las coſas Ecleſiaſticas, vna de las calidades preciſſas es, que ſe ponga la licẽcia del Superior, ſellada con ſu ſello, ibi *Aſsi como parece por la carta del otorgamiento, que es ſellada con ſu ſello, &c.*

65 ¶ Barboſa *in collect. ad cap. 16. Seſ. 25. num. 25. in fin.* refiere Aceuedo, y vna deciſion de la Rota, para que preciſamente ſe aya de poner en el acto de la renunciacion la licencia, y concluye: *Omiſſa hac licentia, & profeſsione ſecuta*



*cuta nullam eſſe renuntiationem.*

66 ¶ Lo otro, porque [illegible] auiendoſe dado la licencia con co[illegible] que pagando la dicha doña Bea[illegible] ntado ciento y cincuenta ducad[illegible] itimas paterna, y materna, y n[illegible] y con clauſa irritante que la Ab[illegible] a la ſuſodicha, ſin auer pagado de contado dicha cantidad, ò como ſe reconoce de dicha clauſula referida en el num. 5. ſe deuiò guardar eſta forma, y condicion, ad vnguem, para que ſubſiſtieſſe el acto, y no contravenir en todo, como ſe contravino, pues no ſe recibiò de contado el dinero, ſino a plaços, y eſtos aun no pagados, y la renunciacion que ſe hizo no ſolo fue de legitimas paternas, y maternas, ſino tambien las tranſverſales, como ſe euidencia por la miſma eſcritura.

67 ¶ Que no guardada la forma de la licencia, corruat el acto Iuan Baptiſta Ciarlino *controu. Foren. cap. 183. num. 78.* ibi: *Quod ex multis alijs cauſis tan vidimus alienationem fuiſſe in totum nullam, etenim cum non ſit ſervata forma licentiæ, actus in totum corruit,* citando â Natt. Oſaſc. y Tuſch.

68 ¶ Y para la condicion no obſervada, Cyriaco Nigro, con otras autoridades, *controuerſ. 247. num. 5.* ibi: *Quæ conditio cum non fuerit adimpleta ante apprehenſam poſſeſsionem licentia ſub ea conceſſa habetur pro non data,* que la palabra, *auiendo pagado luego, y de contado,* contenida en la licencia, importe condicion, por ſer ablatiuo abſoluto, expreſſa, y no tacita, es conſtante entre los Doctores que juntò algunos, idem Cyriaco *controu. 422. num. 1.*

69 ¶ Y que auiendoſe dado la licencia limitada para la renunciacion, ſolo de las legitimas paterna, y materna, no ſe pudo extender a la de las tranſverſales (eſto aun en caſo que en la licencia no ſe huuierã exceptuado las tranſverſales, como ſe exceptuaron) Hector Capycio Latro *conſult. 19. num. 21.* ibi: *In licentia conceſſa*

G. 70 R-5452 2919

*pupillorum. §. ſi Prætor de rebus eorum, vt de licentia à vaſſallo impetrata de contrahendo feudo, tradunt Doctores, quos nouiſsime refert Roſental. de feud. & prætereà cum data fuerit licentia cedendi creditori non extenditur; vt poſsit cedi non creditori.*

61 ¶ Tonduto *in ſuis quæſtionibus reſol. benef. cap. 154. num. 1.* refiriendo las controverſias relatas de Cyriaco Nigro, y otras deciſiones de la Rota, inquit: *Suppoſito etiam generali illo axiomate, quod licentia, & commiſsio alicui data aliquid faciendi eſt ſtricti iuris, & ſtrictam recipit interpretationem: neque extendi debet de perſona ad perſonam: neque etiam extenditur ad incognita, & non conſiderata; nec ſortitur effectum contra perſonas in ea nominatas, vel comprehenſas, &c.*

62 ¶ Pero dado caſo que la dicha licencia ſe pudieſſe extender para la validacion de la renunciacion del Convento, ſin embargo, por no averſe obſervado, y guardado la forma, y calidades, y condiciones contenidas en la licencia, *nullas vires accipit renuntiatio.*

63 ¶ Lo primero, porque ſe deuiò inſertar à la letra en dicha renunciacion en la conformidad que ſe obſervò en la eſcritura de conſtitucion de dote, celebrada el miſmo dia de la renunciacion, y el no auerlo hecho ſolo tiene diſculpa en reconocer que no era para el caſo, y la malicia, y fraude con que ſe efectuò la renunciacion.

64 ¶ *Dict. l. 63. tit. 18. part. 3.* que dà la forma como ſe ha de otorgar la eſcritura de vẽta de las coſas Eclefiaſticas, vna de las calidades preciſas es, que ſe ponga la licẽcia del Superior, ſellada con ſu ſello, ibi *Aſsi como parece por la carta del otorgamiento, que es ſellada con ſu ſello, &c.*

65 ¶ Barboſa *in collect. ad cap. 16. Seſ. 25. num. 25. in fin.* refiere Acevedo, y vna deciſion de la Rota, para que preciſamente ſe aya de poner en el acto de la renunciacion la licencia, y concluye: *Omiſſa hac licentia, & profeſsione ſecuta nullam eſſe renuntiationem.*



66 ¶ Lo otro, porque aviendoſe dado la licencia con co[...] que pagando la dicha doña Bea[...] contado ciento y cincuenta ducad[...] legitimas paterna, y materna, y n[...] y con clauſa irritante que la Ab[...] a la ſuſodicha, ſin aver pagado de contado dicha cantidad, ò como ſe reconoce de dicha clauſula referida en el num. 5. ſe deuiò guardar eſta forma, y condicion, ad vnguem, para que ſubſiſtieſſe el acto, y no contravenir en todo, como ſe contravino, pues no ſe recibiô de contado el dinero, ſino a plaços, y eſtos aun no pagados, y la renunciacion que ſe hizo no ſolo fue de legitimas paternas, y maternas, ſino tambien las tranſverſales, como ſe evidencia por la miſma eſcritura.

67 ¶ Que no guardada la forma de la licencia, corruat el acto Iuan Baptiſta Ciarlino *controu. Foren. cap. 183. num. 78.* ibi: *Quod ex multis alijs cauſis tan vidimus alienationem fuiſſe in totum nullam, etenim cum non ſit ſervata forma licentiæ, actus in totum corruit*, citando â Natt. Olaſc. y Tuſch.

68 ¶ Y para la condicion no obſervada, Cyriaco Nigro, con otras autoridades, *controuerſ. 247. num. 5.* ibi: *Quæ conditio cum non fuerit adimpleta ante apprehenſam poſſeſsionem licentia ſub ea conceſſa habetur pro non data*, que la palabra, *auiendo pagado luego, y de contado*, contenida en la licencia, importe condicion, por ſer ablatiuo abſoluto, expreſſa, y no tacita, es conſtante entre los Doctores que juntò algunos, idem Cyriaco *controu. 422. num. 1.*

69 ¶ Y que auiendoſe dado la licencia limitada para la renunciacion, ſolo de las legitimas paterna, y materna, no ſe pudo extender a la de las tranſverſales (eſto aun en caſo que en la licencia no ſe huuiera exceptuado las tranſverſales, como ſe exceptuaron) Hector Capycio Latro *conſult. 19. num. 21.* ibi: *In licentia conceſſa*

*ſa à capitulo limitata de diſponendo de bonis paternis, & maternis nam non extenditur ad bona fratris, etiam ſi illa habuerint à communi patre, ea ratione, quia per aditionem deſinunt eſſe paterna, &c.*

70 ¶ Con que a qualeſquiera viſos que ſe mire el acto de la renunciacion, fue nullo, aſsi porque no huuo licencia, como porque ſi ſe conſidera que intervino, no ſe obſervò, ni guardò la forma, y condiciones que en ella ſe manifieſtan.

## QVARTA NVLIDAD.

*Que reſulta de no averle provenido vtilidad, ni conveniencia alguna al Convento con ſemejante renunciacion, antes ſi evidente perjuyzio.*

71 ¶ Para que no ſea nula la cuenta, ò contrato que hazen los Conventos, ò Igleſia, es preciſo que intervenga juſta cauſa, y prouable, euidente vtilidad, que conſte por legitima prouança, porque no es ſuficiente que en el inſtrumento ſe afirme que huuo conveniencia, ni para eſto ſe le dè credito a el Prelado, porque no auia de eſtar a ſu aſſercion el defraudar a ſu Convento, ò Igleſia.

72 ¶ Todas eſtas propoſiciones ſon conſtantes, y por tales las afirma Dom. Caſtill. *in dict. cap. 54. num. 12. de alimentis, in dict. cap. 63. num. 3.* que por tan copioſo no cito mas autoridades, ni canſo con catalogo de Autores.

73 ¶ Que al Convento no ſe le aya ſeguido vtilidad, ſi no euidente daño, ſe comprueua, pues no auiendo renũciado la dicha doña Beatriz, en virtud de dicha licencia dentro de los dos meſes concedidos por el *cap. 16.* nullaque qui renuntiatio, *Seſ. 25.* luego que profeſſò adquiriô el Convento la legitima paterna que ya eſtaua delata, por auer muerto ya ſu padre, que era de mucha con-

# IOANNIS BOCATII

ΠΕΡΙ ΓΕΝΕΑΛΟΓΙΑΣ DEORVM, LIBRI QVINDECIM, cum annotationibus Iacobi Micylli.

EIVSDEM DE MONTIVM, SYLVARVM, FONTIVM, lacuum, fluuiorum, ſtagnorum, & marium nominibus. Liber I.

Huc acceſſit rerum, & fabularum ſcitu dignarum copioſus index.



Mercurius Emptori.

*Quod modo fabellas emptor tibi uendo profanas,*
*Non mirum debes, ſiue putare nouum.*
*Nanq; quid hoc toto, ſic uerum, cernis in orbe*
*Fabula quod dici non mereatur idem?*
*Fabula diuitiæ ſunt, fabula ſtemmata regum,*
*Fabula quod uiuis, fabula quod facis eſt.*
*Et Chriſtus fieri cœpit modo fabula multis,*
*Quo minus eſt operæ culpa notanda meæ.*

BASILEAE APVD IO. HERVAGIVM MENSE SEPTEMBRI ANNO M. D. XXXII.

## AVTORES, QVORVM IN HOC OPERE VEL TESTImonia citantur, uel explicantur loca.

Accius poëta.
Aeſchylus poëta.
Albumaſar.
Albericus, ita enim uocat quē alii Albertū.
Alcman poëta.
Andalo philoſophus.
Anſhelmus.
Apollophanes comicus.
Apollonius.
Apuleius.
Ariſtoteles
D. Auguſtinus.
Barlaam philoſophus.
Beda
Boëtius
Calcidius Platonis interpres.
Cenſorius, qui & Cenſorinus.
Cicero.
Claudianus. Columella.
Coruilius Chryſippus.
Cremutius.
Criſp. Clodius. Q. Curtius.
Dantes Florentinus.
Dares phrygius.
Deonigdus hiſtoricus.
Dictys Cretenſis.
Dionyſ. Areopagita.
Ennius. Ephorion.
Eſaias propheta.
Euhemerus. Euripides.
Euſebius.
L. Florus.
Franciſcus de Barbarino poëta.
Franciſcus Petrarcha.
Fulgentius.
Furius comicus.
Germanicus Cæſar.
Geruaſius Tellibetienſis.
Hali philoſophus.
Hermes Triſmegiſtus.
Heſiodus.
D. Hieronymus. Higinius.
Homerus.
Horatius.
Ioſephus hiſtoricus.
Iſidorus. Iuſtinus.
Iul. Celſus.
Iuuenalis.
Lactantius grammaticus.
Lactantius theologus.
Leontius. T. Liuius.
Lucanus.
D. Lucas.
Luon Carnotenſis.
Lycophron.
Macrobius. Martialis.
Martinus hiſtoricus.
Martianus Capella.
Minaſtas.
Nicander poëta.
Oroſius. Orpheus.
Ouidius.
Palæphatus.
Papias.
Paulus collectionarius.
Paulus Geometra Florentinus.
Paulus Longobardus.
Paulus Peruſinus.
Perſius.
Philochorus.
Plato. Plautus.
Plinius.
Porphirius philoſophus.
Priſcianus.
Rabanus.
Remigius.
Saluſtius. Sappho.
Seneca philoſophus.
Seneca poëta.
Seruius.
Silius Italicus.
Solinus.
Sorenus. Statius.
Tacitus.
Theodontius.
Theocritus.
Thomas de Aquino.
Timotheus poëta. Trogus Pom.
Valerius Max.
M. Varro poëta.
Vergilius.
Vgutio uocabuliſta.
Vibius ſequeſter
Vincentius Gallicus hiſtoricus.
Vitruuius.

# IO. HERVAGIO SVO IACOBVS MICYLLVS SALVTEM.

SÆPE equidem audiui Heruagi chariſſ. facilius multo eſſe promittere, quàm quod promiſeris, præſtare. quod tamen quale ſit, nunc tandem ipſa re comperior. Nam quod iam olim tibi ultro, deq́; meo præbere pollicitus ſum, id nūc rogatus ſcilicet, uix etiam de alieno exhibere tibi poſſum. Bocatium enim cuius ἐπιτομὴν quandā iam diu tibi promiſeram, cuiusq́; operis partem quoq; iam aliquam prope confectam domi habebam, cum poſtea quàm per te adductus, iam iterum in manus accepi, labore, negocioq́; tanto inde implicitus ſum, ut ægre ipſum authorē, utcunq; emendatum, ad te dare potuerim. Non quia non omne ſtudiorū genus ſuo, ac certo labore conſtare ſciebam, ſed quod in hoc authore, quò minus ſemper moleſtiæ, atq; negocij reſtare credebā, eò plus difficultatis atq; laboris ſubinde mihi ſuccreſcebat. Adeoq́; perinde mihi, atq; medicis interdum ſolet, accidebat, qui cum annoſum aliquod, nimiaq́; ſenectute labefactatum corpus curandum ſuſcepere, quam primum uni alicui uicio mederi incipiūt, à pluribus aliis mox ita obruuntur, ut plerumq́; de reſtitutione omnino deſperent. Incidi enim reuera in eiuſmodi corpus, quod ſiue ætatis ſuæ uicio, ſiue aliorum negligentia, luxatum atq; ruinoſum ita erat, ut quacunq; in parte, opem illi aliquam adhibere tentabam, ex aduerſo cernerem longe plus ruinarum, quàm quibus ſubueneram, impendere. Proinde tametſi non ſemel ſuſcepti operis me pœniteret, cuperemq́; hoc totum, quod uides, operæ, perire potius, quàm mancum atq; imperfectum in lucem prodire, tamen quia iam toties illud tibi promiſeram, cui merito quicquam denegare non poſſum, malui impudentior aliquanto ab aliis uideri, quàm tibi pollicitus quod eſſem, minus ſeruare. Ea enim tua erga me beneuolentia, eaq́; multis iam annis confirmata inter nos amicitia eſt, ut non modo hoc, quantum eſt oneris ſubire, uerum etiam ſi quid amplius ac maius queam, ſuſcipere tua cauſſa lubens ac uolens cupiam. Quamquam arbitror etiam hanc noſtram operam, aliis quoq;, præſertim ſtudioſis non ingratam fore. Nam cum ueterum ferè ſcripta, præcipue autem poëtarum, abſq; fabularum cognitione, intelligi recte nequeant, apud latinos, quod ego ſciam, nemo præter Bocatium, de ijs plene quicquam tradidit. Qui quidem, etiamſi, temporum ſuorum infœlicitate alicubi barbaris, quàm latinis ſimilior uideatur, tamen eam, quod potuit operam, ubiq́; præſtitit, ne quid eorum, quæ ad ueram ac ſolidam bonarum literarum cognitionem pertinebant, prætermitteret. Id quod cum in recenſu Genealogiarum, ubi diligentiſſime, omne authorum, quos, & quales habere tum potuit, genus excuſſit, tamen in poſterioribus duobus libris, in quibus poëticen ab improborum atque indoctorum hominum calumniis defendit, uidere eſt, ut mihi ſanè difficile, ac tantum non mirum uideatur, ſi quiſquam noſtrorum

hominum potuit hactenus, poëtarum ſcripta planè atq; perfecte intelligere, qui non idem Bocatium hunc, qualencunq; tandem, antea cognorit. Deinde autem, quod ad noſtram operam attinet, pleraq; in hoc, ita nunc emendauimus, atq; reſtituimus, ut, ſi noſtrum hunc Bocatiũ, cum eo qui ab alijs ante excuſus habetur comparaueris, ab innumeris, adeò q; incredibilibus mendis ac uitijs repurgatum depræhendes. Non enim modo uoces hic atq; illic quaſdam expleuimus, aut immutauimus, id quod in alijs plerumq; fieri ſolet, ſed totas alicubi fabulas retexuimus, ſuisq; ueris, & à doctis ac ueteribus traditis, capitibus, ac locis reſtitutas reſcripſimus. Præterea, ſicubi uel deerat ijs, quæ à Bocatio dicebantur, uel diuerſum ab alijs traditum fuerat, uel (quod ipſum quoq; non raro accidit) à tota rei ſerie, ipſe author aberrauerat, Annotationes noſtras adiecimus: nimirũ ut uel hinc ſtudioſi haberẽt, quibus ad cognoſcendum authorem hunc adducerentur, etiam ſi qui illum antea, eò quod mendoſus ac deprauatus paſſim habebatur, auerſati fuiſſent. Atq; ad hanc quidem rem, nõ Latinis modo authoribus, uerum Græcorum quoq; poëtarum commentariis bona ex parte uſi ſumus, neq; uſquàm quicquam addidimus, cuius certum atq; idoneum authorem aliquem non habuiſſemus. Vbi quantũ laboris atq; moleſtiæ nobis capiendum fuit, eorum æſtimationi, iudicioq; permitto, qui aliquando ſimili opera atq; negocio in aliis authoribus uerſati ſunt. Tametſi fateor, ne ſic quidem omnes ubiq; mendas, omniaq; uicia ſublata aut reſtituta eſſe, etiamq; multa reſtare, quæ ne ipſi quidem mihi probentur, propterea, quod neq; librorum, qui à Bocatio citantur, omnium facultas mihi ſuppetebat, neq; temporis anguſtia, quæ mihi ad abſoluendam hanc operam præſtituta erat, emendari ſingula diligentius patiebatur. Præcipue uero, in eo libello, qui de fluminum ac montium, aliorumq; id genus, nominibus inſcribitur, plurima à nobis relicta ſunt, quæ accurata cenſoris manu, uirgulaq; etiam opus habent. In eo enim cum omnia ultra modum deprauata, atq; diſtorta haberentur, uix illa reſtituere nobis licuit, quæ obiter ex Mela, Plinio, aliisq; paucis animaduerſa ſuccurrebant. Quibus haud dubito, quin plura denuo uel ex ijs ipſis authoribus, uel aliunde ſuperaddi queant, ſi quis iuſtum ad eam rem ſpacium, iuſtumq; laborem capere uelit. Quod à me, ut hoc quidem tempore fieri non potuit, ita lectorem arbitror, candidum atq; æquum, ut decet, ueniam mihi daturum, gratoq; animo, uel hanc qualemcunq; operam noſtram accepturum eſſe. Quod ſi non impetrauero, tamen unum illud ſatis mihi fuerit, quod fidem meam erga te, cui potiſſimum hac opera mea gratificari ſtudui, ſeruaſſe tutam & integram uidebor. Nam illis ne reſpondendum quidem puto, qui cum ipſi ueras & honeſtas artes, uix unquàm ſummis, quod aiunt labijs attigerunt, ſi tamen aliqui illorum attigerunt, audebunt tamẽ, hanc noſtram operam ceu in fabulis, & rebus à pietate alienis poſitam, accuſare. Quorum utinam pleriq; morum integritatẽ, uitæq;



ſanctimoniam ita præſtarent, ut fortiter clamando & inſultando, honeſtas artes, noſtraq; ſtudia paſſim lacerant atq; condemnant, profecto neq; tam fœdis atq; impuris ſermonibus, arbitror, ex Chriſto ipſo fabulam multi facerẽt, neq; tantus ueræ pietatis cõtemptus uulgo nunc oriretur. Nam quantum imperitia illorum ſtudiorum, ijs ipſis, qui illa ceu poëtica, eoq; Chriſtiano homine indigna execrantur, nocere ſolet, uel inde facile animaduerti poteſt, quod cũ inſanis clamoribus templa, deosq; obtuderũt, tamẽ poſteaquàm clamare deſierunt, ne ipſi quidem ſuorum clamorum rationes ac finem intelligunt. Adeò difficile eſt, contemnere, quod quale ſit neſcias. Ego uero ita perſuaſus eoq; certis rationibus adductus ſum, ut ſine iſtorum ſtudiorum, (ſiue poëtica illa, ſiue humana uocare uoles) adminiculo, neq; diuinas res, neq; humanas recte ac ſapienter tractari poſſe exiſtimem. Proinde, relictis amuſis, imò fucis iſtis, meam hanc operam, Heruagi chariſſ. commendatam ita habere uelis, ut ſi non ubiq; expectationi de nobis tuæ ſatisfecimus, uoluiſſe tamen facere nos arbitreris, animiq; erga te mei uoluntatem, non ipſo ex facto, ſed magis facti æſtimatione ut iudices. Ac ſi quid ſtudio diligentiaq; mea parum commendatum eſſe putas, id omne induſtria tua ut expleatur facias: Habebisq;, meo quidem iudicio, non modo ſtudioſos omnes, uerum etiam ipſum tuum Mercurium, & ſermonis, & mercimoniorum deum præſidem, tibi tuisq; cœptis benignum, facilem & fauentem. Vale pridie Non. Nouembris. Anno

1. 5. 3 1.

ABarbarea nais 152
Abas rex 42.51.234.
abaſtor Plutonis equus. 204
abila promontorium. (205
171.177.240.325.
Aborigenes ab Euandro pulſi 314
abortus unus centum quinquaginta filio
rum. 69
abra urbs 332
abſtemiũ faciendi efficax Clitoris aqua. 42
abſyrtus Colchorum flu. 86
abſyrti cædes 85.86
acallis. 124 Acamantes 260.285
acamarchis nympha 255
acaſtus Peliæ fil. 254
acca Larentia 237.238
accuſatorum odioſum officium 65
aceſander 174
aceſta urbs condita. 164
aceſtes. 191
achæus, à quo Achæi & Achiui & Achaia
achelous Herc. uictus. 180.226.325.326 (271
achemenides, & eiuſdem nominis populi
ſacrorum Apollinis rituum inuentores.
achemon in ſimiam. 329 (304
acheron flu. infernalis 17.26. eiuſq́ proge
nies 60
acheron Cereri natus eod.
acherontis nauta Charon 26
acherontes duo 60
acherũſia ſpecus 234
achilles à matre muliebri habitu abſcondi-
tus. 307.287. Vlyſſis aſtu reuelatur. 308
achillis interitus 156
achillis de Hectore uictoria 157
achilles ab Apoll. nõ Paride occiſus eod.
achilles à Paride occiſus 308
achilles Chironis Centauri alumnus. 179.
206.307.309.
achilles Hectoris cadauer Pria. reſtituit. 153
achilles Cygnum occidit quamuis inuul-
nerabilem 256
achilles fortunatus qui Homerum præco-
nem habuerit 400
achilles philomelæ fil. non Thetidis. 308
achilles ſtygiis undis immerſus præter cal-
caneum 307.308
achilles unde dictus 309
achillis arma, próq́ his inter Aiacẽ & Vlyſ-
ſem contentio. 287.306
achillis cum Agamẽnone ſimultas ob cap-
tam Briſeida 297
achillis luctus ob occiſum Patroclum 308
achimene Bellerophonti uxor tradita. 345.
acidalia Venus 70.73 (346
acidalius fons 73.141.142
acis flu. proprietas 210
acis Galatheæ adamatus. 179.209. Acis à
Polyphemo occiſus, & in flu. ſiculũ mu
tatus 129
aconitum è Cerberi ſpuma natum 328
acriſius rex Danaës pater 43.50.51.135.305
acriſius in lapidem uerſus 300
acriſius, quando regnarit 283
acroceraunii montes 10
actæonis fabula 128
actee nympha 177
actheon ſolis equus 80
actor. 307.309.313
actor Herculis in expeditione contra Ama-
zonas comes 304
actorion 250.251
Admeti armenta pauiſſe Apollinẽ. 121.123.
admetus unde dictus. 327. & in eun- (129
dem uxoris pietas eod. & 324
adon pigmentum ex guttis myrrhæ. 47
adone ſolem ſignificari eod.
adonis interitũ deflendi mos, Eſaiæ quoq́
taxatus. 48
adonis mirrhæ ſororis ſuæ fil. 47
adonis Veneri adamatus. 272. & ab eadem
in florem mutatus 47.48
adraſtus Argiuorum rex. 54.123.228.229.
adraſti aduerſus Thebanos bellum 44
adraſti mirum de filiab. ſuis fatum 45
Aeacidum familia 310
Aeacus. 193. eiuſq́ progenies. 305
Aeacus inferorum iudex 305
Aeaci genus Ilio fatale 155
Aeaci præcibus ex formicis homines 278
Aean. 509. Aeæa Circe 88
Aedon Zethi coniunx in carduelem 141
ææta Colchorũ rex Medeę pater. 85. 338.348
Aeeta regno pulſus à Iaſone 85





Aege inſul. unde Aegeon dictus 94
ægeon idem qui Briareus à Neptuno ui-
ctus. 41.44
ægeum mare unde dictum 258
ægeus 318
ægeus quando regnarit 283
ægeus Athenarũ rex & marinus deus. 258.
Aegiale, quæ & Egyales 141.142
ægiale Diomed. coniunx adultera. 229.230.
ægyalius, unde Aegyalea dicta. 184. (262
Aegialeus rex Apis frater 33
ægina 309. Ioui rapta 193
ægina inſul. 193. Aenopia dicta 305
ægiochus Iupiter cur dictus 117
ægipanes 117
ægyptios ſignis primũ uſos pro literis. 184
ægyptius Syluius 168
ægyptus qui & Aegyſthus 40
ægis inſula 258
ægis Iouis ſcutum 117
ægiſthus Danai frater qui & Aegyptus. 41
ægyſthus expoſitus & à capris nutritus. 295
ægiſthus ſacerdos & adulter Agamẽnonis
occiſor 276.294.295.29 .297
ægyſthus ab Oreſte occiſus 262.295.298
ægle nympha 95.114.115
Aello harpya 111.263
æmonius 150
æmulatio Stygis & Pallantis fil. 112
ænea urbs ab Aenea conditore 164
æneæ congreſſus cum Achille 164.165
æneæ ꝓpago, peregrinatio, & geſta. 163.164
æneæ mors, deq́ ea uarię opiniones. 164
æneas Iupiter Indigetes dictus. 165 (165
æneas Paridi in raptu Helenæ ſocius. 164
Aeneas proditionis inſimulatus 164
æneas à Turno uictus 311
Aeneas Syluius 168
æneas Veneris fil. cur. 165
æneas uirtutum omnium exemplar 374
æolia inſula. 287
æoliæ ſiue Aeolides inſulę uentoſæ. 107.335
æoli progenies 334
æoli duo 335.343.344
æolus uentorum rex 106.107.334.335
Aeon ſeculum 82
æones ſolis filiæ eod.
æos Typhonis fil. 94
ærarium pub. cur apud Saturni ædem 199
ærba qui & Sicarba 49
aëris accidentia 215
æris ſonum proprie ad mortuos pertinu-
iſſe. 90
ærope Atrei coniunx 294.295
æs uim habere quandam expiandi. 90 uu-
de pulſari in lunæ defectu ſolitum.
æſacus in Mergum mutatus 159
æſapus 152
Aeſculapii ope ſanatus Hippolytus 259
æſculapio aurea barba à Dionyſio tyranno
ablata 150
æſculapius Apollinis fil. 230. idem medicus
& uates, fulmine ictus 129.249
æſculap. Arſinoës ſiue Coronidis fil. 142
æſculap. à Chirone medicinã doctus. 206.
æſculap. draconis forma Romam ex (207
Epidauro uectus 150
æſculapii tres 150
æſoni decrepito reſtituta per Medeã iuuen-
ta. 85.254.336.337
æſyma urbs 160
æta Colchorum rex 275
ætas non idem cum ſeculo 82
ætate omnia conſumi. 198
æternitas Demogorgonis ſocia 2
æternitatis deſcriptio eod.
ætheocles 44.45
ætheria 188
æther ignis 26.30
æther noctis & Herebi fil. 30
æther quibuſdam ſterilis dictus eod.
ætheris ſoror & coniunx Dies 26
æthyops rex. 349. à quo Aethiopia dicta.
æthlius 89. (188
aethna mons ardens 94 Ephialti impo
ſitus 257
æthon ſolis equus. 79.80
æthon Plutonis equus 206
æthra. 97.258.259. Oceani fil. Atlantis con
iunx 173
ætion qui & Iaſius & Iaſion 98. fulmine
ictus 204
ætolus iaculi inuentor, Martis fil. 236. à quo
Aetolia dicta eod. Aetos flu. 329
Agamemnõ Mycenarũ rex, eiuſq́ familia
agamẽnon quando regnarit. 295.297 (296
agamemnon interitus ſui à Caſſandra ad-
monitus 154

Agamẽnonis mors. 262.276.296.297.298
agamemnonis ſceptrum 296
agatemis ſeruit Hieruſalem 213
agathon Priami fil. 161
agaue nympha. 177. Cadmi fil. 52
agauus Priami fil. 161
agenor 40.227
agenoris in Syriam aduentus. 48
agenoris Phœnicum regis genus 45
ageſilaus rex. 273
ageſilaus etiam Pluto dictus. 206
ageus. 128. Aglæa. 142
aglaia Vulcani uxor 25
aglaonice aſtrologiæ perita 90
aglaopheme 181
aglaus Soſidius 387
agilis Herculis fil. 332
agrippa Syluius. 168.169
agrius. 225. Vlyſſis ex Circe fil. 289
agrorũ cultus Italis à Saturno traditus. 199
aiax. 305. eiusq́; cum Hectore monomachia. 157.205
Aiax inuulnerabilis præter quàm in ceruice 306
aiax mente captus ſeipſum interimit, & in florem mutatur 306
aiax uindicatus Mineruæ, cuius templum Caſſandræ ſtupro uiolarat 154
aidoneus rex, qui & Pluto 206
alabandus deus 57
alacaſtor Nelei fil. 254
alaſtor Plutonis equus 206
alba longa. 149. ab Aſcanio condita. 167
alba Syluius 168
albion. 247. ab Hercule occiſus 324
albiona inſula 168
albula flu. qui poſtea Tyberis. 168
alcæus. 301
alcathoi urbs 293
alcathous Pelopis fil. 293. idem leonis apud Megarenſ. uictor. 312
alcathoi mors 163
alceſtis in maritum Admetum pietas 324
alceſtis ab inferis liberata per Herculẽ. 327
alcides Hercules ab Alcæo. 302
alcimedon 339
alcimedis 338
alcinoë quæ & ἀλκυόνη 98.99.100
alcinous Phæacum rex. 250. ad quẽ Vlyſſes appulit naufragus 287
alcippe. 112
alcman poëta ſiue Alcyna. 88
alcmena. 293. Ioue compreſſa Herculem parit. 303.322
alcmeon 294.307
alcmeon matricida 44.342
alcmeonis mors. 343
alcymenus 338
alcyone Ceycis coniunx 100
alcyones ſeptem Alcyonei filiæ in aues conuerſæ, earumq́; nomina. 112
alcyoneus gigas ab Hercule occiſus, eodem & 306.
alecto furia, eiusq́; officia 65
alector 296. Alegenor 331
aleius campus. 346
aletidæ. 142
aletius rex 344
aleus naucletus 334
alexander Epyrota 310
alexander qui & Paris, Priami fil. 155.156
alexander Polyhiſtor 332
alexandri magni uox de Achille & Homero 400
alexander Macedo cur non in deorum numerum à Bocatio relatus 349
allegoria quarti Aeneidos 371.372
allegorici fabularum ſenſus 4
allegoria unde dicta eod.
alma. 58. Almos. 345
almops, unde Almopia 117
alous Titanis fil. 111. 257. hinc Aloidæ. 257
alphenor. 140
alpheſibœa. 341 Alcmeoni in uxorem ducta 342
alpheus flu. deq́; eodem & Arethuſa fabula 179.190
altanus uentus 107
altaus Lelegum rex 159
althæa 225.226
alui purgatio Aeſculapii inuentum 130
alyxothoë 159.305
Amaleus 140.141
amalthea capra 117
amalthea nympha. 253. Iouis nutrix 266
amaneus, Amãdeus, qui etiam Itylus. 141
amata Latini regis uxor 211.311
amatheus Plutonis equus 204.205







Amathia nympha. 177
amazones Bellerophonti ſuperatę 345
amazones. 246. Herculi ſuperatæ. 328
ambroſia 97
amimone Danai fil. 40. Neptuno adamata. 41.262
ammon Libycus. 350.
amor Herebi fil. 19
amor Iouis & Veneris fil. 273
amoris tres actus 345
amor triplex. 19.71
amores gemini 70.71
amoris uis & deſcriptio. 75.221.222.223.
ampeluſia promontorium. 16.95.
amphianaſſa 43
amphiaraus uates ab uxore proditus. 44
amphiaraus terræ hiatu abſorptus. (342 54.341.342.
amphictyon Deucalionis fil. 105
amphictyonis inuentum ſomniorum & oſtentorum interpretatio 303
amphidamas ab Hercule occiſus. 96
amphilochus 44.343
amphion Thebarum rex. 139.292. eiuſdẽq́; filii 140
amphion muſicus. 140. & citharæ repertor. 127
amphion Iaſii fil. alius ab eo qui Thebas muro clauſit. 44
amphion propria manu peremptus 52
amphion & Zethus fratres. 236. expoſiti. 83
antiopes ex Ioue filii 252.253
amphinome nympha. 177
amphitoë nympha 177
amphitrite 174
Neptuni uxor 241.244
amphitryon Alcmenæ fratres ultus. 302
amphora Baccho à Vulcano donata, ab illo autem Thetidi. 138
amphryſus flu. 122
ampycus, ampycides 124
amulius rex. 237. eiusq́; tyrannis 169
amyclas Lacedæmonis fil. 142. unde Amyclides Hyacinthus. eod.
amycus. 234. à Polluce occiſus. 242.274
amygdalus inq́; eam mutata Phyllis. 283
amythaon 340
ἄνακτες. 36 Anaximenes 128
anaxo, 293. Alcmenæ mater. 302
Anaurus flu. 337
ancæus 282.293
anchiale nympha 124.269
anchinoë 40
anchiſes Capys fil. eiusq́; propago. 162
anchiſes cæcus. 163
anchiſes Veneri adamatus, atq́; hinc natus Aeneas 162.163
ANDALO Bocatii præceptor. 9.33.389
androdice 225
androgæi cædes. 84.283.284. bello uindicata à patre Minoë. 258
andromacha Hectoris uxor. 156. Pyrrho capta. 310. & ab eodem conceſſa Heleno. 296.310.
andromeda à Perſeo liberata, & in uxorem ducta 300
andromedæ ſydus eod.
andronychus Cyrreſtris 108
angelus bonus & malus cuiq́; mortali adiunctus 314
angeronia dea Romanis, & unde dicta. 88
angæus 282
angina morbus. 88
angitia ſeu Angeronia Circes ſoror 88
animas in corpora deducere & reuocare Mercurii officium. 33.314
Anna Didonis ſoror. 50
annales, qui Græcis chronica 200
Anni ſymbolum ſerpens caudam ſibiipſi deuorans apud Aegyptios. 2.200
anni uaria apud uarias gentes ſpacia. 201
annus duplex, uertens & magnus 201
annus in menſes à Romulo digeſtus. 258
antandras urbs unde dicta 159
antæus ab Eubulæo uictus. 56
antæus qui & Ancæus 282
antæus terræ fil. Herculi uictus. 15.96.186.187.323.
antegorus. 140
antenor Thraciæ rex 154
antenoris poſteri Ilio pulſi 157
antia. 345. Prœti uxor 45
antibia. 304 anticlea 38
anticlia Laertis uxor, Vlyſſis mater 286.287
antigone 307. Creontis iuſſu occiſa 45.54
antigonus. 285. Athen. rex Mneſteus uocatus. 260
antigna ab arrogantiam in ciconiam uerſa. 115.

Antilene. 114
antilochus. 285. à Memnone occiſus. 255
antimachus centaurus. 254
antimenes Nelei fil. 254
antiodona nympha 160
antiopa. 42. à Ioue compreſſa, eiuſq; filii. 139. 140
antiopa ab Epapho uiciata. 85
antiope capta. 252. 253
antiopæ duæ. 252
antiphates. 541. 542. Melampod. fil. 286
antiphates à Turno occiſus. 286
antiphonus Priami fil. 161. 160
antiphratis 256
antiphus. 555. ab Agamẽnone occiſus. 160
antomedon Achillis auriga 309
D. Antonius Heremita. 209
Antra ingredientibus ſubite religionem quandam. 1
aon, à quo Aonia dicta Bœotia, & Aones 251. 304. 305.
Aparnis urbs Lãpſaci; quæ & Abarnis 272
apes abſq; coitu generare, idq; eis à Ioue datum. 266
aphera. 552. Aphoras. 332
aphrica unde 332
aphricus uentus qui & Lybs. 107. 111
ἀφρὸς, unde Aphrodyte Venus. 75
aphydna oppid. 259
Aphypnas. 254
apia dicta Græcia ab Api 55
api regi nupta Iſis. 104
apis Aegyptius, qui & Serapis. 183. 184. 185
apis Sol. 54
apis Argiuorum rex primi Iouis fil. 55
apollo Branchiades 125
apollo χρυσάωρ 57
apollo imberbis. 121. 122
apollo Vulcani & Mineruæ fil. 67. 145 medicinæ deus & repertor. 68. 194
apollo Mileſius. 131
apollo propter Cyclopes interfectos diuinitate priuatus. 121. 129
apollo phytonem occidit. 91
apollo Phileſius. 125
apollo ſecundus, eiuſdemq; progenies. 121
apollo tam peſtis quam ſalutis autor. 122
apollo unde dictus. eod.
apollinis, hoc eſt, Solis uaria nomina. 80
Apollinis triplex poteſtas. 122. (81. 122
apollinis inſignia eod.
apollinis cum Mercurio diſſidiũ ob occiſum Battum 57
apollinis laurus, pharetra, cithara, &c, quid deſignent. 185. 186
apollinis Pharetra à Mercurio euacuata. 57
apollinis Delphici templũ incenſum. 230
apollinis reſponſa. 91. 92
apollini naſcenti obſtetricata Diana. 91
apollini prælatus Idas 228
apollinem & Dianam regnante Stheleno natos. 122
apollines multi. 121
abſeudis nympha. 177
apuleius in aſinum. 87
Aqua rerum principium quibuſdam creditum. 172
aquarii ſignum Ganymedes. 150
aquila in tutela Iouis. 267. 268
aquilo uentus. 107. 108. 109
Ara cœleſtis. 207
ara in cœlum relata. 117
arabs Apollinis fil. 135
arachnes cum Minerua certamen. 52
aræus 254
arator poëta 584
aratrum in odium Cereris à Minerua factum. 277
arcas & Pan gemini. 7
arcas Calyſthonis fil. 113. 114. in Bootẽ ſeu urſum minorem. 143. 146
arcas athen. rex Iupiter dictus. 51
arcades pleriq; paſtores 89
arcades in lupos 87. 115
arcades primos uocum repetiſſe diſcrimina. 6
arcades unde dicti 146
arcadia ab Arcade 261
arcadum ſtolida credulitas & ſuperſtitio. 1
arceſius. 286
archemorus 140
archilycus. 331. Arctos 115
arctophylax qui & Bootes 145
ardea urbs condita. 45. 311
Aremulus Syluius. 169
Arete Phæacum regina. 25?. Alcinoi coniunx. 288.
aretus. 255
Arethuſa nympha. 95. 178. 202. in ſui nominis fontem. 179. 190


Arethuſa




Arethuſa fons apud Thebas 180
arethuſæ duæ 179
arethuſæ quatuor 180
arethuſæ indicio reperta Cereri Proſerpina. (273
aretias inſula. 327.
argea Cleochi fi. Mileti mater. 58.
argentea luna. 88. 89.
argeſte uentus 107
Argæus. 296. 333. ſiue Agetis Apol. fil. 129.
argia. 44. Adraſti fil. & Polynicis coniunx. 45. 54. 229.
argiæ cædes 45. 54.
argiope 334
argiuorũ regnũ Mycenas tranſlatũ. 301. 303.
argo nauis. 337. 338. argonautæ eod.
argos penuria aquæ laborare 41
argo regi illatum ab Iſide bellũ. 104. idẽq; poſt à Mercurio occiſus. eod.
argulus. 142.
argus qui & Amphion. 44
argus. 349. centoculus, Iús cuſtos. 182. 388.
argi oculi in pauonis caudã tranſlati. 214.
argyrotoxus ſol dictus 81.
ariadna Bacchi coniunx. 134. 136. 139. 284.
ariadna ſagittis à Diana confecta. 285
ariadna Theſeo rapta. 159. 259. 284. & deſerta ab eodem. 284. 285.
ariadnæ corona inter ſydera relata. 285
ariadnes opera & conſilio Minotaurũ uincit Theſeus. 85. 258. 259.
arida pro terra. 11. ariarches. 36.
aries Atrei aureus 294
aries Martis domicilium 71
aries Phrixi & Helles portitor aureus. 348.
aries, inq; eum uerſus Iupiter. 116
ariete ueris initium ſignificari 71
ariobates. 345.
arion equus ex Erynni & Neptuno. 329.
ariſtæus paſtor. 126. 127. & rex. 143.
ariſtæus Apollini ex Cyrene natus. 185.
ariſtæi iuuenta. 128.
aritia Hippolyto adamata, eidemq; Diana dicta. 259. 260
aritia urbs. 259.
aritus. 541
armenia Cadmo occupata. 51
armæus. 41. arnus fluuius. 171.
arnæus. 234
arogylus. 142.
arpagiges. 294
arſia. 271
arſinoë. 130. 131. quæ & Coronis. 142. 230
artemis pro Iunone. 215.
artemis ſiue aërotemis luna. 88. 89.
arterius Rufus Romanus. 24
artes in Mineruæ tutela. 35
arusles fratres. 238
aruus Tarquinius. 320
Aſcalaphus Acherontis fil. 202. 224. in bubonem uerſus. 65.
aſcanius Aeneæ fil. 153.
aſcanius Creuſæ an Lauiniæ fil. 166.
aſcan. Phrygiæ flu. 166.
aſcanius multinominis. eod.
aſclepius Machaonis fil. 131.
aſia nympha. 178. Iapeti coniunx. 95. 100. unde dicta Aſia regio. 95
aſiæ fil. Atlas 96
aſinum Priapo imolari cur inſtitutũ. 275.
aſius gigas. 117. 305.
aſii complures eod.
aſopus flu. 192
aſplidon 224
aſſaracus Trois fil. rex. 150. 162
aſtarcos uel Aſtarete Veneris mater. 48.
aſterie. 112. 309. Latonæ ſoror. 85. 91. 145. ab Aceta filio occiſa. 92. in coturnicẽ uerſa, & deinde in lapidem eod.
aſterion. 286.
aſterius rex. 50. 283. 286. Nelei fil. 254.
aſtræa uirgo in Zodiacum relata. 106. 143.
aſteropæus. 192
aſtræus Titanis fil. 106
aſtrologia ab Atlante reperta. 97.
aſtrologiæ peritiſſ. Prometheus. 101. 102.
aſtianactes Hectoris fil. 156. 157. 287
aſticratia 140.
aſtylus Centaurus & augur. 235.
aſtymeduſa Oedipi uxor. 55.
aſtynome. 309.
aſtyocha. 224. Aſtiochia. 335.
aſtypalea. 282
Ataburius Iupiter. 266.
atæon. 52.
atalanta uirgo Hippomeni curſu uicta. 261
atalanta Calydonii apri uenatrix. 227. Meleagro adamata eod. & 44.
ataminus Phinei frater. 110.
ate Homerica. 5.


athaman

Athamantus. 260
Athamantis furor. 347.348.
Athenis Minerua. 32.
Athenę Minoi ſubiugatos. 258.
& uectigales factæ. 283.284.
Athenarum nomen. 32. à Minerua impoſitum. 145.
Athlantia. 188. Atiminus. 46.
Atlas Cercops. 329
Atlas cœlifer. 324.
Atlas cœli onere leuatus ab Hercule. 96.
Atlas pulchre deceptus eod.
Atlas inſignis aſtrologus. 97.327.
Atlas in ſaxum ſiue montem. 500. à Perſeo mutatus. 97.
Atlas Mauritaniæ mons. 97.209.
Atlantis propago. 96.
Atlantes tres. 96.98.
Athos gigas, à quo mons eiuſdem nominis. 117.
Atrei & Thyeſtis ſimultas. 293
Atreus. 293.295.296. Euriſthei ſucceſſor 305.
ab Aegiſtho occiſus. 294.
Atrides. 223.295.
Atropos. 8.
Atropon ſignificare mortem naturalē. 26.
Atticorum barbari mores à Lyſania cor (recti. 30.
Atys Syluius. 168.
Atys. 138. Cybeli adamatus. 58.59
Athys à Tydeo occiſus. 54.
Auarorum triplex ſpecies. 205
Auentinus Herculis fil. 333.
Auētinus Syluius. 169. unde mons Auentinus dictus.
Auernus idem qui Herebus. 16.18.
Auernus lacus. 166.289.
Auge uel Augea. 333.334.
Augias Phorbantis fil. 329
Augiæ ſtabulum Herculi purgatū. 328.329.
Auguriorum ex cæteris quoq; animalibus ſumendorum autor Orpheus. 127.
D. Auguſtinus notatus. 131.
D. Auguſtinus Eſaiæ principium ſe non intelligere faſſus. 368.
Aulatia oppid. 57.267.
Aura. 107. uocata Cephalo. 347
Aureum ſæculum ſub Saturno. 199.
Aurora terræ & Titanis filia, Titoni uero uxor. 95.
Auroræ fil. Lucifer. 278.
Aurorę fil. uenti, quia cum ea oriunt̄. 106.
Auruſpicinam Hetruſci à Tage edocti. 15.
Auſonius uel Auſon, à quo Auſonia dicta Italia, Vlyſſis fil. 289.
Auſter qui & Notus. 107.
Auſtro apher uentus. 107.108
Authe. 112.
Authedon urbs. 243.244.247.
Autolia Vlyſſis mater. 38.39.
Autolycus Mercurii fil. 38. fur egregius. 278
Autonoë Cadmi filia Ariſtæo nupta. 52.
Axion. 343. (128
Axius fluuius. 192.
BAbylonia ſiue Babylon. 135
Babiloniæ Aegyptiæ condior Epaphus. 39.
Bacchę mulieres. 135.
Bacchemon. 304.
Bacchiades Corintho eiectæ. 128.
Bacchus uini deus. 134.136. & pro uino poni ſolitus. 299.
Bacchi è Semele & Ioue nati fabula. 52.134.
Bacchus membratim à Gigantibus diſcerptus. 154.156.
Bacchus pro ſole. 136.137.
Bacchus cur dictus. 137.
Bacchus in capram mutatus. 114.116.
Bacchi educatio. 97.98.
Bacchi pictura qualis apud antiquos. 134.
Bacchi ſacra ab Orpheo comperta & (136.
Męnadib. tradita. 127.
Bacchi nomina uaria. 134.
Baculus à Baccho repertus, quo ſe temulenti fulciant. 134.
Baiæ. 93. Baianus ſinus. 164.166.
Balameus qui & Xerxes. 182.
Balena monſtrum Marinum. 245.
Balius Achillis equus. 111.309.
Barathrū uas uimineum. 18. pro inferno ponitur. eod. & 16.
Barba cur uiris data. 235
Bardyn flu. 117.
Bargion ab Hercule occiſus. 324.
Barlaam Calaber. 389.
Barnabas Iupiter à Lyſtris dictus. 267.
Baſſareus Bacchus. 154.157.158.
Baſſarides nymphę. 137.
Batea Dardani uxor. 306.
Bathillus. 243
Battologia à Batto. 37.





Battos tumulus 37
Battus paſtor, qui & Ariſtæus 127
Battus à Mercurio in lapidem Indicem uerſus 37
Bebritia regio. Bebritium nemus 242
Bechinus Belliutionus 399
Beda taxatus 108
Belidum apud inferos pœna 41
Belidum fabulæ ſenſus ex Lucretio 18
Bellerophon. 251. Ephyræ rex. 345
Chimeræ uictor 94
Bellerophontis geſta 345
Bellerophon Pegaſo excuſſus ob arrogantiam 346
Bellerus occiſus Bellerophonti nomen dedit 345.346
Bellona belli dea, Minerua 145. Martis ſoror 218.221. quæ & Enyo 221
Belochus Aſſyriorum rex 184
Belus priſcus 40. Nini pater, Saturni nomine cultus eodem
Belo Ioui conſtructum templum eodem
Belus Sichæi pater, q & Metres Tyri rex 49
Beli duo, Syriacus & Aegyptius 45
Berecynthia 58. eadem cum terra 11
Berecynthus mons & oppidum 58
Bergion 247
Beroë uetula 52. & in eam uerſa Iuno 134
Besbicos gigas 117
Bianor 234
Bias Melampodis frater 340
Bianti uxor Pero, captis Iphicli bobus, ducta 241.256
Biblis 194. turpis'q; eius in fratrem Caunū amor 84
Biblis in ſui nominis fontem eodem
Biella Theodontii coniunx 390
Biga Lunæ 88
Biſalphis rex 177
Biſthonis nympha 224
Bithynia regio 242
Bithynia urbs condita à Pyrode 48
Blanditiæ coniugum 71
Bocatii carmen Bucolicum 400
Bocatii præceptor Andalo 9.35.389. & Frāciſcus Petrarcha 105.401
Bocatius ingenio poëtico natura præditus 397
Bœotia unde dicta 51. eadem etiam Aonia 304.305
Boëtii de Poëtica ſententia exponitur 382
Bona Danai fil. 40.41
Bona dea pro terra 11
Bona dea, quæ & Fauna, & fatua 208
Bonæ deæ ædes calend. Maiis dedicata, qā eadem Maia credita 99
Bootes qui & Arctophylax 145. ex Icario, eodem
Boreas Strymonis fil. 318. idem etiam Aglo 107.108.109
Boreæ uis, & amores eiuſdem 109
Boroë Naias 178
Boros Perierei filius 307.195
Boſphorus unde dictus 184
Boſphori duo eodem
Βότρυς appellatæ Pleiades 98
Branchiades Apollo 125
Branchiadon templum eodem
Branchus Apollinis filius eodem
Branchus Lydiæ fluuius eodem
Briareus an idem cum Aegeone 91.94
Briareus Centimanus, Iouis amicus 90
Briareus incerto patre 90.91
Brimo dicta Hecate 273
Briſeis Achilli ab Agamemnone erepta 297.308
Britania Albiona quondam dicta & Cornubia 168
Britona, ſeu Briton nympha 235
Britomartis nympha 178.235.236
Britones 167
Bromius 154.157.158
Bromus centaurus 234
Brontes cyclops 248.249
Bruti genius 314
Brutus Aeneæ Syluii filius 168
Bubo funeſta auis 65
Bucolici carminis inuentor Daphnis 156
Bucolicum carmen Apollini ſacrū 121.125
Bucolion Laomedontis filius 152
Buſiris latro ab Hercule occiſus 96.251.325
Buthes Amyci filius 242
Buzyes aratri & boum uſus repertor apud Atticos 204
Byrſa Carthaginis arx 49
Brygeides inſulæ 86
Bryſeus Bacchus 154.157.158
CAca Caci ſoror 319
Cacus latro 314. ab Hercule uictus 324.318.319

Cadmi fabula 51
Cadmus 236. ad Europam inquirendam miſſus 48
cadmus ab Amphione & Zeto pulſus 51
cadmus literarum repertor eodem
cadmus Thebarum rex 135
cadmus regno priuatus 140
cadmus cũ Hermiona uxore in ſerpẽtes 51
caduceus Mercurii, deq́; eo fabula 315
Cæa inſula 128
cæculus Vulcani filius cur ita dictus 319
cædalion 281
cænei haſta, prouerbium 125
cæneus 234. ex puella in uirũ mutatus 125
cæſaris nomen unde 130
cæſarum familiæ cur Apollinis ſacra obſer uata 130
Caieta Campaniæ urbs 86. ab Aeneæ nutri ce dicta 164
calais Boreæ filius 317. 318. ab Hercule occiſus 109. 110
calatus 140. 141
calchantis fabula 309
calchas uates 124. à Mopſo occiſus 155. 309. 310
calciope Aeetę filia Phryxi cõiunx 86. 548
callianaſſa nympha 177
callianira nympha eodem
calliope 269. 270
callirrhoë 342
calophon à Mopſo condita 113. uel à Manto 124
calpe promontorium 171. 177. 240. 325
calpis uirgo 250
calydon 236
calydonia Arcadiæ oppoſita 99
calydonii apri uenatio 226. 227. 305
calypſo Atlantis filia, cum qua vii. annis uixit Vlyſſes 100. 288
calyſtho Dianæ ſpecie à Ioue decepta 146. 113. 178
calyſtho in urſam 146
calyſthonis uaria nomina 113
camerinum oppidum uel Camicum 283
camãder, uel camãdrius Hector. fil. 156. 157
cambyſes rex 39
camænæ cur dictæ Muſæ 269
camyrus 334
canaces inceſtus 335
cancer inter aſtra relatus 277
candalus 329
candauia Dardani ſoror & cõiunx 149. 150
candiope à fratre Orione compreſſa 280
canephoriæ ſacra 121
canes dici apud inferos furias 62
caneus Pico adamatus 88
canicula ſydus 143
canobe 336
cantilena 124
capaneus 236. fulmine ictus 304
capetus Syluius 168
caphareus mons 154. 262
capra, & cur in eam mutatus Bacchus 116
caprea inſula 181
caprea palus 165.
capreæ paludes 238
capricorni ſydus in cælo conſtitutũ 114. 117
capue ciuitas 168
capys Syluius 168. Aſſaraci filius 162
cares 69
carmenta cur dicta Nicodiata 147. 314
carmentalia loca, & Carmẽtalis porta 147
carneus Apollo cur dictus, & Carnus uates 81
carnibus humanis ueſci ſolitum Saturni tempore 267
carpathicum mare ditionis Prothei abundare Phocis 172
carthago Herculis fil. 145
carthago à Didone condita 49
carthago ab Hiarba rege occupata 50
cacutius Tuſcus 258
caſelinum oppidum 291
caſſandra uates 158. Gręcis capta, & Agamẽnoni in prædam conceſſa 154. 297. 276
caſſandra & Helenus gemini 158
caſſandra Apollini adamata, Corebo autẽ deſponſata 154
caſſandræ uaticiniis cur nulila fdes adhibita eodem
caſſandra Iophatis fil. Bellerophõti in uxorem data 346
caſſiopia 39. inter ſydera relata 300
caſſius Iupiter 266
caſtalius fons 178. 251. 269. 271
caſtianira 160
caſtor & Pollux Ledæ ex Ioue filii 274
caſtor & Pollux inter ſydera relati eodem
caſtor & Clitemneſtra an Tyndari fil. 142. 143
caſtor à Lynceo occiſus 274
caſtor Tyndari filius uitæ per Aeſculapium reſtitutus 129. 130





cath, qui poſtea Mercurius 187
catillus 343. Tyburis conditor eodem
cato egeſtatis tolerandę exemplum 21
catonis eloquium 312
caucaſo alligatus Prometheus 101
caumas 234
caunus 194. ſorori Biblidi adamatus 84
caurus uentus 107. 111
cauſidici auari 355
cayſter fluuius 123
Cebrion Priami fil. à Patroclo occiſus 160
cæcias uentus 108
cecrops Athenarum rex 120. quo tempore regnarit 40. 301
cecrops Athenarum conditor 145. 146
celadon gigas 117
celeno Atlantis filia 174
celeno harpya 263
celeus regno pulſus 203
celeno Pleias 98. 99
centaurus dictus Euenus fluuius 234
centauri ab Hercule uicti 324
centauri à Theſeo uicti 259
centauri unde dicti 233. deq́; centauris in genere eodem
centaurorum cum Lapithis pugna 234
centaurorum nomina 230. 231. 234
centrũ terræ, locus à cœlo remotiſſimus 17
centumgeminus cur dictus Aegeon, ſeu Briareus 95
cephalenia inſula 243
cephali Procrin tentantis & occidentis fabula 347
cephalus Auroræ dilectus 346
cephalus ab Aurora raptus 95
cepheus rex, Cereris iuſſu regnũm Triptolemo reſtituit 202
cepheus inter ſydera relatus 300
cephiſus fluuius 193. 194
cerberus 93. triceps 17. 18. 204. 205. 206. ab Hercule ex inferis tractus 234. 324. 328
cerberus unde dictus 206
cercion latro à Theſeo necatus 259
cercopes ab Hercule uicti 329
ceres Δηὼ cur Græcis dicta 204
ceres frugum repertrix 60. 202
ceres legifera 204
ceres pro luna 88. & terra, & terræ fructu. 11. 202
ceres Saturni & Opis fil. 202
ceres Sicani regis coniunx, & Siciliæ regina 263. 202. 203
cerua Dianæ ſacra 81
ceſtus Veneris cingulum 70. 71. 105. 216
cethura 332
cea inſula 92
ceus Titan 91. à Ioue ſupatus, ſublatusq́; 92
ceyx 278. 279. Trachinniæ rex 100
ceyx Iouem ſe uocari paſſus 336
ceyx in Halcyonem auem 279
Chalbis ab Hercule occiſus 96
chalciope 329
chaon Priami fil. unde Chaonia dicta 158
chariclò 207
chaos 3. & 4
charites Veneris pediſſequæ 141
charon nauta, Herebi fil. 26
charonte tempus ſignari 26. 74
charybdis 288
cheloris 140
cherſocrates 128
chimæra monſtrũ Typhonis fil. 93. 94. 251
chimæra à Bellerophonte uicta 345
chimæra Lyciæ mons 94. 345
chios inſula 284
chione nympha 125. 318. à Diana ſagitta transfixa 278
chiones puellæ fabula 38
chiron centaurus 129. 194. 206. Achillis nutritius 179. 307. 309. herbarum & medendi artis repertor 67
chiron cur Saturni fil. dictus 207
chiron ſagittarius in Zodiaco eodem
chiron Thetidis pater 307
chiron in cœlum translatus 206. 207
chloris Nelei coniunx 44. 254
chloris nympha Zephyro dilecta 111
χρηματισμὸς, oraculum 24
chryſaor ex Meduſæ capite natus 257
chryſaor Neptuni fil. eodem
chriſe oppidum Myſiæ 81
chryſippus Pelopis fil. 293
chryſocomus Sol dictus 81
chryſogone 345
chryſothemis Agamem. & Clitemneſtræ fil. 298
chriſtianæ fidei ac cõfeſſionis ſumma 394
chriſtiano an conueniat gentilium fabulas tractare 393
chromis 254. Herculis fil. 332

chromius Nelei fil. occiſus 256
chromius Priami fil. à Diomede occiſus 160
χρόνος pro Charonte & Saturno 26.74
chthonia 318 chthonius 52.234
Cicadas rore ali 152
ciceronis de Poëtica teſtimonium 361
ciceronis eloquentia 312
cicones ab Vlyſſe expugnati 287
cilix, à quo dicta Cilicia 46
cilla oppidũ, & Cillei Apollinis tẽplũ 293
cillus auriga Pelopis 293
cinarades ſacerdos 75
cinnus à quo Cinna urbs Theſſaliæ 117
circe nympha 173.178. Solis filia. 207. uenefica 86.243.244.288
circen diu ante Troianum bellum fuiſſe in Colchide 87
circeus mons 86.244
circius uentus 107.108
ciſſeus Thraciæ rex 153
cithara Apollini à Mercurio donata 37 121.122
citharæ iuuentum Orpheo, Lino, & Amphioni attributum 127
cithera inſula 73. citheron mõs, eod. 83.127
citherea uenus 70.73
citheonus Tyberis fil. 191
Clarii Apollinis templum cõditum 123. & oraculum inſtitutum 124
clearchus 348. cleda 98
cleodemus propheta 332
cleodoxe 140
cleopatra Phinei uxor 110.111.318
cleſonymus 309
climene nympha 177.178.188.189.340. Soli adamata, unde natus Phaëton 174
climenes fil. Atlas 96
clytemneſtræ adulterium, & in maritum Agamem. ſcelus 262.274.294.296.297
clytẽneſtra & Caſtor an Tindari fil. 142.143
clio Naias 178. Clio Muſa 269.270
clytia 309.329
clytius 151
clytoneus 250
clitoris urbs 42
clitorio fonte abſtemios reddi eodem
clitus ab aurora raptus 341
clotho parca 8
cluſtimena 281
Co inſula direpta Herculi 329
cocalus 283
coccomæ pleias 99
cocytus 17. flu. infernalis Stygis fil. 67
cœleſtium ſpherarum harmonia 5
cœli uirilia amputata à Saturno 73.44
cœlum, eiuſdem'q́ progenies 57
cœlum cur patrem ſuum appellarit Saturnus 198
cœlum Aetheris & Diei fil. 77
cœlum Atlantis humeris ſuſtineri 96.97
cœlum Herculi geſtatum 324.326.327
cogitationum ſedes in animo 22
colchos delatus aries aurei uelleris 348
colchos profectio argonautarum 337
colophon à Mopſo condita 123. uel à Manto 124
columbæ in tutela Veneris 70.72
columbarum laſciuia 72
cometa Stheneli fil. 230
concha marina Veneris manibus geſtata (73.75
concubia nox 12.27
coniugii dea Iuno 214.215
cõiugiis adeſſe Venerem ceſto cinctã 70.71
contentio Stygis & Pallantis filia 112
conticinium 12.27
copreus Haliartes 329
coramis inſula 127.128
corax 343. uenator, à quo eiuſdem nominis petra 180
corcyra inſula unde dicta 204
corcyra à Cherſocrate occupata 128
corcyra, quæ & Drepane 75
coria Minerua 177
corybantes 57.58
corycum oppidum 93
corymoſa nympha 277
corynetas Vulcani fil. à Theſeo occiſus 259
corinthiorum arcis altitudo 144
corinthus Oreſtis fil. à quo Corinthus urbs 299
corinthus Ephyra dicta 299.344
corinthus Helenæ ex Paride fil. 296
coryphe Oceani filia 177
corythus rex 149.156.354
corithus 263
coritus urbs quæ Corneto hodie 149
cornea ſomni porta 25
cornu pellucidum eodem
corniueus Troianus 168

cornubia



cornubia inſula, quæ & Britania 168
corœbus Caſſandræ ſponſus 124.154
corona Ariadnæ inter ſydera relata 284
corona caſtrenſis graminea 221
corones 281
coronis nympha 97. 129. quæ & Arſinoë 142. Apollini adamata 230
coronus Cænei fil. 123
corſica inſula 332
corus uentus 107.111
coruus Apollini ſacer 116.121.122.129
coturnices certo anni tẽpore transfretare 92
Crambis 110
craſſi auaritia 355
cratæis Scyllæ mater 245
crateræ lacus 276
cratis fluuius 50
creon Corinthiorum rex 85.337.346
creon Athen. rex 55
creon Theb. rex 258
creon Siſiphi fil. 100
creon rex Herculis ſocer 330
creontis regia exuſta 346
creontis tyrannis 45
creon à Theſeo occiſus eodem
creontiades Herculis fil. 331
crepuſculum, creperum pro dubio 12
creta nympha, à qua nomẽ etiã inſulę 267
cretheis nympha 245.254
cretheus 255.340.344. Aeoli fil. 336
crethon 191
creuſa 318.337
creuſa Atrei uxor 296
creuſa Aeneæ coniunx 153.164
creuſa ab Aenea prodita, uel etiam, ut alii, occiſa 153
creuſa Iaſoni deſponſata, eiuſdem'q́ interitus 85.86.346
crinis ſacerdos Apollinis 81
criniſus flu. de'q́ eo fabula 191
cryſtallinum Palladis ſcutum 246
crocodilorum littus 131
crommyon oppid. 259
cronis Saturni fil. 200
cronica unde dicantur eodem
crotalus 285
crotopus Argiuorum rex 124.142
Cteatus 251
ctimene Laërtis fil. 286
Cudonius rex 273
cumæ Chalcidenſium opus 291
cupido Mercurii fil. 38. & Veneris 71.73.75
cupido Martis fil. & Veneris 221
cupidinis deſcriptio 221.222.223
cupidinis diuerſorum effectuũ tela 221.222
cupidinis fax eodem
curbas uentus 108
cures Aetoli fil. 236
cures Sabinorum oppidum, unde Quirites dicti Ro. 238
curetis populis clã cõmendatus Iupiter 266
curetes unde 269
curitis pro Iunone 214.216
currus Erichthonii inuentum 317
Cyanee Meandri filia 83. 84. Mileto compreſſa 194
cyane palus 202
cybele 58. eadem cum terra 11. in merulam uerſa 114.117
cyclides artes 249
cyclops Galatheæ amator 210
cyclopis oculum Vlyſſes eruit 287
cyclopes fabri 315.317
cyclopes Neptuni fil. 247
cyclopes unde dicti 244
cyclopum duæ ſpecies eodem
cydippe Naias 178
cygnis trahi currum Veneris 70.72
cygnus equeſtri certamine Herculi uictus 329
cygnus inuulnerabilis, ab Achille tamen occiſus 256.288
cygnus in auem ſui nominis 256
cygnus Soli ſacer 125
cyleno Atlantis filia 252
cyllabaris Aegiali adamatus 262
cyllabarus 229 Cyllarus 234
cyllene nympha 34. & mons 36
cyllenius Mercurius unde dictus eodem
cylleno, quæ & Celenó Pleias 99
cyllenus 268
cymodoce nympha 177.178.179
cymothoë nympha 177
cynara Aſſyriorum rex 47
cynara Cyprius, eiuſdem'q́ cum filia inceſtus eodem
cynaræ regi bellum à Venere illatum 74
cynoſura 113.114 cynthia Iuno 214.216
cynthia Diana à Cynthio monte 121
cynthius Apollo 125

bb 5 cypariſſus

cypariſſus Syluano amatus, & in ſui nominis arborem uerſus 354
cypriæ mulieres libidinoſæ 46
cypris & cyprigena dicta Venus 272
cyprus inſula in Venerem prona. 74
cyprus à Belo uaſtata 49
cyprus à Pigmalione & Phœnicibus occupata 46
cyra mons 128
cyrene 175. Penei filia 127.185
cyrenæus rex 127
cyrene urbs à Batto condita 128
cyreneus rex 127
cyrnus Herculis fil. & eiuſdem nominis inſula 332
cyteis Circe 88
cytorus Phrixi fil. 86.349
cytorus urbs 349 Cyus 125
DActyli Idæi q. & unde uocati 268.269
dactyli artis ferrariæ inuentores 249
dactylorum nomina & artes 268
dædalus cũ Icaro labyrintho incluſus 285
dædali templũ 291. Dædali uolatus, eod.
dædalion Luciferi fil. 125. in accipitrem 278
dæmogorgon gentiliũ deorũ proauus 1
rerum omnium creator 17
dæmogorgonis manſio in terris 1
uel terræ deus 2
dæmogorgonis fil. Herebus 16
dæmogorgonis fil. Litigius 5
dama fugax animal 116
damaſcus ab Hercule præcipitatus 330
damaſicon 140 Damaſor gigas 117
danaë à Præto non Ioue compreſſa 43
danaë Pylumno in uxorem ducta 310
danaës fabula 43
danaï filiarũ nomina tria tãtũ extare 40.41
danaus Argiuorum rex 40.51.185.283
danus à Lino occiſus 41
danai Argiui à Danao eodem
danaidum apud inferos pœna eodẽ
danis 234
dantes Poëta Florentinus 383.384.389
daphne 142. Apollini amata, in'q; laurum uerſa 185
daphnis Mercurii fil. 187. Bucolici carminis inuentor 156
daphnis Paridis fil. eodem
dardania à Dardano 149.150
dardani equæ Boreæ adamatæ 109.111
dardani ſoboles 149.150
dardanus Aſcanius dictus 166
dardanus ex electra 41
dardanus fratricida 149
dardanus Troiæ autor 98.99
dauid ac Iob carmine uſi 374
daunus Pylumno natus 43. rex 211. Turni pater, à quo Daunia 311. Danaës fil. 301
dauni regis tempora 230
De cœlo cecidiſſe qui dicantur 198
decoontes Herculis fil. 331
deianira Herculi à Centaũris uindicata 233. Herculi deſponſata, ab Acheloo petita 180.226.233.234
deianiræ in Herculem facinus 324.325
deianira in auxilium Herculi armata 329
deidamia Achilli adamata 308
deimachus Nelei filius. 254
deiopeia nympha 178 Deion 125
deione Mileti mater 83
deioneus 340.344
deiphile Adraſti fil. Thydei uxor 45.229
deiphobus inſidiis Helenæ occiſus 158
delli 276
delos Ortygia dicta 91.92
delphines philantropi 176
demoleon 234
demophoon 285. Athenarum rex 299
demophoon Phyllidi adamatus 260.281
demophoon Priami fil. ab Vlyſſe occiſus 160
demoſthenem alterum mater, alterum induſtria enixa 31
dentis euulſio Aeſculapii inuentum 130
dentes ſerpentis à Cadmo ſeminati 51
deorum cultus & numeroſitas ueteribus unde 268
deorũ i Aegyptũ fuga Typhei metu 114.116
deorum mater Opis 57
deorum uariæ metamorphoſes 114.116
deucalion Minois fil. 285
deucalion Promethei fil. 101.104.105
deucaliones quatuor 285
deucaliones multi 105
deucalionis poſt diluuiũ homines lapidũ iactu reſtituentis fabula 104
deuteronomii cãticũ hexametro ſcriptum
deũm mater quæ & Iuno 214.216 (270
deus omnis æui expers, quia æternus 5
deus ſumma bonitas 17



INDEX


dexamene nympha 177
Dia Deionei fil. Ixionis uxor 232
diæthus 296
diana ad Laconas tranſlata 298
diana Iouis & Laton. fil. uenationis dea 120. perpetua uirgo, eod. & 34.88.89
diana obſtetricata Latonæ in pariendo Apolline 91
diana partubus præeſt. 216
diana pro Lucifero 75
diana Cupidinis mater 34
diana unde dicta 121
dictæus mons, in quo nutritus Iupiter 266
dictynna cur dicta Diana 235
dictys 234. Pollucis frater 43
dido Elyſſa 49
dido Hiarbe in coniugem petita 277
didonis interitus 49.50. Didyme inſul. 355
didymus 358
didymus Homeri ſcholiaſtes 134.141
diei naturalis uaria initia 27
diei partitio eodem
diem haberi per integram octauæ ſphæræ reuolutionem 3
dies criticus 27
dieſpiter latinis Pluto 204.205
dierum nomina cur à Planetis 27
dies Herebi fil. Aetheris'q; coniunx 26
dies naturalis & artificialis eodem
dies unde dicta 28
dii beatæ creaturæ, in conſpectu dei 2
dii familiares domeſtici 314
diluculum 12.27
dinamene nympha 177
diocles Orſilochi fil. 190
diodamas 342
diodoris Herculis fil. 332
diogenis paupertas 357
diomedes Aetholorum dux, eius'q; geſta 229.287. Tydei fil. 45
diomedes ab Aenea occiſus 229
diomed. Thraciæ rex ab Hercule occiſus 325
diomed. & Vlyſſes exploratores 287
diomedia inſula 229
diomedis 142
diomedis ſocii in aues 229. quæ & Diomediæ aues
dione 98. cuius filia Venus 272
dionyſius 36. qui & Bacchus, ſiue liber 37. 134.137. quaſi Nyſæ deus 299
dionyſ. Deucalionis fil. 105
dionyſ. Hercules dictus 16.36
dionyſ. Nili fil. à Perſeo occiſus 187
dionyſ. tyrannus Aeſculapium aurea barba ſpolians 130
Διόσκουροι appellati Caſtor & Pollux 274
diræ 62 Dircæ 140
dirce Solis fil. Lyci regis coniunx 85
dirce tauro alligata & cõcerpta 255
dirce in fontem mutata 85
dis ab Hercule uulneratus 324.327
dis qui & Herebus 16.17
diſcordia ſiue litigium Iouis fil. 5
diſcordiæ aureum malum inter deas conicientis fabula 306.307
diſpiter latinis dictus Pluto 78
dithyrambus Bacchus 134.137.138
diuitiæ ueterum, armenta & pecudes 162
diuitiarum dea Iuno 214.215
diuitiarum deus Pluto 205.206
Dodoris 332.335
dolon occiſus 287
dolus à fraude quid differat 21
dolus Herebi fil. 20
domiduca Iuno 214.215
dominica dies, quæ & Solis, cur dicta 27
donatus Apenninigena 400
dominus miles, cuius ſuaſu ſuſceptũ hoc opus Bocatio 399
dorcades ſiue Gorgones inſulæ 245
doris nympharum mater 59.175.177
dorus Neptuni fil. à quo Dori dicti, & lingua Dorica 242
doryclus 46. Priami fil. 168
doryclus Phinei frater 110
dorylas 234 doto nympha 177
doxius cœli fil. & lutei ædificii inuentor 75 (204
Drepane iſula, q; & Corcyra 75. & Scheria
drepanum urbs à Saturni falce dicta 75. 74.114.165
drimo naias 112.178
driades nymphæ eodem
dryas 233.281
C. Duillius 392
dymas 305. Aonis fil. 252
EBrietas Bacchi ſacrum 136
ebulens 36
ebur non reddi pellucidum poſſe 25
eburnea ſomni porta eodem

éburnea Paphi mater è ſimulachro in femi
nam 46. 47
Echeclus 313 Echemelus 296
echemon Priami fi. à Diomede occiſus 160
echephron 255
echidna ſemiuirgo 93
echion gigas 117
echion Cadmi ſocius 52
echo Narciſſi amore capta 194
Eetion 156
Egeſander 112
egeſta, eiuſdem'q; nominis urbs 191
egeſtas Herebi fil. 21
egialeus 85. 86
Εἱμαρμένη, fatum 8
eioneus 252
eirybius Nelei fil. 254
Elara 133
elatus Icarii fil. 144
electra 42. Atlantis filia 149. Pleias, quæ & Electrion, & Strategis 98.99
electra ob reprehenſam Clitemneſtram in carcerem coniecta 298
electrides Thebarum portæ 98
electrione 257
electrion 301.331
electrion ab Amphitrione occiſus 302
elementorum ſegregatio 4
eleum certamen 254
ëleus Bacchus, ſiue Elleus 134. uel 137.138
eleuſinæ deæ 56
eleuſium oppidum 202
eleuſius rex, eodem & 203
elis urbs 190. capta Herculi 251. 329
eliſa quæ & Dido 49
elyſius campus 19.35
eloquentiæ deus Mercurius 312
eloquentiæ typus Merc. inſignia eodem
elpenor 288
elſa fluuius 171
Emactes, Ephiactes, Ephialtes 24
Enceladus Aethnæ ſuppoſitus 94
endelechia 131. 132
endeis Chironis fil. 305
endymionis ſomnus 89
endymion Lunæ adamatus 88.89
enipheus ſiue enipeus flu. 253. 343
ennius Euhemeri hiſtoriam ſecutus 57
ennius Poëta à Meſappo ortus 251
ennius pauper Scipionibus charus 356,380
ennoſigæus Neptunus 241
enonymos inſula 335
enippus 293
entellus 115
enyo quæ & Bellona 221
ἐνύπνιος, inſomnium 24
Eolus Atrei fil. 294. uide Aeolus
eonus 333
eous ſolis equus 79. 80
Epaphus 83. Iouis et Iſidis uel Iús fil. 39. 104. 106. 183. 188. 253. eius'q; progenies 39
epeus Troiani equi faber 21
epei, contra'q; eos bellum quod Neſtor geſſit 254. 255
ephyaltes Neptuni ex Iphimedia fil. 111. 257
ephialti mons Aethna impoſitus 257
ephitheſia 160
ephyra urbs condita 333. 344
ephyre naias 178
epicurei 73
epidauris cultus Aeſculapius 130
epileon Nelei fil. 254
epimetheus Iapeti fil. in ſimiam à Ioue uerſus 100
epinitos 140
epiochus 282
epitropus 339. 340
epochus 329
Equi bellorum præſagium 207
equo uehi Bellerophontis inuentum 345
equos Zephyro flante concipere in Hiſpania 111
equus à Neptuno productus in certamine cum Minerua 145
Erato 269. 270
ereſichthon 56
ereuthalion 282. occiſus à Neſtore 255
ergaſtes uentus 108
erginus rex ab Hercule cæſus 330
eribga 305
eriboëa 257. Aloi coniunx 112
erichthei duo 318
erichthonius Vulcani ſemine in terram delapſo natus 317
erichthonius Athenarum rex, qui & Erechtheus 109.317
erichthonius unde dictus 317
erichthonii iuuentum currus eodem
erichthonius Dardani fil. 149. 150
erycinæ Veneris templum 243
ericodes



ericodes inſulæ 335
eridanus 188.189
eridanus, qui & Phaëton 174
erydupus 234
erigone à Baccho uuæ ſpecie decepta 143 144
erigone in Zodiacum tranſlata, quæ etiam num uirgo uocatur 143
erimedis 144 erynarce nympha 178
erinnyæ furiæ 2
eryphus inſula, ad quam delata Danaë 43
eriphyle Aphiarai coniunx 342
quam Bocatius Eurydicen uocat 44
erythrothalaſſon, q̃d nos rubrũ mare 304
erythra rex, ratium iunctor 40
erythræus 281. 349
erythræus ſolis equus 80
erithræus, ſeu Erithra rex, & eiuſdem nominis mare 304
eryx ab Hercule occiſus 115.242,243
eryx mons 191
erodii aues 229
Eſaiæ canticum hexametro ſcriptum 270
Etheocles 44.45. eius'q; cum Polynice fratre diſſidium 54
eteſiæ uenti 107. 143
etruſci aruſpicina inſignes, eam'q; à Tage edocti 15
etymoneus à Neſtore occiſus 254
Euadne Capanei cõiunx, in uiri ſeſe rogũ coniiciens 236
euan pro Baccho 134.137.138
euander rex 164. ob eloquentiam Mercurii fil. dictus 314
euander Arcad. rex eodem
euanthes 285
eubolus Cereris fil. 235
euchius Bacchus 134
eudora 97
eudorus Mercurii ex Polymele fil. 313
euenia 86
euenus Aetoliæ rex 228
euenus fluuius 233. 234
euhemerus 57
eumelus 144
εὐμένης 63
eumenides 62,63
euneus 139. Iaſonis fil. 338
eunuchi matris deum ſacerdotes 57
euphroſyne 141,142
euryale gorgo. 249
eurialus grecus Aeſapi & Pedaſi occiſor 152
euryanaſſa 174
eurybatus 329
euryclia Vlyſſis nutrix 288
eurydice 307. Neſtoris coniunx 254
eurydice Amphiarai coniunx 44.123
eurydice à filio Alcmeone occiſa 44
eurydice Orphei coniunx 126,127
eurylochus 288. Vlyſſis ſocius 82. 85
eurymachus 140
eurymedon 210
eurymone Apollinis fil. 123. Grtaiarum mater 142
eurynon 253
eurynome 45. 304
eurynomus 234
eurypylus Libyæ rex 185
eurypylus Machaonis occiſor 131
eurypyli clypeus 350
eurypylus rex ab Hercule occiſus 329
eurypylus à Neoptolemo occiſus 354
euryſtheus, de'q; eius natiuitate fabula 305
euryſtheus Herculis ad domanda monſtra impulſor 327
eurythoë 225
eurythia Phinei uxor 111
eurytion 233. 307
eurytus 251. centaurus occiſus 233
eurytus Oechaliæ rex eodem
eurytus occiſus ab Hercule 324.328
euroauſter 107. 108
europa Agenoris fil. à Ioue rapta 59.283.286
europa tertia orbis pars 50
euſtephanos 98
euterpe 269. 270
eurus 107.108
eutocus 128. Apollinis fil. 129
euxantius 83
FAbius Romuli dux 237
fabula unde dicta 364
fabularum poëticarũ laus & uſus 364.386
fabularum quatuor ſpecies 364
fabularum uarii ſenſus allegorici 4
fabulas gentilium an Chriſtianis tractare conueniat 393
fabulas myſticis ſenſibus non carere 366
facundiæ uſus 71. faliſci ab Haleſo 298
falx Saturni, unde Drepano urbi nomẽ 73 (74
falx cur Saturno data 200
fama

fama pro infamia 15
famæ cupiditatis typus Pegaſus 252
famæ deſcriptio 13.14
famam præſentia minuit 381
fames Herebi filia 22
fames publica, priuata, eod. et utriuſq; cauſę
fatua pro Maia & terra 11.99
fatuellus deus, cuius uxor fatua 208
fatũ Demogorgonis fil. idẽ quod Parcæ 7
fatum Gręcis εἱμαρμένη 8. à fando dictum 9
fatum pro morte 26
fauna pro Maia & terra 11. 99
fauna Senta 208
faunus religionis autor in Latio eodem
faunum & Laomedonta regnaſſe eodem
tempore 127
fauni dii 209
fauonius qui & Zephyrus 107.111
fauſtulus paſtor 257. Romuli & Remi nu=
tritius 169
fax prima 12.27
Febris hominibus ob Promethei furtum
immiſſa 101.102.105
februa pro Iunone 214.216
februa ſacra 54
februus Pluto, unde Februa ſacra, & men=
ſis Februarius 205
feles, curq; in eam mutata Luna 116
fœmina litium & laborum officina 105
ferrũ à Cyclopibus & Chalybis reptũ 249
Ficarii 209
fiſtularum inuentor Pan 5
Flegeus Talaonis fil. 44
flora dea 218
flora ex Chlora nympha 111
florales ludi, floralia ſacra 111
florentinorum circa Calend. Ianuarias la=
res colendi mos 314
fluonia 214.216
Fœdera primum Theſeo adinuenta 259
Formiæ 291
fortuna quibuſdam Lacheſis 8
fortunæ congreſſus cum Ser. Tullio 319
Fragor 107
franciſcus de Barbarino Poëta 221.389
franciſcus Petrarcha Bocatii præceptor 105
400.401
franciſci Petrarchę laus 164.186.187
380.384.390
franco Hectoris fil. 157
francorũ regum origo ab Hectore 157
fraudis imago 21
fraus Herebi filia eodem
fraus & dolus quid differant eodem
frumenti repertrix Ceres 202.203.204
Fucinus lacus 58
fulmen Iouis triſulcum 268
furiæ infernales 17. tres Acherontis filiæ, ea=
rumq; uaria & nomina, & officia 62
furiæ à Venere hoſpitio ſuſceptæ 70.71.72
furias ſignificare animi perturbationes & (affectus 63
furum deus Mercurius 312
GAdes ciuitas ab Hercule condita 49
galathea nympha Cyclopi amata 179
galatheæ adamatus Acis 209 (247
galathia nympha 177
galerus Mercurii quid ſignificet 35.68.312
galli matris deum 57.58
gallicinium 12.27
gallicus uentus 108
ganymedes Aquarii ſignum 150.217. Iouis
pincerna ſiue pocillator 150.217
ganymedis raptus belli inter Troẽm & Tã=
talum cauſa 291
ganymedes à Tantalo rege raptus 150
garamanthis nympha 277
garamas Apollinis fil. unde Garamantes
populi, & Garama oppidum 124
garganus mons 229
Geminorum ſignũ Caſtor & Pollux 274
genethlia ſacra 158 geneus 141
genii qui & Lares 314
genios ſingulis eſſe duos 314
genua urbs unde dicta 189
geon 185
γεωργοὶ 245
gerion fraudis imago 21
geryon triceps ac trianimis 326
geryon Herculi uictus 325.326
getuli humanitatem ab Iarba edocti 277
Gyaros inſula 92
gigantes Titanis filii 77.78.79
gigantes in tartarum detruſi 117
gigantes qui putandi 115
gigantomachia 77.79.114.116.117
gigantum fabula 114.115
gigantum magnitudo non omnino fabu
loſa, recensq; ſup ea re exemplũ 114.115
gigantum ſedes in Tarteſio 117
gigantum uaria nomina eodem





gigen eundẽ cũ Briareo & Aegeone 91
gymnicorum ludorũ in Arcadia Lycaon (autor 115
gytiſorus 349
Glauca cum Plutone nata 28
glauca Saturni & Opis filia, adhuc infans
necatur 204
glauce nympha 177
glauce Iaſoni ducta 337
glaucia Pleias 99
glauci cum Diomede pugna & colloquiũ (346
glaucomata 244
glaucus in mellis dolio necatus 284
glaucus piſcator in deum marinũ 243.245
glaucus ab Aiace occiſus, & in fluuium
mutatus 346
glaucus à Circe amatus 87
glaucus Siſyphi filius 100.345
glaucus ſcuti repertor 284
gloria optimum quenq; duci maxime 399
Goliath Philiſteus 115
gopherius Aquitanorum rex 168
gorge 226.227
gorgythion Priami fil. 160
gorgon idem quod terra 1. & 2
gorgon monſtrum 2
gorgophones Perſei fil. 302
gorgonis & Perſei fabula 97.300
gorgones 96. tres unoculæ 245
gorgonum fabula 425.246
gortina 140. inſula 144
Grææ Phorci filiæ 246
græca latinis inſerendi mos 391
græcia Apia dicta ab Api. 33
græcia loquax 291
græcorum decennale cum Troianis bel=
lum 150.155
gramen Marti ſacrum 219.221
gratia Herebi & noctis fil. 19
gratia quid eodem
gratiæ. eod. Veneris filiæ tres. 70. 71. earũq;
nomina & officia 141
gratiæ cur nudæ 142
grynæũ nemus Apollinis oraculo clarũ 125
grynæus Centaurus 234
gryphes hyperborei Apollini ſacri. 121
HAedera Baccho ſacra 134.136
hædera cur Poëtæ coronentur 136
hæſyla 98
Halcynoë Atlantis fil. 253
halcyone 227. Iunonem ſe uocari paſſa 336
halcyone in auem 279
halcionii dies eodem
haleſus Agamem. fil. 298
halicarnaſſus 69
halius 250
hamadryades nymphæ 178
ἅμαξα 114
hannibalis milites Capuanis delitiis at=
triti 85
harmonia Electræ fil. 98. Cadmi uxor 236
harmonides 342
harpalice uenatrix 282. Boreæ fil. Phineo re
gi nupta 110.111
harpyæ, quæ & diræ, & furiæ 62, argonau=
tis pulſæ 338
harpyæ à Zetho & Calai fugatæ 109
harpyæ tres, earumq; nomina 111. & de iiſ=
dem fabula 265
Hebe Iunonis filia 214.217. pubertatis dea
217.250
hebe deſponſata Herculi 217.218.325.327
hecatæa 332
hecate 88.89.90. quæ & Crateis 245. & Per=
ſeis 175
hecate & Proſerpina eædem aliis, aliis di=
uerſæ 273
hecates tria ora 121 hecatombe 90
hector Priami fil. fortitudinis exẽplar 156
hector ab Achille uict. et occiſus 153.157.308
hectoris cadauer à Priamo redemptum 153
hectoris cum Aiace pugna 306
hectoris filii an plures uno 157
hectoris oſſa Thebas translata 157
hectori uictus Patroclus 308
hecubæ ſomnium 155
hecuba Priami uxor 153
helena à Protheo retenta 176
helena Deiphobo nupta 156.158
helena Paridi rapta 275.307
helena Theſeo rapta 254.259.274.275
helenæ raptus 153.155.156.295
helenæ filii 296
helenæ pulchritudo 155
helenum oppidum 295
helenus ex Helena 156
helenus & Caſſandra gemini 158
helenus Priami fil. uates 158.310
heleno Andromache tradita 310
heliades tres Phaëtontis ſorores 190
helicaon 154

Helice 113
Helicon 269
Heliopolis 188
Hellanor regno pulſus 41
Hellanus Promothei & Pyrrhæ filius 105
Hellene, à quo Hellas dicta & Hellenes 105
Helles ex ariete caſus mari Helleſponto no-
men dedit 348
Helops 234
Helimus eodem
Hera Græcis dicta Iuno 216
Heraclea urbs 234
Hercei Iouis ara, Priami cæde nobilis 155
Hercules à Phœnicibus cultus 49
Hercules Amphitrionides 257
Hercules Dionyſius dictus 56
Hercules Epeorum ultor 255
Hercules in ſeruitutem à Mercurio diuen-
ditus 328
Hercules Iouis filius 322. ex Aſterie 92.145
Hercules monſtrorum domitor muliebri
amori ſuccubuit 324
Hercules Nili filius 186
Hercules Oenei pincernam occidit ob a-
quam perperam affuſam 255
Herc. Phinei, Calais, & Zethis occiſor 110
Hercules poſt occiſum Geryoné ab Euan-
dro hoſpitio ſuſceptus 314
Hercules unde dictus 325
Herc. ad inferos deſcenſus 234.324.327.328
Herculis contra Amazonas expeditio 258
Herculis columnæ 323.240
Herculis cum Antæo pugna 16
Herculis exuuium leoninum Aiaci puero
circũdatum, inuulnerabilé reddidit 306
Herculis fatum in Euryſtheum deriuatum
Iunonis aſtu 303
Herculis filiorũ nomina & numerus 322
Herculis inſulæ 240
Herculis interitus 226.324.325.327
Herculis geſta alia à Bocatio omiſſa 329.96
Herculis natiuitas 322
Herculis labores aliis xii. aliis uero xxxi. 322
323.324. &c
Herculis labores ad hiſtoriam relati 326
Herculis labores à quibus celebrati 330
Herculis p̄ceptor Linus, ab eóq; occiſus 124
Herc. pugna cõtra Pilios & Meſſanios 256
Hercules ſacrificãdi hoĩes ritũ mutauit 198
Herculis ſagittæ Ilio fatales, quod ſine his
Troia capi non potuit, Vlyſſis opera cõ-
pertæ 155.287.328
Herculis ſagittis Lerneo ueneno infectis
uulneratus Chiron 206.207
Herculis ſtatura 322
Herculi Cerberus ex inferis tractus 235
Herculi Hebe deſponſata 217.218.325.327
Herculi ſolutus Prometheus 105
Hercules complures & uarii 16.324.325
Herebus Dæmogorgonis filius 16. cur'q;
eius filiæ Parcæ 9
Herebus pro diuinæ mentis conſilio 26
Herebus idem cum Tartaro 16.17
Herebi filii eodem
Herebi flumina 17
Herebi nomina 16
Herebo intimũ mentis humanæ receſſum
intelligi 21
Herilus 314
ἑρμαὶ Mercuriales ſtatuæ 121
Hermaphroditus Mercurii et Veneris filius
67.69.73
Hermaphroditi quomodo gignantur 69
Hermes Mercurius 68
Hermes Triſmegiſtus 131.187
Hermes Triſmegiſtus, Mercurii nepos 68
Hermiona Menelai ex Helena filia 296
Hermione 51. Cadmi coniunx 44
Hermionis raptus 158.155.310
Hermione Oreſti deſponſata 298.299
& Pyrrho in uxorem ducta 310
Hermippe 345
Heſione 131. Ceto expoſita 191. & ab Hercu-
le liberata 151.153.306.324
Heſiona Telamoni capta 305
Heſiona repetita 275
Heſperides, & aurea eorum mala Herculi
rapta 95.96.323
Heſperies nymphæ interitus 159
Heſpertuſa 95
Heſperus Cephali ex Aura filius 347
Heſperus ſtella, unde heſpera uel ueſpera 27
eadem cum Venere 70.73
Heſperus Philotes dictus, Atlantis frater, un
de Heſperia 95
Hiarbas rex, ſiue Iarbas 50.277
Hiera inſula 335
Hieronymus poëticæ ſtudioſus 378
Hieronymi ſentẽtia de Poëtis explicat̃, eod.
Hilus 188 ἱπποῦς tumulus 53





hippia Minerua 177. Hippocatia 254
hippocrene fons 51
hippodamia 233.234.309. Pelopis uxor, ab
eo'q; curſu uicta 293.223.315
hippodamia Anchiſæ fil. 163
hippodamus 331.332
hippolagus 280.281
hippolochus 345.346
hippolytarũ Veneris templũ Athenis. 260
hippolyte 254. Theſei uxor 258. ex qua fili-
us Hippolytus 259
hippolytus 139. à nouerca ſtupri falſo accu-
ſatus 285. & ab equis diſtractus, eod. per
Aeſculapium autẽ uitę reſtitutus 129.259
hippomenes Martis fil. 261
hippomenes Megarei fil. eius'q; cum Atta-
lanta certamen eodem
hipponous dictus Bellerophon 345
hippothoë 302
hippothous Priami fil. 161
hippotes 81.334
hippotis Troiani in filiam pietas 191
hipſeus 193 hiſmarus urbs 287
hiſpaſus 234 hiſter fluuius 337.338
hircæus 253. Argiuorum rex 285
hircum Baccho immolari 137
Homerus pauper, ſed clarus 356
homerus uirtutum omnium pater 380
homeri opera quanti Alexander fecerit 356
homericæ lectionis in Hetruriam reuocatæ
Bocatius autor 392
homo minor mundus 17
hominem errasse, nec nouum, nec mira-
bile 388
hominẽ finxiſſe primũ Prometheũ 100.101
honor Victoriæ filius 65
honoris templum cur apud Romã. Virtu-
tis ædi iunctum 65
honori nupta Reuerentia 206
horizon 26
horæ æquales, inæquales 26.27
horarum dominium Planetis tribui 27
horas parare Solis currum, quia eius filiæ
79.81
horus Sol dictus 81
Humanum genus lapidum iactu reſtaura
tum à Deucalione 104
humorem citra nihil produci 171
humus quid 11
Hyacinthus Boreæ & Apollini adamatus
109. in florem uerſus 142
hyades ſeptem Atlantis filiæ 96.97. quinq;
tantum Heſiodo 98
hyades Bacchi nutrices 97
hyantius Actæon 128
hyantii populi 119
hyas Atlantis fil. à quo hyades dictæ 97.98
hydra 93. Herculi uicta 323.326
hydra Sophiſta 326
hydromantica diuinatio 175
ὕειν pluere 98
hyles 234
hylas Herculi amatus & abductus 329. quę
ſitus'q; 305
hyleus 228 Hylonome 234
hylus Herculis fil. 332
hyllus à quo Hyllienſes populi, & Hyllicus
portus eodem
hyllus fluuius eodem
hymas 123
hymen, Hymeneus nuptiarum deus, Bac-
chi, & Veneris fil. 138
hymeneus Apollinis & Calliopes fil. 138
Orphei frater eodem
hyona 202 Hyperbius 236
hyperenor 52
hyperion Solis & Lunæ pater 79
hypermeſtræ erga Linum maritum officiũ
40.41
hypermeſtra eadem quæ & Iſis & Io 41.183
hyphoneus 234
hypſæus Theſſal. rex 128
hypſyphile 282
hypſipyle Iaſoni uicta & compreſſa 337
hypſipyle Licurgo regi uendita 338.339
hypſipyles pietas 139
hypſipyle Opheltis nutrix eodem
hyræus 255
hyræi ſenis pietas 279
IAcchus pro Baccho 134.137.138
iæra nympha 177
ialmenus 224 Iamphrates 332
ianaſſa nympha 177 Ianiculum 199
ianira nympha 177
ianuenſes artis nauticæ periti 108
iapeti propago 95
iaphra 332 Iapyx uentus 108
iarbas rex, qui & Hiarbas 277
iaſion Cereri adamatus 202.204. fulmine
ictus eodem

iaſius Abătis fil. 44. Dardani frater, qui & Iaſion quibuſdă, & Aëtion 98.149.228
iaſon Chironi alendum traditus 338
iaſonis in Colchos profectio, et comites. 85 253.337.338
iaucis 125
Ibis, curq; in eam uerſus Mercurius 117
Icarius alius Erigones, alius Penelopes pater 143
icarius à paſtoribus ob uini donum interemptus 143
icarius in Booten uerſus eodem
icelos ſomni miniſter 25
icetaon 151 Ichnuſa inſula 332
ichus inſula, quæ poſtea Sardinia eodem
Idæa Dardani fil. Phinei uxor 111
idæi dactyli, qui, & unde uocati 268. 269
ideis dactylis clă traditus Iupiter infans. 266
idæus Paridis fil. 156
idas 274. Caſtoris occiſor 130. Apollini prælatus 228
idas Marpiſſam rapit eodem
idmon 309
idomeneus patria Creta pulſus 164.285
idomenei uotum 285
idothea Prothei fil. 175.176
idya, quæ & Ipſæa, Medeæ mater 85.86
Ignem furatus Prometheus 101
ignem per humidum & ſpiritum ali 173
ignem ſeruare ferula è ſilice excuſſum Prometheum primum docuiſſe 102
ignigena Bacchus 134
ignis duplex, elemētū & elemĕtatus 315.316
ignis prima rerum cauſa 51
ignis è ſilice excutiendi autor Pyrodes 48
ignis uſus quomodo repertus 316
igniſpicia Amphiarai inuentum 342
Ilia Rhea Marte compreſſa, Romuli & Remi mater 169. 237
ilii ruina 387
ilio capiendo quæ fatalia 153
iliona Priami fil. 154
ilioneus 140. Phorbantis fil. eloquio clarus
ilithyia quæ & Lucina 303 (161
ilium quando conditum 150
ilium à Græcis deletum eodem
ilium expugnatum ab Hercule 151.153
ilium expugnatum à Telemone 305
ilium Hectoris filiis receptum 157
ilus ſiue Ilion Trois fil. 150
ilus qui & Iulus, & Aſcanius 166
Imbreus 234 Imbrius 155
imbricitor dictus Sol 81
Inachus rex, & eiuſdem nominis flu. 182
inachus quo tempore regnarit 40
inarime mons 291. Typhœo giganti iniectus 93
inceſtus unde dictus 71
incubones 209
index lapis, in quem mutatus Battus 37
india Baccho ſubacta 135
induciæ bellorum Lycaonis inuentum 113
indus fluuius 135
infernus, qui & Herebus 16.18
inferi in centro terræ cur credantur 17
inferorum allegoricus ſenſus eodem
inferorum deſcriptio 18
inferorum deſcēſus cur maximis quibuſq; uiris attributus 166
inò Bacchi, qui et Dionyſius, nutrix 98.134. 135
inò in Leucothoën deam 52. 349
inò Phryxi & Halles nouerca, præcipitata in mare 347
inſomnium. ἐνύπνιος 24
inſulæ fortunatæ 19
intellectiua uirtus in cerebro 32
intēpeſta nox 12.27. Interduca Iuno 214.215
interpretationes oſtentorum & prodigiorum Amphictyonis inuentum 305
inuidia Herebi filia 20
inuidia & inuidentia quid differant, eod.
inuus deus 7 Iò Inachi filia 147
Iò Iſis dicta, dea apud Aegyptios 40. 183
iob carmine ſcriptus 270. 374
iobates Prœti ſocer, uel Iophates 346
iocaſta Creontis fil. 55. Oedipo filio nupta eodem
iolaus Ariſtei fil. 303. Itēq; alius Iphiclei 129
iolaus Herculis in conficienda hydra adiutor 303
iole Herculi adamata 226. 234. 324. 328
iolea Sardiniæ prior pars 303
iolenſes ab Iolao dicti eodem
ionius Arcadum rex, à quo Iones & Ioniū mare 146.147
ioppe oppid. 300 iophoſſe 349
iouis bellum cum Titanis 266
iouis de Titano uictoria 78
iouis domicilia 217
iouis filii multi, ſed non unius 32
iouis filii ueteribus qui dicti 248





iouis nutrices Pleiades 98
iouis planetæ qualitas 51
iouis ſecundi progenies 120
iouis ſepulchrum in Creta 267
ioui Belo conſtructum templum 40
ioui in orbis diuiſione orientis imperium ceſſiſſe 206
ioui quomodo conſtructa templa 266
iouē catena detrahere è cœlo conati dii 90
ioxus à quo Ioxades 259
Iphates Priami fil. 161
iphianaſſa 42.298
iphicleus 129. Herculis frater 322.325.331. qui & Iphiclus & Iphicles 303
iphicli boues à Biante capti 256
iphiclus 174. 340.341. ſterilitate liberatus 344
iphidus 190
iphigenia, quæ & Iphianaſſa 297
iphigenia Dianæ ſacrificio deſtinata 287. 297
iphiloche 296
iphimedia 257. à Neptuno uiolata 111
iphitus ab Hercule præcipitatus 328
iphthima 144
Iris, quaſi Eris 215
iris Iunonis famula 214. 215
Iſander Bellerophontis fil. 346
iſandrus 345
iſchomache 228. alio nomine Atalanta 261
iſchys 230 Iſcla inſula 93
iſis Aegyptiorum dea 104.172. Apis coniunx 33
iſis Argo regi capta, rurſusq; à Mercurio liberata 104
iſis pro terra 11
iſis Promethei filia 39.10?.183
iſidis cum Ioue congreſſu natum Epaphū 103.104
iſidem Hypermeſtram eſſe quibuſdam uiſum 41.183
iſidori laus 269
iſmene Oedipi filia 54
iſmeneus 140
iſus ab Agamemnone occiſus 160
iſthmia certamina, uel ſacra 349
iſthmos 344
Italia, Græcia inferior 199
italia Saturnia dicta 200
italus Dardani frater 149
ithys à matre Progne occiſus 224.318
ithone oppidum 331 Ironus, eodem
itylus à matre occiſus 141
ityli duo 318
Iubal uocis diſcriminum autor 6
iudicare de incognitis quàm pernicioſum 373
iudices infernales 16.17
iuglans quaſi Iouis glans 268
iugula Orionis ſydus 73
iuliæ aquæ 291
C. Iul. Cæſar orbis & urbis fulgor 169
iulius Proculus 169. 238
iulius Sylu. Poſthumus 167. 169. 211
iulus Aſcanius, unde Iulia gens 166.167
iuno coniugii dea 214. 215
iuno coniunx & ſoror Iouis 214.266
iuno cur dicta 216
iuno Græcis Hera eodem
iuno Herculi cur aduerſa 325.326
iuno in uaccam 114.117
iuno regnorū & diuitiarū dea 99.215.347
iuno Samia 216
iuno ſterilis 32. & pro terra, aëre, aqua, &c. 11.32.214.215. 216. 231
iuno Thebanis infeſta 347
iuno Tethydis alumna 214
iuno uulnerata ab Hercule 324.327.328
iunonis catena ſuſpenſę fabula 214.216.217
iunonis Laciniæ templum 324
iunonis nymphæ quatuordecim 215
iunonis promiſſum Paridi, ad impetrandum pomum 155
iunonis uaria cognomina 214
iunoni dilectus Mercurius & Maia 99
iupiter à nymphis nutritus 266
iupiter apud Cretenſes ſepultus 172
iupiter elementum ignis 135
iupiter in aquilam 114.117. arietem. 114.116 aurum. 43. cygnum. 274. taurum. 50
iupiter clam Veſtæ educandum traditus 78
iupiter Cretenſis tertius rex, eiuſq; cum Titanis bellum 115. 183.265.266
iupiter mitis & benignus 219
iupiter Olympius dictus Pericles 31
iupiter opt. max. eodem
iupiter planeta calidus & humid. &c. eod.
iupiter primus, eiuſq; progenies 50. Athenarum rex 145
iupiter pro igne 316. & aëre 214. & cœli tempeſtate 205
iupiter quaſi iuuans pater 31

iupiter ſecundus Cœli fil. qui & Arcas 31
iupiter ſecundus, eiusq́ progenies 120
iupiter tertius, eiusq́ progenies 265.266
iupiter quintus 85
iuriſperiti reprehenduntur 354
iús in uaccam mutatæ fabula 182
iuſtitia, Aſtræa uirgo 106
iuturna 62. Ioui amata 313. Numiciq́ flu. nympha facta 311.312
iuuencus Poëta 384
Ixion 16.17.18. cœlo eiectus 131. primus tyrãnide regnum occupare auſus 232
ixion Iunonem de ſtupro ſollicitare auſus ixionis rota eodem (231
LAbdacus Agenoris, ſeu Phœnicis fil. 52
labicus, unde Labici 284
labor Herebi fil. 20 labor quid eod.
labradeus Iupiter 266
labyrinthi quatuor 197
lacedæmon Taygetę uel Semeles fil. 45.100 rex, & eiuſdem nominis urbs 142
lachesis parca 8
lacinius latro ab Hercule occiſus 324.326
lacones Oebalii dicti 142
laconum mos in regũ obitu lebetes æreos pulſare 90
lactantius neophytũs 395
lactis & coaguli uſus ab Ariſtæo traditus
lactucæ frigidæ 217 (128
lactucis comeſtis Iuno impregnata 217
ladon Daphnes pater 186
ladon Draco Heſperidũ malorũ cuſtos 96
ladon fluuius 5.6
læarchus 549 Læneus Bacchus 134
laërtes rex Vlyſſis pater 39.286. Siſyphi fi. 100
laius Thebarum rex 52. à filio occiſus 53
lamech ſagittarius 54
lamia Scyllæ mater 245
lamiæ 178
lampadȯ Pleias 99
lampetia 82. 190 Lampetuſa eod.
lampos ſolis equus 80
lampſacius 46
lampus Laomedontis fil. 151
lamus ſiue lanius 354
lamyrus Herculis fil. eodem
langia flu. 139
lanificium Mineruæ inuentum 52
lanuuinis mane pro bono 27
laocoon Parthaonis fil. 225
laocoon Apollinis ſacerdos Priami fil. 161
laodamas 250
laodamia 345.307. Bellerophontis fil. Ioui adamata 346
laodice Agamemnonis fil. 298
laodice Priami fil. 154
λαοὶ dicti populi à λᾶς, ſaxum 105
laomedon Troiæ rex, eiusq́ ſoboles eod.
laomedon in extruendis Troiæ muris à Neptuno & Apolline adiutus 125
laomedon et Faunus eodẽ tẽpore reges 127
laomedontis perfidia 191. 306. ob quam ab Hercule occiditur 151. 153.305
laomedontis equi diuino ſemine procreati 151
laomedontis ciuis ab Vlyſſe ſublatus 287
laomedontis ſepulchrum Ilio fatale 153
laothoë 158. 159. 309
lapidicinæ à Cadmo repertæ 51
lapis Cretenſium rex 198
lapitha Apollinis fil. unde Lapithæ dicti 125
lapithæ 251. 233
lapitharum cum Centauris pugna 234
laprius Iupiter 266
lara lingua priuata 313
lares qui & Genii 314
lares ſingulis duo 313
laris nympha, quæ & Lara & Larũda eod.
lariſſa 129. 261
latinus Herculis fil. 210. ex Pallantia 315
latinus Laurentum rex 210. Vlyſſis ex Circe fil. 86. 210.289
latinus Syluius 168.211
latinus rex occiſus ab Aenea 164.165.211
latinũ & Priamũ eodẽ regnaſſe tẽpore 127
latini complures 210
latini priſci 168
latium à latendo dictum 199
latmus ſeu Latmius mons 88.89
latona à Ioue uiciata 91. 92. Apollinem & Dianam parit 91
latona de ſtupro à Tityo ſollicitata 135
latonæ ſtuprum, Titonum belli cauſa 120
latramys 285 Latreus 234
laudis ſtudio omnes duci 399
lauinia Aeneæ uxor 50. Turno antea promiſſa 164.211. unde belli inter eos cauſa
laurentalia ſacra 238 (311
laureorum ſertorum uſus 185





lauri encomium 186
laurum Lauinium 165
laurus Apollini ſacra 121. 122
lauſus occiditur 237. ab Amulio 169
Learchus à patre occiſus 52.347
leda Theſtii fil. 275
leda à Ioue in cygnum uerſo cõpreſſa 274
ledæ ex Ioue filii 142. 143
legum facultas, non ſcientia 356
legum repertrix Ceres 204
lelaps canis 347
leleges 69
lemniacæ mulieres uiricidæ 337. 139
lemnium malum, prouerbium 139
lemnos inſula ab Argonautis capta eod.
lemnos inſula οἰνοφόρος 25
lemnos inſula fulminibus obnoxia 316
leodamas dictus Aſcanius 166
leogræcia inſula 168
leones currui matris deûm cur ſubiugati 57. 58
leones quadrupedum reges 58
leontius Pilatus 390. 392
leontius Homeri ſcholiaſtis interpres 141
leontii laus 261
leontodame nympha 178
lernea palus Herculi exiccata 326
lerneus, à quo eiuſdem nominis fons & prouincia 262
leſtrigones 288
lethe fluuius infernalis 67. obliuionem inducens 35
lætum pro morte per antiphraſim dici 26
leucippi 304 Leucippus 142
leucon 349 Leuconotus uentus 107
leucoſia 181 Leucothoë 52.349
leucothoë uiua defoſſa, & in thurinã uirgam uerſa 304
leucothea Cygni filia 256
leucothoë Vlyſſis miſerta, uelo ſuo natantem iuuat 288.289
leucus Vlyſſis ſocius ab Antiphone occi-
Liberalia feſta 137 (ſus 160
liberi arbitrii uis 396
liber cur dictus Dionyſius 36
liber primus primi Iouis fil. 37
liber pater aduerſus Perſeum pugnãs occiſus 136. 300
liber pater Bacchus 134. 135.137
liber pater pro ſole 122, 137
liberi patris ſacra Romam tranſlata 137
libidinoſi in tutela Veneris 72
libonotus uentus 107 Libs uentus 107
libya nympha 97. Epaphi fil. 40.251
libya cur ſerpentibus plena 246
libya ab Hercule ſerpentibus purgata 96
licorias nympha 178
licymninus 333. Herculis amicus 334
ligea Naias 178 Ligia 181.182
lilii σύνταγμα de Muſis 271
limnoria nympha 177
linceus qui & Linus, & Lynceus 40. 41. 42
lindus 354
linguæ Mercurio conſecratæ 312
linguas poſtremo imolandi ritus unde 312
linus 363. Apollinis fil. à canibus deuoratus 124
linus Aegypti fil. Hypermeſtrę maritus, qui & linceus 40. 41. 42
linus muſica clarus, ab Hercule, cuius præceptor fuit occiſus 124.127
liparæ inſulæ 315.316
lipara inſula 248,335
lis ſiue Diſcordia Iouis fil. 5
liſica ſiue Liſcito Herculis mater 36
litæ Iouis filiæ τῇ ἄτῃ oppoſitæ 5
literæ à Cadmo repertæ 51, et ab Euãdri matre Nicoſtrata 147. à Ioue Aegyptiis traditæ 184. ab Hercule autem Phrygiis 186
litigium Dæmogorgonis fil. 3.4. & ab eodem cœlo eiectus eodem, & 106
litis officina fœmina 103
Locrus Meræ ex Ioue fil. 43
lothis nympha 275
lotos, Lotophagi 287
loxias dictus Sol 80
Lucanus metricus hiſtoriographus 371
lucifer Auroræ fil 278. idẽ cũ Venere 70.73
lucina 88. 89. quæ & Ilithyia 303. & Iuno 214.215
lucretiæ ſtuprum 320
lucretii locus de inferis 18
luna à lucendo dicta 89
luna cur terrę filia quibuſdã credita 202.203
luna eadem cum Diana 120
luna Solis ſoror 88. Pani dilecta 89
luna in felem mutata 114. 116
lunæ biga 88
lunæ defectum æris pulſu iuuari 90
lunæ nomina uaria, eorundemq́ ratio 88

lunam deducere, prouerbium 90
luna quinta nati ſteriles 32
lupa nutriti Romulus & Remus 237
lupus Apollini ſacer, unde & λυκοκτόνος
dictus 81
lupos in tutela Martis 219. 220
luſium flu. 130
luſtrari Februario menſe ciuitatem 205
lutea ſimulachra primum finxiſſe Prome-
theum 102
Lyęus pro Baccho 134.137.138
lycæus Pan 7 Lycæus Iupiter eod.
lycaon Arcad. rex in lupum uerſus 112
lycaon à Ioue ſuperatus 146
lycaon à Lyſania uictus 113.120
lycaon Nelei fil 254
lycaon Priami fil. ab Achille occiſus 159
lycaon regno pulſus 146
lycaſte nympha 178. Priami fil. 154
lycaſte meretrix Venus dicta 242
lyceſpes 234 Lycidas 234
lycii ruſtici in ranas 91. 92
lycius Sol, Lycium templum 80.81
λυκοκτόνος Apollo 81
lycomedi ſeruandum traditus Achilles 308
lycophron taxatur 144
lycophrys inſula, quæ & Tenedos 256
lycorina flu. 228
lycurgo regi uendita Hypſipyle 338.339
lycurgus Bacchi oſor 98. 281. 282
Nemeæ rex 282
lycus 234.318. Mercurii ope liberatus à cęde
lycus Neptuni è Celæno Pleiade fil. 99 (255
lycus Nyctei fratris in filiam ultor 252
lycus Thebarum rex 140. ab Amphione &
Zetho occiſus 83. uel, ut alii ab Hercule
52.324.331
lydii moduli ab Amphione reperti 140
lydus Herculis fil. à quo Lydia dicta 334
lygus, à quo dicti Lygures 190
lynces cur Baccho attributi 134.136
lyncæus Caſtoris occiſor 130
lyncæus rex 48.135.183. in ſui nominis ani-
mal uerſus 202
lynceus à Polluce occiſus 274
lymnides nymphæ 178
lyra canere Apollo cur fingatur 121.122
lyra Orpheo à Mercurio tradita 126
lyra Orphei in cœlum ſumpta 126
lyriope 194 Lyris flu. 210.289
lyſanias Athen. rex 30.31
lyſanias Iupiter Athen. uocatus 30.31.113.120
lyſidice 293 Lyſippe Prœti fil. 42

MAcareus Apollinis ſacerdos 336
macarei inceſtus 335
macarei fraude occiſus ab Oreſte Pyrrhus
299
machaon Aeſculapii fil. inſignis medicus
130.131
maciei à diis immiſſæ cauſa Promethei fur-
tum 101.102
macris Dionyſii nutricius 204
macris inſula, quæ & Corcyra eodem
mæander flu. 83.194 Mæra nympha 177
magicæ artis illuſio 87
maia dea, quæ & Bona, & Fauna, & Fatua
208. à magnitudine dicta 99
maia Vulcani uxor, quæ & Maieſta 99.315
maia Pleias, Mercurii mater 98. 99
maia pro terra 11. 99
maieſtas Honoris & Reuerentiæ filia 65
maius menſis à Maia, cui eodem ſacra fieri
ſolerit 99
malchus 332
mane pro bono, Mane unde dictum 27
manſuetudo fœminarum, ut ferocitas ui-
mantion 256 (rorum 70
mantius Biantis ex Piro fil. 341
manto Tyreſiæ uatis fil. 123. 124. 191.292
marathonia ſylua 143
marcomannus Priami fil. 157
mare, aqua uirilis 60
mare, cur ceruleum, & oceanus 172
mare Erythreum ſiue rubrum 304
mariana foſſa 247
mariandina quę poſtea Bithynia 48
mariandinus 110
mariandini à Bithynis deuicti 328
marica nympha 210.289. eadẽ quæ & Circe
marica Venus 210
C. Marius Arpinas 392
C. Marii ambitio 335
marpiſſæ raptus 228
mars à Diomede uulneratus 230.229
mars ab Oto & Ephialte captus 257
mars Iunonis fil. 214.218 Marſi Itali 86
marſias flu. 138 Marſias rex 319
marſias in tutela Bacchi 134.136.137
marſias ſatyrus excoriatus 136.138
martiales homines cuiuſmodi ſint 219

martis



martis & Veneris adulterium 218.220.315
martis deſcriptio 218. 219.220.221
martis domicilium Aries & Scorpio 71
martis equi 221
martis propago 218
martis regio ſiue domus, & miniſtri 218
219.220
marti cur conſecratus à Phrixo aries aureus
martius menſis à Marte 258 (348
martio menſe Roma. annũ inchoaſſe 201
maſſicus mons 298
mater magna, pro terra 11
matricis mulicbris ſeptem cellulæ 69
matriſfamilias typus Venus conchæ inſi-
matrona Iuno 214.216 (ſtens 75
matuta 349
Medea Aeetæ filia 85. Iaſoni rapta 336. 337.
rurſus'q; repudiata Aegeo ducitur 258
medea pro terra 11
medeæ in filios ſibi cum Iaſone cõmunes
medeæ Zelotypia 346 (furor 86
medeſicaſte Priami fil. 154
medicinæ deus Mercurius 312
medicinæ repertor Arabs 133. Apollo ſiue
Chiron 67.121.125.26-. ſiue ſol 195
medicus naturę magiſter qualis eſſe debeat
mediterraneum mare 240 (68
medon 234
medus Aegei & Medeæ fil. à quo Media di-
cta 86.260
meduſa Gorgo. 245.246. à Perſeo occiſa 97
meduſæ crines in angues 246
meduſæ ex ſanguine natus Pegaſus 252
megæra furia, eiuſdem'q; ex Claudiano de-
ſcriptio 64
megalis Phrygius augur 319
megapenthes 296
megara Herculi in uxorem tradita 330
megara urbs Alcathoi 293
megareus rex 293. Oncheſti fil. 261
mela 225
melampus 42.168.294. uates, herbarum'q;
peritus 256. unde ſic dictus 340
melampus in carcerẽ ab Iphiclo coniectus,
rurſus'q; ob diuinationem emiſſus 340
melancholia triſtitiæ mater 66
melanes 349 Melanion 228
melantho Prothei fil. 242. Neptuno ada-
mata 176
meleager Calydoniæ rex 225. 226.227
melia nympha 184
melicertes in Palæmonem 52. 349
melicertæ mors 347. 348
melicertia ſacra 349
meline inſula 50 Melion 250
meliſeus rex 266
melyſſa nympha 179. Iouis nutrix, in apẽ
uerſa 226
meliſſus 128
melita inſula unde Melitæi catuli 242
melite uel Melie nympha 177.242
mellis inuentor Sol 195
mellis & apũ uſus ab Ariſtæo traditus 128
melo 186 Melos inſula 260
melpomene Muſa 269.270
memnon Auroræ fil. 255. ab Achille occi-
ſus 152. in auem uerſus eodem
memnoniæ aues 152
memnonis cruor in fontem eodem
memphis ab Api condita 35
mena Iouis fil. florib. menſtruis præeſt 277
mena pro luna 88. 89
menades 127 menalion 228
menalippe 228.258 Menalippus 228.229
mendacium quid 369 (230.259
mendacii ſpecies octo eodem
menelas 234
menelaus Lacedæmonũ rex quãdo regna-
menelai cum Paride certamen 155 (rit 295
menoctius 309
menſtruatarum mulierũ congreſſus perni-
mera in canem mutata 43 (cioſus 127
mera Icarii canis 143
mercuriales homines 55
mercurius Celenús Pleiadis fil. 99
mercurius χρυσόῤῥαπις 57
mercurius deorum nuncius 54.35.312
mercurius medicinæ, mercatorũ, furũ elo-
merc. Nili fil. 187 (quẽtię deus 312.187.37
mercurius uiarum præſes & triceps 121. Vn-
de Mercuriales ſtatuæ eodem
merc. Liberi & Proſerpinæ fil. 34. 37
mercurius Iouis & Cyllenes fil. eodẽ
mercurius Hermes dictus 68
mercurius in Ibin uerſus 114. 117
mercurius Maiæ fil. à Iunone lactatus 99
merc. ob Battũ in lapidẽ cõuerſum Apolli-
mer. planetá 312. eius'q; qua- (ni inuiſus 57
litas & officia 59
merc. quatuor præcipuarũ artiũ inuẽtor 313

cc 4 mercu-

mercurius quintus Nili nepos 187
mercurius tertius Cœli filius 67
mercurius Triphon 187
mercurii caduceus 67. 68
mercurii donum eloquentia 140
mercurii furta, quia furum deus 57
mercurii officia & inſignia 68.35.312.314
mercurii talaria 300
mercurii complures 35. 312.188
meretriciũ queſtum inſtituiſſe Venerẽ 272
meretricũ gratiam ſolis pecuniis acquiri 87
meridies & meridium 27
mermerus 234
meroë 225.Polybii uxor 55
merope 131. Aegyptius Pleias 98. 99.100. (281.344
merops 174.188
meſappus rex 194.inuulnerabilis, & ab igne immunis 251
meſenus Aeneæ tubicen 164
meſtor Priami fil. 161,302
metalla omnia igne fundi, extendi'q; 316
metallorum cõflatura à Cadmo reperta 51
methone 112 Methymne 336
metres Tyri rex, qui & Belus 49
metus exangues cur dicti 220
metus Herebi fil. 20 Metus quid eod.
mezentius rex 164.277.occiſus 165. 167
Micaleſſum promontorium 260
micone inſula 92 Midas rex 21
μῆλα Græcis & oues & mala 95
milanion 228 μίλαξ herba 85
miletus Solis fil. unde dictus eodem
militeno urbs, quæ & Mitilene eodẽ
mimalion 228
mimas gigas 94.117
minerua Apollinis mater, ſecundi Iouis filia 67. quæ & Bellona, Martis ſoror 145
minerua artium repertrix eodem
minerua ἀθήνη Græcis eodem
minerua Coria 177
minerua Hippia eodem
minerua Iouis fil. abſq; matre 218, Iouis primi 32. Vide Pallas
minerua Nili fil. 186
minerua Pallantis Titanis fil. 112
minerua perpetua uirgo 32
miner. Prometheo in hoïe fingẽdo opitulata 101
minerua pro ſapientia 32
mineruæ cum Neptuno de Athenarũ nomine certamẽ 145, & cũ Arachne, &c. 32.
minerua Tritonidis & Neptuni fil. 35
mineruæ habitus ac forma 145
mineruæ inuenta 32
mineruæ Lindiæ ſtatua poſita 41
mineruæ multæ 112
μήνη luna, & μήν menſis 90
minion 224
minyæ populi à Minya rege 338
minyas rex 345 Minyus 174
minos 50.286. eius'q; familia 283. quando regnarit eodem
minois bellum contra Athenas 258. & contra Megarenſes 84
minois iuſtitia, unde inferorum iudex cõſtitutus 283
minotaurus 84. Theſeo Ariadnes ope ſuperatus 85.258.259.284
minturnæ urbs 289
miſenus tubicen à Tritone merſus 336
miſeni tumulus 281 Miſenus mons 336
miſeria Herebi fil. 22
mithridates Ponti rex 395
Mneſteus 195.307. Athenarum rex 260
Molia feſta 282
molion Iupiter 266
moliones 251,327
moloch Idolum 395
molorcus paſtor 323
moloſſus Pyrrhi ex Andromacha fil. 158
moloſſi, eorum'q; rex Pluto 206 & 310
moloſſi à Moloſſo Pyrrhi filio 112,310
moloſſorum regnum pro inferis 235
moly herba, hoc eſt, ſapientia munitos nõ mutari in feras 88
monachorum & Sophiſtarum ſupercilium & hypocriſis 358.359
montes montibus impoſiti à gigantibus quid ſignificet 116
monychus 234
mopſus 191. Ampyci fil. 124
mopſus Apollinis fil. Iaſonis amicus 123 augur 310
mopſo erecta tẽpla ob diuinãdi peritiã 123
mopſocrenæ, Mopſiliæ eodem
morbus Herebi fil. 23. morbus quid & unde eodem
morborũ hoibus ĩmiſſorum cauſa Promethei furtum 101
morpheus ſomni miniſter 25
morrhaphion, à quo Moraphiorũ gẽs 296
mors ab Atropo quid differat 26


mors




mors à Siſypho in uincula coniecta, à Marte uero liberata 26
mors Herebi fil. 25
mors terribiliũ ultimũ ſecũdũ Ariſtot. eod.
mors uiolenta, uel naturalis eodem
mori quotidie nos tum autem dici cũ mori deſinimus 25
mortis uaria nomina eodem
Mulciber Vulcanus 315.317
muliebri amori ſuccubuiſſe monſtrorum domitorem Herculem 324
mulieres frigidæ & humidæ 72
mulieres quietis ſtudio obſtare, cauendas ergo 105
mulierum à diis immiſſarũ cauſa Promethei furtum 101. 103
mundus duplex, maior & minor 17
muoſys nympha 304 Muſæus 363
muſæ unde dictæ, & cur nouem, atq; hinc Muſica 269
muſarum cum Pierii filiabus certamẽ 269
muſarum inuenta & officia 271
muſarum nomina, eorum'q; interpretatio 270.271
muſis præeſſe Apollinem 121,122
muſas ceciniſſe in Cadmi nuptiis 52
muta dea 315 Mynetes 309
myras aruſpex 75
Myrmidon à quo Myrmidones 277
myrmidones à formicis dicti, ex quibus orti 278. 305
myrmix puella in formicam 277. 278
myrrhæ inceſtus cum patre Cynara 47
myrrha in ſui nominis arborem apud Sabæos eodem
myrrhinum poculum ad libidinis incrementa efficax 47
myrtilus Merc. fil. eius'q; interitus 225
myrtilus proditor in mare præcipitatus 295
myrtoum mare unde dictum 225
myrtos una ex Amazonibus eodem
myrtus arbor Veneri ſacra 70.72
mytilene 356
NAiades nymphæ, earum'q; nomina 177. 178
napeæ nymphæ 178
narciſſus in florem 193. 194
naſonis Peligni de arte amandi liber 375
natura duplex, naturans & naturata 2.3.4
naui longa primo uſum Iaſonem 338
nauibus transfretaſſe primum Danaũ 40
nauplius 41. 229. 276. 295. adulteriorũ per Græciã autor, quibus Palamedis mortẽ uindicauit 262
nauſicaä Alcinoi Phæacum regis fil. 250. eius'q; in Vlyſſem pietas 288
nauſithous uel Nauſinous Vlyſſis ex Calypſone fil. 289
nauſithous 210. Phæacum rex 249
naxus inſula uino clara 284
Neæra nympha 82 Nebris 5
nebrophone nympha 178
nectaris priuatione puniri Deorum periurium 64.66. 67
nedimnus 234 νεῖκος 5
neiphile, quæ & Themiſto 349
neis 141 Neleus 253. 254.329. 340
nelei boues ab Iphiclo rapti 344
nelei domus tota ab Hercule, præter Neſtorem ſublata 328
nelei fil. Chromius occiſus 256
nelei proles 254 Nembroth 115
nemeum flumen 124
neoptolemus Pyrrhus 310
nephele, quæ & Neiphile, Athamãtis uxor 347. 348
neptunus, eius'q; propago 240,241
neptunus clam Saturno, Opi natus 78
neptunus idem cum oceano 172
neptuni certamen cum Minerua de Athenarum nomine 32,145
neptuni filii ueteribus qui dicti 15,242 248.249
neptuni filiorum nomina 241
nerea 140
nereides nymphæ, earum'q; nomina 177
nereus deus marinus 177. in uarias formas mutatus Herculem tandem de Heſperidum malis capiendis docet 96
nereus qui & oceanus 172
neritas inſula 90 Neſſæus 234
neſſus centaurus 226. ab Hercule occiſus 253.254.324
neſtor Chloridis fil. 44. et Nelei, eius'q; progenies 254
neſtoris facundia eodem
nex pro morte 26
Nicoſtrata Euandri mater 147. literarũ inuentrix, eodem, & uates 314
nicoſtratus Helene ex Menelao fil. 296


nictæus

nictæus rex 85
nilus fluuius, eiuſq́ progenies 186
nili in Syriacum littus profectio 45
nimertis nympha 177
niobe 56. 184. Phoronei filia 33. Amphionis cõiunx, eiuſq́ ob prolis copiam arrogantia 140
niobes liberorum nomina eodem
niobe unà cum liberis in lapidem 292
nyſa à Dionyſio condita 36
niſæa Naias 177.178
niſus Mercur. Liberi fil. 37
niſus rex à Minoë occiſus 284
Noctua in Mineruæ tutela 32.35
noë primus uitis apud Hebr. plantator 136
noctis diuiſio 12
nomius Cyrenes & Apollinis fil. 128.129
nomius uocatus Apollo 122.123.129
norax Merc. fil. & eiuſdẽ nominis oppi. 188
notus qui & auſter 107. 108
nouercale in priuignos odium 347.348
nouius Plutonis equus 204.205
noxa quæ Græcis ἄτη 5
nox cõcubia 12.27. Nox intẽpeſta eod.
nox Terræ filia, & Herebi uxor 12
nox domitrix Homero dicta 13
nox unde dicta 12
Numicus fluuius 50. 165.311
numitor Syluius 169. regno per fratrẽ ſpoliatus 237
numenius philoſophus 56
numeri inuentrix Minerua 32
nũmorũ ſignandorũ autor Saturnus 199
nux iuglans, Ioui ſacra 268
Nycteus Neptuni fil. 252. 253.329
nycteus Plutonis equus 206
nyctimene 252.253
nyctilius Bacchus 134. 137.138
nydas 69
nympha nihil aliud quàm aqua 121
nymphæ Nerei & Doridis filiæ, deq́ue his in genere 177
nympharum mater Tethys magna 59.60
nyſa 187. Parnaſſi uertex 137
nyſa condita 135
nyſæus Bacchus 134.137.138
nyſiros inſula 117 Nyſus 318
OAxum oppidum ab Oaxe Apollinis filio 124
Oceanus 59.60. Cœli & Veſtæ fil. eiuſdẽq́ propago 171
oceanus aquarum omnium fons 66. rerũ pater 171. 172
oceani currum à balenis trahi 172
occiduum tempus 27
ocnus Tyberis fil. 192
ocriſia Corniculana 319
ocypete harpya 111. 265
ocyroë Chironis fil. uates 129. in equam uerſa 207
Odii pertinacis exemplum 54
odytes 234
odyſſeæ Homericæ allegoria 288
Oeagrus 127
œbalus Laconũ rex, qui ab eo Oebalii dicti
œchalia Herculi capta 324 (142
œclus 234
œdipus puer ab arbore pedibus ſuſpẽſus 55
œdipus Thebarum rex ob parricidium & inceſtum commiſſum ſe excæcat eod.
œneus Calydoniæ rex 226
œnei pincerna ab Hercule occiſus 255
œnomaus rex 99.313. eiuſdemq́ cum Pelope bellum 213. 291.293
œnomai equi uentorũ conceptu creati 213
œnone nympha Paridi amata 155
œnopia inſula Aegina dicta 193. 305
œnopion rex 280.285
Ogune 140
ogygia iſula 288. eiuſq́ regina Calypſo 100
ogygius rex diluuii tempore 91
Oicleus 342 Oiclus 345
Olbia oppidum 303
olei uſum ab Ariſtæo traditum 128
olenii campi 218
oliſbona Hiſpaniæ oppid. 318
olina à Minerua producta 145
olus 329
olympiaca in Pelopis honorem conſtituta ab Hercule 324.329
olympias Alexandri mater 310. 349
olympus mons, Iouis ſedes pro cœlo 267
Omphale Herculi adamata 324
omphali uenditus Hercules 328.329
Oncheſtus 205.251. à quo Oncheſte urbs 260
Ophelte 282
ophioni mons impoſitus, ab eoq́ue Omphioneus dictus 117
ophionides 234


ophiuſa


ophiuſa 86
opas Aegyptiis Vulcanus Nili fil. 188
opis Saturni ſoror & cõiunx 57.58.178.197
ops, ſiue Opis deorum mater 57. eadem & Fauna, Bona, Fatua, &c. 208
ops pro terra 11. 57.99.200
opis uaria nomina 58
Orchamus 304
orchomenos 224. Bœotiæ urbs 73. 141
orcus Moloſſorum rex 203.273
orcus, qui & Herebus 16. 18. & Pluto 78. (205.206
ordis paſtor 81
orgia Bacchi ſacra 134
oreades nymphæ 178
oreſtes 296. Macarei opẽ Pyrrhũ occidit 310
oreſtes et Pylades amicorũ par. 297.298.299
oreſtes Oreſtis fil. unde populi Oreſtides & Oreſtia 299
oreſtes poſt occiſam matrẽ inſanus & profugus eodem
oreſtes Strophilo clam commendatus 298
oreſtis oſſa Romam tranſlata 299
origenes 384
orion ex urina natus 280. inter ſydera relatus eodem
orionis in ſororẽ Candiopem inceſtus 280
orionis ortus & occaſus cũ Pleiadib. 99.189
orinthias uentus 108
orithia nympha 177
orithyia Boreæ rapta 109. 317.318
orythus Phinei ex Cleopatra fil. 110
ornæ 65
orpheus 363. quo tempore floruerit 127
orpheus Apollinis fil. & Calliopes 126
orpheus Oeagri & Polymniæ fil. 127
orpheus à mulieribus occiſus 126. 127
orpheus Poëta antiquiſſimus 127
orphei ad inferos deſcenſus 126
orphei frater Hymeneus 138
orphei caput deuoraturus ſerpens in ſaxũ mutatur 126.127
orphei cũ Argonautis in Colchos profectio 127
orphei duo eodem
orphica Bacchi ſacra cur dicta eodem
orphne nympha 65 ὄρφνη 66
orphneus Plutonis equus 206
orſilochus Alphei fil. 190. ab Vlyſſe occiſus 285.287
orthus canis 95
ortygia Delos unde dicta, & quomodo firmata, cũ antea eſſet inſtabilis 91.92
ortygia Aetoliæ urbs. ὄρτυξ 92
Oſchyra nympha 188
oſcilla 144. humanam formam referentia pro hominibus oblata 198
oſuites 260
oſyris Aegyptiorum deus 34. Typhei frater, à quo & bello ſuperatus 93
Othryoneus Caſſandræ ſponſus 154
othus Neptuni fil. ex Iphimedia 111. 257
Ouatio 64
Oxeas Herculis fil. 331
PAchinum promontorium 265
padus Eridanus dictus 189.190
palæmon 349. Phinei fil. 110. deus marinus ex Melicerta 52. 349
palæpaphos oppid. 75
palamedes Vlyſſis inſaniam explorat 287
palamedes Vlyſſis inſidiis occiſus 262. 276. (297
palamedis cũ Vlyſſe ſimultas 287
palamedis mortem Græcorum adulteriis ultus Nauplius 262
palatinus mons unde dictus 315. Euandro occupatus 147
pales magna, dea 58
palici fratres, deq́ his fabula 276
palladium Ilio fatale 155
palladium Vlyſſi & Diomedi raptũ 287
pallantia Euandri fil. Latini uxor 212
pallantia Herculi uitiata 315
pallas è Iouis capite nata 32
pallas cur dicta Minerua 112. 146 uide Minerua
palladis promiſſum Paridi, ſi pomo potiatur 155
palladis ſcutum 300
pallas Euandri fil. à Turno occiſus 311.315
pallantis corpus repertum proceritatis immenſæ 311.315
pallas Pandionis fil. 318
pallas Arcadiæ rex 314. cui nupta Nicoſtrata 147
pallene inſula 112. 175.
pallenes, ſeu Pallas Titanis fil. 112. unde inſula eiuſdem nominis
palleneus gigas 117
pallor Herebi fil. & pallor quid 25
palma cur uictoriæ data 64
Pammon Priami fil. 161
Pan Chaûs & Dæmogorgonis fil 3. 4. 5
pan & Archas gemini 7


pan fiſtu

pan ſiſtularum inuentor 5
pan Penelopes et Mercurii fil. 7. 144. 188. 315
pan in hircum 114. 117
panos deſcriptio 6
pani humano ſanguine litatum 7
panes dii 209
panæus ſiue Pantus mons 57
pandareus 318
pandarus Mineruæ impulſu Menelaum uulnerat 156
pandion Athenarũ rex 50. 136. 258. 318. bello uexatus à Thereo 224
pandora Promethei 101. 105. unde dicta 105
pandoræ pixis aperta omnium morborũ cauſa 105
pandraſis 168
panicus terror 117
panope nympha 177 Papas 59
papauera cõmeſta quietẽ inducere 202. 205
paphlagonius fons 152
paphios contendere apud ſe primum natã Venerem 74
paphos urbs ab Aeo cõdita 94. & ibidem Veneris templum 272
paphus, eiuſdem'ꝗ mira natiuitas 46. 47
paphus inſula à Papho, quæ Cyprus antea 47
paphus oppid. Veneri ſacrum eodem
paragon lapis, qui & index 37
parca per antiphraſim dicta 26
parcæ eædem cum fato 7
parcæ quod nemini parcant dictæ 9
parcæ tres Chaos & Dæmogorgonis fil. 3. 4. 7
pareantes & Paros inſula 339
parichia 251
paris Achillẽ ex inſidiis adortus occidit 308
paris Helenæ raptor 153. 155. 156. 295
paris uictus, à Venere ſubtrahitur 156
paris unde dictus eodem
paris à Philoclete occiſus 156. à Pyrrho occiſus eodem
paridis dearum iudicis fabula 155. 307
paridis cum Menelao certamen 155
paridis libido 335
ϖαρνασία νάπη urbs, quæ poſtea Pythò 92
parnaſus biceps 119
parta difficulter, chariora 369
parthaon 225. Steropes Pleiadis fil. 99
parthenia Pleias eodem
parthenia inſula, quæ poſtea Samos 216
parthenius flu. 349. Parthenopeia 188
parthenopeus 44. 227. 228. 281
paſiphaës Solis filiæ cum Tauro adulteriũ 84. 283
paſithea Somno adamata 25. 141. 142
paſſalus in ſimiã 329 Patricii 238
patroclus Hectori uictus & occiſus 157. 308
patroclus unà cum Achille educatus 309
patrocli genealogia 309
D. Paulus Mercurius à Lyſtris dictus 267
paulus Geometra 390. 399
paulus Peruſinus 390
pauo in tutela Iunonis 214. 215
pauor Martis miniſter, ſiue armiger 20. 220
paupertatis defenſio 357
pauperes qui dicendi 357
pauſanias Philippi regis occiſor 299
Pedaſus 152
pegaſus equus alatus 246. 345. Neptuni filius 251. inter ſydera relatus 252
pegaſo œſtrum immiſſum ad excutiẽdum Bellerophonta 346
pegaſo uectus contra Gorgonẽ Perſeus 300
pelagonius 192 Pelaſga mulier 261
pelaſgus, à quo Pelaſgia dicta, et Pelaſgi 261
pelaſgi poſtea Arcades 112
pelaſgi ſubacti ab Arcade 146
peleus, & eius geſta 306
peleus fratricida 305. & ob hoc eiuſdem exilium 307
pelei nuptiæ eodem
pelias 340. à filiabus occiſus Medeæ aſtu 253. 254. 337
pelias haſta Achillis 309
pelius 254 Pelius mons eodẽ, & 128
pelopea 206. Thyeſtis fil. 294
pelopia 140
pelops, à quo Peloponnenſes 293
pelops Hippodamiæ uictor 313
pelopis bellum contra Oenomaũ 292. 293
pelopi humerus eburneus 291
peloponneſus antea Aegyalea 184
peloponneſi peſtis 81 Pelor 52
pelorum promontorium 181
pelorus gigas 117
penelope Icarii fil. 143. 144. Vlyſſis coniũx
penelope adulterii inſimulata 262 (287
penelõpes filius Pan 144. & omnium procorum. 7. 188. 315

penelopes



Penelopes pudicitia 315
penelopes tela 144
Peneus flu. & eiuſdem deus. 185. ϖεντηκόν τερας nauis nomen 41
Pentheus. 56. in furorem uerſus & abſtemius à matre occiditur 52
peplum pictum cur Mineruæ attributum. (32. 33
perialce. 341
periboea nympha 192. 210. 294
periclimenas Nelei fil. in muſcam 255
perigime 259
pero Nelei fil. Biantis coniunx. 156. 340. 341
Pericles Iupiter Olympius dictus 31
Peripeleus Pyrrhi ex Andromache fil. 310
periſtera nympha à Cupidine in columbã uerſa. 72
periurium deorum nectaris priuatione puniri 64. 66. 67
perſa ſiue Perſeis Oceani fil. 85. 175
perſepolis urbs à Perſeo condita, & ab Alexandro diruta 300
Perſeus 96. Danaës ex Ioue filius. 43. inter ſydera relatus 300
Perſeus Neſtoris fil. 255
perſes ſagittarum inuentor 304
Perſei & Gorgonis fabula 4. 97. 246. 300
perſei geſta 300. 301
pertinacia Herebi filia 21
petilia urbs condita 285
Petræus 234
phadimos 140. Phæo. 98
phæocomes 234
phæſile 98 Phaëton. 174. 340
phaëton pro Phyton 10
Phaëton qui & Eridanus, dé'ꝗ eius aurigatione fabula 188. 189
phaëtontes duo 190
phaëtuſa Danai fil. 225
phalantus. 247 phaëtuſa ſolis filia. 82. 190
phama terræ fil. 13. 14
phamæ deſcriptio eod.
phandrus poëta. 150. Phanetes paſtor. 12. 57
Phantaſma 24
phantus ſiue Phãtaſus ſomni miniſter. 25
pharaonis Magi 87
phareus. 234. pharos inſula 176
phaſelis urbs à Mopſo condita. 125
phaſis flu. & oppid. 348
phædra Theſeo rapta 259. 284
phędrę turpis in priuignũ amor eod. & 285
phegeus flu. 342 phegeus Inachides. 185
pheræ urbs 190
pheræa Aeoli fil. 121
pherecrates Deucalionis fil. 105
pheretes. 340. pheruſa nympha 117
phialæ locus. 66. Phidon. 128
phidippus. 333
Philammon. 271 Apollin. fil. 125
phileſia templa 125
phileſius Apollo uel Sol. 81. 125
phileto 97
philiſteres 295 Philiſtenes 124
philiſtenes Herculis ſacerdos 49
phillyra Saturno adamata 206
philoctetes 153. 287
philocteti traditæ Herculis ſagittæ 325. 328
philomelæ in luſciniam uerſæ fab. 224. 318
philomelus Iaſonis fil. 339
philon Arcas Proſerpinę & Hermetis pater.
philonis 125. 68
philotes dictus Heſperus, unde Heſperia. 95
phineus Agenorides. 46. Harpyis liberatus per Argonautas 338
phineus excæcatus & ab Hercule occiſus.
phinei impietas. 109 (109. 110
phinei cum Perſeo de Andromedæ nuptiis certamen 300
phlegethon. 17 flu. infernalis Cocyti fil. 67
phlegias. 129. eius'ꝗ apud inferos pœna.
phlegra Theſſaliæ ager, & Phlegræus (230 campus 115. 117
phlegræus centaurus 234
phlegõ Solis equus 29. 89. qui & Phlegeus.
phlegyes 140
phobetor ſomni miniſter 25
phocarum cuſtos Protheus 172. 175
phocenſes à Phoco 305
Phocus à Peleo fratre occiſus 305. 307
phœbe luna 88. 89
phœbe rapta Caſtori & Polluci 274
phœbus cur dictus ſol 80
phœniceus color qui & Vermiculus 48
phœnicodes inſula 335
phœnice pro Vrſa minore 113. 114
phœnicis in Syriam aduentus quando. 48
phœnix. 45. 46. 48. Dolopiæ præfectus. 309 literarum inuentor 48
pholus 234
phorbas Argiuorum rex, 147. 183. à Menelao occiſus. 160

dd Phœ

Phorbantis robur & arrogantia 161
phorcus qui & Phorcyn ab Atlante uictus,
& in deum marinum uerſus 243
phorci filiæ Grææ & Gorgones 246
phoroneus Argiuorum rex 33.184
phoronidis ſacerdotis armenta à Mercurio
ſurrepta 37
phoſonia 112 φώσφαgος 37
phraſis Nelei fil. 254
phrixus clam ab ſocero occiſus 348
phrixi & Helles nouercam fugientium fa-
bula 347.348
phrixi liberi 349
phrixi templum in Colchis 348
phrontis 349
phruxonides nymphæ 266
philacus 240.341.344
phylammon 38. phylas 313
phylax 174.190
phyleus, quod ſecundũ Herculem pronun
ciaſſet ab Augia patre eiectus 329
phyllira 194
phyllis ſeipſum ſuſpendens, & in amygda
lum uerſa 282
phyllidis in Demophoonta amor. 260.282
phyllodore Naias 178
phylonome 256
phyſtenes 223 phytia 140
phyton Demogorgonis & terræ fil. 10
phyton ſerpens Latonæ immiſſus. 91. ab
Apolline interfectus eod. & 122.124
picus rex in ſui nominis auem. 87.207.208
picus auis in tutela Martis 219.220.237
pierides in picas, & Pierides dictę muſę. 269
pigmalion eiusq; parricidium 49
pigmalionis & eburneę imaginis in fœmi
nam mutatæ fabula 46
pila luſoria Pici inuentum 208
pilum à Pilumno dictum 310
pilumnus rex Danaëm expoſitam, uxorẽ
ducit 43
pirithous & Theſeus amicorũ par. 234.259
pirithous à Cerbero occiſus 234.235.259
pirithoi & Theſei ad inferos deſcenſus. 134
pirithoi ſponſam rapere conati Lapithæ ſu
perantur à Theſeo 233
piſa urbs 190
piſenor. 234 Piſinoe 181
piſiſtratus Telemacho patrem quærenti co
mes datus 255
pithecuſæ inſulæ 100.329
pittheus rex 258.295
pittacus unus è ſeptem ſapientibus 105
planetarũ nomina cur diebus impoſita. 27
platonis iuſſu minime urbibus pellendi
poëtæ 379
platonis ſententia expoſita 381
plauti paupertas 356
pleiades à Pleione matre 98
pleiades cur in cœlum tranſlatæ 98.99
pleiades Iouis nutrices eod.
pleiades ſeptem, earumq; nomina eod.
pleiades βότρυς appellatæ 98
pleiades Vergiliæ latinis 98
pleiadum ortus 189
pleione Atlantis coniunx, unde Pleiades di
ctæ. 173
pleuron. 236. Plexippus 226.227
plotæ inſulæ 109.355
pluto Ageſilaus dictus 206
pluto Cereri ex Iaſione natus 202
pluto clam Saturno Opi natus 78.205
pluto inferorum rex 204
pluto latinis Dieſpiter 204.205
pluto Februus, unde Februa ſacra, & Febru
arius menſis 205
pluto, Orcus eod. 206
pluto pro terra 8.203
plutonis equi tres. 204.205. uel quatuor, eo
rumq; nomina eod. & 206
plutoni occidentis imperium in orbis di-
uiſione ceſſiſſe 206
plutus Philomeli fil. 339
plyſthenes 294.295
podalyrius Machaonis 131
podarce. 341.344. Podarge harpya. 118
pœnarũ locus cur in centro terræ credatũ. 17
pæneus flu. 127
pœonius Epidaurenſis 278
pœus 349
poëſis cœlos inhabitat 355
poëſis ueritatis ſeruatrix. 377
poëſis quid, & unde dicta 360.361
poëſis Moyſe antiquior 362
poëſis ubi & quo pacto orta. 362.363
poëſis facultas & utilis 360
poëta quid à philoſopho differat 375
poëtæ cur fabulis tegere ueritatem ſoleant. 3
poëtæ cur hædera coronentur 136
poëtæ an philoſophorum ſimiæ. 375







Poëtæ ad uirtutem impulſores 374
poëtæ pauperes 355. prudentes eod. 356
poëtæ ſatyrici 374
poëtæ ſolitudinis amatores 271.366.367
poëtæ Theologi 392.393
poëte unum deum credidere 370
poëtarum obſcuritas defenditur 368
poëtarum teſtimoniis D. Paulus uſus. 378
poëtas legere nullum crimen 376
poëtas non eſſe mendaces 369
poëticæ & philoſophiæ collatio 377
poëtices quod genus malum 382
pola oppid. 337. Poliſſo 97.98
polites Priami fil. 161. 162. à Pyrrho occi-
ſus 153.310
pollux & Caſtor gemi. Ledę ex Ioue fil. 274
pollux immortalis, eiusq; geſta 274
polus Dæmogorgonis fil. 9
polyarches Dardanus dictus 98
polybœa 256
polybius Corinth. rex. 53. qui & Thuoris
polybetes gigas. 117 (296.295
polybus rex 276
polycaſte Neſtoris fil. 255. polydamas 154
polydecta Moloſſi fil. 310
polydore Sperchio flu. adamata 307
polydore Pelei fil. 195
polydorus Agenoris fil. 46
polydorus à Polymneſtore obtrũcatus. 158
& lapidibus obrutus 159
polydori duo Priami fil. 158.159
polyidas uates 328
polymele Mercurio amata 313
polymilas 338.339
polymneſtor Polydorũ obtruncat 154.158
polymnia 127.269.270
polynices 44.45
polynici Argia Adraſti fil. in uxorẽ data. 45
polynicis cum Eteocle fratre diſſidiũ. 54. &
cum Tydæo 228
polypates. 525. ſiue Polyphates 340
polyphe 177
polypheme Iaſonis mater 338
polyphemus Cyclops. 115. 243. 247. Siciliæ
Tyrannus 179
Polyphemus oculo ab Vlyſſe priuatus.
polyphides uates. 341. (247
polypp⁹ Mentoris fil. à Teucro occiſus. 154
polyxena Priami fil. ad Achillis tu- (155
mulum mactata 155.287.310
Pomona nympha. 87. pomorum dea. 207
à Vertumno amata 88
põpei magni æqua cũ uirtute fortuna. 400
populonia Iuno. 214.216
porphyrio 345.112
portentum flammę in Aſcanii uertice emi
porthæus 225. (cantis 166
portunnus deus 349. qui & Palæmõ. eod.
potentia Pallantis & Stygiis fil. 112
Præneſtes, urbis Præneſte conditor. 211. 319
preſbon 349
prætus rex quando regnarit 293
prætus in ſaxum 300
prætus qui & Pritus 42
prætidum fabula eod. & 340.345
priamus Laomedontis fil. & in regno ſuc-
ceſſor 151
priamus Politis fil. 162
priamus puer captus & à redemptione ſic
dictus 155
priamus et Latinus eodẽ tempore regnarũt
priami interitus uarie relatus. 153 (127
priami numeroſa proles 153
priamo conceſſum ab Achille Hectoris cor
pus 308
priapus Veneris & Bacchi fil. 272
priapus hortorum deus 201.273
priolaus occiſus 328
prion mons 117
pritus Argiuorum rex 150
procas Syluius 169
procella. 107 prochyta inſula. 95.
procris Erichthonii fil. Cephali uxor, à quo
& occiſa 317.346
procridis Zelotypia exitii ſui cauſſa 347
procuſtes latro 258
procyon canis minor 143
prognes fabula 224.318
prometheus à prouidẽtia dictus. 102. quęq;
de eo referuntur fabulæ 100.101
prometheus aſtrologus 101.102
prometheus ignem furatus 101
prometheus Caucaſo alligatus. 101. ſolu-
tusq; à Ioue, ne cũ Thetide rem haberet
admonitus 105
prometheus ab Hercule liberatus. 96.
promethei aquila ab Hercule ſagittis con-
promethei plaſma 101 (fixa. 329
pronapides poëta 3. & 4.
pronapidis protocoſmos 106

Proſerpina apud Phyſicos 47
proſerpina Iuno 214
proſerpina Iouis fil. Liberi uxor. 36. & ſoror (57
proſerpina Sicani regis fil. 263.275
proſerpina pro bona dea et Fauna. 208. pro luna. 88. 202. pro terra 11
proſerpina Plutoni rapta 275
proſerpinæ raptus 202.204
proſerpina ſterilis 206
proſerpina ab Aſcalapho accuſata 65
proſerpinam raptum ad inferos deſcendũt Theſeus & Pyrithous. 254.255
proteſilaus. 341. ab Hectore occiſus 156
protheus Aegypti rex 176
protheus phocarum cuſtos 172.175
protheus uates & marinus deus uerſatilis. (175.176
prætis Pleias 99.
proto nympha 177
protogenia Deucalionis fil. 105
prouidentia uatum &c. 8
proydile 97. Prudentius poëta 384
pruina à rore quid differat. 90
pſammatis. 124. Pſammathe 305
pſalterium carmine ſcriptum 270
pſittacus Deucaliõis fil, in ſui nominis auẽ (105
pſyches fabula 131.132
pterelas 302
puniceus color qui & phœniceus, & uermiculus 48
purpureus qui & Porphyriõ Titanis fil. 112
puteorũ fodendorũ inuentor Danaus 41
pylades & Oreſt. amicorũ par. 297.298.299
pylas urbs condita, 254. Herculi direpta. 328
pylumnus deus, qui & Sterculinus. 310
pylumno Danaë nupta 301
pyracmes 234
pyracmon cyclops 248.249
pyritus 234
pyro puella, quæ & Pero 254.256
pyrodes Cylicis fil. 46.48. ignis à ſilice excutiendi autor 48
pyrois ſolis equus 79.80
pyrrha Epimethei fil. Deucalionis uxor. 100
pyrrhatica & pyrrhatæ à Pyrrho. 310 (104
pyrrhus. 153. Achilli natus. 308. Epyrotarũ rex. 310. qui & Neoptolemus eod.
pyrrhus ab Oreſte occiſus. 158.246.299.310
pyrrhus unde dictus. 310. eiusq; geſta eod.
pythagoras uocum diſcriminis autor 6
pythius agon 185
pythius Apollo, πυθεῖν 81
pithò urbs quæ antea Parnaſia Nape 92
QVadrigã quis primus iunxerit. 142
Quercus Ioui ſacer 267.268
Querela Herebi filia 22
Quirinus dictus famulus 258
Quiris haſta Sabinorum lingua 258
Quirites unde dicti Romani 258
REgis & tyranni comparatio. 231
Regnare aut regẽ eſſe, ueteribus quid (44
regnorum dea Iuno. 214.215.
regum crebra mutatio damnoſa 347.348
regum nomina conſtare ſcriptorum ſuffragiis. 400
religionem quandam cum horrore ſubire abdita loca ingredientibus 1
remus à Fabio Romuli duce occiſus 257
reuanias. 69
reuerentia Plutonis fil. 204.206 Honoris coniunx 65
reuerentia honore quid differat 65
rexinor 250
Rhacius Lebetis fil. 124
rhadamantus iudex infernalis 50.286
rhea eadem quæ terra 11.58
rhea Syluia ueſtalis 160
rhœſis Thraciæ rex occiſus 287.289
rheſi equi Ilio fatales 153.287.289
rhetus centaurus. 234. Rhodius Sol. 85
rhodiorum cum Lyciis bellum 92
rhæcus excæcatus 178.179
rhœtus gigas 112
rhoma Aſcanii filia, unde urbi nomẽ. 167
Ripheus centaurus 254
robertus Hieruſalem & Siciliæ rex. 400. ſenex Virgilio dedit operam 385
roma orbis caput 258
roma condita, & à conditore Romulo nomen ſortita 257
Romulus & Remus Martis fil. ex Ilia ueſtali. 257
romulus Syluius 169
romuli apotheoſis 258
romus qui & Romulus 257
ros Lunæ & aëris fil. 90
ros à pruina quid differat eod.
roſa Veneri ſacra. 70.73.75. ex candida in purpuream à Venere mutata 75
runcina dea 112
runcus Titani fil. eod.





SAbbatũ ſexta dies, requiẽ ſignificat 27
Sabæi apud quos Myrrha in ſui nominis arborem uerſa. 47
Sabinarum raptus 238
ſacerdotium proximus à rege honor 49
ſagittarius in Zodiaco, Chirõ cẽtaurus. 207
ſagittarũ inuẽtor Perſes. 304. uel Scytha. 54
Saite Minerua apud Aegyptios 186
ſalamina condita 306
Salentinum promontorium 285
ſalica Neptuni coniunx 174
ſalmacis nymphę cum Hermaphrodito cõgreſſus 69
ſalmacis Cariæ fontis natura eod.
ſalmoneus rex. 253.356. eiusq; inſolentia deum ſe eſſe ſimulantis 345
ſalomon fragilitatis humanæ teſtis 395
ſalyna. 319
ſamion dux 157
ſamos condita 282
ſamos inſula prius Parthenia dicta. 216
ſamos Samothracia 149
ſanctus rex 50
ſandaliate inſula 352
ſapientiæ typus Minerua 32
ſarcophagos 54
ſardinia 245
ſardinia Iolai opera ad concordiam inſtituta 305
ſardus Herculis fil. à quo Sardinia. 188. 352
ſariuſa 343
ſarpedon. 50.85.285.286. Lyciæ rex 346
ſaturnalia ſacra 200
ſaturnia. 197. quæ & Italia 200
ſaturnus, eiusq; propago 197
ſaturnus à ſatu dictus. 200. uel quod ſaturetur annis 198
ſaturnus cur κρόνος dictus 200
ſaturnus à Ioue regno pulſus 198
ſaturnus pueros uorare cur fictus 198
ſaturnus, qui & χρόνος & Charon pro tempore accipitur 26.74
ſaturnus & Opis muro cõcluſi à Titan. 78
ſaturni cum Titano de regno cõtentio. 78
ſaturni falce amputata Cæli uirilia 73
ſaturni genitalia à Ioue abſciſſa 74
ſaturni planetæ qualitas 199
ſaturni templo cur ærarium pub. adeſſe Romani uoluerint 199
ſaturni uxor Opis uel Ops. 78
ſatyri dii. 209. à Syringa ſpreti 6
Satyrorum forma 209
ſcæa porta 153.287
ſcamander flu. 159.278
ſceptri Agamemnonis deſcriptio 296.297
ſcheria inſula quæ & Drepane 204
ſchæneus 349
ſcinis latro, qui & Sinnis 259
ſcipio affrican. an Iouis fil. 349.350
ſcipio affrican, Franciſco Petrarchæ celebratus 164
ſcipionem affricanum cur non refferat inter deos 349
ſciro latro 258
ſcorpio & Aries Martis domicilium. 71.72
ſcorpionis domicilio furiæ à Veneris hoſpitio ſuſceptæ eod.
ſcriptis doctorum immortalitatem conſtare 399.400
ſcylla. 288. in marinum monſtrum ſiue deam conuerſa 87.245
ſcyllæ impietas. 283. & eiuſdem monſtri deſcriptio 245
ſcylla ab Hercule occiſa 244.245
ſcyros urbs. 262. & inſula 259
ſcyra Iouis fil. arcus ſagittarũq; repertor 54
Seculum proprie quid. 82
ſedulius poëta 384
ſegeſta urbs 191
ſelemne nympha 146
ſemachus 105
ſemeles cũ Ioue infœlix cõcubitus. 52.134
ſenatores patres 238
ſenectus Herebi filia 25
ſenes longæui immortales 5
ſenno 329
ſenta Fauna 208
ſeptenarius numerus perfectus 27
ſeptentrio pro Caliſthone 115
ſeptentrio uentus 107.108
ſeptentriones cur non occidant 146
ſeptentriones unde dicti 114
ſerapis Aegyptiorum deus. 34. qui & Apis (184.185
ſerbouis lacus. 93
ſergeſta 354
ſerpens uiridis reuolutamq; in os caudam ſibi deuorãs, æui ſeu anni apud Aegyptios ſymbolum 2.127.200
ſerpentarius 200
ſerpentes lactis auidi 326

ſerpentes prudentiæ ſymbolum 51.
ſeuerus iuuenis occiſi Hectoris cuſtos 157
ſex numerus perfectus 10
ſicambria ciuitas condita 157
ſicanus Dardani frater. 149. Siciliæ rex. 60
unde Sicaniæ inſulæ nomen 263
ſicarbas 49
ſichæus Didonis maritus 49
ſicilia cur Typhoni fingatur impoſita 93
ſiculus à quo Sicilia 263
ſidicinum oppid. 291
ſigeum promontorium 308
ſilenus Bacchi alumnus 134.135
ſileni aſini inter ſydera collocati 117
ſilentiũ digito ſignificare apud Aegyptios
Oſyridis ſimulachrum 34.
ſimethis nympha. 209
ſimetus fluuius 276
ſimiæ natura, imitari omnia 100
ſimois flu. 162.164
ſinon Vlyſſis conſobrinus 38.39
ſinonis aſtus, quo captum Ilium. 287
ſinon ſecundus 39
ſinope Aſopi fil. 195
ſinopis urbs 54
ſiphylus uel Sipylus mons 140.292
ſipolos 140
ſirenarum inſulæ & earundem cantus. 288
ſirenes præteriri Argonautis niſi præſente
Orpheo non potuiſſe 127
ſirius canis maior 142
ſiſyphus. 17.16.18. an Aeoli fil. 344
ſiſyphus Aethiops dictus 349
ſiſyphus latro, Vlyſſis pater. 38.39. 286. 287
ſiſyphus Corinthiorum rex. 100 (344.346
ſiſyphi ſaxum 344
ſiſyphi duo eod.
ſiſyphi proditio & pœna 193
Smintheus Apollo cur dictus 81
ſminthia urbs eod. σμίνθοι eod.
Socigena Iuno. 214.216
ſolanus uentus. 108
ſol conuerſus ad Atrei ſcelus fratri filios co-
ctos apponentis 294
ſol in coruum mutatus 114.116
ſol mens mũdi & cœli cor dictus & ignis
Aetherei fons 80
ſol oceani fil. medicinæ ac mellis inuentor
ſol omnis mortalis uitæ pater, unde (195
& Pan Lyceus habitus. 7.12.79. & rerum
omnium cauſa 80.137
ſol primi Iouis fil. 34
ſol planetarum princeps 27.79
ſol Rhodius. 83. Sol Titanus dictus. 95
ſol Vulcani fil. eiuſq; progenies 188
ſol unde dictus 80
ſolis circuitu annum, ſicut Lunæ menſem
fieri 5
ſolis greges Vlyſſis ſociis mactatæ interitus
eorum cauſa 28.288
ſolis nomina uaria, eorũq; interpretatio. 80
ſolis odio cæcitatem elegiſſe Phineum. 110
ſolis progenies. 79. Veneri exoſa. 70.72.85
ſolis regia. 79. currus, equi, corona, &c. 80
ſolem, Apis nomine coli apud Aegypti. 34
ſolem producere pulchros homines 72
ſole deſcribi tẽpora & tẽporũ qualitates. 80
ſolitudo ſpeculationi apta 102
ſolitudinis amanti uitanda fœmina 103
ſolitudinis amatores poëtæ 271.366.367
ſolomon carmine ſcriptus 270
ſolon ſenex ad poëticam ſe contulit 358
ſolſtitium antarcticum 66
ſolſtitium ab Ariſteo primo obſeruatũ. 128
ſolymi à Bellerophonte uicti & fugati. 349
ſomnus Herebi fil. 25
ſomnus quid, & ſomni deſcriptio eod.
ſomnium ὄνειρος 24
ſomnii miniſtri 25
ſomni portæ 25
ſomnum in Lemno habitare eod.
ſomniorum ſpecies 24
ſomniorum interpretationes Amphictyo-
nis inuentum 305
ſomniorum uiſa omnia priſcis uera iudi-
cata 24.25
ſorgia fontium rex 379
ſorapis 34. Soron. 34.332
ſorophaci. 332.333. σωρὸς 34
Sparetus Aſſyriorum rex 189
ſparta Paridi expugnata 155
ſpartus à quo Sparta condita 184
ſparti unde dicti 52
ſpeculum Aeſculapii inuentum 130
ſpeculariæ ſignificationis inuentor Sinon.
ſperchius flu. 159. (39
ſperma ſalſum eſſe 74
ſphærarum cœli harmonia 269
ſphinx Cadmi coniunx. 51.236
ſphinx ab Oedipo occiſa 53



INDEX.

ſpio nympha. 377.178. Staphylus 285
Staſippus Migdonius 160
ſtennio Gorgo quæ & Stheno 245.246
ſtenoboë Phinei regis uxor 110
ſtenobe ſeipſam interficit 545
ſterculinus qui & Pylumnus deus 310
ſterculinus dictus Saturnus 200
ſtercos fimi repertor, unde ſtercus fimum
dictum 208
ſtercutius uel Sterces agriculturę deus. eod.
ſteriles quinta luna nati 32.77.78
ſterope Atlantis filia, Pleias. 98.99.225
ſteropes Cyclops 248.249
ſthelenus Argiuorũ rex. 149. regno pulſus
ſtheleno regnante natos Apollinem & (41
Dianam 122
ſthenele Patrocli mater. 309
ſthenelus 236.302.303
ſthenelus Corinthius 245
ſtheneli complures 302
ſthenobœe Prœti coniunx 42
ſtilbon dictus Mercurius 37.104
ſtipes Meleagri fatalis 216
ſtiphelus 254 Stoici 73
ſtonychæ pleias 99
ſtrategis dicta Electra 98
ſtratius 255. Stratonicus 56.57
ſtrongyle inſula 355
ſtrophades inſulæ 109
ſtrophilus Phocenſis. 298
ſtrymon. 289
ſtudiorum diuerſitas pro diuerſitate ingeni
orum neceſſaria 396
ſtymphalides aues 323
ſtymphalus heros. 327. cuius fil. Stymphali
ſtymphalus oppid. & Stymphalis (des
palus 337
ſtyx palus. 17. Acherontis fil. 64. perq; eam
iurare Deos 66.117
ſtyx palus Auſtrũ uerſus. 66. in Arcadia ad
Pheneum 67
ſtyx palus in Aphrica 34
ſtyx deorum nutrix & hoſpita 66
ſtyx Ocani fil. eod.
ſtyx terræ fil. 66
Subſolanus 107.108
ſubueſper uentus 107.108
ſucculæ, quæ & Hyades 97.98
ſucron. 125 Sueſſa opid. 291
ſupernas uentus. 108 Sura flu. 152
ſuris, unde Aſſyria 332
ſus pregnans terræ grata hoſtia 99
ſuſis oppid. à Memnone conditum 152
Sybotes Vlyſſis ſubulcus 288
ſycanus Siciliæ rex. 202.203
ſyene Aegypti pars 66
ſyluanus deus. 334. an idem cum Pane 5
ſyluani dii. 209
ſyluius Poſthumus 166
ſyluii nomen unde 167 (167
ſypontum urbs condita 229
ſyrenes aliis tres, aliis quatuor earumq; no-
mina. 181
ſyringa in fiſtulam 5
ſyrus, unde Syri 193
ſyrus canis inter aſtra relatus. 280
TAenarum promontorium 328
Tęnarus Elati fil. unde urbi & mon-
ti nomen 144
tages terræ fil. 15. Talaon ſiue Thalaon. 44
talaria Mercurii cur alata 55,68.312
tanaquil auguriorum perita 320
tantalus. 16.17.18.140
tantalus Corinthiorum rex. 144.292
tantalus Phrygiæ rex 150
tantalus Thyeſtis fil. 294
tantali apud inferos pœna 291
tantali bellum aduerſus Troëm regẽ eod.
taphos 302. Taprobane inſula 10
tara, à quo Tarentum urbs 247
tarchon Tyrrhenus 319
Sex. Tarquinii facinus in Lucretiam 320
tartarus terræ fil. 14.15. idẽ cũ Herebo. 16.17
tartarus pœnarũ apud inferos locus. 14. 17
taurinum oppid. 190. Tauropolis 285
taurus Minois ſcriba 84
taurus Nelei fil. 254
taygeta. 45.142. Agenoris fil. 100. Pleias. 98.
Telamon Herculis ſocius eiuſq; (99.100
geſta 305.158
teleboas. 154
teleboæ latrones 202.302
telegonus. 39.40.288. Vlyſſis fil. 289.86
telegonus Vlyſſem patrẽ iaculo cõficit. 288
telegoni mœnia 289
telemachus Vlyſ. fil. ex Penelope. 144. 287
telemus Eurymedes Cyclops ac uates (289
telephus Herculis fil. 333.334 (284
tellumene pro terra 11
tellus unde dicta, Tellus terræ dea eod.

tempeſtas ſuprema 27
temporis definitio 47
temporis ſymbolum Charon 26.74
temporis ſymbolum ſerpens.2. Vide in lite
tempore non egere ſuperos.26. (ras
tenebra Herebi filia 25
tenedos dicta Lycophrys inſula 256
tennes falſo ſtupri à nouerca accuſatus in mare abiicitur 256
tereus centaurus 234
termerus ab Hercule occiſus, unde Termeria mala, prouerb. 330
terpſichore 269.270
terra Dæmogorgonis ſedes & filia.11. Titani uxor 77
terræ nomina & unde dicta 11
terra cur Opis dicta 200
terra fluuiorum mater 180
terra ſempiterna & diuinæ mẽtis capax credita Archadib. 1
terræ filia Nox. 12.phama.13.14.Styx. 66
terræ filii ueteribus qui. 15.242
terram iratam peperiſſe Phamam quid ſignificet 13
terræmotuum cauſa creditus Typhœus.95
teſtorius Priami fil. 161
tethys Iunonis nutrix. 146. nympharum mater. 59.60
tetragonus cur poni ſolitus in Mercurii fe
teucer 305.306 (ſtis 313
teucer à quo Teucri Troiani, alius ab eiuſdẽ nominis Priami filio 160.164
teucer Scamandri fluuii fil. 306
teucer Theſamonius 151.155.160
teucri Troiani 306
teuthras rex 330.334
textura Mineruæ inuentum 32
thalaon 123 Thalayræ raptus 274
thales Mileſius.171.Cynoſuræ inuentor.113
thalia. 142.269.270
thalia nympha. 177.178.à Ioue compreſſa.
thalyſia Cereris feſta. 276 (204
thamyris Philamonis fil. 125
thamyris primus libidinis in mares autor.
tharſalum Hiſpaniæ oppid. 188 (271
theano Heccubæ ſoror 154
theanum oppid. 291
thebæ Aegyptiæ, & Bœotiæ aliæ 51.253
thebæ Ciliciæ. 156
thebarum portæ Electrides 98
thebani muri Amphionis cithara cõſtructi
thebe Aſopi flu.coniunx 236 (140
theleſiæ oppid. 291
thelxiepia 181
themidis oraculum de reſtituendo genere humano 104
themon 345
themiſto Athamantis uxor 349
theoclimenus uates 342
theodamas ob Hercule occiſus 329
theodontius 390
theologia triplex 392
theologi reprehenduntur 355
theophanes Mitilenus 400
thereus Thracũ rex, de'q; eo fabula.109. 224
thereus in upupam eod. &.318
theriomachus Herculis fil. 351
thero nympha 178
therſites. 225
theſeus.17. per Herculem ab inferis liberatus. 235.259.324
theſeus Centaurorum uictor.233.& Minotauri. 85.258.259.284. Creontis occiſor 45.53
theſeus & Pirithous amicorũ par. 234.259
theſei & Pirithoi ad inferos deſcenſus. 234.
theſei geſta 258.259 (225
theſſalæ ueneficæ, 90
theſſalonica urbs 164
theſſalus.329.358. Herculis fil. 335
theſſandrus 358
theſſander Polynicis filius. 54.à fratre occiſus 45
theſmophoria Cereris ſacra 202.204
theſpiades.329.pro Muſis 269
theſpii filiæ quinquaginta Herculi compreſſæ. 329
theſpius. 318. Theſtius 225
theſtor 309
thetis Achillis mater. 60.207. Peleo nupta 179.& Prothei conſilio circumuenta 306
thia.329.ſiue Thea, ſolis mater 81
thimœtes uates Priami fil, 162
thiodamus augur 341
thoas Bacchi fil. ab Hypſipyle filia ſeruatus 139
thoas rex. 284. 285. ab Oreſte occiſus. 297.
thoas Iaſonis fil. 338 (299
thoë nympha 177
Thoyth Mercurius Aegyptiis 88


Thoa




Thooſa Phorci fil. 247. Polyphemi mater
Thoxeus 226.227 (245
Thracius uentus 108
thraſymedes Neſtoris fil. 255
thuoris rex.276. qui & Polybius 295.296
Thydæo profugo Deiphile uxor data. 45
thyello harpya 11.263 thyene. 97
thyeſtes.223.293.regno pulſus eod.
thyeſtes Agamemnoni regnũ reſtituit. 296
thyeſtis inceſtus 294 Thyis 141
thymbreus Sol Apollo 81.156
thynnidæ inſulæ.181 Thynus 110
thyoneus Bacchus 134.137.138
thyoneus Bacchi fil. 139
thyſamenus uel Tyſſamenus 299
tindarus ſeu Tyndareus rex 142
tinge oppid. 16 Tireſiæ fabula 191
tiſiphone furia 17.36.64.205
titan idem quod ultio 78
titan ſeu Titanus pro ſole.60.95.cuius uxor terra 11
titanus flu. unde & Titania dicta 79
titanus à Ioue uictus 78
titani progenies 77
titani cum Saturno de regno contentio.78
titani gigantes.13. Titanes qui 17
Titanes ſteriles 77.78
titanum nomina & numerus 79
titanorũ cum Ioue bellũ.91.114.115.120.266
titaron 124
tithonus aſtronomus.152.Laomedõtis frater.95. ab Aurora dilectus, & in cicadam uerſus 151
tityas. 268.328
tityus.16.17.18. eiuſdem'q; apud inferos pœ
Tlepolemus. 355 (na 133.154
Tomitana inſula quæ & Tomos Ouidii exilio clara 85.86
trachinna nympha 278
Trali uermes 256
Tridens Neptuni 241
triga Plutonis currus 204
trinacria inſula, quæ poſtea Sicania, 263. Typhœo impoſita. 93.204
triphon Mercurius 187
tripodis certamen, 36. Tripodes Apollinis quid. eod.
Triptolemus Cereris alumnus, & ab eadẽ frugum rationem edoctus 202.203
triſtitia duplex 66
triton lacus 33
triton Oceani fil. 174
Tritones cur Saturnini templi faſtigio inſculpti 200
tritones oceani tibicines 172.174
tritones paludis tres 35
tritones piſces 174
tritonia Minerua 32.33
tritopatræus 36
triuia Luna uel Diana 88.89.121.
triumphus 64
trœzem colonia deducta 69
troia anxia non capta, ſed cũ læta eſſet 64
troia fraude magis quàm uiribus capta.295
troia Herculi deleta 324
troiæ muri ab Apolline & Neptuno extructi 123.150
troiam capi abſq; ſagittis Herculis non potuiſſe 328
troianum bellum ob Helenæ raptum, 275
troilus rex, ſiue Tros.162. ſeu Troius, à quo Troia dicta 150
troilus occiſus. 158.308
troili uita Ilio fatalis 155
trophœum. 64
trophonius dictus Mercurius 187.188
Tulliæ duæ Ser. Tullii filiæ. 320
Ser. Tullius rex Tarquinii ſucceſſor eod. Vulcani fil. & Fortunæ adamatus 319
Ser. Tullii mors 320
turbo. 107
turnus Rutulorum rex.311.ab Aſcanio occiſus eod.
turni cum Aenea certamen, & eiuſdẽ geſta
turris octogena 108 (eod.
turrita cur Deorum mater 57
tuſculum conditum 289
tyberinus Syluius 168.191
tyberis ſiue Tybris fluui. 191 à Tyberino dictus qui antea Albula 168
tybur uel Tyburis urbs condita 289
tyburtinus ſeu Tyburtus à quo Tybur op
tydeus.228.Polynicis legatus.54. (pid.345
tydei mors. 54
tygres Bacchi currum trahere cur ficti 136
typhis. 282 Tiphatus Apis frater 34
typhon ſeu Typhœus Titan fulmine ictus impoſita'q; ei Trinacria 93.204
typhœus, Typhon, Typhaon, an idem.65
typhon & Typhaon uentus eod.


Typhœ

Typhœi metu deorũ in Aegyptũ fuga. 114
Tyranni & regis comparatio 231 (116
Tyreſia uates 288
Tyro nympha. 253. Salmonei filia. 336. 340.
Tyrrheus paſtor 211 (345
VAcca, cur'q; in eam mutata Iuno. 117
ualens Aeſculapii pater 130
uannus in tutela Bacchi 134. 136
uannum adhiberi Febru͡is ſacris 34
ūdæus. 52. Vellus aureum Phrixi 85
Veneratio Plutonis filia 204. 206
uenetianus rex 75
uenilia Dauni uxor 311
uenti Aſtrei filii. 106. uel Auroræ, quia cum ea oriuntur eod.
uenti bouis corio incluſi 335. 287. 288
uenti à Iunone in Iouem armati 106. 107
uentorum potẽtia, regiones, numerus, nomina &c. 107
uentorum cauſa naturalis 335
uentorum rex Aeolus 106. 107. 334. 335
uentos agere Mercurii officium 36. 68
uenus à Diomede uulnerata 229. 230
uenus conchæ inſiſtens, matrisfamilias typus. 75
uenus coniunctionum cauſatrix 141
uenus Cypria 46. 272
uenus è teſticulorũ Cœli ſanguine, uel maris ſpuma nata 72. 73. 74
uenus ex humiditate cibi & potus 74
uenus immoderata multorum morborũ cauſa 163
uenus in anguillam uerſa & piſcem 114
uenus interdũ etiã Veſta ueteribus dict. 202
uenus Lycaſte meretrix dicta 242
uenus magna, eius'q; deſcriptio 70
uenus Marica 210
uenus meretriciũ quæſtũ inſtituit. 48. 272
uenus pro ſuperiore hemiſphærio apud phyſicos 47
uenus quare nuda pingatur 74
uenus ſecũda Cœli filia Cupidinis mater.
uenus Solis proli infenſa 70. 72. 85 (73
uenus tertia, Vulcani uxor 272. 315
uenus unde dicta 73
ueneris & Martis adulteriũ. 70. 218. 220. 315
uenus Vulcani uxor 220
ueneris Erycinæ templum 245
ueneris filius cur dictus Aeneas 165
ueneris parentes Syriam ac Cyprum 48
ueneris pediſſequæ Charites 141
ueneris planetæ affectus 71
ueneris uaria nomina 70. 73
ueneri adamatus Adonis, & amborũ apud Aſſyrios & Phœnices cultus 47
ueneri datum à Paride pomum 155
ueneri templum à Cynara extructũ. 74. 75
uenerem natantem pingi 74
uer calidum & humidum 217
ueris tempore animalia omnia ad concupiſcentiam inclinari magis 72
uergiliæ latinis dicte Pleiades 98
uermiculus, qui et Phœniceus color, & punicens. 48
uertũno adamata Pomona. 88. (niceus. 48
ueſpera 27 Veſperugo Veſper. 70. 75
ueſta de ſtupro à Priapo ſollicitata 273
ueſta eadem cum terra 11. 78. 173. 201
ueſta pro igni 201. pro Venere. 202
ueſta Titanis mater. 77. 78. Vranii coniunx
ueſtæ cultus. 202. (57
ueſtæ duæ. 201 Veſtina urbs 289
uiarũ præſes Diana. 121. & Mercurius eod.
uictoria Acherontis & Stygis filia. 69. eiuſdem'q; deſcriptio. eod.
uini ad Bacchi fabulam collatio 135. 136
uini apud Græcos autor Bachus, ut apud Hebræos Noë 136
uini colendi ratio ab Icaro tradita 145
uini uſũ edocti Aegyptii ab Api. 53. Athenienſes à Dioniſio 56
uirbius Hippolyti fil. qui ipſe quoq; Hippolitus. 259. 260
uirga Mercurii. 35. 68. 212. ab (litus. 259. 260
Apolline ei donata 37
uirgilius Homerum imitatus 571
uirgil. Parthenias ob uerecũdiã dictus. 580
uirgilii defenſio de Didone 571
uirgilii locus. 142. 154. Virg. paupertas. 356
uirgilii ſeceſſus. 579
uirgilianæ Aeneidos argumentum 164
uirginũ Atheniẽſiũ ſeſe ſuſpendẽtiũ furor
uirgo Aſtræa, Zodiaci ſignũ. 106. 143, (144.
uirtute ſola honorem conſequi licere. 65
uis Pallãtis ex Styge fil. 112. uiſio, ὅραμα. 24
uiſui obeſſe intemperatam Venerem 165
uita mortalium tripartita 156
uitæ ſedes in ſanguine 205
Vlyſſes à Circe admonitus Solis gregibus abſtinet. 82
ulyſſes et Diomedes exploratores miſſi. 287
ulyſſes Laẽrtis ne, an Siſyphi filius 286. 287
ulyſſes



Vlyſſes Siſyphi fil. non Laẽrtis 39. 544
ulyſſes πολύτροπος 287
ulyſſis aſtus in inquirendo Achille 308
ulyſſis aſtus contra Cyclopem 247. 287
ulyſſis aduentus in patriam mendici habitu. 283
ulyſſis cum Palamede ſimultas 267. 287
ulyſſis dubium genus 286
ulyſſis errores 287
ulyſſis & Circes fabula 86
ulyſſis fil. Auſonius 289
ulyſſis geſta 287. 288
ulyſſis mater Autolia 38. 39
ulyſſis mors 288
ulyſſis ſimulata inſania 287
Vmbri, qui & Hetruſci 27
Vnxia Iuno 214. 215
Volucres obſcœnę, quę & Dirę, & Furię. 62
uolupia 88
uoluptas Cupidinis & Perches fil. 123. 223
urania 269. 270
uranius. 27. Saturni pater, idem cum Cœlo. 173. qui & Vranus 198
urna pro ſepulchro 65
urſa maior, eius'q; uaria nomina 113
urſa minor 143
urſa maior & minor ad arcticũ polũ. 146
Vtis nomẽ quo Cyclopi impoſuit Vlyſſes. (247
Vulcaniæ inſulæ 315. 316. 335 (247
uulcanus à Baccho hoſpitio acceptus 138
Vulcanus à ſimiis educatus 316
uulcanus cœli fil. Saturni frater. 67. 145. Iunonis fil. 214. Iouis faber 315. 316
uulcanus cœlo deiectus ob deformitatem 315. 317. Thetidi'q; exceptus 173
uulcanus Mineruam coniugẽ petit. 52. 317. uide Erichthonius.
uulcanus Nili fi. Opas dictus Aegyptiis. 188
uulcani uxor Venus. 220. & Maia ſiue Maieſta. 99
uulcani complures 315 (ieſta. 99
uultur Tityi iecur depaſcens quid ſignificet
uulturnus. 107. 108 (134
uxor ab ungendo 215
XAnthione 131
Xanthus Achillis equus 111. 309
Xanthus flu. 153. Iouis fil. 278
Xanthus rex. 285 Xanto naias 178
Xemarchus. 140. Xerxis præſumptio. 335
ZEphyrus 107. 111
zephiri & Pſyches fabula 151. 152
Zephyro adamata Chloris, item Achillis & Dardani equæ 111
Zeſius 250
Zethus Boreę fil. 109. ab Hercule occiſus. 110
zethus & Amphion fratres 318. unà expoſiti 83. Antiopes ex Ioue filii 140, 141, 252, 255
zetes & Calais fratres. 317. 218
ζεὺς cur dictus Iupiter 31

Indicis Finis

# TABVLA IN GENEALOGIAE LIBROS IOANNIS BOCATII.

## LIBER PRIMVS.

QVis primus apud gentiles deus habitus ſit, in arbore ſignata deſuper ponit͛ in culmine Dęmogorgon, uerſa in cælũ radice, nec ſolũ infra deſcriptę progeniei ſed deorũ omniũ gentiliũ pater. & in ramis & in frondibus ab eo deſcendẽtibus deſcribũt͛ eius filii & Nepotes, de quibus omnibꝰ in hoc primo libro prout ſũt ſignati, diſtincte ſcribitur. Verũ ex eis Aether excipitur ſolus, de quo & eius ampliſſima poſteritate in libris ſequẽtibus deſcribetur. Fuerunt ergo Dęmogorgoni filii filię'q; nouem, quorum primus Litigium, 2. Pan, 3. Clotho, 4. Lacheſis, 5. Atropos, 6. Polus ſeu Pollux, 7. Phyton, ſeu Phaneta, 8. Terra 9. Herebus.

De Aeternitate Caput. 1
De Chao 2
De Litigio primo Dęmogorgonis fil. 3
De Pane. 2. Dęmogorgonis filio 4
De Clotho tertia. Lacheſi 4. & 5 Atropo, filiabus Dæmogorgonis 5
De Polo. 6. Dæmogorgonis filio 6
De Phytone. 7. Dæmogorgonis filio. 7
De Terra ex filiis Dæmogorgonis octaua quæ ex incognitis parẽtibus 5. genuit filios, quorum prima Nox, 2. Phama, 3. Tartarus 4. Tages, 5. Antæus 8
De Nocte prima terræ filia 9

De Phania

De Phama. 2. ex filiis terræ 10
De Tartaro. 3. terræ filio 11
De Taigete. 4. terræ fil. 12
De Antæo quinto terræ filio. 13

De Herebo 9. Demogorgonis filio, cui fuerunt filii. xxi. quorum primus Amor ſecunda Gratia. tertius Labor. quarta Inuidentia. quintus Metus. ſextus Dolus. ſeptima Fraus. 8 Pertinacia. 9 Egeſtas. 10 Miſeria. 11 Fames. 12 Querela. 13 morbus. 14 Senectus. 15 Pallor. 16 Tenebra. 17 Somnus. 18 Mors. 19 Charõ. 20 Dies. 21 Aether 14

De Amore primo Herebi fil. 15
De Gratia Herebi & noctis ſecunda filia. 16
De Labore 3. Herebi filio 17
De Inuidentia ſeu inuidia. 4. Herebi fil. 18
De Metu. 5. Herebi filio 19
De dolo 6. Herebi filio 20
De Fraude 7. Herebi filia. 21
De pertinacia 8. Herebi filia 22
De Egeſtate 9. Herebi filia 23
De Miſeria 10. Herebi filia 24
De Fame 11. Herebi filia 25
De Querela 12. Herebi fil. 26
De Morbo 13. Herebi filio 27
De Senectute 14 Herebi fil. 28
De Pallore 15. Herebi filio 29
De Tenebra 16. Herebi filia 30
De Somno 17. Herebi filio 31
De Morte 18. Herebi filia 32
De Charonte 19. Herebi fil. 33
De Die 20. Herebi filia 34

Liber Secundus.

IN arbore autem ſignata deſuper in cęlũ uerſa radice ponitur in culmine Aether filius Herebi & Noctis, eiusq; in ramis & frondibus, cũ Aetheri duo tantũ fuerint filii. Iuppiter ſcilicet primus, & Cælius ſeu Cælum, Iouis primi ſolum proſapia deſignatur omnis, Cęlii ſeu Cęli prole inſequenti reſeruata uolumine. Procemium.

De Athere Herebi & Noctis 21. primo fil. qui genuit Iouem primum, & Cęlium ſeu Cælum. Caput. primum.

De Ioue primo Aetheris filio, qui 13. filios & filias genuit, quorũ prima Minerua. 2 Apis. 3 Sol. 4 Diana. 5 Mercurius. 6 Tritopatreus. 7 Ebuleus. 8 Dionyſius. 9 Hercules. 01 Proſerpina. 11 Liber pater, duodecimus Epaphus. 13 Scitha. 2

De Minerua prima primi Iouis prima fil. 3
De Api Argiuorum rege primi Iouis ſecundo filio. 4
De Sole primo primi Iouis filio quarto 5
De Diana prima primi Iouis quarta filia 6
De Mercurio primo primi Iouis 5. fil. 7
De Tritopatreo 6. & Ebuleo 7. & Dionyſio 8. Iouis primi filiis 8
De Hercule primo primi Iouis nono fil. 9
De Proſerpina prima primi Iouis 01. fil. 01
De Libero primo primi Iouis undecimo filio, qui genuit Mercurium ſecundũ. 11
De Mercurio. 2. Liberi & Proſerpinę filio, q genuit Cupidinem & Autolum 12
De Cupidine primo 2. Mercurii filio 13
De Autolo ſecũdi Mercurii filio, qui genuit Sinonem primum 13
De Sinone primo Autolyci filio, qui genuit Siſyphum & Autolicam 15
De Siſypho filio primi Sinonis & patre ſecundi 16
De Autolyca Sinonis primi filia, & Vlyſſis matre 17
De ſecundo Sinone filio Siſyphi 18
De Epapho primi Iouis 12. filio, qui genuit Lybiam & Belum 19
De Lybia filia Epaphi 20
De Belo Priſco Epaphi filio, qui genuit Danaum, & Aegiſtum, & Agenorem. 21
De Danao Beli Priſci filio, qui 50. genuit filias, ex quibus Hypermeſtra & Amimone atq; Bona tantum nomine cognoſcuntur 22
De 50. filiabus Danai in generali 23
De Hypermeſtra una ex quinquaginta filiabus Danai 25
De Amimone una ex quinquaginta filiabus Danai 25
De Bona una ex 50. filiabus Danai 26
De Aegiſto Beli Priſci filio, qui genuit 50. filios, ex quibus Lynceus 27
De Lynceo ex 50. filiis Aegiſti uno, qui genuit Abantem, Acriſium, & Iaſium 28
De Abante filio Lyncei, qui gen. Prœtũ. 29
De Prœto filio Abantis, qui genuit Meram & ſorores 30
De Mera Prœti filia 31
De Acriſio Abantis filio, qui genuit Danaën matrem Perſei 32
De Danaë filia Acriſii 33

deIaſio



De Iaſio Abãtis filio, qui genuit Atalantẽ, Amphionem, & Thalaonem 34
De Atalante filia Iaſii, & matre Parthenopei 35
De Amphione Iaſii filio, qui genuit Chlorim 36
De Chloti filio Amphionis & Nelei coniuge 37
De Thalaone Iaſii filio, qui genuit Euridicen, Phlegium, & Adraſtum 38
De Euridice Thalaonis filia, & Amphiarai coniuge 39
De Phlegio Thalaonis filio 40
De Adraſto rege filio Thalaonis, qui genuit Deiphilen & Argiam 41
De Deiphile Adraſti filia, & Tydei coniuge 42
De Argia Adraſti filia, & coniuge Polynicis 43
De Agenore tertio Beli Priſci filio, qui genuit 7. filios, quorum prima Taygeta, ſecũdus Polydorus, tertius Cylix, quartus Phœnix, quintus Europa, ſextus Cadmus, ſeptimus Labdacus 44
De Taygeta Agenoris prima filia 45
De Polydoro 2. Agenoris filio 46
De Cylice 3. Agenoris filio, qui genuit Lampſatium, & Pigmalionem, & Pyrodẽ 47
De Lampſacio Cylicis filio. 48
De Pygmalione primo Cylicis filio, & Cyprorum rege, qui genuit Paphum 49
De Papho Pygmalionis filio, qui genuit Cinaram 50
De Cinara filio Paphi, qui genuit Myrrhã, & ex Myrrha Adonim 51
De Myrrha filia Cinaræ, & matre Adonis 52
De Adone filio & nepote Cinaræ 53
De Pyrode Cylicis filio 54
De Phœnice 4. Agenoris filio, qui genuit Philiſtenem & Belum 55
De Philiſthene filio Phœnicis, qui genuit Sicheum 56
De Sicheo Philiſthenis filio, & Didonis uiro 57
De Belo Phœnicis filio, q genuit Pigmalionem, & Didonem, & Annam 58
De Pigmalione filio Beli 59
De Didone filia Beli, & coniuge Sichei 60
De Anna Beli regis filia 61
De Europa Agenoris 5. filia 62
De Cadmo Agenoris 6. filio, qui genuit Semelem, Agauẽ, Autonoẽm, & Inoem 63
De Semele filia Cadmi 64
De Agaue filia Cadmi 65
De Autonoë filia Cadmi 66
De Inoë Cadmi filia 67
De Lebdaco ſexto Agenoris filio, qui genuit Laium 68
De Laio rege Thebarum, Labdaci filio, qui genuit Oedipum 69
De Oedipo filio Laii, qui genuit Antigonam, & Hyſmene, & Eteoclem, & Polynicem 70
De Antigona Oedipi filia 71
De Hyſmene filia Oedipi 72
De Eteocle Oedipi filio, & Iocaſtæ 73
De Polynice filio Oedipi, qui genuit Theſſandrum 74
De Theſſandro Polynicis filio 75
De Scitha decimatertia primi Iouis filia 76

LIBER TERTIVS

IN arbore autem ſignata deſuper ponitũ in radice Cęlius Aetheris filius, & Diei, & in eius ramis & frondibus pars ſuæ poſteritatis oſtenditur. Fuerunt enim Cælio filii duodecim, quorum prima fuit Opis, 2. Thetis magna, 3. Ceres prima, 4. Vulcanus primus, 5. Mercurius tertius, 6. Venus magna, 7. Venus ſecunda, 8. Doxius, 9. Titanus Iupiter ſecũdus, 10. Oceanus, 11. Saturnus, 12. Ex iſtis 12. reſeruantur quatuor, de quibus nulla in præſenti libro 3. mẽtio fiet ſcilicet Titanus, de quo ſcribet in quarto, et Iuppiter ſecundus, de quo & eius prole ſcribetur in quinto & in ſexto, & Oceanus, de quo ſcribetur in ſeptimo, & Saturnus, de quo & eius omni poſteritate fiet mentio in octauo, & in reliquis libris. Procemium.

De Cælo Aetheris & Diei filio, qui genuit undecim filios, dato quod in præſenti tertio libello de octo tantum tractetur, utputa de Opi, de Tethide magna, de Cerere prima, de Vulcano primo, de Mercurio tertio, de Venere magna, & de Venere ſecunda, & de Doxio Cap. 1
De Opi prima Cæli filia, & Saturni coniuge 2
De Tethi magna Cæli ſecunda filia, & Oceani

ee

ceani coniugē, 3
De Cerere prima Cæli 3. filia, quæ peperit Acherontem 4
De Acheronte infernali fluuio Cereris filio, qui genuit ſex filios, ſcilicet Alecto, Tiſiphonem, & Megæram, Victoriam, Aſcalaphum, & Stygem 5
De Furiis filiabus Acherontis in generali 6
De Alecto Acherontis prima filia 7
De Tiſiphone furia Acherōtis ſecūda filia 8
De Megæra furia tertia Acherontis filia 9
De Victoria quarta Acherontis filia 10
De Honore Victoriæ filio 11
De Maieſtate Honoris filia 12
De Aſcalapho quinto Acherontis filio 13
De Styge Acherontis ſexta filia, quæ peperit Cocytum 14
De Cocyto infernali fluuio, Stygis filio, qui genuit Phlegethontem 15
De Phlegethonte fluuio infernali, Cocyti filio, qui genuit Lethen 16
De Lethe fluuio infernali, Phlegethontis filio 17
De Vulcano primo, Cæli filio quarto, qui genuit Apollinem 18
De Apolline primi Vulcani fi. 19
De Mercurio quinto Cæli filio 20
De Hermaphrodito Mercurii & Veneris filio 21
De Venere magna ſexta Cæli fil. 22
De ſecunda Venere Cæli ſeptima filia, & matre Cupidinis 23
De Cupidine Veneris filio 24
De Doxio Cæli filio octauo 25

## LIBER QVARTVS

IN arbore autem ſignata deſuper ponit in radice Cælius, eò quod nondum filii eius deſcripti ſunt, ſed in ea tā in ramis, quàm frondibus omnis Titani progenies demonſtratur. Procœmium

De Titano Cæli filio octauo, qui genuit filios multos, ex quibus hic 14. nominantur, quorum primus Hyperion, 2. Briareus, 3. Ceus, 4. Thiphon, uel Thiphœus, 5. Enceladus, 6. Aegeon, 7. Aurora, 8. Iapetus, 9. Aſtreus, 10. Alous, 11. Pallenes, 12. Rōcus, 13. Purpureus, 14. Lycaon. Genuit præterea gigantes, quorum nomina nō habemus. Cap. 1
De Hyperione primo Titani filio, qui genuit Solem & Lunam 2
De Sole Hyperionis filio, qui genuit horas quas loco unius filię pono. Et ſic prima genuit Aeonas, quas æque loco unius filiæ ſcribo, & ſic ſecundam. tertiam Phætuſam, 4. Lampetien, 5. Dyrcen, 6. Miletum, 7. Paſiphaēn 8. Aetam, 9. Circen, 10. Angitiam 3
De Horis filiabus Solis, & Cronidis 4
De Aeonibus filiabus Solis 5
De Phætuſa & Lampetie 3. & 4. filiabus Solis 6
De Dyrce Solis quinta filia, & Lyci regis cōiuge 7
De Mileto Solis ſexto filio, qui genuit Caunum & Biblidem 8
De Cauno & Biblide filiis Mileti 9
De Paſiphaē ſeptima Solis filia, & Minois coniuge 10
De Aeeta Colchorū rege, Solis filio 8. qui genuit Medeam & Abſyrthiū, & Chalciopem 11
De Medea Aeetæ regis filia, & Iaſonis coniuge 12
De Abſyrtho & Chalciope filiis Aeetæ 13
De Circe Solis 9. filia 14
De Angitia 10. Solis filia 15
De Luna Hyperionis filia, quæ peperit Rorem 16
De Rore filio Lunæ 17
De Briareo Titanis filio 18
De Ceo Titanis tertio filio, qui genuit Latonam & Aſteriem 19
De Latona Cei filia, quæ peperit Apollinē & Dianam 20
De Aſterie filia Cei, & matre Herculis 21
De Typhone, ſeu Typhoëo 4. Titanis filio, qui genuit Aeon & Chimæram 22
De Aeo Typhonis filio 23
De Chimæra Typhonis filia 24
De Encelado Titanis 5. filio 25
De Aegeone Titanis 6. filio 26
De Aurora 6. Titanis filia 27
De Iapeto Titanis 8. filio, qui genuit Heſperum, & Atlantem, & Epimetheum, & Promotheum 28
De Heſpero Iapeti filio, qui genuit tres Heſperidas 29
De Aegle, Arethuſa, & Heſperuſa filiabus Heſperi 30

De Atlante



De Atlante 9. Titanis filio, qui genuit Hyantem, & 7. Hyades, quarum hæc ſunt nomina, Eudora, Ambroſia, Proydile, Coronis, Phyleto, Polyxo, & Thyene. & genuit inſuper Pleiades, quarum hæc ſūt nomina, Electra, Maia, Sterope, Cylleno, Taygeta, Alcyone, Merope, & genuit Calypſonem nympham 31
De Hyante Atlantis filio 32
De Hyadibus ſeptem filiabus Atlantis 33
De Electra filia Atlantis, & matre Dardani 34
De Maia Atlantis filia, & matre Mercurii 35
De Sterope Atlantis filia 36
De Cylleno Atlantis filia 37
De Taygeta Atlantis filia 38
De Halcyone filia Atlantis 39
De Merope filia Atlantis 40
De Calypſone Atlantis filia 41
De Epimetheo Iapeti filio, qui genuit Pyrrham 42
De Pyrrha Epimethei filia, & Deucalionis coniuge 43
De Prometheo Iapeti filio, qui fecit Pādoram, & genuit Iſidem, & Deucalionem 44
De Pandora homine à Prometheo facto 45
De Iſide Promethei filia 46
De Deucalione filio Promethei, qui genuit Hellanem, & Pſytacum, & Dionyſium, & Pherecratem 47
De Hellene Deucalionis filio 48
De Pſytaco Deucalionis filio 49
De Dionyſio Deucalionis filio 50
De Pherecrate Deucalionis filio 51
De Aſtreo Titanis 8. filio, qui genuit Aſtream & Ventos 52
De Aſtrea filia Aſtrei 53
De Ventis filiis Aſtrei in generali 54
De Subſolano uento, & Vulturno, & Euro collateralibus ſuis 55
De Noto uento & Euroauſtro, atq; Auſtroaſtro collateralibus ſuis filiis Aſtrei 56
De Septentrione uento & Circio collaterali eius filiis Aſtrei 57
De Aquilone, ſeu Borea uento, Aſtrei filio, & collaterali Septentrionis, qui genuit Zetem, & Calaym, & Harpalicem 58
De Zete, & Calai filiis Boreæ 59
De Harpalice Boreæ filia, & Phynei coniuge 60
De Zephyro uento & Africo, & Coro collateralibus eius filiis Aſtrei 61
De Aloo Titanis decimo filio 62
De Pallene 11. Titanis filio, qui genuit Mineruam 63
De Minerua Pallenis filia 64
De Runco & Porphyreone, & 13. filiis Titanis 65
De Lycaone 14. Titanis filio, qui genuit Caliſtonem 66
De Caliſtone filia Lycaonis, & matre Arcadis 67
De Gigantibus ex ſanguine Titanorū procreatis & Terra 68

## LIBER QVINTVS

IN arbore ſignata deſuper ponitur in radice Cælius, eò quod pater fuerit Iouis ſecundi, cuius proles & ſi nō omnis, nam Dardanus iū librum alium hunc ſequentem reſeruatur, in hac arbore tam in ramis, quàm in frondibus deſcribitur. Procœmiū.

De Ioue 2. Cæli 9. filio, qui genuit filios 15. quorum prima Diana ſecunda, 2. Apollo, 3. Tityus, 4. Bacchus, 5. Amphion, 6. Zethus, 7. Calathus, 8. Paſythea, 9. Egyale, 10. Euphroſine, 11. Lacedęmon, 12. Tantalus, 13. Hercules, 14. Minerua, 15. Archas Cap. 1
De Diana ſecūda Iouis ſecūdi filia prima 2
De Apolline ſecundo Iouis ſecundi filio, qui 16. inter filios & filias genuit, quorū hæc ſunt nomina, prima, Lapita, ſecunda Eurinome, tertius Mopſus, quartus Linus, 5. Phyliſthenes, 6. Garamas, 7. Branchus, 8. Phylemon, 9. Orpheus, 10. Ariſteus, 11. Nomius, 12. Auctous, 13. Argeus, 14. Eſculapius, 15. Pſyche, 16. Arabs 3
De Lapita prima Apollinis filia 4
De Eurinone 2. Apollinis filia 5
De Mopſo 3. Apollinis filio 6
De Lino 4. Apollinis filio 7
De Phyliſthene 5. Apollinis fil. 8
De Garamante 6. Apollinis filio 9
De Brancho 7. Apollinis filio 10
De Philammone 8. Apollinis filio 11

De Orpheo 9. Apollinis filio 12
De Ariſtæo 10. Apollinis filio, qui genuit Actæonem & Iolaum 13
De Actæone filio Ariſthei 14
De Iolao Ariſtei filio 15
De Nomio 11. Apollinis filio 16
De Eutoco 12. Apollinis filio 17
De Ageo 13. Apollinis filio 18
De Aeſculapio 14. Apollinis filio, qui genuit Machaonem 19
De Machaone Aeſculapii filio, qui genuit Aſclepium 20
De Aſclepio Machaonis filio 21
De Pſyche 15. Apollinis filia 22
De Arabe 16. Apollinis filio 23
De Tityo filio Iouis tertio 24
De Baccho 2. Iouis filio 4. qui genuit Hymeneum, Thyoneũ, & Thoantem 25
De Hymeneo filio Bacchi 26
De Thyoneo Bacchi filio 27
De Thoante Bacchi filio, qui genuit Hipſiphylem 28
De Hipſiphyle Thoantis filia 29
De Amphione rege Thebarum 5. Iouis ſecundi filio, qui ſeptem genuit filios, & totidem filias 30
De 14. filiis Amphionis 31
De Zetho ſecundi Iouis filio 6. qui genuit Ithilum & Thyim 32
De Ithylo & Thyi filiis Zeti 33
De Calaro 2. Iouis filio 7. 34
De Paſithea & Egyale, & Euphroſine gratiis ſecundi Iouis filiabus 35
De Lacedemone 11. ſecundi Iouis filio, qui genuit Amiclatem 36
De Amiclate filio Lacedæmonis, qui genuit Argulum 37
De Argulo filio Amiclatis, qui genuit Oebalum 38
De Oebalo Arguli filio, qui genuit Tyndarum & Icarum 39
De Tyndaro Oebali filio 40
De Icaro Oebali filio, qui genuit Erigonẽ, Iphthimam, & Penelopem 41
De Erigone filia Icari 42
De Iphthima filia Icari 43
De Penelope filia Icari & Vlyſſis uxore 44
De Tantalo 12. Iouis ſecundi filio 45
De Hercule 13. ſecundi Iouis filio, qui genuit Carthaginem 46
De Carthagine Herculis filia 47
De Minerua ſecundi Iouis filia quartadecima 48
De Arcade 15. ſecundi Iouis filio, qui genuit Ionium 49
De Ionio filio Arcadis, qui genuit Nicoſtratam 50
De Nicoſtrata filia Ionii, et matre Euãdri 51

LIBER SEXTVS

IN arbore præcedenti, cuius in radice ponitur Dardanus 16. filius Iouis ſecundi, omnis eiuſdem Dardani proles deſcribitũ tam in ramis quàm in frondibus.

Procemium.

De Dardano 16. Iouis filio, qui genuit Erichthonium Cap. 1
De Erichthonio Dardani filio, qui genuit Troẽm 2
De Troë Erichthonii filio, qui genuit Ganimedem, Ilum, & Aſſaracum 3
De Ganymede Trois filio 4
De Ilo filio Trois, qui genuit Laomedontem 5
De Laomedonte Ilionis filio, qui inter mares & fœminas 8. genuit filios, quorum hæc ſunt nomina, Antigona, Heſiona, Lãpus, Clition, Icetaon, Titonus, Bucolion, & Priamus 6
De Antigona Laomedontis filia 7
De Heſiona Laomedontis filia, & Teucri matre 8
De Lampo, Clitio, & Icetaone filiis Laomedontis 9
De Titono Laomedontis filio, qui genuit Memnonem 10
De Memnone Titoni filio 11
De Bucolione Laomedontis filio, qui genuit Aeſapium, & Pedaſum 12
De Aeſapo & Pedaſo filiis Bucolionis 13
De Priamo Laomedontis filio, qui ex Hecuba coniuge 19. genuit inter filios & filias, & ex aliis mulieribus inter mares & fœminas genuit triginta unum, ex quibus 50. nomina tantum trigintaocto cognouimus, quæ hæc ſunt, prima Creuſa, ſecunda Caſſandra, tertia Iliona, quarta Laodice, quinta Lycaſte, ſexta Medeſicaſtis, ſeptima Polyxena, octauus Paris, nonus Hector, decimus Helenus, undecimus Chaon, 12. Troilus, 13. Deiphobus 14. Polydorus, 15. Polydorus alter, 16. Lycaon, 17. Eſacus, 18. Antiphus, 19. Iſus, 20 Teucer, 21. Demochoon, 22. Echemon, 23. Chromius, 24. Gorgithion, 25. Cebriones, 26. Phorbas, 27. Doriclus, 28. Pammon, 29. Antiphonus, 30. Agathõ, 31. Hippothous, 32. Agauus, 33. Laocoon 34. Meſtor, 35. Iphates, 36. Teſtorius, 37. Thymoëtes, 38. Polytes 14
De Creuſa prima filia Priami, & Aneæ cõiuge 15
De Caſſandra 2. Priami filia 16
De Iliona 3. Priami filia, & Polimneſtoris regis Thraciæ coniuge 17
De Laodice quarta Priami filia, & Heliconii coniuge 18
De Lycaſte quinta Priami filia, & coniuge Polidamantis 19
De Medeſicaſti ſexta Priami filia, & Pollipi coniuge 20
De Polyxena 7. Priami filia 21
De Paride octauo Priami filio, qui genuit Daphnidem & Ideum 22
De Daphnide & Ideo filiis Paridis 23
De Hectore Priami filio nono, qui genuit Aſtianactem 24
De Aſtianacte Hectoris filio 25
De Heleno decimo Priami regis filio 26
De Chaone undecimo Priami regis fil. 27
De Troilo 12. Priami regis filio 28
De Deiphobo 13. Priami regis filio 29
De Polydoro 14. Priami regis filio 30
De alio Polydoro 15. & Lycaone 16. Priami filiis 31
De Eſaco 17. Priami filio 32
De Anthipho 18. & Iſo 19. filiis Priami 33
De Teucro 20. Priami filio 34
De Democoonte Priami 21. fil. 35
De Echemone 22. & Chromio 23. filiis Priami 36
De Gorgithione 24. Priami fil. 37
De Cebrione 25. Priami fil. 38
De Phorbante 26. Priami filio, qui genuit Ilioneum 39
De Ilioneo Phorbantis filio 40
De Doriclo 27. Priami fil. 41
De Pammone 28. Antiphone 29. Agathone 30. Hippothoo 31. & Agauo 32. filiis Priami 42



De Laocoonte 33. Priami fil. 43
De Meſtore 34. Priami fil. 44
De Iphate 35. Theſtore 36. filiis Priami 45
De Thimoëte 37. Priami fil. 46
De Polyte 38. Priami filio, qui genuit Priamum 47
De Priamo Polytis filio 48
De Aſſaraco Troi regis Troiæ filio, qui genuit Capim 49
De Capi filio Aſſaraci, qui genuit Anchiſem 50
De Anchiſe filio Capis, qui genuit Hyppodamiam & Aeneam 51
De Hyppodamia Anchiſis filia 52
De Aenea Anchiſis filio, qui genuit Iulũ Aſcanium, & Syluium Poſthumum 53
De Aſcanio Aeneæ filio, qui genuit Iulũ Syluium, & Romam 54
De Iulio Syluio Aſcanii filio 55
De Roma Aſcanii filia 56
De Syluio Poſthumo Aeneæ filio, qui genuit Aeneam Syluium 57
De Aenea Syluio Syluii Poſthumi filio, qui genuit Latinum Syluium 58
De Latino Syluio, Aeneæ Syluii filio, qui genuit Albam Syluium 59
De Alba Syluio Latini Syluii filio, qui genuit Athim Syluium 60
De Athi Syluio, Albæ Syluii filio, qui genuit Capim Syluium 61
De Capi Syluio filio Athis, qui genuit Carpentum Syluium 62
De Carpento Syluio filio Capis, qui genuit Tyberinũ Syluium 63
De Tyberino Syluio Carpenti filio, qui genuit Agrippam Syluium 64
De Agrippa Syluio filio Tyberini, qui genuit Romulum Syluium 65
De Romulo Syluio Agrippæ filio, qui genuit Iulium Syluium, & Auentinũ Syluium 66
De Iulio Syluio Romuli filio 67
De Auentino Syluio, Romuli Syluii filio, qui genuit Procam Syluium 68
De Proca Syluio filio Auentini, qui genuit Amulium & Numitorem 69
De Amulio Procæ filio 70
De Numitore filio Procæ, qui genuit Lauſum & Iliam Rheam 71
De Lauſo Numitoris filio 72

De Ilia Numitoris filia, quæ peperit Romulum & Remum 73

### LIBER VII

IN præcedenti arbore, cuius in radice ſcribitur Oceanus, omnis eiuſdẽ Oceani tã in ramis, quàm in frondibus poſteritas ordinate apponitur, de qua in ſequenti ſeptimo libro dicetur. Prooemium.
De Oceano Cæli & Veſtæ filio, qui genuit 24. inter filios & filias, quorũ hæc ſunt nomina, prima Eurinome, 2. Perſa, 3. Aethra, 4. Pleion, 5. Climene, 6. Tritõ, 7. Doris, 8. Proteus, 9. Coruphyce, 10. Nereus, 11. Achelous, 12. Inachus, 13. Peneus 14. Nylus, 15. Alpheus, 16. Criniſius, 17. Tyberis, 18. Aſius, 19. Aſopus, 20. Cephiſus, 21. Meander, 22. Phyllira, 23. Sperchius, 24. Sol. Cap. 1
De Eurinome Oceani filia prima 2
De Perſa Oceani filia ſecunda 3
De Ethra 3. Oceani filia, & Atlãtis cõiuge 4
De Pleione quarta Oceani filia, & Atlantis coniuge 5
De Clymene quinta Oceani filia, & matre Phaëtontis 6
De Tritone 6. Oceani filio 7
De Dori ſeptima filia Oceani, & Nerei coniuge 8
De Proteo ſene, 8. Oceani filio, qui genuit Melanthonem & Idotheam 9
De Melanthone filia Protei 10
De Idothea Protei filia 11
De Coruphyce Oceani filia nona 12
De Nereo 10. Oceani filio, hic genuit nymphas, quæ multæ ſunt, uerum quoniam niſi de quatuor fit ſingularis mentio, earum tantum nomina apponam, genuit ergo Cymodocen, Thetim minorẽ, Galatheam, Arethuſam, & alias 13
De Nymphis in generali 14
De Cymodoce filia Nerei 15
De Thetide minori Nerei filia, & matre Achillis 16
De Galathea Nerei filia 17
De Arethuſa Nerei filia 18
De Acheloo flumine Oceani 11. filio, qui genuit Syrenas 19
De Syrenibus filiabus Acheoli 20
De Inacho 12. filio Oceani, qui genuit Ionem, Phoreneum, & Phegeum 21
De Ione Inachi filia, & matre Epaphi 22
De Phoroneo Inachi filio, qui genuit Egyaleum & Nyobem 23
De Egyaleo Phoronei filio 24
De Nyobe filia Phoronei, q̃ peperit Apim (25
De Phlegeo Inachi fluuii filio 26
De Peneo flumine 13. Oceani filio, qui genuit Cyrenem & Daphnem 27
De Cyrene Penei filia, quæ peperit Ariſteũ & fratres 28
De Daphne Penei filio 29
De Nylo flumine 14. Oceani filio, qui genuit Mineruam, Herculem, Dionyſiũ, Mercurium, & Vulcanum 30
De Minerua Nyli filia 31
De Hercule Nyli filio 32
De Dionyſio Nyli filio 33
De Mercurio 4. Nyli filio, qui genuit Mercurium 5. & Daphnim 34
De Daphni 4. Mercurii fil. 35
De Mercurio 5. Mercurii 4. filio, qui genuit Noracem 36
De Norace Mercurii 5. fil. 37
De Vulcano Nyli filio, qui genuit Aethiopem & Solem 38
De Aethiope Vulcani filio 39
De Sole Vulcani filio, qui genuit Phaëtontem, Phætuſam, Lampetuſam, & Lampetiam 40
De Phaëtõte Solis filio, qui genuit Lygũ 41
De Lygo Phaëtontis filio 42
De Phetuſa, Lampetuſa, & Lampetia filiabus Solis 43
De Alpheo fluuio Oceani filio 15. qui genuit Orſilochum 44
De Orſilocho filio Alphei, qui genuit Dioclem 45
De Diocle filio Orſliochi, qui genuit Clethonem & Orſilochum 46
De Clethone & Orſilocho filiis Dioclei 47
De Criniſio fluuio 16. Oceani filio, qui genuit Aceſtem 48
De Aceſte filio Criniſii fluminis 49
De Tyberi fluuio filio Oceani 17. qui genuit Citheonum 50
De Ocno Tyberis lifio 51
De Aſio fluuio 18. Oceani filio, qui genuit Pelagonium 52
De Pelagonio Aſii filio, qui genuit Aſteropæum 53
De Aſteropæo Pelagonii filio 54
De Aſopo fluuio, Oceani 19. filio, qui genuit Ipſeum & Aeginam 55
De Ipſeo Aſopi fluminis filio 56
De Aegina filia Aſopi, quæ peperit Eacũ 57
De Cephiſo flumine Oceani 20. filio, qui genuit Narciſſum 58
De Narciſſo filio Cephiſi 59
De Meandro flumine Oceani 21. filio, qui genuit Cyaneen 60
De Cyanee filia Meandri 61
De Phyllira 22. filia Oceani 62
De Sperchio fluuio 23. Oceani filio, qui genuit Mneſteum 63
De Mneſteo Sperchii filio 64
De Sole 24. Oceani filio 65

### LIBER VIII

IN arbore autem præcedenti, cuius in radice Saturnus Cæli filius ponitur, deſcribitur tam in ramis, quàm in frondibus pars poſteritatis eiuſdem Saturni, cum reliqua omnis in quinq; ſequentibus deſcribatur libris ſub Iunone & Neptuno atq; Ioue filiis eius. Prooemium.
De Saturno 11. Cæli filio, qui 10. genuit filios, ſcilicet primum Chromim, 2. Veſtã, 3. Cererẽ, 4. Glaucũ, 5. Plutonẽ, 6. Chironẽ, 7. Picũ, 8. Iunonẽ, 9. Neptunũ, 10. Iouem tertiũ. Sanè de Iunone, Neptuno, et Ioue nõ in hoc libro, ſed in ſequentibus quinq; libris ſcribetur Cap. 1
De Chromi primo Saturni filio 2
De Veſta ſecunda Saturni filia 3
De Cerere tertia Saturni filia, & matre Proſerpinæ 4
De Glauca quarta Saturni filia 5
De Plutone quinto Saturni filio, qui genuit Venerationem 6
De Veneratione Plutonis filia, & Honoris coniuge 7
De Chirone ſexto Saturni filio, qui genuit Ocyroëm 8
De Ocyroë filia Chironis 9
De Pico 7. Saturni filio, qui genuit Faunũ & Sentam Faunam 10
De Fauno Pici filio, qui genuit Faunos, Satyros, Panes, & Syluanos, Acim, & Eurimedontem, & Latinũ. & ſecundũ quoſdam Sentam Faunam, quam uolunt ſororem fuiſſe & coniugem 11
De Senta Fauna Pici filia, & coniuge Fauni ſeu filia 12
De Faunis, Saty[illegible], Panibus, & Syluanis filiis Fauni 13
De Aci Fauni filio 14
De Eurimedonte Eauni filio, qui genuit Periboeam 15
De Periboea Eurimedontis filia, & Nauſithei matre 16
De Latino Laurentum rege Fauni filio, qui genuit Lauiniam & Præneſtem 17
De Lauinia filia Latini, & Aeneę cõiuge 18
De Præneſte Latini regis filio 19

### LIBER IX

IN præcedenti arbore, cuius in radice Iuno eſt, deſcribitur tam in ramis, quàm in frondibus omnis eiuſdẽ Iunonis tan u m poſteritas. Prooemium.
De Iunone octaua Saturni filia, quæ abſq; uiro concepit, & peperit Heben & Martem Cap. 1
De Hebe Iunonis filia, & iuuentutis dea, & Herculis coniuge 2
De Marte Iunonis filio, cuius 15. fuerunt filii, quorũ nomina ſunt hæc, primus Cupido, 2. Oenomaus, 3. Thereus, 4. Aſcalaphus, 5. Ialmenus, 6. Parthaon, 7. Ceſius, 8. Flegyas, 9. Brithona, 10. Euadnes, 11 Erimonia, 12. Iperbius, 13. Aetholus, 14. Remus, 15. Romulus
De Cupidine primo Martis filio, qui genuit Voluptatem 4
De Voluptate filia Cupidinis 5
De Oenomao ſecundo Martis filio, qui genuit Hippodamiam 6
De Hippodamia Oenomai filia, & Pelopis coniuge 7
De Thereo tertio Martis filio, qui genuit Ithim 8
De Ithi Therei filio 9
De Aſcalapho 4. & Ialmeno 5. filiis Martis 10
De Parthaone 6. Martis filio, qui genuit Agriũ, Melã, & Teſtiũ, & Oeneum 11
De Agrio & Mela filiis Parthaonis 12
De Teſtio Parthaonis fil. qui genuit Thoxeũ, & Plexippũ, & Altheam 13
De Thoxeo & Plexippo Teſtii fil. 14
De Althea filia Theſtii, & matre Meleagri 15

De Oeneo Parthaonis filio, qui genuit Deianiram, Gorgem, Meleagrum, Thydeum, ac Menalippum 16
De Deianira Oenei filia, & Herculis coniuge 17
De Gorge Oenei filia 18
De Meleagro Oenei filio, qui genuit Parthonopeum 19
De Parthonopeo Meleagri filio 20
De Thideo Oenei filio, qui genuit Diomedem 21
De Diomede Thidei filio 22
De Menalippo Oenei filio 23
De Ceſio 7. Martis filio 24
De Flegya 8. Martis filio, qui genuit Coronim & Ixionem 25
De Coronide nympha filia Flegyæ, & matre Aeſculapii 26
De Ixione filio Flegyæ, qui genuit Centauros, quorum hæc ſunt nomina, Euritus, Neſſus, Aſtylus, Ophionides, Gryneus, Rhœtus, Arneus, Lycidas, Medon, Piſenor, Caumas, Mermeros, Pholus, Menelas, Abas, Erynomus, Aræos, Imbreus, Cenæus, Aphydna, Elops, Patræus, Lytus, Cromis, Dictys, Phareus, Lyanor, Nedimus, Liceſpes, Ipaſon, Tereus, Ripheus, Demoleon, Phlægræus, Hyles, Hiphinous, Damis, Dorylas, Cyllarus, Hylonome fœmina, Pheocom⁹, Chthonius, Theleboas, Pyretus, Oëclus, Eridupus, Neſſæus, Odites, Styphelus, Bromus, Antimachus, Helimus, Pyracines, Latræus, Monychus, & alios, & preter hos genuit Pirithoum 27
De Centauris Ixionis filiis in generali 28
De Eurytо Ixionis filio 29
De Aſtylo Centauro uate Ixionis, & Nubis filio 30
De Neſſo Ixionis & Nubis filio 31
De reliquis Centauris Ixionis fil. 32
De Pirithoo Ixionis filio, qui genuit Polypœtem 33
De Polypœte Perithoi filio 34
De Brythona Martis 9. filia 35
De Euadne decima Martis filia, & Capanei coniuge 36
De Harmonia 11. Martis filia, & Cadmi cõiuge 37
De Hyperbio 12. Martis filio 38
De Aetolo 13. Martis filio 39
De Remo 14. & Romulo 15. Martis fil. 40
De Romulo tantum quintodecimo Martis filio 41

LIBER X

IN præcedenti arbore, cuius in radice cõſiſtit Neptunus, deſcribitur in ramis & frõdibus omnis eiuſdẽ Neptuni ſucceſſio.

Procemium.

De Neptuno 9. Saturni filio, cui 35. fuiſſe filios legimus, quorum hæc ſunt nomina, primus Dorus, ſecundus Amycus, tertius Phorcus, 4. Albion, 5. Berygon, 6. Tharas, 7. Polyphemus, 8. Telemus, 9. Brontes, 10. Steropes, 11. Pyragmon, 12. Nauſithous, 13. Melion, 14. Actorion 15. Aon, 16. Meſappus, 17. Buſyris, 18. Pegaſus, 19. Nicteus, 20. Irceus, 21. Pelias, 22. Neleus, 23. Cygnus, 24. Chryſaor, 25. Otus, 26. Ephialtes, 27. Aegeus, 28. Oncheſtus, 29. Pelaſgus, 30. Nauplius, 31. Celeno, 32. Aello, 33. Ocypite, 34. Sicanus, 35. Siculus Cap. 1
De Doro primo Neptuni filio 2
De Amyci uel Amyco ſecundo Neptuni filio, qui genuit Buthem 3
De Buthe Amyci filio, qui genuit Erycem 4
De Eryce Buthis filio 5
De Phorco tertio Neptuni filio, qui genuit Bathillum, Thooſam, Scyllam, Stenionem, & Eurialem 6
De Batillo Phorci filio 7
De Thooſa Phorci filia, & matre Polyphemi 8
De Scylla filia Phorci 9
De Meduſa Stenione, & Euriale Gorgonibus & filiabus Phorci 10
De Meduſa Phorci filia in ſingulari 11
De Albione quarto & Bergione quinto filiis Neptuni 12
De Thara 6. Neptuni filio 13
De Polyphemo Cyclope ſeptimo Neptuni filio 14
De Telemo 8. Neptuni filio 15
De Bronte nono Sterope 10. & Pyragmone undecimo Cyclopibus, & filiis Neptuni 16
De Nauſithoo 12. Neptuni filio, qui genuit Rexenorem & Alcinoum 17

DeRexe=



De Rexenore Nauſithoi filio, qui genuit Areten 18
De Arete Rexenoris filia, & Alcinoi coniuge 19
De Acinoo filio Nauſithoi, qui genuit Nauſicaam, & Laodomantem, & Alium, & Clitoneum 20
De Nauſicaa Alcinoi regis fil. 21
De Laodomante, & Alio, & Clitoneo filiis Alcinoi 22
De Melione 13. & Actorione 14. filiis Neptuni 23
De Aone 15. Neptuni filio 24
De Meſappo 16. Neptuni filio, à quo Ennius Poëta 25
De Buſiri 17. Neptuni filio 26
De Pegaſo equo decimo octauo Neptuni filio 27
De Nicteo Neptuni filio 19. qui genuit Antiopam & Nyctimenem 28
De Antiopa Nyctei filia, & matre Amphionis Zethi 29
De Nyctimene filia Nyctei 30
De Irceo 20. Neptuni filio 31
De Pelia 21. Neptuni filio, qui genuit filias & Achaſtum 32
De filiabus Peliæ 33
De Achaſto Peliæ filio 34
De Neleo 22. Neptuni filio, qui genuit Neſtorem, Periclymenum, Chromium, & Però 35
De Neſtore Nelei filio, qui genuit Antilochum, Piſyſtratũ, Thraſimedem, Echephronem, Stratium, Perſeum, Aretum, & Polychaſten fœminam 36
De Antilocho Neſtoris filio 37
De Piſiſtrato Neſtoris filio 38
De Thraſimede Neſtoris filio 39
De Echephrone, Stratio, Perſeo, & Areto filiis Neſtoris 40
De Polycaſte Neſtoris filia 41
De Periclymeno Nelei filio 42
De Chromio Nelei filio 43
De Pero Nelei filia, & Biantis coniuge 44
De Cygno 20. Neptuni filio 45
De Chryſaore 24. Neptuni filio 46
De Oto 25. & Ephialte 26. Neptuni filiis 47
De Egeo 27. Neptuni filio, qui genuit Theſeum, & Medum 48
De Theſeo Aegei filio, qui genuit Hippolytum, Demophoontẽ, & Antigonũ 49
De Hippolyto Theſei filio, qui genuit Virbium 50
De Virbio Hippolyti filio 51
De Demophoonte Theſei filio 52
De Antigono Theſei filio 53
De Medo Aegei regis filio 54
De Oncheſto 28. Neptuni filio, qui genuit Megareum 55
De Megareo filio Oncheſti, qui genuit Hippomenem 56
De Hippomene Megarei filio 57
De Pelaſgo 29. Neptuni filio 58
De Nauplio 30. Neptuni filio, qui genuit Palamedem 59
De Palamede Nauplii filio 60
De Celeno 31. Aello 32. & Ocypete 33. Harpyis filiabus Neptuni 61
De Sicano 34. Neptuni fil. 62
De Siculo 35. Neptuni filio 63

LIBER XI

IN arbore præcedenti, cuius in radice ſcribitur Iuppiter, ponitur tam in ramis ꝙ in frõdibus pars poſteritatis eiuſdem Iouis, cum inſequentibus duobus libris reſiduum deſcribatur.

Procemium.

De tertio Ioue 10. Saturni filio, qui 34. genuit filios, quorum hæc ſunt nomina, prima Clio, 2. Euterpe, 3. Melpomene, 4. Thalia, 5. Polymnia, 6. Erato, 7. Terpſichore, 8. Vrania, 9. Calliope, 10. Acheus, 11. Venus, 12. Amor, 13. Proſerpina, 14. Caſtor, 15. Pollux, 16. Helena, 17. Clytemneſtra, 18. Palicus, 19. Palicus, 20. Iarbas, 21. Mena, 22. Myrmidon, 23. Xanthus, 24. Lucifer, 25. Orion, 26. Minos, 27. Sarpedon, 28. Rhadamantus, 29. Arceſius. De his 29. tractat̃ in præſenti li. 11. trigeſimus Tantalus, 31. Dionyſius, 32. Perſeus, 33. Aon, 34. Aeacus, 35. Pilumnus, 36. Mercurius, 37. Vulcanus. De his uero octo ſcilicet à 29. citra in 12. libro tractatur. De reliquis duobus qui ſequuntur, ſcilicet de Hercule 38. & de Aeolo 39. in libro 13. ſcribitur Cap. 1
De ſeptem Muſis filiabus Iouis 2
De Acheo decimo Iouis filio 3
De Venere undecima Iouis filia 4
De Amore duodecimo Iouis filio 5

DeProſer=

De Proſerpina decimatertia Iouis filia, & Plutonis coniuge 6
De Caſtore 14. & Polluce 15. fil. Iouis 7
De Helena Menelai coniuge, decimaſexta Iouis filia 8
De Clitemneſtra 17. Iouis filia, & Agamēnonis coniuge 9
De Palicis 18. & 19. Iouis filiis 10
De Iarba Getulorū rege 20. Iouis filio 11
De Mena 21. Iouis filio 12
De Myrmidone 22. Iouis filio 13
De Xātho flu. uigeſimotertio Iouis filio 14
De Lucifero 24. Iouis filio, qui genuit Ceym, & Dedalionem 15
De Dædalione Luciferi filio, qui genuit Chionem 16
De Chione filia Dædalionis, & Peonis coniuge 17
De Ceyce Luciferi filio 18
De Orione 25. Iouis filio, qui genuit Ippologum 19
De Ippologo Orionis filio, qui genuit Dryantem 20
De Dryante Ippologi filio, qui genuit Lycurgum 21
De Lycurgo Dryantis filio, qui genuit Angeum, Arphalidem, & Philicem 22
De Angæo Lycurgi filio 23
De Arpalice Lycurgi filia 24
De Phillide Lycurgi filia 25
De Minoë Iouis 26. filio, qui genuit Androgeum, Glaucum, Ariadnam, Phædram, & Deucalionem 26
De Androgeo Minois filio 27
De Glauco Minois filio 28
De Ariadna filia Minois, & coniuge Bacchi 29
(30 De Phædra Minois filia, & Theſei cōiuge
De Deucalione Minois filio, qui genuit Idomeneum 31
De Idomeneo filio Deucalionis, qui genuit Orſilochum 32
De Orſilocho Idomenei filio 33
De Sarpedone 27. Iouis filio, qui genuit Antiphatem 34
De Antiphate Sarpedonis fil. 35
De Rhadamanto 28. Iouis filio 36
De Arceſio uigeſimo octauo Iouis filio, qui genuit Laërtem 37
De Laërte Arceſii filio, qui genuit Climenem & Vlyſſem 38
De Climene Laërtis filia 39
De Vlyſſe Laërtis filio, qui genuit Telemachum, Telegonum, & Auſonium 40
De Telemacho Vlyſſis filio 41
De Telegono Vlyſſis filio 42
De Auſonio Vlyſſis filio 43

LIBER DVODECIMVS

IN arbore præcedenti cuius in radice poſitus eſt Iuppiter 3. deſcribuntur in ramis & frondibus poſteritates 8. filiorum Iouis prædicti ſcilicet Tantali, Dionyſii, Perſei, Aonis, Acaci, Pylūni, Mercurii, & Vulcani.

Procœmium

De Tantalo 30. Iouis filio, qui genuit Niobem & Pelopem Cap. 1
De Niobe Tantali filia, & Amphyonis cōiuge 2
De Pelope Tantali filio, qui genuit Lyſidicen, Atteum, Thyeſten, & Pyſtenē 3
De Lyſidice Pelopis filia, & Electrionis cōiuge 4
De Atreo filio Pelopis, qui genuit Alceonem, Melampum, & Euiolum 5
De Alceone, Melampo, & Euiolo filiis Atrei 6
De Thieſte Pelopis filio, qui genuit Tantalum, Pyſtenem, Arpagiem, Pelopiam, & Aegiſtum 7
De Tantalo, Pyſtene, & Arpagige filiis Thyeſtis 8
De Pelopia Thyeſtis filia 9
De Aegiſtho Thyeſtis filio 10
De Pyſtene Pelopis filio, qui genuit Agamemnonem & Menelaum 11
De Menelao Pyſthenis filio, qui genuit Hermionam, & Megapenthin 12
De Hermiona Menelai filia, & Pyrrhi, & inde Oreſtis coniuge 13
De Megapenthe Menelai filio 14
De Agamemnone Pyſthenis filio, qui genuit Iphigeniam, Criſothemim, Laodicen, Iphianaſſam, Electram, Aleſum, & Oreſtem 15
De Iphigenia Agamemnonis filia 16
De Criſothemi, Laodice, & Iphianaſſa filiabus Agamemnonis 17
De Electra Agamemnonis filia 18
De Aleſo Agamemnonis filio 19
De Oreſte Agamemnonis filio, qui genuit Tiſamenum, Corinthum, & Oreſtem 20



De Tiſameno Oreſtis filio 21
De Corintho Oreſtis filio 22
De Oreſte Oreſtis filio 23
De Dionyſio 31. Iouis filio 24
De Perſeo 32. Iouis filio, qui genuit Gorgophonem, Stenelum, Eritreum, Bacheonem, & Perſem 25
De Gorgophone Perſei filio, qui genuit Electrionem, & Alceum 26
De Electrione Gorgonis filio, qui genuit Alcmenam 27
De Alcmena Electrionis filia, & Amphitrionis coniuge 28
De Alceo filio Gorgophonis, qui genuit Amphitrionem 29
De Amphitrione filio Alcei, qui genuit Iphicleum 30
De Iphicleo Amphitrionis filio, qui genuit Iolaum 31
De Iolao Iphiclei filio 32
De Stenelo Perſei filio, q genuit Euriſteū 33
De Euriſteo Steneli filio 34
De Bachemone Perſei filio, qui genuit Achimenidem 35
De Achimenide filio Bachemonis, qui genuit Orchamum 36
De Orchamo filio Achimenidis, qui genuit Leucothoēn 37
De Leucothoë Orchami filio 38
De Erythreo Perſei filio 39
De Perſe Perſei filio 40
De Aone Iouis 33. filio, qui genuit Dymātem 41
De Dymante Aonis filio, qui genuit Aſiū & Alixothoë 42
De Aſio Dymantis filio 43
De Alyxothoë Dymantis filia, & matre Aeſaci 44
De Aeaco 34. Iouis filio, qui genuit Phocum, Telamonem, & Peleum 45
De Phoco Aeaci filio 46
De Telamone Aeaci filio, qui genuit Aiacem & Teucrum 47
De Aiace Telamonis filio 48
De Teucro Telamonis filio 49
De Peleo filio Aeaci, qui genuit Polydoren & Achillem 50
De Polidore filia Aeaci, & cōiuge Bori 51
De Achille filio Pelei, qui genuit Pyrrhū 52
De Pyrrho Achillis filio, qui genuit Peripeleum & Moloſſum 53
De Peripeleo filio Pyrrhi 54
De Moloſſo Pyrrhi filio, qui genuit Polidectem 55
De Polidecte filio Moloſſi 56
De Pilūnno Iouis 35. filio, qui genuit Daunum 57
De Dauno Pilumni filio, & proauo Turni 58
De Dauno primi Dauni nepote, qui genuit Turnam, & Iuturnam 59
De Turno Dauni filio 60
De Iuturna Dauni filia 61
De Mercurio 36. Iouis filio, qui genuit Eudorū, Mirtilū, Lares, Euandrū, & Pana 62
De Eudoro Mercurii filio 63
De Mirtilo Mercurii filio 64
De Laribus Mercurii filiis 65
De Euandro Mercurii filio, qui genuit Pallantem & Pallantiam 66
De Pallante Euandri filio 67
De Pallantia Euandri filia 68
De Pane Mercurii filio 69
De Vulcano 37. Iouis filio, qui genuit Erichthoniū, Cacum, Ceculum, & Tulliū Seruilium 70
De Erichthonio Vulcani filio, qui genuit Pocrim, Orithyam, & Pandionem 71
De Pocri Erichthonii filia, & coniuge Cephali 72
De Orithya Erichthonii filia, & coniuge Boreæ 73
De Pandione Erichthonii filio, q genuit Prognen & Philomelam 74
De Progne & Philomela filiabus Pādionis 75
De Caco filio Vulcani 76
De Cæculo Vulcani filio 77
De Tullio Seruilio Vulcani filio, qui genuit Tullias duas 78
De duabus Tulliis filiab. Tullii Seruilii 79

LIBER XIII

IN arbore præcedenti, cuius in ramis deſcribitur Iuppiter tertius, ponuntur tam in ramis quam in frōdibus poſteritates Herculis, & Aeoli filiorum dicti Iouis tertii.

Procœmium

De Her

De Hercule 38. Iouis tertii filio, qui genuit 17. filios, quorum nomina ſunt hæc, Oxeas, Creontiades, Theriomachus, Deicoon, Itoneus, Chromis, Agilis, Hyllus, Sardus, Cirnus, Diodorus, Tlepolemus, Theſſalus, Auentinus, Telephus, Lydus, Lamirus Cap. 1
De Oxea Creontide Tyriomacho, & Deicoonte filiis Herculis 2
De Itoneo Herculis filio 3
De Chromi Herculis filio 4
De Agile Herculis filio 5
De Hyllo Herculis filio 6
De Sardo Herculis filio 7
De Cirno Herculis filio 8
De Diodoro Herculis filio, qui genuit Sophonem 9
De Sophone Dyodori filio 10
De Tlepolemo Herculis filio 11
De Theſſalo Herculis filio, qui genuit Phydipum & Antiphum 12
De Phidippo & Antipho filiis Theſſali 13
De Auentino Herculis filio 14
De Telepho Herculis filio, qui genuit Eurypilum & Cypariſſum 15
De Euripylo Telaphi filio 16
De Cypariſſo Telaphi filio 17
De Lydo & Lamiro filiis Herculis, qui Lydus genuit Lanium 18
De Lanio Lydi filio 19
De Aelo 39. Iouis filio, qui genuit Macareum, Canacem, Alcionem, Miſenũ, Creteum, Salmoneum, Iphiclum, Siſyphum, Cephalum, & Athamantem 20
De Macareo & Canace filiis Aeoli 21
De Halone filia Aeoli, & coniuge Ceys 22
De Miſeno Aeoli filio 23
De Cretheo Aeoli filio, qui genuit Aeſonem, Pheretem, Amithaonem, & Alcimedontem 24
De Aeſone Crethei filio, qui genuit Iaſonem, & Polymilam 25
De Iaſone Aeſonis filio, qui genuit Thoãtem, Euneum, & Philomelum 26
De Thoante & Euneo Iaſonis filiis 27
De Phylomelo Iaſonis filio, qui genuit Plutum 28
De Pluto filio Phylomeli, qui genuit Pareantem 29
De Pareante filio Pluti 30
De Polymila Eſonis filia 31
De Alcimedonte Crithei filio, qui genuit Epitropum 32
De Epitropo Alcymedontis filio 33
De Pherete Chretei filio 34
De Amithaone Crethei filio, qui genuit Melampum & Biantem 35
De Melãpo Amithaonis filio, qui genuit Theodamantem 36
De Theodamante filio Melampi 37
De Biante, ſeu Bia Amithaonis filio, qui genuit Mantium, & Antiphatem 38
De Mantio Biantis filio, qui genuit Clytonem & Polyphidem 39
De Clito Mantii filio 40
De Polyphide Mãtii filiõ, qui genuit Theoclimenum 41
De Theoclimeno Polyphidis filio 42
De Anthiphate Biantis filio, qui genuit Oicleum 43
De Oicleo Antiphatis filio, qui genuit Amphiaraum 44
De Amphiarao Oiclei filio, qui genuit Almeonem, Amphilochum, & Catillũ 45
De Alcmeone Amphiarai filio 46
De Amphilocho Amphiarai fil. 47
De Catillo Amphiarai filio, qui genuit Tyburtinum, Catillum, & Coracem 48
De Tyburtino, ſeu Tiburto Catilli filio 49
De Catillo Catilli filio
De Corace primi Catilli filio 51
De Salmoneo Aeoli filio, qui genuit Tyro 52
De Tyro filia Salmonei 53
De Iphiclo Aeoli, qui genuit Podarcẽ 54
De Podarce filio Iphicli 55
De Siſypho Aeoli filio, qui genuit Glaucum, & Creontem 56
De Glauco filio Siſyphi, qui genuit Bellerophontem 57
De Bellerophonte Glauci filio, qui genuit Laodamiam, Iſandrũ, & Hippolochũ 58
De Laodamia Bellerophontis filia, & matre Sarpedonis 59
De Iſandro filio Bellerophontis 60
De Hippolocho Bellerophontis filio, qui genuit Glaucum 61
De Glauco Hippolochi filio 62
De Creonte Siſyphi filio, qui genuit Creuſam 63

De Creu-



De Creuſa Creontis filia deſponſata Iaſoni 64
De Cephalo Aeoli filio, qui genuit Heſperum 65
De Heſpero Cephali filio 66
De Athamante Aeoli filio, qui genuit Phrixum, Hellẽ. Learchum, & Melicertam 67
De Phrixo & Helle filiis Athamantis, qui Phrixus genuit Cithorum 68
De Cithoro Phrixi filio 69
De Learcho & Melicerta filiis Athamãtis. 70
Cur autor Alexandrum Macedonẽ & Scipionem Aphricanum inter Iouis filios non apponat 71

LIBER XIIII.

INcipit liber. 14. in quo auctor obiurgationibus reſpondens in hoſtes poëtici nominis inuehitur. Procemium.
Alloquitur autor regem Cap. 1
Pauca aduerſus ignaros 2
Aduerſus eos qui cum non ſint ſapientes cupiunt apparere 3
Quædam in Iuriſperitos, paucis de paupertate laudibus immixtis 4
Qui ſint, & quàm multa quidã poëtis apponant 5
Poëſim eſſe facultatem utilem 6
Quid ſit poëſis, & unde dicta, & quod officium eius 7
Qua in parte orbis prius effulſerit poëſis. 8
Compoſuiſſe fabulas apparet utile potius quàm damnoſum 9
Stultũ credere poëtas nil ſenſiſſe ſub cortice fabularum 10
Ob meditationis commodũ ſolitudines incoluere poëtæ 11
Damnanda non eſt obſcuritas poëtarũ. 12
Poëtas non eſſe mendaces 13
Stulte damnatur, quod minus ſane intelligitur 14
Deteſtabile nimis de incognitis iudicare. 15
Quod in bonum poëtæ deducant ſe legentes 16
Philoſophorum ſimias minime poëtaſ eſſe 17
Non eſſe exitiale crimen libros legere poëtarum 18
Minime poëtæ omnes iuſſu Platonis pellendi ſunt urbibus 19
Muſas inſici non poſſe ob defectum laſciuientis cuiuſquam ingenii 20
Alloquitur auctor regem 21
Poëtici nominis hoſtes orat auctor, ut ſe in melius uertant conſilium 22

LIBER XV.

INcipit quintuſdecimus liber & ultimus in quo autor purgat ſeipſum obiectis in ſe. Prohœmium.
Minus opportuna præcioſa fore nonnunquam. Caput. 1
Perſeuerare ſæpe diutius, quæ minus duratura uidentur 2
Nequiſſe membra huius aptius collocari. 3
Non appoſitũ eſt quod minime compertum eſt. 4
Nullas fabulas aut hiſtorias niſi ex commẽtariis ueterum ſumptas ineſſe 5
Inſignes uiros eſſe, quos ex nouis inducit in teſtes. 6
Carmina nonnullis agentibus cauſis huic immixta ſunt operi 7
Gentiles poëtas mythicos eſſe theologos. 8
Non indecens eſſe quoſdam chriſtianos tractare gentilia. 9
Vt plurimum ſtudia ſequimur, in quæ prona uidentur ingenia. 10
Damnoſe compatimur regibus & diis gentilium. 11
Breuiloquus, ſeu longiloquus ob cauſam lacerandus non eſt. 12
Vero non ficto regis mandato hoc opus compoſitum 13
Concluſio. 14

ff

Tabulæ finis.

# GENEALOGIAE DEORVM GENTILIVM IOANNIS BOCATII DE CERTALDO AD HVGONEM INCLYTVM HIERVSALEM & CYPRI REGEM

## Præfatio.

SI SATIS ex relatis Donini Parmenſis egregii militis tui uera percepi Rex inclyte, ſummopere cupis Genealogiam deorum gentiliũ, & Heroum ex eis, iuxta fictiones ueterum deſcẽdẽtiũ. atq; cum hac, quid ſub fabularum tegmine illuſtres quondam ſenſerint uiri, & me à celſitudine tua, quaſi expertiſſimum atq; eruditiſſimũ hominem in talibus ſelectum, tanto operi autorẽ. Sanè ut omiſerim deſiderii tui admirationem, (non enim paruum hominẽ decet, quid regem moueat perſcrutari) aduerſus electionem mei quid ſentiam, dicere prætermittam ne dum inſufficientiã meam mõſtrauero, per ſubterfugia arbitteris me impoſiti laboris onus euitare uelle. Sed antequam ad ſentẽtiã meã circa impoſitum opus deueniã, libet, ſereniſſime regum, apponere & ſi non omnia, quædam ſaltem, quæ inter Doninum inſignem militem tuum, dum iuſſa tuæ celſitudinis explicaret, & me interuenere uerba, ut eis perlectis ſatis iudicium tuum de me uideas, & temeritatem meam, dum in obediẽtiã tuæ maieſtatis deuenio. Cum igitur ille facundo ore, ſacra maieſtatis tuæ ſtudia, & opera regalis officii admiranda, necnon & inſignes atq; glorioſos quoſdam tui nominis titulos longa dicacitate explicuiſſet, eò deuenit, ut conatu plurimo me in tuam ſententiã deducere conaretur, non unica tantum ratione, ſed multis. ex quibus fateor ualidæ uidebantur quædam. Verum poſtquam tacuit, & mihi reſpondendi copia facta eſt, ſic dixi. Arbitratus es forſan, facunde miles, ſeu rex tuus, de proximo noſter futurus præſtãte deo, hanc inſaniam ueterum, ſcilicet cupientiũ ſe haberi diuino procreatos ſanguine, angulum terræ modicum occupaſſe, & tanquam ridiculum quiddam, ut erat, paruo temporis perſeueraſſe tractu, & ueluti etiam recentiſſimum opus facile colligi poſſe. Attamẽ, bona ſemper tua pace dicam, aliter longe eſt. Nam ut omittã Cycladas & reliquas Aegei maris inſulas, Achaiam, Illyriam, atq; Thraciam, penes quas fomenta huius ſtultitię emicuere plurimum, & potiſſime dum Græcorum reſpub. floruit, Euxini maris, Helleſpontiaci, Męonii, Icarii, Pamphylii, Cilicis, Phœnicis, & Syrii, atq; Aegyptiaci littora ſua cõtagione infecit. Nec Cyprus, noſtri regis inſigne decus, ab hac labe fuit immunis. Sic et omnem Lybię, atq; Syrtiũ, & Numidiæ oram labefactauit, & Atlantiacos, occiduiq; maris ſinus, & remotiſſimos Heſperidũ hortos. Nec mediterranei tantum maris fuit contenta littoribus, quinimmo & ad incognitas mari nationes etiam penetrauit. Decidere etiam in pernitiẽ hanc cum littoribus accolæ omnes Nili fonte carentis, & harenæ Lybicę unà cum ſuis peſtibus, & antiquiſſimarũ Thebarũ ſolitudines. Necnon & ſuperiores Aegyptii, atq; Garamantes feruidi, & calentes nimiũ hirſutiq; Aethyopes, & odori Arabes, Perſæq; dites, atq; Gãgarides populi, & nigredine inſignes Indi, Babylones, & celſa Caucaſi cacumina, eiusq; tam in feruidũ ſolem, quàm in gelidas arctos ſcabroſa decliuia. Caſpium mare, Hyrcaniq; truces, & omnis Tanais, ac niuoſus ſemper Rhodope, & Scytharũ etiam inculta barbaries. Et cum orientalis etiã oceani fluctus, & Rubri maris infeciſſet inſulas, poſtremo ad nos uſq; Italos declinauit, adeò ut Roma rerum domina huius caliginis obfuſcata nube ſit. Et ne paſſim per regiones omnes in quibus plurimum hæc inſcitia potuit euagari, ut ſatis potes aduertere, portiũcula ſola fuit orbis inter Triones, & cadentem ſolem, quæ deitatis huiuſmodi non fuit nobilitata progenie, eſto nefandę crudelitatis, ſicuti & reliqua, fuit infecta. Nec iſta æuo noſtro fuere. Erat adhuc forſan adoleſcens Abraam dum apud Sycyonios cœpit iſta proſerpere, & inſipientiũ hominum ſubintrare animos. Heroum tamẽ tempeſtate ferbuit, & in maximum demum deuenit de-





tus, & nomẽ, & in dies uſq; ſuperbi Ilii, ruinæ perſeuerauit. nam in Troiano bello quoſdam cecidiſſe deorum filios, & Hecubam in canem, & Polydorum in uirgulta, conuerſos legiſſe meminimus. quod quidem uetuſtiſſimum eſt, & plurium ſeculorum tempus. Nec dubitandum inſuper quin ubicumq; hæc uiguerit ſtultitia, ibidem ingentia ſcripta eſſe uolumina, ut maiorum diuina nobilitas monimento literarum ueniret ad poſteros. Et eſto nunquam exiſtimauerim talium paruum fuiſſe numerũ, qui, quàm maximus fuerit, Paulus Peruſinus uir grauis, & talium ſolertiſſimus atq; curioſiſſimus exquiſitor, nõnunquam aſſeruit me præſente, à Barlaam quodã Calabro homine Græcarum literarum apprime erudito habuiſſe, neminem inſignem uirũ principatu aut præeminentia alia, tota in Græcia, inſulis, & littoribus præmonſtratis eo fuiſſe ſeculo, quo hæc fatuitas uiguit, qui ab aliquo deorum huiuſmodi duxiſſe originẽ non monſtraret. Quid igitur dicã? quid tu ſi ſpectares tã longe lateq; diffuſum malũ, tã uetus, tot pſeuerantũ ſeculis, tot explicatũ uoluminibus, & in tam grãdi uirorũ numero ampliatũ? Credisne me regis optata poſſe perficere? Equidẽ ſi præſtent mõtes faciles trãſitus, & ſolitudines inuiæ apertũ notumq; iter. Si flumina uada, & maria tranquillas undas, ac transfretanti emittat ab antro Aeolus uentos quàm ualidos, tam ſecundos. & quod maius eſt, ſint Argiphontæ talaria aurea uolucri cuicumq; homini alligata pedibus, & pro uotis quocumq; libuerit euolet, uix tam longos terrarum mariſq; tractus, etiam ſi illi præſtetur per maxima ſeculorum annoſitas, nedum aliud agat, ſolum poterit peragraſſe. Concedam amplius, dentur cui uelis hæc omnia poſſe contingere in momento loca, & diuinà inſuper fauente gratia caracterum, ac idiomatũ uariarum nationum noticia, & coràm accedenti integra pręparentur uolumina, quis, ut me prætermiſerim, mortalium erit, cui ſint uires tam ſolidæ, tam perſpicax ingenium, tanq; tenax memoria, ut omnia queat uidere appoſita, & intelligere uiſa, & intellecta ſeruare, & demum calamo etiã exarare, et in opus collecta deducere? Addebas præterea, ut explicarem, quæ ſub ridiculo fabularum cortice abſcondiſſent prudentes uiri, quaſi rex inclytus arbitraretur ſtolidũ, credere homines, ferè omni dogmate eruditos, ſimpliciter circa deſcribẽdas fabulas, nulli ueritati cõſonas, nec præter literalem ſenſum habentes, triuiſſe tempus, & impendiſſe ſudores. Non inficiar, delectauit me iſta regalis diſcretio, & argumentum certiſſimum præbuit. quoniam ut tu ante dicebas, ſit illi diuinum ingeniũ, meq; in uotum impulit ſuum, dummodo uires ſufficerẽt. Sanè circa huiuſmodi explicatiões longe plus quàm putes difficultatis & theologi hominis labor eſt. nam dato, iuxta Var. ſententiã, ubi de diuinis & humanis rebus multa deſcripſit, genus hoc theologiæ ſit, quod myſticũ, ſeu ut aliis placet, & forte melius, phyſicum dicitur. & ſi plurimum ridendæ falſitatis habeat, multum tamen ad illam eliciendam artis exquirit. Et ob id miles elegantiſſime, penſandæ ſunt hominũ uires, & examinanda ingenia, & ſic illis cõuenientia onera imponenda. Potuit Atlas capite ſuſtinere cælũ, eiq; feſſo ſub onere Alcides potuit præſtare uicem, diuini homines ambo, & inuictũ ferè robur fuit ambobus. Aſt ego quid? breuis ſum homũtio, nullę mihi uires, ingeniũ tardũ, fluxa memoria, & tu meis humeris, nõ dicã cælũ, quod illi tulere, quinimo & terrã ſuperaddere cupis, & maria, ac etiã cęlicolas ipſos, & cũ eis ſuſtentatores egregios; Nil aliud hoc eſt, niſi uelle, ut põdere premat. Verũ ſi tantũ regi hoc erat animo, erat onus aptũ, ſi inter mortales unus eſt tanto labori ſufficiẽs, uiribus pręclariſſimi uiri Frãciſci Petrarchę, cuius iã diu ego auditor ſum. Homo quippe eſt cæleſti ingenio præditus, & perenni memoria, ac etiã facũdia admirabili, cui familiariſſime quarũcunq; gentiũ hiſtoriæ ſunt, ſenſus fabularũ notiſſimi, & breuiter quicquid philoſophiæ ſacro iacet in gremio manifeſtum eſt. Tacuerã iam, cum ſic ille uultu placido, & compto ſermone ſecutus eſt. Credo longe melius quàm nouerim ea uera eſſe quæ narras, & difficultates uideo, ſed quæſo mi Ioan. putas regem noſtrũ circumſpectione carere? oculatus quippe dominus eſt, & mitis ingenii, & regia fœlicitate laudabilis, & abſit ut quemquã, nedum te premere uelit, quinimmo uetus eſt illi mos leuare quoſcũq;, & iccirco ſane intelligenda atq; aſſumẽda ipſius iuſſa. Aedepol facile credi poteſt inacceſſibiles eſſe eas, quas prędixeras natio-

nes,& eorũ codices,ſiqui ſunt,omnino Latinis incognitos,uerũ ſi qua ex Gręcis quæ ad Latinos uſq; deuenerint,ſeu apud Latinos ipſos,quorũ literis non parũ honoris & glorię maiorum attulere ſtudia,cõperiantur, et ſi nõ omnia,quę ſaltem tua cura haberi poſſint, iſta deſiderat.Eia ergo liberali animo, bene de deo ſperãs, laborẽ ſubi,& quod potes facito,cum ad impoſſibile requirat̃ nemo.Non enim mihi uirũ illũ ſublimẽ,& nedũ apud Cyprios,ſed phama ſuper æthera notũ.F.Petrarchã dedit fortuna obuiũ,credo ſic uolente deo, ut illi maximis occupato parcerẽ,& iuuẽtuti tuę honeſtũ laborẽ inferrẽ,ex quo nomen tuũ nuper in auras exire incipiens inclyte eluceſcat clarius apud noſtros.Tunc ego, iam, inquã, ſatis uideo ſtrenue miles,quod pręteriſſis barbarorũ remotiſſimis libris ex iſtimes ex gręcis,latinisq́; opus hoc integrũ perfici poſſe.O bone deus,nõne ipſe Domine uides,quia hac ipſa cõceſſione maximã partẽ opis debeas? Sed faciamus uti iã dudũ noſtri fecere principes Roma.imperiũ diuidẽtes in oriẽtale & occiduũ,ſint mõſtro huic corpora duo , barbaricũ unũ,et gręcũ atq; latinũ reliquũ,& ad græcũ latinũq́;,quos ipſemet nominas libri,nec etiam iſtud poterit,ut quod poſtulas cõſequatur.Antiquã enim hanc peſtẽ mõſtrauimus.Tu nũc tecũ uolue quot labẽtibus ſeculis hoſtes habuere uolumina. Cõfiteberis equidẽ,quoniã & incẽdia,& aquarũ diluuia,ut de particularibus taceã,bibliothecas abſumpſerint plurimas. Etſi nõ alia deperiſſet quàm Alexãdrina, quã iamdudũ Philadelphus ſumma cum diligẽtia fecerat, eſſet librorũ maxima diminutio, cũ in ea, teſtimonio antiquorũ,poteras reperire quę uelles. Pręterea inualeſcẽte glorioſiſſimo Chriſti nomine,eiusq́; ſyncerę ueritatis plucida lętiferi erroris & potiſſime gẽtilici tenebras amouente,ac etiã diu declinãte Gręcorũ fulgore,clamãtibus in infauſtã religionẽ Chriſti nunciis,ac eã in exterminiũ pellẽtibus,nulli dubitandũ eſt,quin ſecũ multos diluerint libros huius materię refertiſſimos, dum nõ multos eſſe deos,nec deorũ filios,ſed unicũ Deũ patrem, et filiũ dei unicũ,tam uera,quàm pia prędicatione mõſtrarent.Inſuper auaritiã,cui nõ paruę ſunt uires,cõcedes habuiſſe hoſtẽ. Facultatẽ enim poëticã ſciẽtibus nihil afferre lucri certiſſimũ eſt,& apud eũ nil præcioſum eſt,præter quod afferat aurũ,ex quo cõſecutum,ut aurũ nõ afferẽtia,nõ ſolũ neglecta, ſed deſpecta atq; deiecta ſint. Et cũ omnes ferè in diuitias totis tendãt pedibus,uolumina talia in deſuetudinẽ abiere.Et etiã ſic perire facile fuit, quod in eorũ detrimẽto quorundã principũ deteſtabile acceſſit odiũ, nec aliter quàm in hoſtes ab eis aduerſus ea cõſpiratũ eſt,& quod hoc deleuerit odiũ nõ ſolũ fabularũ,ſed quarũcunq; facultatũ uolumina,nõ leuiter exprimeret̃ numerus.Cæterũ ſi cætera pepercißent,nõ eis reſtauratore carẽtibus pepercißet labile tẽpus,cui & taciti & adamãtini dentes ſunt,nedũ libros,ſed ſaxa corrodẽtes duriſſima & ferrũ ipſum, domãs cętera. Hoc hercle tam Gręca quam Latina multa redegit in puluerẽ. Et ſi hæc & alia plura paſſa ſint,& ea potiſſime quę noſtro labori opportuna eſſent,negari tamẽ nõ poteſt quin multa ſuperſint.Sed nullũ tamẽ,quod ego nouerim,in hoc quod optas cõſcriptũ.Vagantur itaq; tam deorũ quàm progenitorũ natiões et nomina huc illuc diſperſa per orbẽ.Habet enim liber hic ex his aliquid,& aliquid liber alter.Quæ quis quęſo pro munere, ſeu ſaltẽ parũ fructuoſo labore uelit exquirere,& tot uolumina uoluere,legere,& hincinde excerpere perpauca? Credo latius deſiſtendũ. Aſt ille defixis luminibus inquit.Non me latebat quin aduerſum moderatã petitionẽ meã haberes quid diceres,ſed non adeo me repelles, quin loculus remaneat aliquis, in quẽ fugiã.Nõ equidẽ negabo quod aſſeris. Verũ iã ſecũdo dixiſſe uelim,quod potes facito.hãc portiũculã,quam hincinde excerpſiſſe poteris, Rex noſter exoptat. Poteris ne iſtud denegaſſe? ſed heu timeo ne has tibi torpor ignauus ratiões pręparet,ut laborẽ effugias.Nihil nempè turpius ocioſo iuuene,et ſi laborãdũ eſt, quũ oẽs ad laborẽ naſcamur.Cui melius,quàm regi optimo potes laborẽ impẽdere? Surge igitur,& inertiã hãc pelle, & ad opus ingẽti accingere animo,ut regi pariter pareas,& tuo nomini ad inclytã phamã uiã facias,Venies,ꝑfecto ſi prudẽs es ultro eò quò ego te conor impellere,Noſti enim,quàm labor improbꝰ uincat omnia,audẽtesq́; fortuna iuuet. et multo magis deus ipſe nunquã deſerẽs ſperãtes in ſe.Vade igit̃ & bonis auibus uolue,& euolue & exẽtera libros , calamũ arripe,& dũ regi obſequeris, tuũ nomẽ in lõgiſſimũ deduc æuũ, Tũ ego, uincor,inquã,magis ferè lepiditate uerborũ quàm uiribus rationũ.





Vrges etenim me,ĩpellis,trahis, & ut pareã nolim uelim ue,neceſſe eſt.Et ſic clemẽtiſſime rex, ut ad te calamũ aliquãdo flectã,aliq̃diu altercati ſumus Dõinus tuus & ego,et ſeu ualeã,ſeu nõ ualeã,ad ultimũ uictus,in tuã ſentẽtiã impulſus uenio,qbus tamẽ uiribꝰ tu uides.

*Propoſitio operis.*

Iuſſu igit̃ tuo mõtanis Certaldi cocleis,et ſterili ſolo derelictis tenui licet cymba in uertiginoſũ mare,crebrisq́; implicitũ ſcopulis nouus deſcẽdã nauta,incertus nũquid operæ p̄ciũ facturus ſim. ſi oĩa legero littora et mõſtruoſa etiã nemora,ſcrobes & antra,ſi opꝰ ſit, ꝑagrauero pedibꝰ, ad inferos uſq; deſcẽdero,& Dędalus alter factus,ad æthera trãſuolauero, undiq; in tuũ deſideriũ, nõ aliter quàm ſi ꝑ uaſtũ littus ingẽtis naufragii fragmẽta colligerẽ,ſparſas ꝑ infinita penè uolumina deorũ gẽtiliũ reliqas colligã,quas cõperiã,et collectas æuo diminutas atq; ſemeſas,& ferè attritas in unũ Genealogię corpus,quo potero ordine,ut tuo fruaris uoto,redigã.Horreſco tamẽ grãde opus aſſumere,& uix credã,ſi reſurgat & ueniat Prometheus alter,ſeu is idẽ q poëtarũ aſſertione priſco tp̄e cõſueuerat homines ex luto cõponere, nedũ ego huius operis,ſit artiſta ſufficiẽs.Sanè ne, rex inclyte, mireris in poſterũ dixiſſe uelim,nõ expectes poſt multũ tẽporis diſpẽdiũ,et lõgis uigiliis elucubratũ opꝰ,corpus huiuſmodi habere ꝑfectũ.Mutilũ qppe & utinã nõ mẽbrorũ pluriũ,et fortaſſe diſtortũ ſeu cõtractũ,gibboſũq́; habẽdũ eſt, iam ratiõibus p̄mõſtratis.Porrò princeps eximie, uti ad cõponẽda mẽbra deueniã, ſic ſẽſus abſcõditos ſub dura cortice enucleando ꝓcedã, nõ tamẽ ad unguẽ iuxta intẽtionẽ fingentiũ feciſſe ꝓmittã.Quis enim tẽpeſtate noſtra,antiquorũ queat terebrare pectora,& mẽtes excutere in uitã aliã iã diu à mortali ſegregatas,& quos habuere ſenſus elicere? Eſſet Aedepol diuinũ potius quam humanũ.Veteres qppe relictis literis ſuis nominibꝰ inſignitis in uiã uniuerſæ carnis abiere, ſenſusq́; ex eis iuxta iudiciũ poſt ſe reliq̃re naſcentiũ, quorũ quot ſunt capita,ferè inueniunt̃ tot iudicia,nec mirabile.Videmus enim diuini uoluminis uerba ipſa lucida,certa,ac immobili ueritate ꝑlata , etiãſi aliquãdo tecta ſint tenui figuratiõis uelo, in tot interp̄tatiões diſtrahi,quot ad illa deuenere lectores,& ob id in hoc minus paueſcẽs accedã. Nam & ſi minus bene dixero,ſaltẽ ad melius dicẽdũ prudẽtiorẽ alterũ excitabo.Et hoc faciẽs primo quę ab antiqs audiſſe potero,ſcribã,inde ubi defecerint,ſeu minus iudicio meo plenè dixerint,meã apponã ſentẽtiã,& hoc libẽtiſſimo faciã animo,ut qbuſdã ignaris atq; faſtidioſe deteſtãtibꝰ poëtas à ſe minime intellectos,appareat eos,et ſi nõ catholicos,tãta tñ fuiſſe prudẽtia p̄ditos,ut nihil artificioſius humani ingenii fictiõe uallatũ ſit,nec uerborũ cultu pulchrius exornatũ. Ex quibꝰ patet liquidò eos plurima mũdana ſapiẽtia imbutos fuiſſe q̃ ſępiſſime carẽt ſtomachoſi repręhẽſores eorũ, ex quibꝰ enucleatiõibus pręter artificiũ fingentiũ poëtarũ,& futiliũ deorũ cõſanguinitates & affinitates explicitas,naturalia quædã uidebis tãto occultata myſterio,ut mireris.ſic et ꝓcerũ geſta,moresq́; nõ per omne triuiũ euagãtia.

*Diuiſio.*

Poſt hęc q̊niam in lõge maius uolumẽ quàm exiſtiẽs ꝓgrediet̃ opꝰ,opportunũ arbitror,ut facilius inuenies q̃d exquires,et melius poſſis retinere quę uelis,illud in partes diſtinguere plures, eosq́; nũcupate libros,quorũ uniuſcuiuſq; principio arborẽ apponẽdam cẽſeo, cuius in radice pater adſit ꝓpaginis, in ramis uero iuxta degradatiõis ſeriẽ apponere omnẽ dilatatã ꝓpaginẽ,ut per hãc uideas, de qbus,et quo ordine in ſequẽti libro ꝑquiras.Quos libros etiã debitis cõperies rubricis diſtinctos,ampliori ſermone pãdẽtibꝰ, quod unico tantũ nomine ꝑ frõdes arboris primo ꝑlegeris. Demũ duos ſuperaddã libellos, & in primo quibuſdã obiectiõibus in poëſim, et poëtas factis reſpõdebo.In ſecũdo, qui totius opis erit ultimus,q̃dã quæ in me forſan obiicient̃,amouere conabor.Sanè ne omiſerim ( nolo mireris, ut errore meo cõtigiſſe putes ) ueterũ crimẽ eſt, quod ſæpiſſime leges multa,ſcilicet adeò ueritati diſſona,& in ſeipſa nõnũquã diſcrepãtia,ut nedũ à philoſophis opinata,ſed nec à ruſticis cogitata putes,ſic & peſſime tẽporibus cõgruẽtia,quæ quidẽ & alia,ſi q̃ ſunt,à debito uariãtia,nõ eſt meæ intẽtionis redarguere,uel aliquo modo corrigere, niſi ad aliquẽ ordinẽ ſpõte ſua ſe ſinãt redigi, ſatis enim mihi erit cõperta reſcribere,& diſputatiões philoſophãtibus linquere.Poſtremo ſi ſanę mentis homines tam ex debito , quàm ex Platonis cõſulto, in quibuſcũq; etiã minimarũ rerum principiis diuinam opẽ inprecari conſueuere , ac etiã eius in nomine agẽdis initiũ dare, eò quod illo

prætermiſſo, Torquati ſentẽtia, nullũ rite fundetur exordiũ, ſatis aduertere poſſum, quid mihi faciẽdũ ſit, qui inter fragoſa uetuſtatis aſpreta, & aculeos odiorũ mẽbratim diſcerptum, attritũ, & in cineres ferè redactum, ingens olim corpus deorum, procerum'q; gentilium, nũc huc, nunc illuc collecturus, & quaſi Aeſculapius alter ad inſtar Hippolyti cõſolidaturus ſum. Et ideo cum ſolũ cogitans iam ſub põdere titubem nimio, eũ piiſſimũ patrem, uerũ Deũ, rerum'q; omnium opificẽ, & cuncta potentẽ, cui mortales uiuimus omnes, ſupplex precor, ut grandi ſuperbo'q; cœptui meo fauens adſit. Sit mihi ſplendẽs & immobile ſidus, & naniculæ diſſuetũ mare ſulcãtis gubernaculũ regat, & ut opportunitas exigit, uentis uela cõcedat, ut eò deuehar, quo ſuo nomini ſit decus, laus, honor, & gloria ſempiterna. Detrectãtibus autẽ deluſio, ignominia, dedecus, & æterna damnatio.

Qui primus apud gentiles deus habitus ſit.

MAre magnũ, & diſſuetũ nauigiis intraturus, † nõnũquã ſumpturus iter, ratus ſum proſpectandũ fore ſolertius, quo ex littore cymbæ prora ſoluenda ſit, ut rectius ſecũdo ſpirãte uẽto, eò deuehar, quò cupit animus. quod quidem tunc comperiſſe reor, dum eum cõperero, quẽ ſibi primũ deũ finxere priores, ut ab eo initio propaginis ſumpto, debito poſſim ordine in poſteritate procedere. Cõuenerant igitur mecũ omnes animi uires, & è ſublimi mentis ſpeculo omnẽ ferè ordinis intuebar ambitũ, ſurgentes'q; extẽplo plurimos uidi, nec unius tantũ religiõis homines, cuiuſcũq; tamẽ ueritatis fide digniſſimos teſtes, grauitate aſſerẽtes ſua, Deũ unicũ eſſe, quem nemo uidit unquã, & hunc uerũ eſſe, principio fine'q; carentẽ, potentẽ omnia, rerũ patrem atq; creatorẽ, tam patentiũ, quàm nõ patentiũ nobis. Quod cũ optime crederẽ, & ab ipſis puerilibus annis crediderim ſemp. Cœpi mente reuoluere ueterum quamplurimorũ circa hunc uarias atq; diuerſas opiniones. Viſũ'q; mihi eſt hoc idẽ ferè ipſos credere gentiles, ſed eos decipi dum creaturæ creatoris attribuunt dignitatẽ, nec omnes uni, ſed diuerſi diuerſis conant̃ impẽdere. Cui errori cauſam intuliſſe philoſophãtes, & diuerſimode ſentiẽtes exiſtimo, & poſt eos poëtę, quos primos theologizãtes Ariſt. dicit, dum oſtenderẽt priſcæ ruditati ſecundũ ſuas credulitates eſſe eos deos primos, quos ipſi arbitrabant̃ rerũ primas fuiſſe cauſas. & hinc ſi plures et diuerſimode opinãtes fuere, de neceſſitate ſequutũ eſt, ut plures & diuerſos deos, diuerſæ haberent nationes uel ſectæ. quarũ unaquæq; ſuũ exiſtimauit uerũ & primũ, & unicũ eſſe deũ, aliorũ patrem & dominum. Et ſic nõ ſolũ inſtar Cerberi tricipitẽ fecere beluã, quinimmo in monſtrũ longe pluriũ capitũ deſcribere conati ſunt. Quorũ dum antiquiſſimũ inueſtigarẽ, Thaletẽ Mileſium obuium habui, ſuo æuo ſapiẽtiſſimũ hominẽ, & cælo aſtris'q; familiariſſimũ, & quẽ ego audierã multa de uero deo, ingenio magis quam fide, iam diu exquiſiuiſſe. Hũc ego rogaui ut diceret quẽ ratus ſit deorũ fuiſſe primũ. Qui eueſtigio inquit, Rerũ omniũ cauſam primã Aquã fuiſſe reor, eam'q; in ſe diuinã habere mentẽ, omnia producẽtẽ, nec aliter quàm apud nos plantas humectat, ſic ex abyſſo ſcaturiginibus emiſſis in cęlũ uſq; ſidera, & ornatũ reliquũ manu madida fabricaſſe. Hinc Anaximenẽ aliũ doctiſſimũ uirum cõueni, & dum hoc idẽ quod à Thalete percũctor, reſpõdit, Aẽrem rerũ omniũ productorem, eò quod animãtia aẽre perdito moriant̃ ilico, & abſ'q; eo nequeant procreari. Poſt hos Chryſippus affuit, inter priſcos famoſus homo, qui rogatus ait, Ignẽ ſe rerũ omniũ cõditorẽ credere, eò quod abſ'q; calore nil appareat poſſe gigni mortale, uel genitum poſſe cõſiſtere. Alcinoũ aũt Crotonienſem cum cõueniſſem, cęteris celſioris animi hominẽ cõperi. Nam elemẽtis tranſuolatis repente, intellectu ſe miſcuit aſtris, inter quæ, quę nouerit neſcio, ſed retulit ſe arbitrari Solẽ, Lunã, & ſtellas, et omne cęlũ, rerũ omniũ fuiſſe fabros. O liberalis homo, quam uni tantũ elemẽto cæteri dederãt, hic omnibus ſupercæleſtiũ corporibus deitatẽ largitus eſt. Poſt hos ego Macrobiũ iuniorẽ omniũ adorior. Ille aũt ſoli Soli attribuit quod dederat Alcinous toti cælo. Theodõtius uero, ut arbitror, nõ nouus homo, ſed taliũ inueſtigator præcipuus, neminẽ nominãdo, reſpondit uetuſtiſſimorũ Arcadũ fuiſſe opinionẽ, Terrã rerũ omniũ fuiſſe cauſam, ei'q;, ut de aqua dicit Thales, mentẽ ineſſe diuinã exiſtimãtes, crediderũt eius ope omnia fuiſſe ꝓducta atq; creata.

Porrò

nouumq́; forſ taſ. legen.



Porrò ut de reliquis taceamus, poëtæ qui Taletis opinionem ſecuti ſunt, aquæ elementũ Oceanũ uocauere, & rerum omnium, hominum atq; deorum dixerunt patrem, & ab eodem genealogiæ deorum dedere principium, quod & nos feciſſe poteramus, niſi inueniſſemus ſecundum quoſdam Oceanũ filium fuiſſe Cæli. Et qui Anaximenẽ & Chryſippum uera dixiſſe credidere, eò quod Iouem pro elemento ignis, & nonnunquã aẽris ſæpiſſime ponant poëtę, ei principatum deorum omnium tradidere, & ſuis genealogiis deorum primum omnium aſſumpſere. quos ideo in hoc ſecuti non ſumus, quia Iouẽ nunc Aetheris, nũc Cæli, nunc Saturni fuiſſe filiũ legiſſe meminimus. Qui uero Alcinoo dicuntur præſtitiſſe fidem, Cæliũ ſeu Cęlum genealogiæ ſuæ principẽ uoluerunt. quod cum Aethere genitum legiſſemus, ultro omiſimus, ſicut & Macrobium primores'q; ſuos qui Soli genealogiæ conceſſere primatum, quem multos habuiſſe parentes ipſi teſtantur poëtæ, nunc illi Iouem patrem, nunc Hyperionem, nunc Vulcanũ attribuẽtes. Qui autẽ Terrã rerum omnium productricem uoluere, ut Theodõtius dicit, immixtam illi diuinã mentẽ Dæmogorgonem nũcupauere. quem profecto ego deorum gentilium omnium patrem, principium'q; exiſtimo, cum neminẽ illi, ſecundum poëticas fictiones, patrẽ fuiſſe cõpererim. & cum Aetheris non tantum patrem, ſed auum extitiſſe legerim, & deorum aliorũ plurium, ex quibus hi orti ſunt, de quibus ſupra mẽtio facta eſt. Sic igitur omnibus circumſpectis, & aliis abſciſis tanquam ſuperfluis capitibus, & in membra redactis, ad inueniſſe itineris principium rati, facientes Dæmogorgonem non rerum patrem, ſed deorum gentilium. duce deo ſcabroſum intrabimus iter per Tenaron, aut Aetnam in terræ uiſcera deſcendentes, & ante alia Stygiæ paludis uada ſulcantes.

Dæmogorgõ.

Primus habet ſtirpem Dæmogorgonis Aethere dempto.




# IOANNIS BOCATII

## DE GENEALOGIA DEORVM, LIB. I.

SVMMA cum maieſtate tenebrarũ arbore deſcripta, ue-
ternoſus ille deorũ omnium gentilium proauus undiq;
ſtipatus nebulis & caligine, mediis in uiſceribus terrę per
ambulanti mihi apparuit Dæmogorgon, nomine ipſo
horribilis, pallore quodam muſcoſo, & neglecta humi-
ditate amictus, terreſtrem, tetrum, fœtidum´q; euaporans
odorem, ſéq; miſeri principatus patrem potius alieno ſer-
mone quàm ſuo confeſſus uerbo, me coram noui labo-
ris opifice conſtitit. Riſi fateor dum illũ intuerer, memor
ſtultitiæ ueterum, qui illum à nemine genitum æternũ,
& rerum omnium patrem, atq; in uiſceribus terræ delite-
ſcentem rati ſunt. Sane quoniam minus hoc ſpectat ad opus, cum ſinamus in ſua miſe-
ria, procedentes eò quò cupimus. Huius igitur inſipidæ credulitatis cauſam dicit Theo- *Expoſitio fa-*
dontius, non à ſtudioſis hominibus habuiſſe principium, quinimò à uetuſtiſſimis Ar- *bulæ.*
chadum ruſticis. Qui cum mediterranei eſſent homines, atq; montani & ſemiſylueſtres,
& uiderent terram ſponte ſua ſyluas & arbuſta quæq; producere, flores, fructus & ſemi-
na emittere, animalia alere cuncta, & demum in ſe morientia queq; ſuſcipere, necnon &
montes flammas euomere, & duris ſilicibus ignes excuti, ex concauis locis & uallibus
exhalare uentos, & illam ſentirent moueri nonnunq̃, & etiã mugitus emittere, eius´q; è
uiſceribus fontes, lacus & flumina fundi, quaſi ex ea ętherus ignis & lucidus aer exorti,
ac egregie pota ingentem illum oceani pelagum emiſerit, & ex colliſis incendiis euolan-
tes in altum fauillæ ſolis lunæ´q; globos ediderint, ſummóq; implicitæ cælo in ſtellas ſeſe
infixerint, ſempiternã ſtolide credidere. Qui aũt poſt hos ſecuti ſunt, paulò altius ſentien-
tes, non terram ſimpliciter rerũ harum dixere autorem, ſed illi mentem implicitã eſſe di-
uinam, intellectu & nutu cuius agerentur iſta, eam´q; mentem in ſubterraneis habere ſe-
dem arbitrati ſunt. Cui errori auxit fidem apud ruſticos antra ac profundiſſimos terrarũ
abditus intraſſe nonnunq̃, cum in proceſſu langueſcente luce ſilentiũ augeri uideatur,
ſubintrare mentes cum natiuo locorũ horrore religio conſueuit, & ignaris præſentiæ ali
cuius diuinitatis ſuſpicio. quam à talibus ſuſpicatam diuinitatẽ non alterius quàm Dæ-
mogorgonis exiſtimabãt, eo quod eius manſio in terræ uiſceribus crederetur, ut dictum
eſt. Hic igitur cum eſſet apud uetuſtiſſimos Archades in honore pręcipuo, rati taciturnita
te ſui nominis, diuinitatis eius augeri maieſtatẽ, ſeu exiſtimantes indecens eſſe, tam ſubli
me nomen in buccas uenire mortaliũ, uel forte timentes ne nominatus iritaretur in eos,
conſenſu publico uetitũ eſt, ne impune nominaret̃ à quoq̃, quod quidẽ teſtari uidetur
Lucanus, ubi Erichtho manes inuocantẽ deſcribit dicẽs. Paretis an ille Cõpellandus erit, « *Lib. 6*
quo nunq̃ terra uocato Non cõcuſſa tremit, qui Gorgona cernit apertã, Verberibus´q; «
ſuis trepidã caſtigat Erinnym. Sic & Statius, ubi cæcus ſenex Tireſia iuſſu Etheoclis, belli
Thebanorũ exitum perſcrutatur, dicit. Scimus enim, & quicquid dici, noſciq; timetis, Et « *Lib 4.*
turbare Hecatem, ni te Thymbree timerem. Et triplicis mundi ſummũ quem ſcire nepha- « *Thebai.*
ſtum Illum ſed taceo &c. Hunc de quo duo poetæ loquũtur nomine non expreſſo, La- «
ctantius inſignis homo doctus´q; ſuper Statium ſcribens liquido dicit eſſe Dæmogorgo-
nem, ſummum´q; & primum deorũ gentilium. Et nos etiam ſatis ſumere poſſumus, ſi
uerba carminũ ponderare uelimus. Dicit enim apud Lucanũ fœmina malefica & genti-
lis ad præeminentiam atq; ſubterraneã huius manſionẽ demonſtrandam terram treme-
re eo uocato, quod nunquam aliàs facit niſi cõcuſſa. Subſequitur hoc idem, quia uidet
Gorgonem, id eſt terram apertam, id eſt ad plenum, eo quod in uiſceribus habitet terræ.
Nos aũt reſpectiuę ad eum ſuperiorem, ſi ſuperficiem tantũ uidemus, uel uidet apertam

Gorgonem, monſtrũ illud uertens aſpicientes in ſaxa, nec propterea in ſaxum uertitur,
ut appareat præeminentiæ eius ſignũ aliud. Tertio potentiã eius oſtendit etiam circa in-
ferna, dum eum dicit, caſtigare uerberibus Erinnym pro Erinnyas, id eſt furias eas ſcilicet
potentia ſua & reprimendo & iritando. Hunc aũt cognoſci à ſuperis ideo dicit Statius,
ut illum & ſubterraneũ, & cunctorum demonſtret principem, & inuocatũ poſſe cogere
manes in deſideria mortaliũ, quod ipſi nollẽt. eum aũt cognoſci ideo nephas dicit, quia
ſcire ſecreta dei non ſpectat ad omnes, nam ſi cognita ſint, in uilipenſionẽ ferè ueniet po-
tentia deitatis. Huic præterea ne tedio ſolitudinis angeretur, liberalis & circunſpecta uetu-
ſtas, ut ait Theodontius, dedit æternitatẽ atq; chaos, & inde filiorũ agmen egregium. No
uem enim illi inter mares & fœminas fuiſſe uoluere, ut infra patebit diſtinctius. Erat hic
locus detegendi, ſi quid fuiſſet poetica fictione reconditũ. ſed cum nudus ſit huius deita-
tis erroneæ ſenſus, explicare quid nomen eius horridũ ſonare uideatur, tantũmodo ſu-
pereſt. Sonat igitur, ut reor, Dæmogorgon græce, terræ deus latine. nam dæmon deus, ut
ait Lactantius, Gorgon aũt terra interpretatur, ſeu potius ſapiẽtia terræ, cum ſæpe dæmon
ſciens, uel ſapientia exponatũ. Seu ut magis placet aliis, deus terribilis, quod de uero deo,
qui in cælis habitat, legitur, Sanctum & terribile nomen eius. Verũ iſte aliam ob cauſam
terribilis eſt, nam ille ob integritatẽ iuſtitiæ male agentibus in iudicio eſt terribilis. iſte ue-
ro ſtolide exiſtimãtibus. Poſtremo anteq; de filiis aliquid, de ſociis pauca uidenda ſunt.

## DE AETERNITATE. CAP. I.

SEquitur de æternitate, quam ideo ueteres Dæmogorgoni ſociam dedere, ut
is qui nullus erat, uideretur æternus. quę quid ſit ſuo ſeipſa pandit nomine,
nulla enim temporis quãtitate menſurari poteſt, nullo temporis ſpacio de-
ſignari, cum omne cõtineat æuum, & cõtineatur à nullo. Quid enim de il-
la ſcripſerit Claudius Claudianus, ubi in heroico carmine Stiliconis laudes
Lib.2. » extulit, libet inſerere, dicit enim ſic, Eſt ignota procul noſtræq; imperuia mẽti, Vix adeun
» da diis annorũ ſqualida mater, Immenſi ſpelunca æui, quæ tempora uaſte Suppeditat,
» reuocatq; ſinu cõplectitur antrũ, Omnia quæ placido conſumit numine ſerpens Perpe
» tuumq; uiret, ſquãmis, caudamq; reducto Ore uorat, tacito relegens exordia lapſu. Ve-
» ſtibuli cuſtos uultu longæua decoro, Ante fores natura ſedet cunctisq; uolantes Depen-
» dent membris animæ, manſura uerendus Scribit iura ſenex, numeros qui diuidit aſtris,
» Et curſus ſtabilesq; moras, quibus omnia uiuũt, Ac pereunt, fixis cum legibus ille recen-
» ſet &c. Antro demum ſic deſcripto ſubſequitur ibidem, Hic habitant uario facies diſtin-
» cta metallo Sæcula certa locis, illic glomeranũ ahena, Hic ferrata rigent, illic argentea can
» dent, Eximia regione domus &c. hæc ille. Ex quibus reor ſereniſſime regũ poſſis aduer-
tere, quàm ſuaui ſtilo, quàmq; accurata atq; explicata oratione, quid æternitas, & quę in-
tra æternitatem cõtineantur, poeta deſcribat. Qui ut eius oſtendat omnium temporum
exceſſum, dicit ſpeluncam ipſius, id eſt gremii profunditatẽ incognitam atq; procul ſtan
tem, & nedum mortalibus, ſed uix adeundam diis, id eſt beatis creaturis, quę in conſpe-
ctu dei ſunt. eamq; demum dicit tempora ſuppeditantem atq; reuocantẽ, ut appareat in-
tra eam omne tempus initiũ ſumpſiſſe ac ſumere & ſumpturũ eſſe, & ultimo in finem
deuenire ſuũ. & ut appareat quo ordine deſcribit ſerpentẽ perpetuo uiridem, id eſt quan-
tum ad eam nunquã in ſenium tendentẽ, eumq; dicit reuoluto in caudam ore eam de-
uorantem, ut ex hoc actu percipiamus temporis circularis lapſum. Nam ſemper anni u-
nius finis principium eſt ſequentis, & ſic erit durante tempore. Quo exemplo uſus eſt, eo
quod per illud fuerit olim Aegyptiis, antequã litteras ſuſcepiſſent, cõſuetudo deſcriben-
di annum. Subſequenter aũt hoc fieri tacite dicit, eo quod non aduertentibus nobis pau
latim labatur tempus. Naturam autem animarum circumuolantium plenam, eo quod
aſſidue multis animantibus animas infundat. ideo ante fores æternitatis deſcribit, ut in-
telligamus quod quicquid intrat æternitatis gremium, ſeu parum manſurũ, ſeu multũ,
natura rerum augente intrat, & ſic quaſi ianitrix hic eſt, & intelligendum eſt de natura

naturata



naturata. Nam quod natura naturans immittit, nunquã egredietur. Senem autẽ, qui in
antro numeros ſtellis diuidit, deum uerum credo, non quia ſenex ſit. Non enim in æter
num cadit ætatis ulla deſcriptio. ſed mortalium loquitur more, qui longæuos etiam im
mortales ſenes dicimus. Hic numeros ſtellis diuidit, ut intelligamus, quia eo agente &
ordinante per certum & conſtitutũ ab eo ſyderum motum nobis tempora diſtinguan-
tur. ut per ſolis totius cæli circuitũ habemus annum, ſic per eandem lunæ circumuolu-
tionem menſem, & per integram octauæ ſphæræ reuolutionẽ diem. De ſæculis aũt, quæ
ibidem dicit eſſe, infra ubi de æonis ſatis clare ſcribetur.

## DE CHAOS. CAP. II.

CHaos, ut Ouidius in principio maioris ſui uoluminis aſſerit, fuit quædam
omnium rerum creandarum immixta & confuſa materia. Dicit enim ſic. Lib.1.Meta.
Ante mare & terras, & quod tegit omnia cælũ, Vnus erat toto naturæ uul- »
tus in orbe, Quem dixere chaos, rudis indigeſtáq; moles, Nec quicquam »
niſi pondus iners cõgeſtáq; eodem, Non bene iunctarum diſcordia ſemi- »
na rerum, & cætera. Hunc ſeu hanc tam ſpecioſam forma certa carentẽ effigiem uoluere
nonnulli, aliàs inſignes philoſophi, ſociam atq; iam æternam fuiſſe Dæmogorgoni, ut
ſi quando in mentem illi ueniſſet creaturas producere, nõ deeſſet materia, quaſi nõ poſ-
ſet qui poterat rebus uariis formam dare, materiã ex qua daret, producere. ridiculum eſt.
ſed iam neminem redarguere profeſſus ſum.

## DE LITIGIO PRIMO DAEMOGORGONIS filio. Cap. III.

HIs præmiſſis ad inclytam prolem primi dei gentilium ueniendũ eſt, cuius
primum filium uoluere Litigium, eo quod primum eum ex Chaos præ-
gnantis utero, ex incerto tamen patre eductum uelint. De cuius eductionẽ
talis à Theodontio recitatur fabula. Dicit enim à Pronapide poeta in pro-
tocoſmo ſcribi, quod ſemel reſidente Dæmogorgone, ut quieſceret in æter
nitatis antro, ſenſit in utero Chaos tumultuari, quamobrem commotus extenſa manu
Chaos uentrem aperuit, & euulſo Litigio tumultum faciente, eo quod turpem & in-
honeſtam haberet faciem, abiecit in auras. Qui confeſtim euolauit in altum. non enim
poterat ad inferiora deſcendere, cum omnium rerum inferior is eſſe uideretur, qui illum
ex utero matris exemerat. Aſt inde Chaos acri feſſa labore, cum non haberet quam in-
uocaret Lucinam, madens tota in ſudorem uidebatur reſolui debere, ignita exhalans
infinita ſuſpiria, inſiſtente forti manu Dæmogorgone. ex quo factum eſt, ut iam di-
uulſo Litigio, tres Parcas & Panem educeret unà cum eis. Inde autem cum illi Pan re-
bus gerendis uideretur cæteris aptior, eum domui præfecit ſuæ & ſorores illi dedit pe-
diſſequas. Chaos autem liberata pondere, iuſſu Panis Dæmogorgonis ceſſit in ſedem.
Litigium uero quod nos uulgatiori uocabulo diſcordiam dicimus, ab Homero in Ilia-
de lis uocatur, & Iouis dicitur filia. quam ipſe ait, eo quod à Iunone per eam læſus fue-
rit circa natiuitatem Euriſtei & Herculis de cęlo in terram eiectam. Theodontius autem
de Litigio plura inſuper recitat, quæ ubi decentius in proceſſu ponenda uidebuntur, ap-
ponam, quæ hic ad præſens omittuntur. Habes rex inclyte ridiculam fabulam, uerum
eò uentum eſt, ut opportunũ ſit à ueritate amouere fictionis corticem. ſed prius reſpon- Occupatio.
dendum eſt perſæpe dicentibus, quid poetæ dei opera, uel naturæ uel hominũ hoc ſub
fabularum uelamine tradidere? Non erat eis modus alter? Erat equidem. ſed uti non
æqua facies omnibus, ſi nec animorũ iudicia. Achilles arma præpoſuit ocio. Aegiſthus
deſidiam armis. Plato philoſophiam omiſſis cæteris ſecutus eſt. Statuas Celtæ ſculpſere.
Phidias, Appelles peniculo imagines pinxere. Sic & reliqua hominum ſtudia ſinam.
Poeta delectatus eſt tegere fabulis ueritatẽ, cuius delectationis Macrobius ſuper ſomnio
Scipionis ſcribens ſatis aperte cauſam uidetur oſtendere, dum dicit, De diis autem dixi
cæteris, & de anima non fruſtra. ſed nec ut oblectent ad fabuloſa conuertunt, ſed quia

 ſciunt

„ ſciunt inimicam eſſe naturæ undiq; apertam expoſitionem ſui, quæ ſicut uulgaribus ho„minum ſenſibus intellectũ ſui uario rerum tegmine operimento ſubtraxit, ita à pruden„tibus archana ſua uoluit per fabuloſa tractari. Sic ipſa myſteria fabularum cuniculis ope„riuntur, ne uel hoc adeptis nudam rerũ talium natura ſe præbeat, ſed ſummatibus tantum uiris ſapientia interprete, ueri archani conſciis cõtenti ſunt relinqui. hęc Macrobius. Et ſi multa plura dici poſſunt, ſatis reſponſum arbitror exquirentibus. Inſuper rex præcipue ſciendum eſt his fictionibus nõ eſſe tantum unicum intellectum, quinimò dici poteſt potius polyſemum, hoc eſt multiplicium ſenſum. Nam ſenſus primus habetur per corticem, & hic literalis uocatus eſt. Alii per ſignificata per corticem, & hi allegorici nuncupantur. Et ut quid uelim facilius aſſumatur, ponemus exemplum. Perſeus Iouis filius figmento poetico occidit Gorgonem, & uictor euolauit in æthera, hoc dum legitur per literam hiſtorialis ſenſus præſtatur. Si moralis ex hac litera quæritur intellectus, uictoria oſtenditur prudentis in uitium, & ad uirtutem acceſſio. Allegoricè autem ſi uelimus aſſumere, piæ mentis ſpretis mundanis deliciis ad cæleſtia eleuatio deſignatur. Præterea poſſet et anagogice dici per fabulam, Chriſti aſcenſum ad patrẽ mũdi principe ſuperato figurari. Qui tamen ſenſus, & ſi uariis nuncupentur nominibus, poſſunt tamen omnes allegorici appellari, quod ut plurimum fit. Nam allegoria dicitur ab ἄλλο quod eſt alienum latine ſiue diuerſum, & ideo quod diuerſi ab hiſtoriali ſeu literali ſint ſenſu, allegorici poſſunt, ut dictum eſt, merito uocitari. Verum non eſt animus mihi ſecundum omnes ſenſus enucleare fabulas, quæ ſequũtur, cum ſatis unum arbitrer ex pluribus explicaſſe. Eſto aliquando apponentur fortaſſe plures. Nunc autem quid Pronapidem ſenſiſſe putem, explicabo paucis. Videtur etenim mihi Pronapidem creationẽ mundi deſignare uoluiſſe ſecundum erroneam eorum opinionem, qui rati ſunt deum ex materia præparata produxiſſe quæ creata ſunt. Nam ſenſiſſe Dęmogorgonem tumultum fieri in utero chaos, nil aliud reor, quàm diuinam ſapientiam aliqua eam mouente cauſa, ut puta maturitatem uentris, id eſt tempus propoſiti horam adueniſſe, & ſic cœpiſſe uelle creationem & quæ immixta erant certo ordine ſegregare, & hinc extendiſſe manum, id eſt operam uoluntati dediſſe, ut ex informi colluuie formoſum atq; ordinatum produceret opus, & ante alia euulſis ex utero laborantis, id eſt laborem confuſionis patientis litigium, quod totiens aufertur à rebus, quotiens amotis diſcordantiæ cauſis illis debitus imponitr ordo. Patet igitur hoc ante alia feciſſe, diſgregaſſe ſcilicet quæ inter ſe erant, erant enim elementa confuſa, calida enim frigidis, ſicca humidis, & leuia grauibus repugnabant. Et cum primus dei uideretur actus à diſcordantibus ordinãdo ſubtraxiſſe Litigiũ, Dæmogorgonis primus filius dictus eſt. Eum abiectum ob turpem faciem, quia turpe ſit ut plurimum litigare. Euolaſſe ad ſublimia potius uidetur fabuloſo ordini præſtare decorem, quàm aliud uelle ſignificare. Præterea eiectum quo ſe afferret in altum tendere non habebat, cum in inferioribus iam producti orbis partibus in lucem conſtet eum fuiſſe productum. Quod à ſuperis in terram demum deiectum ſit, ſcribit Homerus ob id factum, quod opere ſuo ante Herculem Euriſtheus natus ſit, ut ſuo narrabitur loco. Verum quantum ad intrinſecum ſenſum hoc ego ſentio, quod à motu corporum ſuperiorum apud mortales ſæpiſſime oriantur litigia. Inſuper dici poteſt illud in terras eiectum à ſuperis, cum apud ſuperos omnia certo & perpetuo agantur ordine ubi apud mortales uix inuenitur aliquid eſſe concors. Deinde cum dicit ſudore madefactã chaos, & ignita emittentem ſuſpiria, nil aliud intelligit reor, quàm elementorũ ſegregationem primam, ut per ſudorem ſentiamus aquam, per ignita uero ſuſpiria aerem atq; ignem, & quę deſurſum ſunt corpora, & per groſſitiem molis huius terram, quæ Panis conſilio confeſtim creatoris ſui domus & ſedes facta eſt. Eductum autem Pana poſt Litigium credo ratos ueteres ea in ſeparatione elementorũ naturam naturatam habuiſſe initium, & è ueſtigio domui, id eſt orbi Dæmogorgonis præpoſitam, quaſi eius opere ſic uolente deo, omnia producantur mortalia. Parcas autẽ eodem partu productas, & pediſſequas fratri

*Mythologia.*

*Neq; hæc præſentis fabulæ ſunt.*



fratri datas ideo fictum exiſtimo, ut intelligatur naturam his cum legibus productam ut procreet, ſeu gignat, nutriat, & in finem nata deducat. quæ tria ſunt parcarum officia, in quibus continuum naturæ præſtant obſequium, ut latius in ſequentibus apparebit.

*Homerus Aten uocat, lib. 18. quæ tamen non uideo, quomodo huic fabulæ conueniat. Sed rectius Ouidij locus huc pertinet, ubi à princip. 1. lib. ſic ait: Vnus erat toto naturæ uultus in orbe, Quem dixere chaos rudis indigeſtaq; moles, Nec quicquam niſi pondus iners congeſtaq; eodem, Non bene iunctarum diſcordia ſemina rerum. Et poſtea: Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis, Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus: Hanc deus, & melior litẽ natura diremit. Hanc enim Pronapidis fabula litem ſignificare uidetur. Et Appollonius in eandem ferè ſententiam Orpheum canentem inducit, lib. 1. Argon. cum ait, ἤειδεν δ' ὡς γαῖα καὶ οὐρανὸς, ἠδὲ θάλασσα τὸ πρὶν ἐπ' ἀλλήλοισι μιῇ συναρηρότη μορφῇ νείκεος ἐξ ὀλοοῖο διέκριθεν ἀμφὶς ἕκαστα, quo loco νεῖκος uocat, quod hic Bocatius Litigium. Homeri autem ἄτη noxa latinis dicitur, quæ homines malis implicat, menteſq; ſeducit & inquietat, cui repellendæ & placandæ, Litæ Iouis filiæ oppoſitæ ſunt, quæ tãto tardiores ſunt, quanto noxa grauior eſt, ut pulchre ab Homero ibidem fingitur.*

## DE PANE SECVNDO DAEMOGORGOnis filio. Cap. IIII.

PAna Dæmogorgonis fuiſſe filium iam ſatis ſupra demonſtratũ eſt. De quo talem Theodontius recitat fabulam. Dicit enim eum uerbis iritaſſe Cupidinem, & inito cum eo certamine ſuperatum, & uictoris iuſſu Syringam nympham Archadem adamaſſe, quæ cum Satyros ante luſiſſet, eius etiam ſpreuit coniugium. Pan autem cum illam urgente amore fugientem ſequeretur, contigit ut ipſa à Ladone fluuio impedita conſiſteret, & nympharum auxilium precibus imploraret, quarum ope factum eſt, ut in paluſtres calamos uerteretur. Quos cum Pan motu uentorum ſenſiſſet, dum inuicem colliderentur eſſe canoros, tam affectione puellæ à ſe dilectæ, quàm delectatione ſoni permotus, calamos libens aſſumpſit, & ex eis ſeptem diſparibus factis fiſtulam, ut aiunt, compoſuit, eáq; primus cecinit, ut etiam teſtari uidetur Virgilius. Pan primus calamos cera coniungere plures Inſtituit &c. Huius præterea poetæ & alii inſignes uiri mirabilem deſcripſere figuram. Nam ut Rabanus in libro de origine rerum ait. Is ante alia fronti habet infixa cornua in cęlum tendentia, barbam prolixam, & in pectus pendulam, & loco pallii pellem diſtinctam maculis, quam nebridem uocauere priſci, ſic & manu uirgam atq; ſeptem calamorum fiſtulam. Præterea inferioribus membris hirſutum atq; hiſpidum dicit, & pedes habere capreos, & ut addit Virgilius purpuream faciem. hunc unum & idem cum Syluano arbitrabatur Rabanus, ſed diuerſos eſſe deſcribit Virgilius dicens. Venit & agreſti capitis Syluanus honore Florentes ferulas & grandia lilia quaſſans. Et illico ſequitur. Pan deus Archadiæ uenit. Et alibi. Panáq; Syluanumq; ſenem nymphasq; ſorores &c. His igitur præmiſſis ad intrinſeca ueniendum eſt. Et quoniam ſupra Pana naturam naturatam eſſe dictum eſt, quid ſibi uoluerint fingentes eum à Cupidine ſuperatum, facile reor, uideri poteſt. Nam quàm cito ab ipſo creatore natura producta eſt, e ueſtigio cœpit operari, & ſuo delectata opere illud cœpit amare. & ſic à delectatione iritata amori ſuccubuit. Syringam autem quam aiunt à Pane dilectam, ut dicebat Leontius, dicitur à ſyrin græce, quod latine ſonat deo cantans, & ſic poterimus dicere ſyringam eſſe cælorum ſeu ſphærarum melodiam, quæ ut Pythagoræ placuit ex uariis inter ſe motibus circulorum ac ſphęrarum conficiebatur, ſeu conficitur, & per conſequens tanquam deo & naturæ gratiſſimum à natura conficiente diligitur. Seu uolumus potius Syringam eſſe circa nos agentibus ſupercæleſtibus corporibus naturæ opus tanto organizatum ordine, ut dum in certum & determinatum finem continuo deducitur tractu, non aliter quàm faciant rite canentes harmoniam facere, quod deo gratiſſimum fore credendum eſt. Cur autem hanc nympham Archadem fuiſſe dixerint, & in calamos uerſam, ideo

*Lib. 1. Meta.*

*Ecloga. 2.*

*11. Georg.*

*Expoſitio fabulæ.*

dictum puto, quia ut placet Theodontio, Archades primi fuere, qui excogitato cantu emittentes per calamos longos & breues ſpiritum, quatuor uocum inuenere diſcrimina, & demum adiecere tria, & ad poſtremum quod per multos faciebant calamos, in unam contraxere fiſtulam, foraminibus ori flantibus proximis, & remotioribus excogitatis. Macrobius uero hoc repertum dicit Pythagoræ, ad ictus malleorum grauium & leuium. Ioſephus uero in libro antiquitatis iudaicæ dicit longe uetuſtius Iubal inuentum fuiſſe ad tinnitum malleorum Tubalcain fratris ſui, qui ferrarius faber fuit. Verum quoniam fingentibus uerius uiſum eſt Archades inueniſſe, eo quod illo forſan æuo cæteros excederent fiſtula, Archadem nympham fuiſſe uoluere. Syringam autem luſiſſe Satyros, & Pana fugientem, atq; à Ladone moratam, & nympharum ſuffragio in calamũ uerſam, circa noſtros cantus iudicio meo aliquid bonæ conſiderationis abſcondit. Hæc enim ſpretis Satyris, id eſt ingeniis rudibus, fugit Pana, id eſt hominem aptum, natum ad muſicalia. nec equidem aptum fugit, ſed extimatione cupientis, cui in delectatione uidetur ceſſari quod optat. Hæc tunc à Ladone ſiſtitur donec inſtrumentum ad emittendam meditationem perficitur. Eſt enim Ladon fluuius in ripa enutriens calamos, in quos uerſam Syringam aiunt, ex quibus poſtmodũ confectam fiſtulam nouimus. ex quo ſumere debemus uti calamorum radix terræ infixa eſt, ſic & meditatio muſicæ artis & compertus exinde cantus, tam diu latet in pectore inuentoris, donec emittendi præſtetur organum, quod ex calamis ſuffragio humiditatis à radice emiſſis conficitur. quo confecto, ſonus præmeditatus emittitur ſuffragio humiditatis ſpiritus emittentis. Nam ſi ſiccus eſſet, nulla ſonoritatis dulcedo, ſed mugitus potius ſequeret̃, ut uidemus ex igne per fiſtulas emiſſo contingere. & ſic in calamos uerſa uidetur ſyringa, eo quod per calamos reſonet. Poſſibile præterea fuit à compertore fiſtulæ calamos adhuc primo fuiſſe compertos Ladonem ſecus, & ſic à Ladone detentos. Reſtat uidere quid ſenſiſſe potuerint circa Panis imaginem, in qua ego arbitror ueteres uniuerſale naturæ corpus tam ſcilicet agentium quàm patientium rerum uoluiſſe deſcribere, utputa ſentientes per cornua in cælum tendentia ſupercæleſtium corporum demonſtrationem, quam duplici modo percipimus, arte ſcilicet, qua diſcurſus ſyderum inueſtigantes cognoſcimus, & ſenſu, quo eorum in nos infuſiones ſentimus. Per ignitam autem eius faciem, ignis elementum, cui annexum aerem uoluere, ſumendum reor. quos ſic iunctos Iouem dixere nonnulli. Per barbam autem, per quam uirilitas demonſtratur, uirtutem actiuam horum duorum elementorũ ſic iunctorum intelligi uoluiſſe exiſtimo, & eorum opus in terram & aquam, dum demiſſam illam in pectus, & ad partes inferiores traxere. Eum autem maculoſa pelle tectum deſcripſere, ut per illam oſtenderetur octauæ ſphæræ mirabilis pulchritudo crebro ſtellarũ fulgore depicta. à qua quidem ſphæra ſicut pallio tegitur homo, ſic omnia ad naturam rerum ſpectantia conteguntur. Per uirgam autem naturæ regimen intelligendum reor, quo omnia & potiſſime ratione carentia reguntur, & in determinatum finem in ſuis operibus etiam deducuntur. Fiſtulam ad harmoniam cæleſtem deſignandam illi appoſuere. Quod illi circa inferiora ſit hiſpidum corpus & hirſutum, terræ ſuperficiem, montium, & ſcopulorum gibboſam, & ſyluarum, uirgultorum, & graminum tectam intelligo. Alii uero ſenſere aliter, ſolem ſcilicet per hanc imaginem deſignari, quem rerum patrem dominumq; credidere. quos inter fuit Macrobius. Et ſic per eius cornua uolunt lunæ renaſcentis indicium, per purpuream faciem, aeris mane ſeroq; rubeſcentis aſpectum, per prolixam barbam, ipſius ſolis in terram uſque radios deſcendentes, per maculoſam pellem, cæli ornatum à ſolis luce deriuantem, per baculum ſeu uirgam, rerum potentiam atque moderamen, per fiſtulam, cæli harmoniam à motu ſolis cognitã, prout ſupra. Credo Rex magnifice uideas quàm ſummotenus exponendo tranſeam, quod duplici de cauſa facio. Primo quia confido, quoniam tibi nobile ſit ingenium, quo poſſis quantumcunq; paruis datis indiciis, in

Lib.1. de Som. Scip.

Lib.1.ſup.ſõ.

Lib.1.Satur.





quoſcunq; profundiſſimos ſenſus penetrare. Secundo quia ſequentibus cedendum eſt. Nam ſi omnia quæ ad expoſitionem huius fabulæ poſſent induci, deſcribere uellem, inuidia forte poſteritatis feciſſe uiderer, & ipſa ſola ferè totum excogitatum uolumen occuparet. quod & de reliquis dictum uolo. Et ut redeam ad omiſſa, hunc Pana, ſeu quod in proceſſu eundem cum Dæmogorgone arbitrarentur Archades, ut Theodontio uiſum eſt, ſeu quod illo neglecto in iſtum totos uerterent animos, ſacris etiam horrendis, utputa humano, imò natorum illi litantes ſanguine, præcipue coluere, eumq; dixere Pana à pan, quod totum latine ſonat. Volentes ob hoc quod omnia quæcunq; ſint in naturæ gremio concludantur, & ſic ipſa totum ſit. Iuniores inde, eo quod innouata placeant Pana Lycæum uocauere. Alii dempto Panis nomine Lycæum tantum dixere, & nonnulli Iouem Lycæum exiſtimantes naturæ ſeu Iouis opere lupos à gregibus amoueri, quibus ipſi ferè uacabant omnes, & ſic à lupis fugatis cognomen meruiſſe uidetur. Græce enim lupus dicitur lycos. Auguſtinus uero ubi de ciu. dei ſcribit, dicit ne ob hoc contigiſſe Pana Lycæum uocari, quin immò propter crebram mutationem hominum in lupos, quæ in Archadia contingebat, quod niſi diuina operante uirtute fieri non poſſe arbitrabantur. Hinc præterea uidetur Macrobium ſumpſiſſe Pana, non Iouem, ſed ſolem eſſe, eo quod Sol omnis mortalis uitæ ſit pater. & quod eo ſurgente conſueuerint lupi dimiſſis inſidiis aduerſus greges in ſyluas abire, & ſic ob iſtud beneficium eum dixere Lyceum.

*Rectius ἀπὸ τῆς σύριγγος quod fiſtulam ſignificat. aut τοῦ συρίζειν, quod fiſtula canere.*

*Hic à Latinis Inuus dicitur, ut alibi Macrobius teſtatur.*

*Pan Ioue miſſus erat, ſeruari tecta uolente Troïa, pendenti ſimilis Pan ſemper, & uno Vix ulla inſcribens terræ ueſtigia cornu. Dextera laſciui cæſa Tegeatide capra, Verbera læta monens feſta per compita cauda. Cingit acuta comas, & opaca tempora pinus. Ac parua erumpunt rubicunda cornua fronte. Sunt aures ſummoq; cadit barba hiſpida mento, Paſtorale deo baculum, pelliſq; ſiniſtrum, Velat grata latus teneræ de corpore damæ. Hæc Sillius Ital. de Pane.*

*Apud Theocriti Comment. de Pane ſic legitur. Pana alij dicunt filium Penelopes & omnium procorũ, & ob id πᾶν dici. Epimenides autem Iouis & Calliſtûs filiũ dicit Pan, cumq; & Archadem eſſe geminos. Ariſtippus Iouis & nymphæ Oeneidis filiũ facit, eodem loco, & forma eius ad mundi partes & rationes refertur ab eodem autore, Idyll. primo.*

## DE CLOTHO, LACHESI, ET ATROPO DAEMOgorgonis filiabus. Cap. V.

CLotho, Lacheſis & Atropos, ut ſupra, ubi de Litigio, filiæ fuere Demogorgonis. Cicero autem has Parcas uocat, ubi de naturis deorum ſcribit, & filias Herebi noctiſq; fuiſſe dicit. Verum ego ideo Theodontio potius adhæreo, qui illas cum rerum natura creatas dicit, quod longe magis ueritati uidetur conforme, eas ſcilicet naturæ rerum eſſe coæuas. Has eaſdem ubi ſupra uocat Tullius in ſingulari Fatum, illudq; herebi noctiſq; filium dicit, quod ego longe magiſq; quàm Parcas habito reſpectu ad id quod de Fato ſcribitur, ut poſt ſequetur, Dæmogorgonis filium dicam. Seneca uero has in epiſtolis ad Lucilium fata uocat, dato Cleantis dictum dicens, Ducunt uolentem fata, nolentem trahunt. Circa quod non ſolum eorum deſcribit officium, eas ſcilicet ſorores omnia ducere, ſed etiam trahere, non aliter quàm ſi de neceſſitate contingant omnia, quod longe apertius ſentire uidetur in tragœdiis Seneca poeta tragicus, & in ea potiſſime cui titulus eſt Oedipus, ubi dicit. Fatis agimur, credite fatis. Non ſollicitæ poſſunt curæ Mutare rati ſtamina fuſi, Quicquid patimur mortale genus Quicquid facimus uenit ex alto Seruatq; ſua decreta colus Lacheſis dura reuoluta manu, Omnia ſepto tramite uadunt, Primuſq; dies dedit extre-

Lib.3. de nat.

mum. Non illa deo uertiſſe licet, Quæ nexa ſuis currunt cauſis. It cui ratus præce nō nulla, Mobilis ordo, multis ipſum timuiſſe nocet. Multi ad fatum uenere ſuum dum fata timent &c. Hæc ille, quod etiam Ouid. ſenſiſſe uidetur dum in maiori ſuo uolumine dicit in perſona Iouis Veneri. Tu ſola inſuperabile fatum, Nata mouere putas? intres licet ipſa ſorores, Tecta trium cernens illic molimine uaſto, Ex ære & ſolido rerum tabularia ferro. Quæ neq; concurſum cæli neq; fulminis iram, Nec metuunt ullas tuta atq; æterna ruinas. Inuenies illic inciſa adamante perenni, Fata tui generis &c. In quibus præter iam damnatam opinionem ſumi poteſt has tres ſorores eſſe fatum & fata, quantumcunq; Tullius in parcas & fata diſtinxerit, uolens potius, ut reor, diuerſitate nominum diuerſitatem officiorum quàm perſonarum oſtendere. Nos autem de his tribus redigendis poſtremo in unum, quid nonnulli ſentiant uideamus. Has ſupra diximus ſeruitio Panis dedicatas à patre & cauſam demonſtrauimus. Fulgentius uero ubi de mythologiis, dicit eas attributas obſequio Plutonis inferorū dei. Credo ut ſentiamus actiones iſtarum circa terrena tantū uerſari, & Pluto terra interpretat̃. Et ait idem Fulgentius, Clotho interpretari euocationem, eo quod ſuum ſit, iacto cuiuſcunq; rei ſemine, illud adeò in crementum trahere, ut aptum ſit in lucem emergere. Lacheſis autem, ut idem dicit, interpretatur protractio, eo quod quicquid à Clotho compoſitum eſt, & in lucem euocatum, à Lacheſi ſuſcipiatur & protrahatur in uitam. Atropos autem ab à quod eſt ſine & tropos quod eſt conuerſio, abſque conuerſione interpretatur, eo quod omne natum eueſtigio, quod in terminum ſibi præſignatum ueniſſe cognouerit, demergat in mortem, à qua nulla retro naturali opere conuerſio eſt. Apuleius uero Medaurenſis non mediocris autoritatis philoſophus, de his in libro, quem coſmographiam cognominat, ſcribit ſic. Sed tria fata ſunt numero cum ratione temporis facientia, ſi poteſtatem earum ad eiuſdem ſimilitudinem temporis referas. Nam quod infuſo perfectum eſt, præteriti temporis habet ſpeciem, & quod torquetur in digitis, momenti præſentis indicat ſpacia. & quod nondum ex colo tractum eſt, ſubactumq; curæ digitorum, id futuri & conſequentis ſæculi poſteriora uidetur oſtendere. Hæc illis conditio, & nominum eiuſdem proprietatem contingit, ut ſit atropos præteriti temporis fatum, quod nō deus quidem faciet infectum, & futuri temporis. Lacheſis autē à fine cognominata, quod etiam illis quæ futura ſunt, finem ſui deus dederit. Clotho præſentis temporis habet curam, ut ipſis actionibus ſuadeat, ne cura ſolers rebus omnibus deſit. Hæc Apuleius. Sunt inſuper qui uolunt Lacheſim eam eſſe, quam fortunā nuncupamus, & ab ea omnia mortalibus contingentia agitari. Nunc autem quid de fato ſentiant ueteres, dato, non multum à præcedentibus differat, uidendum eſt. Dicit ergo de fato ſic Tullius in libro quem de diuinatione ſcripſit. Fatum id appello, quod Græci εἱμαρμένην, id eſt ordinem, ſeriemq; cauſarum, cum cauſa cauſam ex ſe gignat, ea eſt ex omni æternitate fluens ueritas ſempiterna. Quod cum ita ſit, nil eſt futurum, cuius non cauſas idipſum efficientes natura contineat, ex quo intelligitur, ut fatum ſit, non id quod ſuperſtitioſe, ſed quod philoſophice dicitur cauſa æterna rerum, cur ea quæ præterierint facta ſunt, & quæ inſtant fiant, & quæ ſequuntur futura ſint. Hæc Cicero. Boetius autem Torquatus uir diſertiſſimus atq; catholicus, ubi de philoſophica conſolatione ſcripſit, cum diffuſe de hac materia cum philoſophia magiſtra rerum altercetur, dicit inter alia de fato ſic. Omnium generatio rerum cunctusq; mutabilium naturarum progreſſus, & quicquid aliquo mouetur modo, cauſas, ordinem, formas ex diuinæ mentis ſtabilitate ſortitur, hæc in ſuæ ſimplicitatis arce compoſita, multiplicem rebus gerendis modum ſtatuit. Qui modus cum ipſa diuinæ intelligentiæ puritate conſpicitur, prouidentia nominatur. Cum uero ad ea, quæ mouet, atque diſponit refertur, fatum à ueteribus appellatum eſt. Hæc ille. Poteram & apponere quid Apuleius de fato in coſmographia determinet, & aliorum ſententias, ſed quoniam ſatis dictum reor, cur Dæmogorgonis aut Herebi no-

*Lib. 15. Meta.*

*Parcæ.*

*Fatum quid.*





ctiſq; parcæ, ſeu fatum uel fata dicantur filiæ, breuiter deſcribam. Cum ſæpe euenturum ſit in ſequentibus, & iam in præcedentibus contigerit, quod cauſatus cauſantis dicatur filius, poſſumus ad præſens dicere has tres ſorores uariis nuncupatas nominibus dei filias tanquā ab eo cauſatas, qui prima cauſarum eſt, ut ſatis per uerba ſupra proxime Ciceronis atq; Torquati uideri poteſt, hunc deum, ut dictum eſt, Dæmogorgonem ueteres dixere. Quod autem ex Herebo & nocte, ut dicit Tullius natæ ſint, talis ratio reddi poteſt. Eſt Herebus ut apparebit latius in ſequentibus terræ profundiſſimus & abſconditus locus, quem allegorice poſſumus accipere pro profunditate diuinæ mentis, in quā mortalis oculus penetrare non poteſt, & cum diuina mens uidens tanquam ſeipſam, intelligens quid actura eſſet, & inde has actu cum natura rerum produceret ſatis, ex Herebo, id eſt ex archano & profundiſſimo diuinæ mentis penetrali natas dicere poſſumus. Noctis autem filiæ dici poſſunt quantum ad nos, quia omnia in quæ acies oculorum noſtrorum penetrare nō poteſt, obſcura dicimus, & noctis luce carentia ſimilia, & ſic dum ad intrinſeca diuinæ mentis intellectu tranſire nequeamus, mortali obfuſcati caligine, cum in ſeipſa ſplendidiſſima ſit, & uiuæ atq; indeficientis lucis coruſca, uitium illi noſtræ habitudinis nominando attribuimus noctem perennem diem nuncupantes, & ſic noctis erunt filiæ. ſeu uolumus dicere, quia nobis incognitæ ſunt diſpoſitiones earū, eas obſcuras, & noctis filias uocitamus. De nominibus propriis prædictum eſt, de appellatiuis dicendum. Vocat igitur has Tullius parcas, ut arbitror per antiphraſim, quia nemini parcant. Nulla enim apud eas eſt acceptio perſonarū, ſolus deus poteſt peruertere earum uires & ordinem. Fatum autem aut fata à for faris tractum nomen eſt, quaſi uelint, qui id impoſuere nomen, quod ab eis agitur à deo quaſi irreuocabile dictum ſit, ſeu præuiſum, ut per uerba Boetii ſatis aſſumitur, ut etiā ſentire uidetur Auguſtinus, ubi de ciuitate dei. ſed abhorret ipſe uocabulum admonēs, ut ſi quiſquam uoluntatem dei ſeu poteſtatem nomine fati appellet, ſententiam teneat, linguam coerceat.

## DE POLO SEXTO DAEMOGORGONIS filio. Cap. VI.

DIcunt inſuper Polum Dæmogorgonis fuiſſe filium, & hoc in protocoſmo aſſerere Pronapidem talem ex hoc fabulam recitantem. Quod dum ſecus undas in ſede ſua cōſiſteret Dæmogorgon, & ex exili limo ſphęrulam compoſuiſſet, eam nuncupauit Polū. Qui ſpretis patris cauernis & inertia, euolauit in altum, & eo quod adhuc mollis eſſet in tam grande corpus euolans conflatus eſt, ut omnia quę à patre fuerant ante compoſita circundaret. Verum nōdum ſibi aliquis erat ornatus, cum fabricanti patri lucis globum aſſiſtens, uideretq; ignitas plurimum ad ictum mallei fabrilis, hincinde fauillas euolare, omnes ſinu facto collegit, & in domum ſuam detulit, eamq; ex illis ornauit omnem. Haberem rex inclyte, quid riderem, uidens compoſiti orbis tam ineptum ordinem, ſed ante teſtatus ſum nullum uelle mordere. Sequitur enim ut in cæteris Pronapides opinionem uolentium ex terra à mente diuina terris incluſa fuiſſe producta, dum Polum, quem ego cælum intelligo, ex terra extenſibili factum ait, & in maximum ac circumplectens omnia corpus eductum. Quod autem ex fauillis ex luce prodeuntibus domum ornauerit ſuam, hoc ideo dictum reor, quia ſolis micantibus radiis, ſtellæ in cælo compoſitæ, natura ſua luce carentes lucidæ factæ ſint. Polus aūt dicitur, ut arbitror à quibuſdam potioribus ſuis partibus. Conſtat enim, ut uenerabilis Andalo præceptor meus, & ueteres aſtrologiæ autores aſſerunt, cælum omne ſuper duos polos circumflecti, quorū alterum nobis propinquiorem arcticum uocant, oppoſitū aūt antarcticū, hunc tamen aliqui Polucē uocāt, cauſam ego non uideo.

## DE PHYTHONE SEPTIMO DAEMOGORgonis filio. Cap. VII.

1 PHython Pronapidis teſtimonio Dæmogorgonis filius fuit & Terræ, ex natiuitate cuius ipſe talem recitat fabulam. Dicit enim Dæmogorgoně continuæ caliginis affectũ tedio, Acroceraunios conſcendiſſe montes, & ex eis ingentem nimium & ignitam euulſiſſe molem, eamq́; primum rotundaſſe forcipibus, deinde in Caucaſo monte malleo ſolidaſſe. poſt hæc ultra Taprobanem detuliſſe, & globum illum lucidum ſexies undis merſiſſe, totidemq́; circunrotaſſe per auras, & hæc ideo ne ulla unquam poſſet circuitione diminui, aut æui labefactari rubigine, & ut agilis ferretur undiq;, qui confeſtim ſe tollens in altum, domũ intrauit poli, patriſq́; ſedem omnem compleuit fulgore. Ex immerſionibus autem eius aquæ ante dulces amaritudinem ſumpſere ſalſedinis, & aer ad percipiendos lucis radios ex rotationibus aptus factus eſt. Orpheus uero, qui ferè poetarum omnium uetuſtiſſimus fuit, ut Lactan. in libro diuinarum inſtitut. ſcribit, *Lib.1.cap.5.* opinatus eſt phythonem hunc primum maximum & uerum deum eſſe, & ab ipſo cuncta fuiſſe producta atq; creata, quod forſan hoc in opere locum illi primum quæſiſſet, tanto aſſerente teſte, ni ipſemet Orpheus minus aduertens reor, ſeu quia nequiret animo concipere quenquam fuiſſe ingenitum, ſcripſiſſet, πρωτογόνος φαέθων περιμήκεος ἠέρος υἱός.

Quod in latinũ uerſum ſonat. Principio genitus phython, longo aere natus. Et ſic non primus, ut dixerat, ſi aere genitus eſt. Hunc pręterea Lactantius ubi ſupra, phaneta uocat. Sed iam ſumptus expetit ordo, ut uideamus quid contegat fictio, quod explicato ſenſu nominum ferè apparebit liquido. Vgucio in libro uocabulorum dicit Phythonem Solem eſſe, & hoc illi quæſitum nomen à Phythone ſerpente, ab eodem ſuperato. Sic & Paulus in libro, quem collectionũ intitulat, dicit phanos ſeu phaneta idem eſſe quod apparitio. Sic enim phythoně hunc Lactantius uocat, quod quidem nomen Soli optime competit. ipſe enim eſt qui ſurgens apparet, eo enim ceſſante nulla erit cæterarũ creaturarum mortalium apparitio, ſeu etiam ſyderum. Ergo ſolis creationem uult oſtendere Pronapides, circa quam ut eorum conſequatur opinionem, qui ex terra omnia uolunt condita, inducit deum, ſeu terræ diuinã mentem ex Acrocerauniis montibus ſumpſiſſe materiam, ratus ignitam terram ad componendum lucidum corpus aptiorem. Quod aũt hanc molem forcipibus rotũdaſſet, intelligo diuinam artem, qua à deo ſolis globus adeo ſphęricus factus eſt, ut nulla ſuperfluitate eius ſuperficies gibboſa ſit. Aequo modo & malleus dici poteſt ſummi artificis inuentum, quo in Caucaſo monte, id eſt in cæli ſummitate adeo corpus illud ſolidum formauit, ut nulla ex parte diſſolui, aut minui uideatur. Inde dicit eum delatum ultra Taprobanem, ut oſtendat ubi creatum opinetur. *ali. Gangetis.* Eſt enim Taprobane orientalis inſula hoſtio Gangis fluminis oppoſita, qua ex parte nobis in æquinoctiis ſol oritur, & ſic in oriente uidetur compoſitum uelle. Merſum enim ibi ſexies undis dicit imitatus fabriles actus, qui ad durandum ferrum feruidum aquis immergunt, & in hoc arbitror Pronapidem uoluiſſe perfectionem & æternitatem corporis huius deſignaſſe. Eſt equidem ſex perfectus numerus ſe ex ſuis partibus omnibus conficiens, ex quo uult intelligamus, & artificis & artificiati perfectioně. Quod autem ſexies rotatum ſit, puto per numerum perfectum rationis uoluerit eius circularem & indeficientem motum deſcribere, à quo nunquam exorbitaſſe, aut deſtitiſſe compertum eſt. Quod ob ingentis & igniti corporis demerſionem aquæ primo dulces amaræ factæ ſunt, non ob aliud dictum puto, niſi ut oſtendatur quod ob continuam radiorum ſolis feruentium percuſſionem aquarum maris aquæ ſuperficietenus ſalſæ factæ ſint, ut approbant phyſici.

1 *Lapſus eſt Bocatius, qui ubiq; Phythonem, pro phaethonte ponit. Nam apud Lactant. non phython, ſed phaethon legitur, id quod & ratio nominis poſtulat.*

De Terra



## De terra ex filiis Dæmogorgonis octaua, quæ ex incognitis parentibus quinq; genuit liberos, quorũ prima Nox, ſecundus Tartarus, tertia Phama, quartus Tages, quintus Antheus. Cap. VIII.

TErra, ut ſupra patet, Dæmogorgonis fuit ſedes & filia, de qua Statius in Thebaide ſcribit ſic. *Lib.8.* O hominũ diuumq́; æterna creatrix. Quæ fluuios ſyluaſq́; animarũ ſemina mundi Cuncta, prometheaſq́; manus pyrrheaq́; ſaxa Gignis, & impaſtis, quę prima elementa dediſti, Mutaſtiq; uiros quæ pontum ambiſq́; uehiſq́;, Te penes & pecudum gens mitis, & ira ferarum, Et uolucrum requies firmũ atq; immobile mundi Robur, & occidui te uelox machina cæli Aere pendentě uacuo te currus uterq; Circuit, ò rerũ media indiuiſáq; magnis Fratribus, ergo ſimul tot gẽtibus alma, tot altis Vrbibus ac populis ſubterq́;, & deſuper una Sufficis, aſtriferumq́; domos Atlanta ſupernos Ferre laborantem nullo uehis ipſa labore, &c. In quibus profecto carminibus ſatis terræ opus & laudes oſtenduntur. de cuius generatione, quoniam ſupra ubi de litigio dictum eſt, reiterandum non cenſeo. Eam tamen ueteres Titanis dixere coniugem, eamq́; ex patris concubitu, ut præmonſtratũ eſt, quoſdam ſuſcepiſſe filios, & ex Oceano nepote, atq; ex Acheronte infernali fluuio, necnon & aliis incognitis, ut decenti monſtrabitur loco. Vocauere eam præterea multis nominibus, utputa Terram, tellurem, tellumenem, humum, aridam, bonam deam, matrem magnam, faunam, fatuam. Habet & præterea hæc cum quibuſdam deabus cõmunia nomina. dicitur enĩ Cybeles, Berecynthia, Rhea, Opis, Iuno, Ceres, Proſerpina, Veſta, Iſis, Maia & Medea. Sed quid circa pręd icta theologi uoluerint ueteres, uidendum eſt. dicunt eam Titanis, qui ſol eſt coniugem, eo quod in eam ſol agat tanquam in diſpoſitam materiam ad producendum animantia quæcunq;, atq; metalla, & precioſos lapides & huiuſmodi. nonnulli uolunt Titanum hominem ingentis potentiæ fuiſſe, & terræ uirum dictum, eo quod multum terræ poſſideret, & filios ſuſcepiſſe tanta præſtantes fortitudine, & corporis mole, ut non ex muliere, ſed ex ingentiori corpore, utputa terræ ſuſcepti uiderentur. Et ut ad nomina ueniamus, dicit Rabanus, in libro de originibus rerũ, terram nuncupari, eo quod teratur, quod ad ſuperficiem ſolam ſpectat. Tellus aũt ut idem teſtatur Rabanus, dicta eſt, quia fructus ex ea tollamus. Seruius aũt dicit eam terram eſſe, quæ teritur, tellurem uero deam. Et alibi dicit tellurem deam eſſe, terram aũt elementum, ſed quandoq; tellurem pro terra poni, ſicut pro igne Vulcanum, & Cererem pro frumento. Tellumenem uero, ut ego coniectura poſſum percipere, eam terræ partem dixere, quæ nec teritur, nec graminum radicibus, aut arborum uſui eſt, eo quod longe ſit tellure inferior. Humus uero, ut aſſerit Rabanus, ea pars terræ dicitur, quæ plurimum habet humiditatis, utputa paluſtris & propinqua fluminibus. Aridam autem terram uocauere, non quia ſic illam à creatione, creator nuncupauerit, ut eius ueram cõplexionem oſtenderet, ſed eo quod aretur. Bona autem dea, teſte Macrobio ſaturnaliorum ideo dicta eſt, quod *Lib.1.cap.7.* nobis omnium bonorũ ad uictum cauſa ſit, cum ipſa germinantia nutriat, fructus alat, eſcas auibus, & pabula brutis exhibeat, ex quibus & ipſi nutrimur. Matrem autem magnam ut Paulus ait, uocari uoluere, qui arbitrati ſunt eam rerum omnium creatricem. Ego equidem arbitror, quia tanquam pia mater, & maxima ſua ubertate nutriat cuncta mortalia, & ſuo gremio morientia cuncta ſuſcipiat. Cur autem faunam dixerint, Macrobius ſaturnaliorũ libro deſcribit dicens, quod omni uſui faueat animantium, quod adeo manifeſtũ eſt ut literis explicari non egeat. Fatuam uero à fando dictam dicit idem Macrobius ueteres uoluiſſe, eo quod infantes partu editi non prius uocem habeant uel emittant, quàm ipſam contigerint. Quæ uero ex nominibus cum aliis communia ſunt, ubi de illis in ſequẽtibus mentio fiet, intelligenda dicentur, & ad explicandum de filiis quos ex incerto patre genuiſſe dixerũt ueteres, ueniemus.

De nocte

## DE NOCTE PRIMA TERRAE FILIA. CAP. IX.

EX incerto patre dicit Paulus noctem terræ fuiſſe filiam, de qua Pronapides talem in Protocoſmo fabulã ſcribit. eam ſcilicet à Phanete paſtore dilectam, cui petenti cum mater uellet copulare connubio, dixit ſe ignotũ habere hominem, nec unquam uidiſſe. audiuiſſe tamen illum ſuis aduerſum moribus, & ideo mori malle, q̃ illi nubere. Quamobrem indignãs Phanetes ex amatore hoſtis factus, dum illam occiſurus ſequeretur, illa ſe copulauit Herebo, nõ auſa ubi Phanetes eſſet apparere. Dicit inſuper Theodontius huic à Ioue conceſſam quadrigam, eo quod illi fautrix fuiſſet, dum ante lucem accederet ad Alcmenam. Hanc inſuper quantũcunq; fuſca ſit, picta ornauerunt chlamyde. & in eius laudem, & ut eius pro parte demonſtraret effectus, Statius hos in Thebaide cecinit uerſus. *Lib. 1.* Nox quæ terrarũ cæliq; complexa labores, Ignea multiuago tranſmittis ſydera lapſu, Indulgẽs reparare animũ dum proximus ægris Infundat Titan agiles animantibus ortus &c. Sed nunc quid fabulæ ueri tegant uideamus. *Expoſitio fabulæ.* dicunt igitur ante alia eam abſq; cognito patre terræ filiam, quod ob id arbitror dictum, quia terra denſitate ſui corporis operatur, ut radii ſolares nequeant in partem oppoſitã penetrare, & ſic cauſam dante terra, umbra tam grandis efficitur, quantum ſpacii à dimidio corporis terræ occupatur. quæ quidem umbra nox dicitur, & ſic tanquã à terra & non ab alia re cauſata abſq; cognito patre nox terræ tantum filia arbitratur. Quod aũt à Phanete paſtore dilecta ſit, hoc modo intelligendũ reor. Phanetem ego ſolem puto ideo paſtorem dictum, quia ſuo opere uiuentia cuncta paſcuntur. eum aũt adamaſſe noctem fictum exiſtimo, quia tanq̃ dilectam ſibi uidere cupiens rapido curſu ſequit̃, & illi uidetur appetere copulari. Illa uero renuit, nec minus uolucri paſſu fugit quàm ſequatur, eo quod ſibi mores aduerſos habeat, cum illuminet ille, ipſa aũt obſcurum faciat. nec fruſtra ſe, ſi illi iungatur, moriturã dicit, cum ſol luce ſua omnem diſſoluat obſcuritatẽ, & ſic eius hoſtis efficitur. Demum nox Herebo iungitur, id eſt inferno, in quem cum nunq̃ ſolares penetrent radii, mox uiget atq; ſecura conſiſtit. Quod autem Ioui fauerit, fabula manifeſtat, ut patet per Plautũ in amphytrione. Nam cum acceſſiſſet in diluculo Iuppiter ad Alcmenã, nox ut illi præſtaret obſequium tanquam à crepuſculo nocturno inchoaſſet, perſeuerauit in longũ, ex quo quadrigam meruit, per quã circuitionem terræ continuã, quam facit intelligo. Per quattor aũt rotas, ex quibus quadriga conſtat, quatuor arbitror ſignificari noctis tempora, ſolũ nocturnæ quieti ſeruientia. *Lib. 1. cap. 2.* Diuiditur aũt nox à Macrobio in lib. Saturnalium in ſeptem tempora, quorũ primũ ſole intrante incipit, & dicitur crepuſculum à crepero, quod eſt dubium, eo quod dubitari uideatur diei præteritæ, an uenienti nocti attribuendũ ſit, & hoc modo non deſeruit quieti. Secundum aũt cum iam obſcurum ſit, fax prima dicitur, eo quod tunc faces accendãtur, nec hoc quieti accõmodum. Tertium uero cum iam nox denſior ſit, nocte cõcubia nuncupatur, eo quod quieturi uadamus concubitum. Quartum nox dicitur intempeſta, eo quod nulli operi tempus aptum ſit. Quintum aũt gallicinium uocitatur, eo quod à medio ſui nocte in diem tendente galli cantent. Sextum uero dicitur cõticinium iam auroræ proximum, & ideo ſic dictum, eo quod tunc uideatur ut plurimum grata quies, & ob id omnia conticeſcunt, & hæc quatuor quieti præſtantur. Septimũ appellatur diluculum à die iam lucente, in quo ſolertes aſſurgunt operi, quod minime ſomno aptum eſt. Et ſic totidem rotæ ſunt currui noctis, quot in ea ſunt tempora quieti tantummodo ſeruientia. Seu uolumus more nautarũ & caſtrenſium uigilum noctem in partes quatuor diuidere, in primam ſcilicet & ſecundam & tertiam atq; quartam uigiliam, & ſic quadrigæ rotas quatuor ex totidem uigiliis cõponemus. Quod aũt picta palla amicta ſit, facile uideri poteſt, illam celi ornatum ſignificare quo tegimur. Nox aũt, ut ait Papias, ideo dicitur quia noceat oculis. Aufert enim illis uidendi officium cum nil nocte cernamus. Nocet inſuper quia male agentibus apta eſt, cum legamus, Qui male agit, odit lucem, ex quo ſequitur ut tenebras amet tanq̃ malo operi aptiores, & dicit etiã Horatius. *Lib. 2. epiſt.*

Vt iugu-



Vt iugulent homines ſurgunt de nocte latrones. Homerus præterea in Iliade eam Domitricem deorum uocitat, ut ſentiamus quoniã nocte magnanimes ingentia pectoribus uerſant, tamen nox minime talibus apta ebullientes opprimit ſpiritus, eosq; tanquam domitos in lucem uſq; coerceat. Fuerunt inſuper huic tam ex uiro quàm ex aliis filii plures, ut in ſequentibus deſcribetur.

*Homerus autem Iliados K, diuiſit noctem in tres partes, de quibus uide commentarium eo loco.*
*Verſus in Iliad.* Ξ εἰ μὴ νὺξ δμήτειρα θεῶν ἐσάωσε καὶ ἀνδρῶν.

## De Phama ſecunda Terræ filia. Cap. X.

VIrgilio cœleſtis ingenii poetæ placet Phamam terræ fuiſſe filiam dum dicit in Aeneide, *Lib. 4.* Illam terra parens ira iritata deorũ Extremã, ut perhibent Cœo Encheladoq; ſororem Progenuit &c. De hac ut appareat originis ſuæ cauſa, talis à Paulo recitatur fabula, quòd cum ob regni cupidinem bellũ inter Titanos gygantes Terræ filios & Iouem eſſet exortũ, eò itum eſt, ut omnes Terræ filii qui Ioui aduerſabãtur, occiderentur, & à Ioue & diis aliis. Quo dolore Terra iritata & uindictæ auida, cum ſibi aduerſus tam potentes hoſtes arma deeſſent, ut illis quibus poterat uiribus aliquid mali ageret, coacto utero Phamam emiſit ſcelerum ſuperum relatricẽ. Huius autem incrementum & formam deſcribens. Virgi. ait ſic. Phama malum quo non aliud uelocius ullum, Mobilitate uiget uiresq; acquirit eundo. Parua metu primo, mox ſeſe tollit in auras. Ingrediturq; ſolo, & caput inter nubila condit. Et paulopoſt hæc ait. Et pedibus celerem & pernicibus alis. Monſtrum horrendũ ingens, cui quot ſunt corpore plumæ, Tot uigiles oculi ſubter mirabile dictu, Tot linguæ, totidẽ ora ſonant, tot ſubrigit aures. Nocte uolat medio cæli terræq; per umbrã Stridens, nec dulci declinat lumina ſomno. Luce ſedet cuſtos aut ſummi culmine tecti, Turribus aut altis, & magnas territat urbes. Tam ficti prauiq; tenax quàm nuncia ueri. Sentis optime rex, quanto uerborum ornatu, quanto lepore, quàm ſucci pleno quàmq; induſtrioſa fictione Virgilius quidem eius opus conetur oſtendere, & oſtendat. ſentis equidem, ſed ut qui te præter, lecturi ſunt ampliuſcule uideant, libet explicare paululum, præmiſſo tamen quid uelit fabula Pauli. Dicit ergo primo iritatã Terram ira deorum. Circa quod pro iratis diis ſyderum opus circa quædam intelligo. Sydera enim ſeu ſupercœleſtia corpora proculdubio in nos agunt, potentia eis à creatore conceſſa, ſecundũ diſpoſitiones ſuſcipientium eorum influentias. & hinc fit quòd puer uel adoleſcens augetur eorũ opere, cum diminuatur ſeneſcens, & cum nunquam à ratione gubernatoris optimi ſeparetur, nonnunquam aliqua faciunt, quæ mortalium repentino, falſoq; iudicio tanquam irata feciſſe uidentur, utputa dum iuſtum regem, dum felicem imperatorem, dum ſtrenuum militem in finem ſuum deducunt. Et ideo iratos dixit deos Paulus, quia occiderint illuſtres uiros, quos perpetuandos rebantur homines. Sed quid ex hoc ſequitur? iritatur ab hoc opere, quod deorũ iram uocant, Terra, id eſt animoſus homo, nam terrei ſumus omnes. & ad quid iritatur? ut pariat Phamam ultricem futuræ mortis, id eſt ut id agat, propter quod Phama ſui nominis oriatur, ut dum deorũ ira ceciderit, illius nomen agente meritorum phama ſuperſtes ſit, etiam nolentibus his, qui hominem occidendo eum omnino auferre conati ſunt. ad quod nos idẽ hortatur Virgilius dum dicit. Stat ſua cuiq; dies, breue & irreparabile tempus Omnibus eſt uitæ, ſed Phamam extendere factis, Hoc uirtutis opus &c. Hanc autem Phamam ideo malum dicit Virgilius, quia non æquo paſſu ad eam perquirendam tendimus omnes. Nam per fraudes ut plurimum ſumma occupari ſacerdotia cernimus, dolo uictorias obtineri, principatus poſſideri uiolentia, & ea quæcunq; per fas & nefas, quæ nomina ſolent in lumen extollere. Nam ſi per uirtutem agatur, tunc non malum uiuere dicitur phama. Verum improprie locutus eſt auctor, uſus pro infamia uocabulo phamæ, cum ſic fictionem inſpiciamus, ſeu potius fictionis cauſam ſatis aduertamus, ex ea infamiam non famam ſecutã. Hanc inſuper dicit metu primo paruam, & ſic eſt. Nam quantumcunq; grandia ſint facinora,

b ex

ex quibus oritur, à quodam tamen audientium metu uidetur incipere. mouemur quidem auditu primo rei alicuius. & ſi placet, eã falſam eſſe timemus. ſi uero diſplicet, ęquo modo ne uera ſit extimeſcimus. mox ſeſe attollit in auras, id eſt in ampliationem locutionis gentium euolat, ſeu mediocribus miſcetur uiris, & inde ſe ſolo infert, hoc eſt in uulgus & plebeios. & tunc caput inter nubila cõdit, cum ſe ad reges atq; maiores effert. Pernix etiam eſt, ideſt uelox, nil enim ut ipſemet dicit uelocius eſt. Monſtrũ autem ingens aſſerit, & horrendum ratione corporis quod illi deſcribit, uolens in hoc quod omnes eius plumæ, cùm auem dicat propter eius celerem motum, habeant hominis effigiem. ad hoc ut per hoc intelligatur unumquemq; de aliqua re loquentem, pennam unam addere Phamæ, & ſic ex multis cum multæ ſint auiũ pennæ, non ex paucis Phama conficitur. Seu potius monſtrum horrendum hanc uocat, quia ferè nunquam ſuperari poteſt. nam quãto magis quis illã conatur opprimere, tanto magis exinde fit maior, quod monſtroſum eſt. Dicit inſuper omnes oculos eius uigiles eſſe, eò quod non niſi à uigilantibus perſonet Phama. nam ſi in ſomnum tendit locutio, Phama uertitur in nihilũ. Nocte eam è medio cęli uolitantem ob id dicit, quod ſæpiſſime contigiſſe compertũ eſt, ſero ſcilicet factum aliquid, & mane etiam in remotiſſimis partibus cognitum, non aliter, quàm ſi nocte uolauerit. Seu id dicit, ut oſtendat uigilantiam garrulorum. In die autem eam ſedere dicit cuſtodem, ut oſtendat quod ad eius telata cuſtodes portis terrarum ac urbium apponantur, & in turribus ad excitandum uigiles, uel ſpeculandum à longe. Et cum inter ueritatem & mendaciũ non diſtinguat, contenta eſt pro ueris quæcunq; audita referre. Cuius præterea domum in maiori ſuo uolumine, ſic deſcribit Ouidius. *Libro. 12. Meta.* Orbe locus medio eſt inter terraſq; fretumq;, Cæleſteſq; plagas, triplicis confinia mundi. Vnde quod eſt uſquam, quamuis regionibus abſit Inſpicitur, penetratq; cauas uox omnis ad aures, Phama tenet, ſummaq; locum ſibi legit in arce, Innumeroſq; aditus, ac mille foramina tectis Addidit, & nullis incluſit limina portis. Nocte dieq; patet, tota eſt ex ære ſonanti, Tota fremit, uoceſq; refert, iteratq; quod audit. Nulla quies intus, nullaq; ſilentia parte. Nõ tantũ eſt clamor, ſed paruæ murmura uocis, Qualia de pelagi ſi quis procul audiat undis Eſſe ſolent, qualem ue ſonum cum Iuppiter atras Increpuit nubes extrema tonitrua reddunt. Atria turba tenet, ueniunt leue uulgus euntq;, Mixtaq; cum ueris paſſim cõmenta uagantur, Millia rumorum confuſaq; uerba uolutant. Ex quibus hi uacuas replent ſermonibus aures. Hi narrata ferunt aliis, menſuraq; ficti Creſcit, & auditis aliquid nouus adiicit auctor. Illic credulitas, illic temerarius error. Vanaq; læticia eſt, cõſternatiq; timores. Seditioq; recens, dubioq; auctore ſuſurri. Ipſa quid in cęlo rerum pelagoq; geratur, Et tellure uidet, totumq; inquirit in orbem &c. Satis hęc etiam minus erudito patentia ſunt, & ideo quid ſibi uelit Paulus dum addidit fabulæ, famam genitam, ut turpia deorum facta narraret, uidiſſe ſupereſt. quod nil aliud autumo præter quod, cum minores in maiores nil uiribus poſſunt, illata uerbis maioribus infamia conantur ulciſci. Terræ autem ideo filiam uoluere, quia non aliunde quàm ex geſtis in terris Phama ſit. quod autem patre careat non abſurde dictum eſt, cum ut ſæpiſſime rerum à Phama geſtarum, quæ ut plurimum falſiſſimæ ſunt, ignoretur auctor, qui compertus loco patris deſcribi poſſet.

De Tartaro. iii. terræ filio. Caput XI

TArtarum aſſerit Theodontius abſq; patre terræ fuiſſe filium, hunc Barlaam dicit inertem atq; torpentem matris adhuc in utero iacere, eo quod inuocata Lucina fauere partui noluiſſet, ob id quod Phamam in deorum ignominiam peperiſſet. Figmentum hoc ab effectu cauſam ſumpſit. Non erat enim Lucina non naſcituro, ſeu partui non futuro præſtatura fauorem. Arbitrati ſunt quidem ueteres circa terræ centrum locum eſſe concauum, & in eodem fontium animas pœnis affligi, ut ſatis in deſcenſu Aeneæ ad inferos oſtendit Virgilius. Hunc Tartarum dici uolũt, & hoc ſecundum Iſidorum ubi de etymologiis, à tremore frigoris





dictum. Nam ibi nec ſolis unquam potuit penetrare radius, nec aëris motus eſt aliquis, confricatione cuius caleſieri poſſit. Quod autem in utero matris torpeat ſatis apparet, nõ enim ad ſuperiora poteſt aſcendere. & ſi aſcendat, non erit amplius tartarus. Terrę autem filius impropriè dicitur. Nam quantumcunq; conceperit mulier, niſi in lucem conceptus uenerit, iure filius dici non poterit. Dicitur autem abſq; patre conceptus, eò quod credamus terræ corpus concauitates habere. non tamen ſatis certi ſumus, an à creatione, an à ſecuto poſt creationem euentu habuerit. In teſtimonium autem prædictorũ dicit Virgilius. *Lib. 6. Aen.* Tartarus ipſe Bis patet in præceps tantum tenditq; ſub umbras, Quantus ad æthereum cęli ſuſpectus Olympũ &c. Nec multo poſt ait. Hic genus antiquum terrę Titania pubes, Fulmine deiecti fundo uoluuntur in imo &c.

De Tage iiii. Terræ filio. Cap. XII.

TAges ut aſſeruere gentiles, & potiſſime Thuſci, abſq; cognito genitore, terrę filius habitus eſt. De quo refert Paulus Peruſinus, quod cũ apud Etruſcos in agro Tarquinienſi aliquãtulum tellus intumuiſſet, is uillicus cuius erat agellus, nouitate rei permotus, auiduſq; uidere quid eſſet oſtenti mõſtratura turgiditas, aliquandiu expectauit, tandem impatiens morę ligone ſumpto locum cœpit ſenſim effodere, nec multum effodit, & ecce ex glebis proſiluit infantulus. Quo mõſtro perterritus rudis homo uocauit affines. nec diu & is qui modo infans erat, ętate prouectus uiſus eſt & inde ſenex, & cum incolas auruſpicinã docuiſſet, repente nuſquam cõparuit. Auditores autem arbitrati numen, & terræ credidere filium, & nominauere Tagem, quod idẽ olim lingua ſonabat Etruſca, quod latine deus, eumq; poſtea loco ſummi numinis coluere. *Fabulæ meminit Ouidius Lib. 15. Metam.* Iſidorus uero ab aratore gleba uomere ſubmota infantẽ compertum dicit, nec amplius ab Etruſcis uiſum, & in illa eos auruſpicinam docuiſſe, & ex ea libros etiam reliquiſſe, quos poſtea Romani in linguam propriam tranſtulere. Cuius figmenti talem fuiſſe ſenſum exiſtimo. Quendam ſcilicet eſſe potuiſſe, qui diu ſtudens circa auruſpicinam, & ob contemplationis commodum conſortia hominum aſpernatũ, doctus repente, unde minime credebatur, comparuit. Et quia forſan ex antro aliquo exire uiſus eſt, terræ puerperium fictum eſt, uel in oculos agrum colentis inopinatus affuit, quaſi prodiſſet ex glebis, à rudi uulgo terræ filius dictus eſt. & ideo abſq; patre, quia incognita eius fuerit origo. *Terræ filij.* Conſueuere præterea ueteres exteros ignotos terreſtri itinere ad ſe uenientes terræ filios uocitare, uti Neptuni qui adueherentur nauigio. Infans autem dictus quia nouus, & confeſtim prouectus & ſenex, eò quod eruditus & prudens, quod ſenum eſt, cõpertus ſit. quod in agro Tarquinienſi contigerit, ſeu quia aut ſic fuit, ibidem ſcilicet Tagem primo cognitum, ſeu quia Etruſci auruſpicina clariſſimi fuere. In breui autem termino moræ deſignatur affectio grandis incolarum ad eum. Nam dilectæ rei mora etiam ſi longiſſima ſit, diligenti uidetur breuiſſima. Eum autem deum habitũ ob id contigiſſe puto, ut doctrinã quam ſumme colebant, deo auctore nobilitarẽt.

De Antæo quinto terræ filio. Cap. XIII.

ANtæum omnes terræ dicunt filium, & quia nemo illi patrem deſignat, inter genitos incerto patre eum apponere neceſſe fuit, de quo ſic ſcribit Lucanus. *Lib. 4.* Nondum poſt genitos tellus effœta gigantes Terribilem Libycis partu concepit in antris. Nec tam iuſta fuit terrarum gloria Typhon, Aut Tityos Briareuſq; ferox, cæloq; pepercit, Quod non Phlegręis Antæum ſuſtulit aruis. Hoc quoq; tam uaſtus cumulauit munere uires Terra ſui fœtus, quæ cum tetigere parentem Iam defœta uigent renouato robore membra. Hæc illi ſpelunca domus, latuiſſe ſub alta Rupe ferunt, epulas raptos habuiſſe leones. Ad ſomnos nõ terga feræ præbere cubile Aſſuerunt non ſylua torum, uireſq; reſumpſit In nuda tellure iacens, periere coloni Aruorum Libyæ, pereuntquos appulit æquor. Auxilioq; diu uirtus non auſa cadendi, Terræ ſpernit opes inuictus robore cunctis. Quamuis ſtaret erat &c. Apparet ergo per Lucani carmen quàm grandis quàmq; fortis, & ferus fuerit Antęus, ad quem ut idẽ teſtatur

Lucanus, ut cum eo luctā iniret, acceſſit Hercules laborū uictor. & cum in agone eſſent, eum'q; ſæpius proſtratum robuſtiorem reſurgentem cerneret, aduertens quod à terra uires recuperaret, iam feſſum ulnis in altū extulit, tam'q; diu tenuit donec ſpirauit. Fabulæ huius ſenſus duplex eſt, hiſtoricus & moralis. Videtur enim Pomponio Melæ in libro coſmographiæ placere, hunc regem in extremis Mauritaniæ fuiſſe, aſſerens apud Ampeluſiam promontorium in oceanum Athlanticum tendens, eſſe ſpecum Herculi ſacram, & ultra Tingen oppidum peruetuſtum ab Antæo, ut ferunt, conditum. & in teſtimonium oſtenditur ab incolis parma ingens ex elephante, & ob magnitudinē nulli nunc habilis, quam ab eo geſtatam aſſerunt, & ſumme colunt. Nec non mōſtratur ab eiſdem collis modicum reſupini hominis iacentis habens imaginem, quem eius tumulum fuiſſe confirmant. Aduerſus hunc dicit Theodontius Dionyſium Thebæum qui ob inſignem eius uirtutem Hercules appellatus fuit, bellum habuiſſe. & cum aduertiſſet eum ſæpius in Mauritania proſtratum, & e veſtigio exercitus reſtaurantem, ficta fuga eum ad ſe perſequendum in Libyam uſq; traxit. ibi eum uero ſuperauit & occidit. Leontius uero dicebat hunc Herculem fuiſſe Nili filium, quem ego unum & idem cum ſuperiori puto. Euſebius autem in libro temporum dicit hunc Antæum palæſtricæ artis fuiſſe doctiſſimum, & quorumcunq; certaminum, quæ exercerentur in terris, & ob id oſtendit ſe arbitrari fictum, quod terræ fuit filius, & quod uiribus reſtauraretur ab ea. Fulgentius quidē moralem ſenſum fictioni ſubeſſe demonſtrat, dicens Antæum de terra natum libidinē eſſe, quę ſola ex carne naſcitur, qua tacta & ſi feſſa ſit in uires reſurgit. Verum ab homine uirtuoſo, carnis denegato tactu ſuperatur. hunc fuiſſe dicit Auguſtinus regnante Argis Danao, Euſebius autē regnante Athenis Aegeo, Leontius regnante apud Argiuos Argo.

Hyſtoria

moralis ſenſus

DE HEREBO IX. DAEMOGORGONIS FILIO, CVI FVERunt filii. 21. quorum primus Amor. 2 Gratia. 3 Labor. 4 Inuidentia. 5 Metus. 6 Dolus. 7 Fraus. 8 Pertinacia. 9 Egeſtas. 10 Miſeria. 11 Fames. 12 Querela. 13 Morbus. 14 Senectus. 15 Pallor. 16 Tenebra. 17 Somnus. 18 Mors. 19 Charon. 20 Dies. 21 Aether Cap. XIIII.

EXpeditis Terræ filiis ad Herebum ſtilus reuocandus eſt, qui ut Paulus ait à Chryſippo traditū, filius fuit Dęmogorgonis & terrę. Hūc ego arbitror unū & idem cum Tartaro, cum eum omnes ueteres exiſtimare uideantur in remotiſſimis terræ uiſceribus eſſe, & in eodem, uti de Tartaro diximus, ſuppliciis ſontes puniri. De hoc tamen multa ſcribuntur ab antiquis; & potiſſime à Virgilio in ſexto Aeneidę libro, quæ ſub compendio pertranſibo, eo quod ferè de omnibus fiet in ſequētibus prolixior mentio. Dicit ergo Virgilius, quod in faucibus huius ſunt terribiles uiſu hæ formæ, uidelicet Luctus & ultrices curæ, morbi pallentes, & triſtis ſenectus, atq; metus & fames, egeſtas'q; terribilis, & horribiles uiſu, letum, labor'q;, ſopor, & mala mentis gaudia, bellum'q; letiferum & eumenides, & diſcordia, & ulmus ſomniorum ſedes. Centauri, Scyllę, Briareus, Lernæus'q; ſerpens, & flammis armata Chimæra unà cū Gorgonibus, Harpyis, & tricorporeo Gerione, & trifauce Cerbero limina ſeruante Ditis. Præterea hunc Herebum quatuor rigari fluminibus, Acheronte ſcilicet & Phlegetonte, Stygé'q; atq; Cocyto. & Acherontis nautā dicit eſſe Charontem morientium animas ad profundiora Herebi transferentem. Inſuper Minoem, Rhadamantum Aeacum'q; uerſantes urnis merita intrantium ineſſe deſcribit, & proſtratos fulminibus Titanos gigantes, & Salmoneum ac Tityon diſcerptū à uulture. Iſiona perpetua circumuolutum rota. nec non & Siſyphum in altum ingentia pectore inpingentē ſaxa, ac Tantalum inter undas & poma ſiti fame'q; pereuntē, & Theſeum perpetuo damnatū ocio, alios'q;, & hos omnes intra Ditis ferrea mœnia ſub ultrice Tiſiphone cruciari. Similiter & hunc item præter Herebum multis uocauere nominibus, utputa Tartarum, Orcum, Ditem, Auernum, Barathrum, & Infernum. Sic & eundem multorum filiorum patrem faciunt. Cæterum his præmiſſis ad detectionē abſconditæ ueritatis ueniendū eſt. Voluere igitur



igitur eum Dæmogorgonis & terræ filium, eo quod Dęmogorgonem rerum omnium creatorem arbitrati ſunt. Terræ autem, quia ut patet, in eius utero conditus eſt. Verum eū locum eſſe pœnarum non ſolum gentiles, ſed nonnulli illuſtres Chriſtiani exiſtimauere, hac forte ducti ratione. Nam cum ſumma bonitas deus ſit, & qui peccatū committit, quod forte malum eſt, & ſic malus effectus ſit, ut à deo tanquam à ſuo cōtrario remotiſſimus ſit, neceſſe eſt. nos deum in cælis habitare credimus, & à cęlo nulla remotior pars eſt centro terræ, & ob id tanquam in loco à deo remotiſſimo, ibidē pœnas luant impii, forſan non inepte creditum eſt. De hoc tamē Tullius ubi de quęſtionibus Tuſculanis, aperte truffatur. Ex quo ſatis exiſtimari poteſt, aliud eruditos ueteres ſenſiſſe. & ideo cum uoluerunt duplicem eſſe mundum, maiorem, ſcilicet & minorē. maiorē eum quem generaliter mundum dicimus. minorem autem hominem, aſſerentes omnia in minori eſſe, quæ in maiori deſcribuntur ab eis. credo eos hunc Herebum, & hos cruciatus intra minorem mundum, id eſt hominē eſſe exiſtimaſſe, ac uoluiſſe illas horribiles formas, quas in ueſtibulo Herebi deſcribit Virgilius, eſſe cauſas exteriores, per quas introrſum illa ſupplicia cauſantur, ſeu ea quę ab intrinſecis creata apparent extrorſum. quem longe meliorem ſenſum exiſtimo. Deinceps quidem, ut prædictorum ſeriem exponendo præuertā, neceſſe eſt. Fictum igitur puto in profundū huius Herebi Ditem eſſe ferream ciuitatem, ut per eam intelligamus profundam obſtinati cordis partē, in qua uere pertinaces nonnunquam ſumus & ferrei. Titanes id eſt homines terrenis dediti, & gigantes id eſt ſuperbi proſtrati, ideo uexari dicuntur, ut cognoſcamus circa hoc anxiari terreos, & ſuperbos homines animo. qui dum ſemper extolli cupiunt, cæco ſuo iudicio deprimi & uilipendi arbitrātur. & ab excelſo deiiciuntur aliquādo, quod illis eſt acre tormentū. Per Tityon autem diſcerptum à uulture, mens cuiuſcunq; laborantis, ut ea quæ ad eum ſpectant agnoſcat, accipienda eſt, ſeu illius, qui in cumulandis theſauris continua cogitatione agitatur. Ixion autem perpetua circumuolutus rota, circumagitationes optantis regnū oſtendit. Sic & Siſyphus ſaxa reuoluens, inefficacibus ac laborioſis conatibus uitā ducētis declarat. Per Tantalum autem inter undas, & poma fame pereuntem, auarorum hominū curas & agones circa infamem parſimoniam intelligere debemus. Theſeus autem ocioſus, temerariorum friuolos conatus oſtendit, quibus miſere cruciantur. Dicunt autē hos ſub infeſtatione uexari Tiſiphonis. quod ſic reor accipiendū. Interpretatur autē Tiſiphones irarum uox. & ſic patet qui à talibus cruciantur, in ſeipſos iraſci, & irarum uoces nōnunquā emittere. Per illos autem tres iudices hoc intelligo, tres enim perſonas male agendo lædere poſſumus, deum, proximum, & noſmetipſos, & ſic à triplici conſcientiæ iudicio redarguimur & damnamur. Per ianitorem autem tricerberū canem, cuius officium eſt uolentes intromittere, & exitum intrantibus prohibere, tres cauſas intelligēdas puto. rodentes acri morſu deceptorum mentes, letales ſcilicet aſſentatorum blandiciæ, falſa felicitatis opinio, & inanis gloriæ fulgor, quæ quidem cōtinue nouis diſcipulis detrahentes ignaros, miſeras curas augent, & minuere auctas non permittunt. Circuitur ſeu inundatur Herebus à quatuor fluminibus, ut per hoc ſentiamus, quia hi qui ſe ratione deiecta ab inceptis concupiſcentiis trahi permittunt, † primo recti iudicii perturbata læticia Acherontem tranſeūt, qui carens gaudio interpretatur, & ſic pulſa lætitia, ut eius occupet mœſticia locum neceſſe eſt. ex qua ob bonum læticiæ perditum perſæpe uehemens naſcitur ira, à qua in furorem impellimur, qui Phlegeton eſt, id eſt ardens. ex furore etiam in triſticiam labimur, quę Styx eſt. & ex triſticia in luctum, & lachrymas, per quas Cocytus accipiendus eſt quartus fluuius. Et ſic miſeri mortales agimur, cæca concupiſcibilis appetitus opinione ſeducti, intraq; gerimus, quod in uiſceribus terræ à poetis ſtolidi arbitrātur incluſum. Herebus autē dicitur, ut ait Vgucio, quia nimis hæreat illi quem capit. Dis aūt dicitur à Dite rege ſuo, qui apud poëtas diuitiarū dicitur deus, & hoc ideo quia diues ſit, id eſt abundans locus iſte, eo quod in eum deſcendant, ut plurimum morientes hodie, olim omnes. Tartarus autē dicitur a tortura, quia torqueat quos abſorbet. Verū Tartarus

Libr. 1. Tuſc.

De Furijs & earum nominibus, uide infrà lib. 3. cap. 1.

Tityus. Ixion. Siſyphus. Tantalus. Theſeus. Furiæ. Iudices. Cerberus.

Quatuor flumina.

eſt profundiſſimus infernorum locus, ex quo ut opinari uidetur Vgucio, Chriſtus nemi nem eduxit. Orcus autē dicitur quia obſcurus. Barathrũ uero à forma dictus creditur. Eſt autem Barathrũ uas ex uiminibus confectum à parte ſuperiori propatulum, ab inferiori autem acutum, quo utuntur agreſtes campani, dum ex uitibus arboribus annexis uindemiantes uuas colligunt. & hoc ideo dictum, ut intelligamus infernũ ampliſſimas fauces ad ſuſcipiendum damnatos habere. ad eos uero ſeruandum artiſſimum, locum atq; profundum. Infernus autem dicitur, quia omnium terræ partium inferior ſit. Auernus autem ab à quod eſt ſine, & uernos quod eſt gaudium dicitur, eo quod gaudio careat, & triſtitia lugeat ſempiterna.

† *Fortaßis ita legendum, Labimur ex furore in odiũ quæ eſt Styx, ex odio in triſticiam, qui eſt Acheron, ex triſticia in luctum & lachrymas.*

*Deſcriptio inferorum eſt apud Virg. Lib. 6. Aeneidos & Homerum Odyß. Λ. apud Sillium Italicũ, 13. Ouidium. 4. Meta. Non minus autem elegans, quanquam breuis apud Claudianum quoq; ſecundo libro in Rufinum, circa finem qui incipit. Eſt locus infauſtis quo cõciliantur in unũ, Cocytus Flegethonq; uadis. &c. Ea uero quæ eſt apud Lucretium lib. 3. totum illud de inferis commentum explicat, quem locum, quia non uulgaris is author eſt, neq; paßim obuius, hic aſſcribendum putaui.*

*Atqui animarum etiam quæcunq; Acheronte profundo*
*Prodita ſunt eſſe, in uita ſunt omnia nobis.*
*Nec miſer impendens magnum timet aëre ſaxum*
*Tantalus (ut fama eſt) caſſa formidine torpens,*
*Sed magis in uita diuum metus urget inanis*
*Mortales, caſumq; timent, quem cuiq; ferat ſors.*
*Nec Tityon uolucres ineunt Acheronte iacentem,*
*Nec quod ſub magno ſcrutentur pectore quicquam,*
*Perpetuam ætatem poterunt reperire profecto,*
*Quanlibet immani proiectu corporis extet,*
*Qui non ſola nouem diſperſis iugera membris,*
*Obtineat, ſed qui terræ totius orbem.*
*Non tamen æternum poterit perferre dolorem,*
*Nec præbere cibum proprio de corpore ſemper.*
*Sed Tityus nobis hic eſt, in amore iacentem*
*Quem uolucres lacerant, atq; exeſt anxius angor,*
*Aut alia quauis ſcindunt turpedine curæ.*
*Siſyphus in uita quoq; nobis ante oculos eſt,*
*Qui petere à populo faſces, ſenasq; ſecures*
*Imbibit, & ſemper uictus, triſtisq; recedit.*
*Nam petere imperium, quod inane eſt, nec datur unquam*
*Atq; in eo ſemper durum ſufferre laborem,*
*Hoc eſt aduerſo nixantem trudere monte*
*Saxum, quod tamen à ſummo iam uertice rurſum*
*Voluitur, & plani raptim petit æquora campi.*
*Deinde animi ingratam naturam paſcere ſemper*
*Atq; explere bonis rebus, ſatiareq; nunquam,*
*Quod faciunt nobis annorum tempora, circum*
*Cum redeunt, fœtusq; ferunt, uariosq; lepores,*
*Nec tamen explemur, uitai fructibus unquam:*
*Hoc (ut opinor) id eſt æuo florente puellas*
*Quod memorant, laticem pertuſum congerere in uas,*
*Quod tamen expleri nulla ratione poteſtur.*
*Cerberus & furiæ iam uero, & lucis egenus*
*Tartarus horriferos eructans faucibus æſtus,*



*Hæc neq; ſunt uſquam, neq; poſſunt eſſe profecto:*
*Sed metus in uita, pœnarum pro malefactis*
*Eſt inſignibus inſignis, ſcelerisq; luela,*
*Carcer & horribilis, de ſaxo iactus eorum,*
*Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tedæ.*
*Quæ tamen & ſi abſunt, at mens ſibi conſcia facti*
*Præmetuens, adhibet ſtimulos, torretq; flagellis,*
*Nec uidet in terra, qui terminus eſſe malorum*
*Poßit, nec quæ ſit pœnarum deniq; finis.*
*Atq; eadem metuit, magis hæc ne in morte graueſcant,*
*Hinc Acheruſia fit ſtultorum deniq; uita.*

*In eandem ſententiam & Macrob. 1. De ſom. Scip. de Erebo diſputat.*

*Fuit & beatorum locus apud inferos, Elyſius campus nomine, ab Elyſio Eleutheri filio ἐυσεβεστάτῳ, ut inquit Didym. in Odyß. Δ. alij apud inſulas Μακάρων, quas latini fortunatas dicunt, eſſe hunc uolũt.*

De Amore primo Herebi filio. Cap. XV.

EX filiis Herebi primus occurrit amor, quem ab eo ex nocte ſuſceptum, ubi de naturis deorum Tullius aſſerit. Quod forſan regũ ſereniſſime uideretur tibi monſtruoſum, ni uerum monſtraretur ratione poſſibili. Antiquorum ſententia fuit amorem eſſe animi paſſionem. Et ideo quicquid optamus id amor eſt. Verum quoniam in diuerſum noſtræ affectiones finem feruntur, ut amor non idem circa omnia ſit, neceſſe eſt. & ob id in paruum numerũ redactis mortalium deſideriis, triplicē illũ maiores dixere. Et ante alios Apuleio teſte, eo in libro, quē de dogmate Platonis ſcripſit, aſſerit Plato tres non amplius amores fore. Quorum primũ dixit eſſe diuinum, cum incorrupta mente, & uirtutis ratione conuenientem. Alterũ degeneris animi corruptæq; uoluntatis paſſionē. Tertium ex utroq; permixtum. Poſt quem auditor eius Ariſtoteles, mutatis ferè potius uerbis quàm ſententia, æq; triplicem uoluit, primum dicens propter honeſtum, ſecundum propter delectabile, tertium propter utile mouentē captos à ſe. Sanè quoniã nec is de quo ſermo diuinus, aut propter honeſtũ eſt, nec ex duobus aliis permixtus, aut propter delectabile, uerum degeneris animi, & propter utile, merito eum iuxta ſententiam Ciceronis, filium Herebi noctisq; dicemus, id eſt cæci mentis & obſtinati pectoris. Ab hoc enim in execrabilem auri famem impellimur. ab hoc in cupidinē imperii inexplebilem. ab hoc in ſtolidum perituræ gloriæ deſyderiũ. ab hoc in funeſtam amicorum cædem. ab hoc in periclitationes urbium, furta, fraudes uiolentias, & doloſa conſilia miſeri trahimur. Hac peſte afficiuntur gnatonici, hiſtriones aſſentatores, & huiuſmodi pernicioſa manus hominum ridentem inſipientium ſequētes fortunam, & eo utuntur ad denudandos blanditiis, & falſis laudibus milites glorioſos. Eum igitur rite penſatis omnibus non amorē, quinimmo odiũ rectius uocaremus.

De Gratia Herebi & Noctis filia. Cap. XVI.

HErebi & Noctis Gratiã eſſe filiam ſcribit Tullius, ubi de naturis deorũ. Ego tamen alibi legiſſe memini Gratias ſeu Iouis & Autonoës, ſeu Liberi patris ac Veneris fuiſſe filias. Verũ ut habeamus quid in hoc ſenſerint, qui finxerunt, eſt ſciendum, gratiam eſſe quandam liberæ mentis affectionē, maiorum potiſſime in minorem, qua nullo præcedente merito indulgentiæ beneficia & obſequia, etiam non petentibus impenduntur. Harum tamen multiplices eſſe ſpecies reor. Aliæ quidem dei ſunt immortalis, quibus amoris nulli ſumus. Aliæ uero hominum inter ſe, & hæ in bonum poſſunt tendere & in malum, quanquam ſemper in bonũ ſonare uideatur gratia. Has omnes Herebi & Noctis filias, uariatis tamen parentiũ ſenſibus poſſemus oſtēdere, ſed ut ad hãc omiſſis in ſuũ tempus reliquis ueniamus. reor ergo hanc eam gratiam eſſe, quæ ob aliquod infandum facinus, uel turpes alicuius hominis mores in peruerſo aliquo ac deteſtabili uiro cauſatur, & ſic Herebi, id eſt obſtinati pectoris, & Noctis, id eſt cecæ mentis erit filia gratia talis.

*Lib. 5. Heſiodus habet εὐγυνόμ…*

De Labore.iii.Herebi filio. Cap. XVII.

LAbor à Cicerone Noctis & Herebi ſcribitur filius, cuius quiditas ab eodem huiuſmodi deſignatur. Labor eſt functio quædam, uel animę uel corporis grauioris operis uel muneris. Qua inſpecta merito Noctis & Herebi filius dicitur ſeu dici poteſt, is ſcilicet qui dānoſus eſt, & merito reprobandus. Nam uti in Herebo & Nocte perpetua ſontiū eſt inquietudo, ſic & in ſecretis cordium penetralibus eorum qui cæca tracti cupidine, circa ſuperflua & minime opportuna, cogitatione agitantur cōtinua. & quoniam cogitationes tales in obſcuro cauſantur pectore, merito labor talis filius dicitur Noctis & Herebi.

De Inuidentia ſeu Inuidia.iiii.Herebi filia. Cap. XVIII.

Lib. 4. Tuſc. INuidentiā dicit Tullius Herebi & Noctis fuiſſe filiam, qui ubi de quæſtionibus Tuſculanis, hanc ab inuidia differentiā facit, dicens inuidentiam ad inuidum tantummodo pertinere, cum inuidia ad eum etiā, cui fertur pertinere uideatur, & de ea concludens dicit. Inuidentiā eſſe ægritudinē ſuſceptam propter alterius res ſecundas, quę nil noceant inuidēti. huius enim habitationem & mores ſic deſcribit Ouidius.

Lib. 5. Meta. Protinus inuidiæ nigro ſqualentia tabo Tecta petit, domus eſt imis in uallibus antri Abdita, ſole carens non ulli peruia uento. Triſtis & ignaui pleniſſima frigoris, & quæ Igne uacet ſemper, caligine ſemper abundet. Et paulopoſt. Concuſſæ patuere fores, uidit intus edentem Vipereas carnes uitiorū alimenta ſuorum Inuidiam, uiſa'q; oculos auertit. at illa Surgit humo pigre, ſemeſarum'q; reliquit Corpora ſerpentū, paſſu'q; incedit inerti. Vtq; deā uidit, forma'q;, armis'q; decorā. Ingemuit, uultum'q; deæ ad ſuſpiria duxit. Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto, Nuſquam recta acies, liuent rubigine dētes. Pectora felle uirent, lingua eſt ſuffuſa ueneno, Riſus abeſt, niſi quem uiſi fecere dolores. Nec fruitur ſomno uigilātibus excita curis. Sed uidet ingratos, intabeſcit'q; uidendo Succeſſus hominum, carpit'q; & carpitur unà, Supplicium'q; ſuum eſt &c, Hos uerſus ſi quis plene cōſyderabit, & eam eſſe inuidentiā, quam nos ampliori licentia inuidiam dicimus, & Herebi noctis'q; filiam abſq; difficultate cognoſcet. &c.

De Metu quinto Herebi filio. Cap. XIX.

MEtus, ut ſæpe dictus aſſerit Tullius, filius Herebi fuit & noctis. Eſt enim metus, ut idem ait Tullius, rationi aduerſa cautio. Hunc ego horū parentū filium dictum arbitror, quia ex remotis à cognitione noſtra noſtris in pectoribus oriatur. Eum tamen duplicem reor, & qui in diſcretum uirū iure cadere poſſit, ut metuiſſe tonitrua, & qui nulla rationabili cauſa impellente, nō aliter quàm mulierculas nonnullas exanimat. Hic ſub uocabulo pauoris unus ex miniſtris Martis eſt, ut demonſtratur à Statio dicente.

Lib. 7. Theb. Inde unum dira comitū de plebe pauorem, Quadrupedes anteire iubet, non alter anhelos Inſinuare metus animum'q; auertere ueris. Aptior innumeræ monſtro uoces'q; manus'q;. Et facies quęcumq; libet, bonus omnia credi Auctor & horrificis lymphare incurſibus urbes. Si geminos ſoles ruitura'q; ſua dea aſtra, Aut mutare ſolum, aut ueteres deſcendere ſyluas. Ah miſeri uidiſſe putant &c. Poſſem rex optime multa uerba facere, huius carminis explicando partes, ut mores metus aperirem. ſed adeo tenuia ſunt figmenta, ut plura dicere ſuperflua ratus ſim.

Lib. 4. Tuſ. Huic prę terea aſcribit Tullius in Tuſculanis quæſtionibus, non aduertenter plures ſubeſſe miniſtros, utputa pigritiam, pudorem, terrorem, timorem, pauorem, exanimationem, cōturbationem, & formidinem, de quibus omnibus ibidem ſerioſe legitur.

De dolo ſexto Herebi filio. Cap. XX.

ESt & Dolus, ut Tullio placet, filius noctis & Herebi, de quo referre cōſueuerat Barlaam quū ad Troianum bellū iuiſſet cum Gręcis, & cum minus armis iretur in uotum, cōſultantibus quibuſdam ex primatibus de agendis, ab Vlyſſe, cui familiariſſimus erat, in cōſilium fuiſſe deductum. Qui cum elatos animos & iactantes, atq; conſilia quorundā audiuiſſet, atq; aliquandiu ſecum riſiſſet, rogatus ſententiam dixit, quæ & ſi non honeſta, eo quod opportuna

uidebatur,



uidebatur, aſſumpta eſt, & eidem cum Epeo fabricandi equi negotium e ueſtigio commiſſum eſt, quo poſtmodum eò peruentum, ut optato iam feſſi potirentur Græci. Satis tenue fictionis eſt uelum, & ideo cur Herebi, & noctis dicatur filius uideamus. Quod meo iudicio ſacris oſtenditur literis, quibus docemur ab Herebo forma ſerpentis aſſumpta, humani generis hoſtem in terris ueniſſe, & parentum noſtrorū mentes doloſis ſuggeſtionibus offuſcaſſe nocte tartarea, & inde tanquam in cultum agrum ſemen iniecisſe letiferum, cuius fructus, cum in legem egiſſent, extemplo uenit in lucem, & ſic dolus nondum in terris cognitus ab initio manauit ex Herebo, & in utero cęcæ mentis cōceptus, noſtra morte & exilio regni cæleſtis palàm facto, oſtendit liquido ſe filium noctis & Herebi. Sanè quia quod gentiles non nouerunt, finxiſſe non poterant, arbitror eos pro Herebo intimum cordis humani receſſum intellexiſſe. ubi enim cogitationum omniū ſedes eſt, & ideo ſi ęger animus uirtute neglecta, ut ad optatū deueniat, ſi deſint uires, illico dirigit ad artes ingenium. Et quoniam facilius dolo capiuntur amantes, eo cogitationibus peſſimis fabricato, & quos capit & ſeipſum letifero alligat laqueo, & ſic ex nocte id eſt mentis cæcitate, per quam ea uia, qua minime decet, in deſiderium ſuum tendit, & ægri pectoris ignominioſa cōcupiſcentia feruentis dolus creatur, & naſcitur, & ut plurimum non ante uiſus in lucem, quàm is in præcipitium uenerit in quem ſtruitur.

De Fraude ſeptima Herebi filia. Cap, XXI.

FRaus merito & Herebi & noctis à Cicerone ubi de naturis deorū, dicitur filia. Letalis quidem & infanda peſtis, & iniquæ mentis execrabile uitiū. Inter hanc & dolum hoc intereſt, ſcilicet dolum quandoq; in bonū operari poſſe, Fraus nunquam pręter in malum. ſed potius aduerſus hoſtes dolo agimus, amicos fraude decipimus, Huius autē formā Dantes Allegeri Florentinus, eo in poëmate, quod Florentino ſcripſit idiomate, non parui quidem inter alia poëmata momenti, ſic deſcribit. Eam ſcilicet iuſti hominis habere faciem, corpus reliquum ſerpentinū, uariis diſtinctum maculis, atq; coloribus, & eius caudam terminari in ſcorpionis aculeū, eam'q; Cocyti innate undis, adeo ut illis excepta facie totum contegat horridum corpus, eam'q; Gerionem cognominat. In placida igitur, & ſimili iuſti hominis facie ſentit auctor, extrinſecum fraudulentorum hominum uultum. ſunt enim, uultu & eloquio mites, habitu modeſti, inceſſu graues, moribus inſignes, & ſpectabiles pietate, operibus uero miſerabilibus gelu iniquitatis tectis uerſipelles ſunt, aſtutia callidi, & maculis reſperſi ſcelerum, adeo ut omnis eorum operum concluſio pernicioſo ſit plena ueneno. Et inde Gerion dicta eſt, quia regnans apud Baleares inſulas Gerion miti uultu, blandis'q; uerbis, & omni comitate conſueuerit hoſpites ſuſcipere, & demum ſub hac benignitate hoſpites occidere. Cur autem Herebi noctis'q; dicta ſit filia, eadem quæ de dolo ratio eſt. Fraudis imago.

De Pertinacia octaua Herebi filia. Cap. XXII.

PErtinacia inſipientium exitiale crimen, ſecundum Tullium Herebi noctis'q; filia eſt, nec cauſam uidere difficile. Nam quotiens indigeſtus mortalium ignauiæ rigor, rationibus ualidis, & calore diuini feruoris interpoſita obfuſcato intellectus caligine moliri nō poteſt, obſtinationē, ſeu pertinaciam oriri neceſſe eſt, imo iam exortum eſt ignorantiæ certiſſimū argumentū. Ergo bene Pertinaciā Herebi, quē ſæpe gelidū diximus, & noctis, quam ſępe caliginē mentis mōſtrauimus eſſe, filia eſt.

De Egeſtate.ix. Herebi filia. Cap. XXIII.

EGeſtas Herebi Noctis'q; filia, non ea eſt quā plurimi arbitrantur, opportunis ſcilicet carere. hanc enim uiri fortes tolerantia ſuperauere, ut in arenis Libycis Cato. ſed ea potius, cui abundantes falſo iudicio tracti ſuccūbunt, ut auri cuſtos Midas Phrygum rex, qui dum omnia quę tangebat iuxta uotum uerterentur in aurū, fame peribat. hæc eſt ergo uere Herebi filia, id eſt gelidi cordis ac ignaui, ac etiā noctis, id eſt cæci conſilii, exiſtimantis optimum diuitias augere, ut uſu careamus earum.

De

De Miſeria. x. Herebi filia. Cap. XXIIII.

PLacet inſuper Tullio Miſeriam Herebi noctiſq; filiam fuiſſe. Hoc enim adeo extremum infortunium eſt, ut poſſit proſpectantes in miſericordiam commouere. Quod quidẽ noſipſi nobis facimus, dum neglecto ueritatis lumine perituras res abeuntes quocũq; modo, nõ aliter ingemiſcimus, quàm ſi perpetuas perderemus, & ſic ab offuſcato mentis iudicio cõcuſſum pectus, ſuſpiriis lachrymiſq; miſeriã emittit in publicũ, ut inde filia noctis & herebi dici poſſit.

De Fame. xi. Herebi filia. Cap. XXV.

FAmen dicit Paulus iuxta Chryſippum Herebi noctiſq; fuiſſe filiam. Hęc autem aut publica eſt, ut olim præmonſtrata Pharaoni, aut priuata, ut Eriſitonis. Publica ex uniuerſali frugum penuria conſueuit contingere. Cuius rei aut diuina ira cauſa eſt, uel diuturnum bellum, ſeu aduerſa ſupercœleſtium corporum diſpoſitio, ſeu uermes ſubterranei rodentes ſemina, ſeu locuſtæ iam ſata naſcentia deuorãtes. Ex quibus cauſa prima à nemine mortalium noſci poteſt, & ſic dici poterit Herebi noctiſq; filia. ſed non Herebi in uiſceribus terræ latentis, aut in ægris hominum pectoribus reſidentis, quinimmo in profundo diuinæ mentis arcano ſanctiſſime uigilantis, quem intellectus hominũ mortalitatis caligine offuſcatus intueri non poteſt, nec etiam noctis diuinæ mentis, in qua nihil unquam fuit obſcurum, uerum ſuo ſemper lumine cuncta clarificat, ſed noſtræ imbecillitatis errore. Cæteras cauſæ huius ſpecies afferunt mathematici ſuis artibus etiam præuideri poſſe. Si autem ſic eſt talis fames, nec Herebi, nec noctis filia eſſe poteſt. Si aũt nõ ſic, tunc ut de eo diximus, cũ in arcano naturæ antro repoſitũ uideri nõ poſſit, linquet̃, ut talis fames filia ſit noctis & Herebi, ratione iã dicta. Priuata autẽ fames, aut ex penuria ciborũ cõtinget, ut plurimũ, aut aliquãdo ex faſtidio ſtomachantiũ. ſi ex penuria, aut inertia atq; deſidia patiẽtis, aut egeſtatis crimine cõtingit. Si ex inertia uel deſidia, ut quãdoq; uidemus quoſdã laſciuiis potius & inertiis atq; ocio uacare, quàm rei familiaris curã gerere. Hæc profecto Noctis & Herebi filia eſt eo pacto, quo ſuperiores ſunt cæteri. Si egeſtatis crimine, dũmodo nõ ob intemperantiã ſit egenus qui patitur, nec hanc Herebi noctiſq; filiã puto, niſi ob id dixerim quia ab intrinſeco ſtomachi eſurientis procedit. Si uero ob ciborũ faſtidiũ fames ſit, ut nõnunquã quibuſdã diſcolis, atq; praua cõſuetudine nauſeantibus contigiſſe nouimus. quibus niſi exquiſita edulia, & pulmenta accurate compoſita, ſeu regum tucceta in precioſa uina atq; forenſia apponantur, adeo uulgaria ſpernunt & reſpuunt, ut prius ſe torqueri inedia permittant quàm comedant, nulli dubium quin & hæc nata ſit Herebi atq; noctis. Huius autem manſionem & formam ſic deſcribit Ouidius. (Lib. 8. Meta.) Quæſitamq; famem lapidoſo inuenit in agro Vnguibus & raris uellentem dentibus herbas. Hirtus erat crinis, caua lumina, pallor in ore. Labra in cana ſitu, ſcabræ rubigine fauces. Dura cutis per quam ſpectari uiſcera poſſent. Oſſa ſub incuruis extabãt arida lumbis. Ventris erat pro uentre locus, pendere putares Pectus, & à ſpinæ tantũmodo crate teneri. Auxerat articulos macies genuumq; rigebat Orbis, & inmodico prodibant tubere tali. Hanc procul ut uidit &c.

De Querela. xii. Herebi filia. Cap. XVI.

QVerelam dicit Tullius filiam fuiſſe Noctis & Herebi, quod facile cõceditur, ſi quid ſit, ſanę mentis oculo proſpectetur. Eſt enim morbus quaſi male cõuenientis ſecum animi, ob hoc in inſanũ ueniens pectus, quia aut ſubtrahi quod ſibi debetur autumat inconſultus homo, aut ægre fert ſibi non dari quod optat, uel non poſſe quod cupiat. Et ſic quod ſuum crimen eſt, alienum lumine mẽtis priuatus exiſtimat. Hinc queritur laſciuus amans, hinc auri cupidus, hinc bonorũ auidus, hinc ſanguinis ſitibundus, & alii plures malum quod introduxerunt ipſi, & prudentes eieciſſe poterant, flentes.

De Morbo. xiiii. Herebi filio. Cap. XIIII.

Eſt



EſtHerebi noctiſq; filius Morbus, ut placet Tullio & Criſyppo. Hic autem mentis & corporis poteſt eſſe defectus, & uti in corpore ab humorũ diſcordantia, ſic in mẽte animorũ incõuenientia cauſatur. & tunc merito huiuſmodi parentũ id eſt cæcitatis intrinſecæ filius nuncupatur, & quoniam in mortem ſalutis tendere uideatur, morbus ut placet pluribus appellatur.

De Senectute. xiiii. Herebi filia. Cap. XXVIII.

SEnectus ætatum ultima, & morti contermina, ſolo contingit corpori cum rationalis anima tendat uiriditate perpetua in æternum. Hæc ut ait Tullius Herebi fuit noctiſq; filia. quod quidem facile concedi poteſt, cum illi ſit in complexione conformis, frigida ſcilicet & ſicca, & filii ſimiles conſueuerũt eſſe parentibus. Eſt inſuper Herebus iners, & tremulus, à quibus non degener eſt ſenectus, cum ut cernimus tremula ſit & tarda. Porrò quia hebetes offuſcatoſq; ſenſus habet corporeos, non incongrue illi noctem dixere matrẽ. Attamen hoc habet inſigne, quia quantum illi ſubtrahitur uirium, tantum magis augetur cõſilii. ex quo fit ut ueneranda ſit, & eius cani iuuenum præponantur lacertis.

De Pallore decimoquinto Herebi filio. Cap. XXIX.

PAllor faciei atq; totius corporis exſanguis eſt color, exhauſti ſanguinis, ſeu ęgri ſeu repentini timoris certiſſimus teſtis. hic noctis & Herebi filius eſt, teſte Criſyppo. Et hoc ideo, quia quicquid à luce ſolis non cernitur, aut à minus bona uegetatione nutritur, pallore facile occupatur. & ſupra dictum eſt, quia neq; ſolem uideat neq; calorem ſentiat Herebus, & ob id ubi iſta cõtingunt, frigeſcere ſanguinem, & aduerſa digeſtione corrumpi, & per conſequens oriri pallorem neceſſe eſt, ut ſatis uidemus in eis, qui diu cæco carcere clauſi in lucem ueniunt, aut qui ab ægritudine corporea fatigati reſurgunt, uel ſubito correpti pauore palleſcunt.

De Tenebra decimaſexta Herebi filia. Cap. XXX.

HErebi noctiſq; filiam eſſe tenebram nullo interueniente teſte creditur. Sanè ne idem mater & filia uideantur, in hoc differunt. Nocte aliqualis res lumi noſa cernitur, ut luna, & ſydera, ſeu ignis aliquando. In tenebra autem nil unquam apparet luminis. & ſi appareat uſquam, deſiſtet eſſe tenebra.

De ſomno decimoſeptimo Herebi filio. Cap. XXXI.

SOmnus ſecundum quoſdam eſt intimi ignis coertio, & per membra mollita, & labore relaxata diffuſa quies. ſecundum uero alios eſt quies animalium uirtutum, cum intentione naturalium. De hoc ſic ſcribit Ouidius. (Ouid. lib. 11. Meta.) Somne quies rerum placidiſſime ſomne deorum, Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris Feſſa miniſteriis mulces reparaſq; labori. Sanè longe plenius ſomni commoda deſcribit Seneca poeta in tragœdia Herculis furentis dum dicit. Tu quoq; domitor ſomne Malorũ requies animi. Pars humanæ melior uitæ. Volucer matris genus Aſtreæ. Frater duræ languidæ mortis Veris miſcens falſa, futuri Certus, & idem peſſimus auctor, Pater ò rerum portus uitæ, Lucis requies, noctiſq; comes, Qui par regi famuloq; uenis. Placidus feſſum leniſq; foue Pauidum leti genus humanum, Cogis longam diſcere mortem Preme deuictum &c. Huic præterea deſcribit thalamum ſatis aptũ dormiendi cupido dicẽs, Eſt prope Cimmerios longo ſpelunca receſſu Mons cauus, ignaui domus, & penetralia ſomni. Quo nunquam radiis oriens mediuſue cadenſue, Phœbus adire poteſt, nebulę caligine mixtæ Exalantur humo dubiæq; crepuſcula lucis, Nõ uigil ales ibi criſtati cantibus oris, Euocat aurorã, nec uoce ſilentia rũpunt, Sollicitiue canes, caniburue ſagacior anſer. Garrula nec Progne ſtertẽtia pectora mulcet, Non fera, nõ pecudes, non moti flamine rami Humanæue ſonũ reddũt cõuitia linguę. Muta quies habitat ſaxo tamẽ exit ab imo Riuus aquę Lethes, per quẽ cũ murmure labens Inuitat ſomnos crepitãtibus unda lapillis. Ante fores antri fœcũda papauera florent, Innumeræq; herbę, quarũ de lacte ſoporẽ Nox legit, & ſpargit ꝑ opacas humida terras. Ianua ne uerſo ſtridorẽ cardine reddat, Nulla domo tota eſt cuſtos in limine nullus,

In

« In medio torus eſt hebano ſublimis in antro, Plumeus unicolor pullo uelamine tectus
« Quo cubat ipſe deus membris languore ſolutis. Hunc circa paſſim uarias imitantia formas
« Somnia uana iacent totidem quot meſſis ariſtas, Sylua gerit frondes, eiectas littus arenas &c. Hunc tam ſpectabili thalamo, ac cubiculari decoratum deum, dicit Tullius Herebi & Noctis fuiſſe filium, cuius rei cauſa uidenda eſt, & inde uidere poterimus de miniſtris, cum ſatis ſenſus appareat deſcripti thalami. Filius ergo Herebi Noctiſq; dicitur ſomnus, quia à uaporibus humidis è ſtomacho ſurgentibus, & oppilãtibus arterias, & quieta obſcuritate cauſetur. Si autem de mortali ſomno uelimus intelligere, non difficilius parentũ talium dabitur cauſa. Nam calore caritatis perdito, & omiſſa rationis uia, ut neceſſarium ſit in letiferum ire ſomnum, ſatis apertum eſt. Nunc autem de aſſiſtentibus uideamus, quæ ſomnia ſint multiplicium ſpecierum, ex quibus quinq; tantum ſuper ſomnio Scipionis Macrobius oſtendit. Harũ prima uocatur phãtaſma, quæ nunquam ſe mortalibus miſcet niſi lente, dum ſe incipit ſomnus immittere, exiſtimantibus nobis adhuc uigilare, affertq; horribiles uiſu formas, & ut plurimum à natura ſpecie & magnitudine diſcrepantes. certamen noxiũ, aut mirabile gaudiũ, tempeſtates ualidas, uentoſq; ſonoros, & huiuſmodi. Huius generis dicit Macrobius eſſe etiam emactes ſeu ephiactes, uel ephialtes, quos cõmunis perſuaſio exiſtimat quieſcentes inuadere, & ſuo põdere preſſos, ſentienteſq; grauare. Et huius cauſam opinãtur multi ſtomachũ nimio cibo uel potu grauatum, ſeu longo ieiunio uacuum, & nonnunquam aliquem ex humoribus cæteris prædominantem. Sunt qui ſuperaddant hæſitationes, dicantq; Virgilium intellexiſſe Didonem uidiſſe phantaſmata, dum ſorori conqueſta eſt dicens. Quæ me ſuſpenſam inſomnia terrent. & illud inſomnia pro phantaſmate licentia poëtica improprie poſitum. Secunda inſomniũ nuncupatur à præmeditatione cauſatum, ut Tullius affirmare uidetur in libro reipublicæ dicens. Fit enim ſæpe ut cogitationes ſermoneſq; noſtri pariant aliquid in ſomnio, quale de Homero ſcribit Ennius, de quo uidelicet ſæpiſſime uigilans ſolebat cogitare & loqui &c. In hac igitur ſpecie ſomni amans dilectam ſibi puellam in amplexus eius occurrentẽ aſpiciet, aut fugientẽ miſerrimus exorabit. Nauta trãquillũ mare nauẽq; panſis uelis ſulcantẽ, aut tẽpeſtate periclitantẽ aſpiciet. Sic & agricola fruſtra lætabitur lætas aruis intuẽs ſegetes, depaſtaſq; plorabit. Ingurgitator pocula exhauriet, ieiunus cibos, aut optabit, aut faucib⁹ uacuis deuorabit appoſitos. De pręmeditatis autẽ à Didone ſaucia, uiſa quidã uolũt, eo quòd uideatur à Virgilio oſtenſam pręmeditationẽ, dum dicit. Multa uiri uirtus animo multuſq; recuſat Gẽtis honos, hærent infixi pectore uultus. Verbaq; &c. & ſic tanquã ex præmeditatione proueniẽs uidetur eſſe inſomniũ. Verum quoniam ex affectione procedunt, unà cũ ſomno in auras euaneſcunt, ut ipſe idẽ Virgilius dicit. Sed falſa ad cælũ mittunt inſomnia manes. Somnium ſpecies tertia appellatur, per quod placet Macrobio certa ſomniari, ſed ſub uelamine, ut teſte Moyſe in pentateucho uidit Ioſeph manipulos fratrũ ſuorũ adorantes, & ut ait Valeri. Aſtiages uitẽ & urinam ex genitalibus filiæ prodeuntes, hoc autẽ fieri uolunt homine exiſtente ſobrio, ut plurimum ſumus propinquante die. Quarta uero ſpecies uiſio nominatur, nullas præ ſe ferens ambages, quinimmo quod futurum eſt liquida patefactione demonſtrat, ut uidit Arterius Rufus Romanus eques dormiens, Syracuſis ſe ſcilicet dum gladiatorum munus inſpiceret, retiarii manu tranſfodi. quod die ſequenti cum multis nunciaſſet, ſecutum eſt. Quinta & ultima ſomniorum ſpecies oraculum ueteres uocauere, quod Macrobius eſſe uult, dum ſopiti parentes maioreſq; noſtros, grauẽ hominem ut pontificem, ſeu ipſum deum aliqua dicentem ſeu præmonentem nos cernimus, ut in ſomnis Ioſeph ab angelo præmonitus eſt, ut acciperet puerum & matrem eius, & cum eis ſecederet in Aegyptum. Sanè nonnulli ex priſcis, ut ex uerbis Porphyrii philoſophi ſatis percipi poteſt, omnia per quietem uiſa uera eſſe arbitrati ſunt, ſed ut plurimum minime intellecta. & ob hoc uidetur Porphyrium longe aliter quàm multi faciant alii, ſentire, quod per Homerum primo, deinde per Virgilium dictum eſt, & quoniã familiare

*Somniorum ſpecies.*
*Phantaſma in genere.*
*Inſomnium. ἐνύπνιος.*
*Lib. 6. Aen.*
*Somnium. ὄνειρος.*
*Lib. 1. Cap. 7.*
*Viſio. ὅραμα.*
*Oraculum. Χρηματισμός.*



familiare magis Virgilii quàm Homeri carmen deducamus in medium. Dicit etenim Virg. Sunt geminæ ſomni portæ, quarum altera fertur Cornea, qua ueris facilis datur exitus umbris. Altera candenti perfecta nitens elephanto, Sed falſa ad cælum mittunt inſomnia manes &c. Per hos uerſus uult Porphyrius ſomnia omnia uera eſſe, ſentiẽs quod anima ſopito corpore tanquam paulum ſolutior, in ſuam diuinitatem nitatur, & in latens humanitatem uerum aciem omnem dirigat intellectus, & nonnulla uideat, & diſcernat, & plura uideat quàm diſcernat, ſeu longius abdita ſint, ſeu denſiori tegmine occultata. & hinc fit ut quod diſcernit, eſtò non plene nebulò caliginis mortalitatis obſiſtente. dictum ſit, per corneã emitti ianuàm, cum cornu huius naturæ ſit, ut extenuatũ peruium ſit intuitu, & tanquam diaphanum corpus in ſe recondita uidere permittat. Quod autem obſiſtente carnis caligine uidere non poteſt, id elephanto contectum dicimus, cuius quidem os à natura adeo condenſatum eſt, ut in quantamcunq; tenuitatem redigatur, uidere ſuppoſita non permittat. quæ ideo falſa dicit Virg. quia minime intellecta ſunt, ut ait Porphyrius. Nunc autem ſupereſt de miniſtris uidere, qui etſi forte multi ſint, nomina trium tantũ eſſe cognoſcimus, quorũ primũ Morphea dictum uolunt, quod interpretatur formatio ſeu ſimulachrũ, cuius domini iuſſu officium eſt quoſcunq; hominum uultus fingere, uerba, mores, uoces, & idiomata, ut ſcribit Ouidius dicens; At pater è populo natorum mille ſuorum Excitat artificem ſimulatoremq; figuræ Morphea, non illo iuſſos ſolertior alter Exprimit inceſſus uultũq; ſonumq; loquendi, Adiicit & ueſtes, & cõſuetiſſima cuiq; Verba, ſed hic ſolos homines imitatur &c. Secundum autem Icelon, ſeu Phobetora, quorum ego nominum ſignificatum ignoro. Huius tamen officium hoc in carmine dicit Ouidius. alter Fit fera, fit uolucris, fit longo corpore ſerpens. Hunc Icelon ſuperi mortale phobetora uulgus Nominat &c. Tertium uero dixere panthũ, quaſi totum, cuius officium eſt inſenſibilia fingere Ouidio teſte, dum ait. b
Eſt etiam diuerſæ tertius artis Phantaſos ille, in humum, ſaxumq;, undamq;, trabemq; Quæq; uacant anima fallaciter omnia tranſit &c. Quaſi ex his uelit quæ cernimus dormientes, ab exteriori potentia nobis ablata ſint. Verum utrum ſic ſit uideant alii.

*Lib. 6. Aen.*
*Somnij miniſtri.*
*Lib. 11. Meta.*

*Somnum Homerus Iliad. Ξ. in Lemno habitantem facit, cuius rationem Grammatici afferunt alteram μυθώδη, quoniam ibi Paſithea quam amabat cum ſorore Aglaie, Vulcani uxore erat; alteram φυσικὴν quia οἰνοφόρος ἡ νῆσος.* a

*Lapſus eſt Bocat. qui panthũm pro phantaſo, apud Ouid. legit. Nam tres ſomniorum miniſtros Ouid. μορφέα à formis, ἴκελον uel φοβήτορα ab exprimendis ſimilitudinibus & incutiendo terrore. Et φάντασον ab apparentia uocauit.* b

De Morte decimaoctaua Herebi filia. Cap. XXXII.

MOrs, ut uoluere Tullius & Chryſippus, filia fuit noctis & Herebi, quam ultimum eſſe terribilium teſtatur Ariſtoteles. ab hac enim omnes ab ea ipſa die, qua miſeri mundum intramus, ſenſim adeo, ut non aduertamus continue carpimur. & cum quotidie moriamur, tunc uulgato ſermone mori dicimur, cum mori deſinimus. Hanc, etſi mille modis miſeri rapiamur, aut uiolentam, aut naturalem uoluere priores. Violenta eſt quæ ferro uel igni, uel caſu aliquo, fugienti, uel etiam poſtulanti infertur. Naturalis autem ſecundum Macrobium ſuper ſomnio Scipionis ea eſt, qua non corpus ab anima, ſed à corpore anima derelicta eſt. Vocauere ueteres ſenium mortem maturam ſeu meritam, iuuenũ immaturam, puerorum autem acerbam dixere, necnon & aliis multis nominibus appellata eſt, ut atropos, parca, letum, nex, & fatum. Huius etiam dirum opus ſic breuiter deſcribit Statius. Stygiis emiſſa tenebris Mors fruitur cœlo bellatoremq; uolando Campũ operit nigroq; uiros inuitat hiatu. Nil uulgare legens, ſed quæ digniſſima uita, Funera præcipuos annis animiſq; cruento Angue notat &c. Sed iam quæ pauca ficta ſunt detegamus. Herebi illam dicunt filiam, qui ab Herebo miſſa ſit, ut in præſcripto carmine Statius, Stygiis emiſſa tenebris, ſeu quia colore careat, ut caret Herebus. Noctis autem ideo filia dicta eſt, a

*Lib. 8. Thebai.*

quia horribilis & obſcura uideatur. Mors autem dicta eſt ut dicit Vgucio, quia mordeat: uel à morſu parentis primi per quem morimur, uel à Marte qui interfector eſt hominũ. uel mors quaſi amaror, quia amara ſit, nihil enim hominibus creditur amarior morte, eis exceptis, de quibus dicit Ioãnes in Apocalypſi, Beati mortui qui in domino moriunt. Hęc ut placere uidetur Seruio, ab Atropo de qua ſupra, differt, quia per hanc uiolentã debemus intelligere mortem, ut ſatis etiam colligitur proximo ſupra ex carmine Statii. Per Atropon autem uult intelligi naturalem rerum diſpoſitionẽ. Atropos autem dicta quia non conuertitur. Parcam uero eam per antiphraſim dixere, eo quod nemini parcat. Sic & letum, cum ſit moleſtiſſima rerũ. Necem autem illam proprie arbitror, qua aqua uel laqueo ſeu modo alio ſpiritus intercluditur. Fatum aũt dicta eſt, eo quod diuina prouidentia præmonſtratum ſit, qui naſcuntur omnes mori debere.

a *Mortem Iuppiter iratus aliquando ad Siſyphum corripiendum miſit. Sed hic illam comprehenſam in uincula coniecit, factumq́; eſt ut diu nemo moreretur, donec Mars miſſus mortẽ è uinculis liberauit, & Siſyphum morti uinctum tradidit: fabula ex Pherecyde citatur à Comment. Homeri.*

De Charonte. xix. Herebi filio. Cap. XXXIII.

*Lib. 6. Aen.*

CHaron Acherõtis nauta, Herebi & Noctis filius dicitur à Chryſippo, de quo ſic ait Vir. Portitor has horrendus aquas & flumina ſeruat Terribili ſqualore Charon, cui plurima mẽto Canicies inculta iacet, ſtant lumina flamma. Sordidus ex humeris nudo dependet amictus. Ipſe ratem ſubigit conto ueliſq; miniſtrat Et ferruginea ſubuectat corpora cymba, Iam ſenior, ſed cruda deo, uiridiſq; ſenectus. Charon, quem Seruius deuoluit in χρόνον, tempus eſt. Herebus autem hic pro intrinſeco diuinæ mentis conſilio intelligendus eſt, à quo tempus & cætera omnia creata ſunt, & ſic Herebus Charontis pater. Nox autem illi ob id mater dicta eſt, quia ante creatum tempus nulla fuit ſenſibilis lux, & ideo in tenebris factum eſt, & ex tenebris productum uidetur. Apud inferos uero ideo poſitus eſt Charon, quia ſuperi tempore non indigent, ut nos mortales, qui ab illis ſumus inferi, indigemus. Quod autem Charon corpora deferat ex una in alteram Acherontis ripam, ideo fictum eſt ut intelligamus, quoniam tempus confeſtim ut naſcimur, ſuo nos ſumit in gremio, & in ripam defert oppoſitam, id eſt in mortem, quæ quidem eſt natiuitati contraria, cum illa deducat in eſſe, & hæc corporibus auferat eſſe. Vehimur præterea à Charonte per Acherontem fluuium qui abſq; gaudio interpretatur, ut aduertamus, quoniam à tempore trahimur ad uitam labilem & miſeriis plenam. Eum præterea dicit Virg. ſenem, ſed robuſta uiridiq; fultum ſenecta, ut cognoſcamus tempus annoſitate uires nõ perdere, hoc idem hodie poteſt quod potuit dum creatum eſt. Sordidus autem illi amictus eſt, ut appareat, quia circa terrena, quæ ſordida ſunt, uerſentur.

De Die. xx. Herebi filia. Cap. XXXIIII.

DIes Herebi noctiſq; fuit filia, ſic ubi de naturis deorũ, ſcribente Tullio. Hanc dicit Theodontius Aetheri fratri ſuo coniugio copulatam. Quod Herebi filia ſit & Noctis, talis ratio redditur à quibuſdam. Herebum enim à parte totum ſumentes, pro uniuerſo terræ corpore ſumi uoluere, ex extremo cuius quod horizonta uocant Græci, nõ eſt dubium aduentu ſolis, cedente nocte diem conſurgere, & eam Herebum ex nocte produxiſſe. Eam autem Aetheri coniunctam connubio ideo dicunt, quia Aetherem intelligunt ignem, qui claritate carere non poteſt. & ob id cum dies clara ſit, nil aliud uolũt quàm claritudinem igni coniunctam oſtendere. Hæc autem ab antiquis poſtquam à deo dictum eſt, ueſpere & mane factum eſt dies una, huius magnitudinis deſignata eſt, ut idem tempus quod labitur aſſurgente ſole & mundum omnem circumeunte, atq; in eodem loco unde ſurrexerat redeunte, ea cum nocte, quæ includitur, dies dicatur una, & hæc naturalis, quam in. xxiiii. æquas partes diuiſere, & has horas nuncupauere. Deinde prout eiſdem uiſum eſt, artificialis eſt ſuperinducta dies, quæ in diem & noctem diuiſa unicuiq; partium diei ſcilicet & nocti

*Dies naturalis & artificialis.*

xii. horas



xii. horas, eſto inæquales, eſſe cõceſſere. & artificialem ab artificio excogitantis eam dixere, qua in ſuis iudiciis utplurimum utuntur aſtrologi, inde medici criticum inuenere diem, eáq; circa ægritudinũ obſeruationes utuntur. Dierum uero naturalium initium non æque à nationibus omnibus ſumitur. Romani autem ut ait M. Varro, à nocte media incepiſſe, & in ſequentis noctis medium terminaſſe uoluerunt. quam dimenſionem adhuc ſeruant Itali, & potiſſime in iudicialibus cauſis. Athenienſes autem olim à ſolis occaſu incipientes, diem in occaſum diei ſequentis finiebant. Babylonii uero ab ortu faciebant, quod ob occaſu Attici. Vmbri qui & Hetruſci ſunt, à meridie illi fecere principium, & in ſequentis diei meridiem terminabant, quæ conſuetudo adhuc ab aſtrologis obſeruatur. Eſt & præterea dies naturalis ſecundum uarias eius qualitates uariis diſtincta nominibus. Nam ut Macrobius ſaturnaliorum aſſerit, ab initio diei Romanorũ incipiens primum tempus diei dicit mediæ, noctis inclinatio, eo quod nox in diem incipiat declinare. Deinde à galli cantu gallicinium nuncupatum. Tertium conticinium, eo quod ſopita omnia conticeſcere uideantur. Quartum diluculum dicitur, eo quod diei lux apparere uideatur. Subſequenter quintum tempus ſole iam ſurgente, mane uocari uoluere, ſeu quod à manibus exordium lucis emergi uiſum ſit, ſeu ab omine boni nominis. Nam Lanubini mane pro bono dicũt. Sextum autem dixere meridium, hoc eſt diei medium, quod nos meridiem dicimus. ab hac autem hora tempus in noctem tendens, quod ſeptimum eſt uocatur occiduum, quia cadere uideatur. Octauum uero ſuprema tempeſtas nuncupatum eſt, eo quod diei ſit nouiſſimum tempus, ut in. xii. tabulis eſt expreſſum, Solis occaſus ſuprema tempeſtas eſto. Deinde nonum tempus dicitur ueſpera, quod à Græcis tractum eſt. Illi enim heſperam à ſtella heſpero, quæ in occaſu ſolis apparet dicunt. Decimum autem tempus, quod eſt noctis initium, dicitur prima fax, eo quod tunc ſtellæ incipiant apparere, ſeu ut aliis placet, quia tunc luce ceſſante diei, incipimus faces accendere, ut tenebras noctis uincamus lumine. Tempus uero undecimum nox concubia dictum eſt, eo quod ea hora poſt aliqualem uigiliam cubitum conſueuerint ire mortales. Duodecimum quidem diei tempus quod noctis eſt tertium, intempeſtum dicitur, eo quod nullis gerendis rebus uideatur accommodum. Cuius finis eſt circa principium eius, quod diximus mediæ noctis inclinatio. Inſuper cum humana ſolertia reſpectu habito ad ſeptennarium numerum, quem quibuſdam ex cauſis ueteres uoluere perfectũ, diſpoſuerit omne tempus per ſeptimanas dierum efflui, & dies illas ſeptimanæ nominibus uariis nuncupare, conſueuere nonnulli nominum talium exquirere cauſas, quas ego has puto, cum à planetis apud nos quinq; denominentur. Sexta ſabbatum ab Hebreis dicta, à chriſtianis poſtea immutata non eſt, eo quod requiem dicãt ſignificare latine, ut appareat cum creauiſſet omnia deus in ſex diebus, eum ſeptima ab omnibus operibus ſuis quieuiſſe. Dominica autem dies, quæ nobis chriſtianis eſt ſeptima ſic eo dicta eſt, quia ea die Chriſtus dei filius, non ſolum ab omnibus laboribus ſuis quieuit, uerum uictor ſurrexit à mortuis, & ſic illam à domino noſtro patres inclyti uocauere dominicam. Alii uolunt à Sole denominatam, eo quod ipſe ſit planetarum princeps, & inde dicatur dominus, & quia eiuſdem diei horæ primæ principatum habeat, ob id illam denominari dominicam. Sed cum longe alius ſit ordo planetarum quàm in nominibus dierum habeatur, eſt ſciendum ſecundum planetarum ordinem ſucceſſiue unicuiq; diei horæ dare dominium, & ab eo cui contingit primæ horæ diei dominiũ habere, ab eo dies illa denominata eſt, utputa ſi diei dominicæ, Veneri ſecundam horam tribues, quæ ſoli immediate ſubiacet, & Mercurio tertiam, qui ſubiacet Veneri, & Lunæ quartam quæ ſubiacet Mercurio, quintam autem Saturno, ad quem conuertendus eſt ordo cum in luna defecerit, ſextam Ioui, & ſic de ſingulis uigintiquatuor horis diei dominicæ ſub nomine uel dominio Mercurii inueniretur hora uigeſimaquarta & uigeſimaquinta, quę prima eſt diei ſequentis ſub nomine uel dominio

*Initia diei uaria, uide Gell. lib. 3. cap. 2.*

*Diei partitio Lib. 1. cap. 2.*

*Dierum nomina à planetis.*

 Lunæ,

Lunæ, & ideo ab ea ſecundus denominatus eſt hebdomadæ dies, ſeu potius primus, ut dies dominica ſeptima ſit hebdomadæ & quietis dies. A qua prima diei Lunæ hora, ſi eodem modo computaueris, uigeſimamquartã eius horam inuenies ſub Iouis imperio conſtitutã, & uigeſimamquintã ſub Martis dominio, à quo & ipſa ſecunda dies Martis denominata eſt, quia primæ eius horæ Mars imperet, & ſic ſucceſſiue de ſingulis donec ad ultimam deueneris ſabbati, quæ Marti ſubeſt, & ſubſequitur prima diei dominici aſcripta Soli, à quo dies ut ante diximus dicta eſt. Dies autem naturalis cum ex die conſtet & nocte, à die tota tanquam à digniori parte denominata eſt, & dies à diis uocitata, nam Δῖος græce, latine dicitur deus. Nam uti dii mortalibus opinione ueterum adiutores ſunt, ſic & adiutrices ſunt dies, & à diis ipſis etiã eam ob cauſam denominatæ ſunt.

*Δῖος diuus eſt à genitiuo Διὸς abſtractum.*

Poſtquã è ſubterraneis latebris in diei lucem præſtante deo deuenimus, ſupererat nobis ut eque de omnibus Herebi filiis dixiſſemus, etiam de Aethere, quem eiuſdem filium uolunt, quid ſenſerint ueteres, deſcripſiſſe. Sane quoniam omne eius maſculinum genus hoc excepto filio ſterile eſt, & huius non eſt parua poſteritas, & in longum ſatis uolumen protractum eſt, eum in ſecundũ ſeruandum honeſtius ratus ſum, & primo finem imponere.

Aethera deſcribit prolis cum parte ſecundus.



# GENEALOGIAE DEORVM GENTILIVM. LIB. II.

E CAVERNIS Herebi ferè omnẽ prolem eduximus, gratiā dei noſtri omnipotentis & ueri opitulante, & quo conceſſum eſt ingenio, amotis figmentis nudam & præcedenti uolumine coram appoſuimus lectoribus, equidem non abſq; ingenti labore inter Stygis fumos, & nebulas uacillantis hincinde naniculæ. Sane poſtquam in patentiorẽ orbem uentum eſt, forſan minus ambigue flexus uarios reciprocosq́; ſuperabimus Euripos, quorũ ſuperbientes in cælum undas ni fallor aſpicio. Nam inter alios arduus Aether è uiſceribus Herebi in ſublime delatus primus impetu occurrit ſuo, non magna tamen prole fœcundus, ſed ſpectabili quidem, ex qua ſi ſatis recte conſpicio, primus Iuppiter unus eſt, tam conſpicui nominis gloria quàm longa ſucceſſione refulgens. quam ſi deſcribere uelim, omnem in Aegyptum uſq; littus & Syrium, regnumq́; tuum Cyprium ut euehar impellente fluctu neceſſe eſt. Quæ cum tanto ſit celſitudini tuæ notior rex inclyte, quanto mihi longinquior nauigatio, quæſo per tui nominis inſigne decus, errores meos æquo animo feras, & pii more principis emendari potius iubeas, quàm dentibus inuidorum lacerari permittas. Ipſe enim tenſo uelo ex Orci faucibus iter arripio, orans ut ille illud dirigat, qui naufragantibus in mare Geneſaret diſcipulis uentis imperauit & undis.

De Aethere Herebi & Noctis .xxi. filio qui genuit Iouem primum & Cælium ſeu Cælum. Cap. I.

AEther ut placet Tul. in lib. de natur. deorum, filius fuit Noctis & Herebi, qui quidem & ſi quãdoq; pro cęlo ſumatur, proprie tamen ignis elementum uidetur exiſtimari à multis. Sic enim teſtatur Vgutio, ſic uelle uidetur Ouidius, ubi in principio maioris ſui uoluminis dicit, Hæc ſuper impoſuit liquidum & grauitate carentem Aethera, nec quicquam terrenæ fecis habentem &c. Hunc rerum omnium cauſam credidere quidam ut ſupra dictũ eſt, & eum ſimiliter Dæmogorgonis filiũ fictione ſua Pronapides oſtendit, dum dixit chaos ignita exhalaſſe ſuſpiria, ſed uiſum eſt Ciceroni credendum. Quem quantumcunq; ſterilem multi faciant, ipſe tamen eum ſcribit fuiſſe fœcundum, & Iouem genuiſſe primũ & Cælium, ex quibus emanauit omnis numeroſa deorum proſapia.

De Ioue primo Aetheris filio, qui tredecim filios & filias genuit, quorum prima Mineruа, ſecundus Apis, tertius Sol, quarta Diana, quintus Mercurius, ſextus Tritopatreus, ſeptimus Ebuleus, octauus Dionyſius. ix. Hercules, decima Proſerpina, undecimus Liber pater, duodecimus Epaphus. xiii. Scytha. Cap. II.

IOuem primũ dicit Theodontius fuiſſe filium Aetheris & diei, de quo quidem Ioue quantumcunq; præclaro ſit inſignitus nomine, legiſſe nihil, audiuiſſe tamen perpauca eſto laudabilia memini. Referebat enim Leontius græcus homo & talium abundantiſſimus, hunc ante quæſitũ maius nomen Lyſaniam nuncupatum, hominem Arcadem & profecto nobilem, & ex Arcadia Athenas iuiſſe. & cum eſſet ingentis ingenii, uidiſſetq́; rudi in ſeculo, rudi & ferè beſtiali ritu uiuentes Atticos, ante omnia compoſitis legibus, illos publico inſtituto uiuere docuit. & qui fœminas ferè communes habebant, primus matrimonia celebrare monſtrauit. & cum iam ad humanos redegiſſet mores, monuit eos deos colere, & eis aras & templa atq; ſacerdotes inſtituit, & multa illis inſuper oſtendit utilia, quæ dum mirarẽtur ſylueſtres Attici, atq; cõmendarent, eum rati deum, Iouem uocauere, regemq́; ſuum



fecere. Quem etiam Cicero antiquiſſimum dicit Athenienſium fuiſſe regem. Hæc mihi de iſto ſunt. Nunc uero uiſo cur Aetheris & diei illum finxerint filiũ. & quoniam celeberrimum fuit apud gentiles Iouis nomen, eius ſignificatum uidebimus, & quæ potuerit eſſe impoſitionis cauſa & deificationis perſcrutabimur. Dicunt ergo eum Aetheris fuiſſe filium, ſeu ut eum nobilitent patre generoſo. putabant enim primam rerum cauſam ignem, & ſic illi nobiliorem patrem dare non poterant. ſeu quod eum cæleſtem putarent hominem, ſeu deum à cælo ueniſſe ratione profunditatis ingenii. ſeu quia illi naturam igneam uiderent more ignis ſemper ad alta tendentem, ut de eo dici poſſit Virgilianum illud, Igneus eſt illis uigor, & cæleſtis origo. Diei uero filium ideo illum dictum puto, quia eſto naſcatur quis aptus ad maxima, non tamen e ueſtigio quod natus eſt, ea poteſt ad quæ natus eſt agere, oportet ut indies augeantur uires, & animus in feruorem agendorum excreſcat, & demum ipſe operetur. cuius opera quoniam in die uiſa & cognita ſunt, à die nouo uidetur æditus partu, ut de talibus dici poſſit quod Valerius dicit de Demoſthene, Itaq; alterũ Demoſthenẽ mater, alterũ induſtria enixa eſt, ſic & alterum peperit Lyſaniam mater, & alterũ dies operum teſtis. Vocatus eſt inſuper Lyſanias iſte ab Athenienſibus Iuppiter, nomen eo uſq; nemini conceſſum mortalium, nec ipſi etiam deo fuerat adhuc à gentilitate impoſitũ, nec unde ſumptum ſit ab imponentibus ſatis ſcitur. Arbitror ego tamen id nominis huius cauſam dediſſe, quod & de aliis etiam planetis multis contigiſſe cõperimus ad ſimilitudinem ſcilicet operationũ conformium huius hominis ipſi Ioui. Dicit enim Albumaſar in ſuo maiori introductorio Iouem planetam natura calidum eſſe & humidũ, aerium, temperatum, modeſtum atq; honeſtũ, laudabilem plurimũ, & patientiæ obſeruatorem, ac in periculis poſt patientiam audacem, liberalem, miſericordem, cautum, amatorem, uerum magiſtratuum auidum, fidelem, multiloquum, bonorũ amicum, malorũ uero hoſtem, amatorem principũ & maiorum. Et alia plura de eo ſcribit, quibus annectit eum ſignificare naturalẽ animã, uitã, pulchritudinem, ſapientes uiros, legum doctores, iuſtos iudices, diuinũ cultum, religionem, uictoriam, regnũ, diuitias, nobilitatẽ, gaudium & huiuſmodi. Quibus conſideratis, & demũ huius hominis ponderatis moribus, adeo eum cum Ioue cõuenire diſcernimus, ut non incongrue Iouem nuncupatũ dicamus, & hanc cõuenientiam tanti nominis illi cauſam fuiſſe credamus. Sane nomen hoc poſtquã ab antiquis planetæ & Lyſaniæ conceſſum eſt, nonnullis aliis à recentioribus etiam attributũ legimus, utputa Ioui ſecundo cæli filio, qui & Arcas homo fuit & Athenienſium rex. Nec non & Ioui tertio homini Cretenſi & Saturni filio. Sic eque & Pericli Athenienſi principi, quem multi Iouem Olympiũ uocauere. Præterea poetæ ignẽ elementũ, & nõnunq; ignẽ & aerem ſub Iouis nomine ſuis fictionibus inſeruere, adeóq; in ſublime conſcendit, ut à prudentioribus etiam ſummo & uero deo aſcriberetur, nec immerito, ipſi quippe ſoli tam egregium competit nomen, quod nec abhorret Chriſtianus, conſiderato nominis ſignificato, niſi gentilium fuiſſet inuentum. Volunt enim aliqui & graues uiri, quod idem Iuppiter ſonet quod iuuans pater, quod ſoli uero deo conuenit. Ipſe enim uere pater eſt, & ab æterno fuit, & erit in ſempiternum, quod de alio nemine dici poteſt. Similiter & iuuans eſt omnibus, & nulli nocens, & in tantũ iuuans eſt, ut ſi ſuũ retrahat iuuamen, periclitentur omnia confeſtim neceſſe ſit. Inſuper hoc nomen Iuppiter græce dicitur zephs, quod latine uita ſonat. & quis alter rebus & creaturis omnibus uita eſt niſi deus? ipſe enim de ſeipſo dicens teſtatur, Ego ſum uia, ueritas & uita. & profecto ſic eſt, illi enim, & per eum, & in eo uiuunt omnia, extra eum præter mortem & tenebras nihil. Hunc & ſi non rite coluerint, ueteres Romani Iouẽ optimũ maximũ uocauere, conati per hæc pauca uerba oſtendere, quoniã magnitudine & potentia cæteros excedat deos, & q̃d ipſe ſolus ſummũ ſit bonũ, & q̃d ab eo uita ſit, et adiutoriũ uniuerſis. Multa pręterea poterã hic apponere Ioui à poetis attributa, utputa armigerã auẽ, quercũ, bella, Iunonẽ coniugẽ & alia. Sed quoniã iſta uidentur recte ſpectare ad ea quę de Ioue Cretico ficta ſunt, illi cenſui reſeruãda.

*Ζεὺς ἀ ζάω quod uiuo ſignificat.*

Porrò Rex inclyte non ſatis certum eſt utrum Athenienſes Iouem hunc in deum habuerint aut fecerint. Si autem fecerunt, ſciendum eſt antiquis conſuetū fuiſſe ad augendam originis nobilitatem, cōditores ciuitatū ſuarum certis ſuis ac infauſtis cerimoniis numero deorū inſerere, & ſacris templiſq; colere. Sic & parentes ſuorū principum, ſic & ipſos principes ob aliquod ab eis ſuſceptum beneficium, ut ſe gratos oſtenderent, & alios ad bene agendum ob cupiditatem tam ſplendidæ gloriæ animarent. Scribūt inſuper ueteres multos fuiſſe Ioui filios, ex quibus arbitror uere nōnullos Iouis fuiſſe filios, ſed cuius Iouis, primi, ſecundi, uel tertii, de aliquibus non ſatis conſtat. Sic & alios plures ob inſignem uirtutis præeminentiam, & ad gloriam generis extollendā à theologis gentilium Ioui ſimiliter attributos, quos ego illi attribuā Ioui, cui magis uidentur contemporanei.

De Minerua prima, primi Iouis prima filia. Cap. III.

a MInerua uulgato ferè poetarū omnium carmine Iouis fuit filia, de ortū cuius talis fertur fabula, quod cum uideret Iuppiter Iunonē coniugem ſuam non ferentem filios, ne omnino abſq; filiis eſſet, percuſſo cerebro ſuo armatam emiſit Mineruam, quod Lucanus firmare uidetur dicens, Hanc & Pallas amat patrio quæ uertice nata eſt. Et in natiuitate eius dicit Claudianus, Auratos radiis hymbres naſcente Minerua Induxiſſe Iouem perhibent &c. Inſuper hanc natam dicit Seruius luna quinta, ſicuti reliqui, qui ſteriles fuere. Huius præterea cōpertum uolunt lanificium ante eam incognitum, ſic & texturam, & ob id placet Ouidio, huic cum Arachne Colophonia de textura fuiſſe certamen & uictoriam. Sic & cum Neptuno de impoſitione nominis ciuitatis Athenarum. Eam præterea nonnulli armatam fingunt, & arcis Athenarum præſidem. Illi inſuper Tit. Liu. attribuit numerorū inuentionem, & eorundem figuras, cum ante loco numeri ſignis uterentur antiqui. Recitatur de hac & alia fabula, quod cum eſſet huic perpetuæ uirginitatis ſeruandæ propoſitum, et Vulcanus in deſiderium ſui ueniſſet, à Ioue patre ſuo petiit loco muneris factorū à ſe fulminum in Gigantomachia, Mineruæ matrimoniū. Cui Iuppiter uoti natæ conſcius, ſi obtinere poſſet conceſſit, & Mineruæ ſi illum aſpernaretur uerſa uice conceſſum eſt, ut ſe uiribus tueretur, & ſic dum totis conatibus in eam iuiſſet Vulcanus, & ipſa in contrarium niteretur, actum eſt ut emiſſo à Vulcano ſemine in terram, naſceretur puer & ipſa linqueretur in pace. Triplici etiam illam indutam ueſte dixerunt, eiq; peplum pictum conſecrauere, & eius in tutelā cornice pulſa noctuā poſuere, ac pluribus eam nuncupauere nominibus, ut Mineruam, Palladem, Athenam, & Tritoniam. His explicitis exquirebat ordo ſumptus, ut detegeretur quid ſenſiſſe ſub figmentis potuiſſent antiqui. Verum hic aduertendum eſt, quoniam non omnia hic appoſita figmenta ad hanc ſpectant Mineruā, illa quippe nominis identitas nō curātibus ex hoc poetis implicuit. Nam nec arma ut Leontius aſſerit, ad hanc ſpectant, nec Neptuni certamen, quinimmò eius ſunt Mineruæ, quæ Iouis ſecundi fuit filia, & ideo illis omiſſis detegemus cætera, & quædam hiſtorialia apponemus. Volunt igitur Mineruā, id eſt ſapientiā, ex cerebro Iouis, id eſt dei natam. Volunt enim Phyſici omnem intellectiuā uirtutē in cerebro, tanq; in arce corporis cōſiſtere. hinc Mineruā, id eſt ſapientiam ex cerebro Iouis natam fingunt, id eſt ex cerebro dei, ut intelligamus ex profundo diuinæ ſapientiæ archano, omnē intellectū, omnem ſapientiam infuſam eſſe, quam Iuno, id eſt terra quantum ad hoc ſterilis, dare non poterat, neq; poteſt. Nam teſte ſacra pagina, Omnis ſapientia à domino deo eſt. & ipſemet in eadē dicit, Ego enim ex ore altiſſimi prodiui. Et ſic eam profecto induſtrioſe, nō ut nos gignimur, ſed ex Iouis cerebro natam finxere, ut oſtenderent eius ſingularem nobilitatem ab omni terrena ſpurcicie fecéq; ſemotā. Virginitas inde illi attribuitur perpetua, & inde ſterilitas, ut per hoc noſcatur quod ſapientia nunquā labefactatur aliqua contagione mortalium, quinimmò ſemper pura, ſemper lucida, ſemper integra & perfecta eſt. & quantū ad tēporalia eſt ſterilis, cum ſapientię æterni ſint fructus. Quid per certamen illius ſenſerint & Vulcani, infra ubi de Erichthonio ex certamine hoc nato ſcribet.

Lib. 3. de laud. Stil.

b

c

Triplici



Triplici autem ueſte ideo tegitur, ut intelligantur uerba ſapientum & potiſſime fingentium multiplicem habere ſenſum, illiq; ideo peplum pictum ſacrum eſt, ut intelligamus ſermones ſapientum ornatos, floridos, lepidos, & ſumma uenuſtate decoros. Noctua autem illi attributa ideo eſt, pulſa cornice, ut oſtendatur ſapientē præmeditatione in obſcuris ſepoſita noſcere, uti & noctua uidet in tenebris, & loquacitate atq; garrulitate repulſa ut opere agat, loca tempuſq; reſpicere. Minerua enim dicitur, ut ait Albericus, à mi quod eſt non, & nerua quod eſt mortalis, ut reſultet eſſe ſapientiam immortalem. Pallas & Athenæ ad alias ſpectant Mineruas & ideo ubi de illis mentio fiet, exponentur. Tritonia autem dicta eſt à loco ſeu à lacu, quem penes primo comparuit, qui Triton in Africa computatus eſt. Fictionibus igitur ſic expoſitis ad hiſtoriam ueniendum eſt, & ſciendū Mineruam fuiſſe uirginem quandam cuius incognita fuit origo. ipſa uero cum ingentis eſſet ingenii, ut Euſebius ait, regnante Argiuis Phoroneo, primo apud Tritonem paludem ſeu lacum Africæ comparuit, ignorantibus cunctis quibus ueniſſet ab oris. Dicit tamen Pompon. Mela in coſmographia, quod incolæ arbitrabantur eam ibidem genitam, & fabulæ fidem faciunt, quia quam natalem illi putant diem, ludicris uirginum inter ſe decertantium celebrant. Hæc autem cum lanificium & texturam & alia multa artificioſa competiſſet, celebris dea habita eſt. & quoniam omnia eius inuenta ex ui ingenii atq; ſapientiæ procedere uidebantur, locus fabulæ adinuentus eſt, ut ex cerebro Iouis genitā uideretur. De hac enim dicit Auguſtinus in libro de Ciuitate dei, Ogigio in Attica regnante, eam in uirginali habitu apparuiſſe apud lacum Tritonis, ut dictum eſt. & cum multoumr operum eſſet inuentrix, tanto procliuius dea credita eſt, quanto minus origo eius cognita. nec ab Euſebio differt Auguſtinus in tempore, nam contēporaneos fuiſſe Phoroneū & Ogigium idem oſtendit Euſebius, & ob hoc ego hanc Ioui primo filiā aſcripſi, eo quod illi magis quàm cum reliquis uideatur conuenire tempore.

*De hac re extat Dialogus feſtiuus admodum apud Lucianum.* a

*In huius tutela & artes ſunt, quia mundi mentē hanc & propterea in ſummo capite ſedem tenere credebant: ſiue, quod ratio quæ per hanc intelligitur, Reſpub. & urbes amplificat ut ait Capella.* b

*Tritones paludes tres, ut Cōment. Apoll. lib. 1. ait, fuere, Bœotiæ, Theſſaliæ & Libyæ, Sed in Libyca nata eſſe Minerua dicitur. Herodotus autem ex Tritonide & patre Neptuno natam uult, eiq; ait patrem neſcio qua cauſa aliquando ſuccenſuiſſe, quapropter fugientem illam Ioui ſe adoptandam dediſſe.* c

De Api Argiuorum rege primi Iouis ſecundo filio. Cap. IIII.

EVſebius in libro temporum dicit Apim qui poſtea rex Argiuorum, filium fuiſſe Iouis & Niobes, filiæ Phoronei, cui idem Euſebius ſcribit Iouem primo omnium mortalium immixtum, & ſic primus fuit Iuppiter cum tempore longe inferiores ſint alii. Leontius autem dixit hunc Phoronei & Niobes ſororis & coniugis ſuæ fuiſſe filium, eiq; in regnum Sicyoniorum hæredem ſucceſſiſſe. Verum poſtea ab Aegyptiis & deum & Iouis filium factum. De hoc Api multa narrātur. Nam ut referunt aliqui, cum aliquandiu Argis poſt Phoronei mortem imperaſſet, cupiditate gloriæ & amplioris regni ad Aegyptios transfretauit, & obtento regno cum rudes homines multa docuiſſet, & potiſſime uini uſum, loco dei haberi cœptus eſt, iam Iſide ſibi copulata coniugio. Euſebius uero eum Sicyoniorum ſcribit fuiſſe regem, & ubi ab eodem traditum eſt, de tempore eius uarie ſenſere ſcriptores annalium. Nam quidam dicunt tempore Abraæ ab eo Græciam Apiam appellatam. Alii aūt dicūt nato iam Iacob eum apud Aegyptios deum habitum. Beda uero eo in libro quem de temporibus ſcripſit, dicit tempore Iacob ab Api in Aegypto Memphim conditam. Euſebius præterea dicit ſecundum alios eum regem fuiſſe Argiuorum, & regnaſſe poſt centeſimum annum Iacob, & ibidem dicit Apim cum Aegialeum fratrem regem præfeciſſet Achaiæ, in Aegyptum transfretaſſe, & Memphim condidiſſe ciuitatem. Eum autem in Aegyptum abiſſe, & Iſidem habuiſſe coniugem ſatis ab omnibus creditur. Verum uti de tempore eius ambigitur, ſic & de morte eius uaria etiam recitantur.

Nam

Nam alii uolunt eum apud Aegyptios mortuũ & ſepultum, de quo in libro de ciuitate dei ſic dicit Auguſtinus. Rex Argiuorũ Apis nauibus tranſuectus in Aegyptum cum ibidem mortuus fuiſſet, factus eſt Serapis omnium maximus Aegyptiorũ deus. Nominis autem eius, cur nõ Apis etiam poſt mortem, ſed Serapis appellatus ſit, facillimam rationem Varro reddit. Quia enim archa in qua mortuus ponitur, quam omnes iam Sarcophagum uocant, σορὸς dicitur Græce, & ibi uenerari ſepultũ cœperant prius quàm templum eius eſſet extructum, unde Soron & Apis, Sorapis primo, deinde una littera commutata ut fieri ſolet, Serapis dictus eſt. Alii autem dixere eum à Typheo fratre occiſum atq; membratim diſcerptum, diu ab Iſide coniuge quæſitum & poſtremo compertum, & in uanno eius membra collecta, quod poſtmodum in religionem uerſum eſt, in ſacris ſcilicet Februis interuenire uannum. Iſis autem ultra paludem Stygiam, quæ in Africa eſt in ſemotam inſulam collecta detulit, & ibidem recondidit. Voluntq́; qui hoc uerum arbitrantur, à longa Iſidis exquiſitione exortam quam Aegyptii fecere diu, non ante deſiſtentes quàm album taurum comperiſſent, cõpertóq; applaudentes eum uocabant Oſirim, & quoniam ſingulis annis id fiebat, dixit Iuuenalis, & nunquã ſatis quæſitus Oſiris. Cæterum quandocunq; in Aegyptum iuerit, ſeu qualitercunq; occubuerit, aut quocunq; ſepultus ſit Apis, in tãta fuit apud Aegyptios ueneratione ut eò iretur ab eis, ad hoc ut nulla humanitatis infectione poſſet illius labefactari diuinitas, ut cauerent inſtituto publico, ut ſi quis illum fuiſſe hominẽ diceret, capite puniretur, & ob id in quibuſcunq; templis eius ſimulacrum digito labiis impreſſo admonebat ſilentiũ. Huius inſuper tauri, quem Serapin arbitrabantur Aegyptii, caput dicit Rabanus delirantes Iudæos in eremo loco dei coluiſſe. Hunc prætera Apim dicit Macrob. i. libro ſaturnaliorũ apud Alexandriam Aegypti mirabili cultu uenerari, ſéq; Soli uenerationem illam impendere affirmare, & ſic Apim Solem eſſe uidetur arbitrari.

*De Serapide Tacitus quoq; meminit lib. xx. Nempe ex ponto ab urbe Sinopi, temporibus Ptolomei Macedonij primi aduectum in Aegyptum eſſe.*

De Sole primo primi Iouis filio tertio. Cap. V.

SOlem primũ primi Iouis fuiſſe filium ſcribit Tul. ubi de naturis deorum. Nec tamen dicit ex qua matre ſuſceptum. Sunt qui uolũt hunc Apim fuiſſe, eo quod loco Solis ab Aegyptiis, ut paulo ſupra dictũ eſt, cultus ſit. Ego autem quis aliter fuerit, comperiſſe non memini, hominem tamen fuiſſe certus ſum, & ſic alius fuit ab Api. Credendum eſt eum inſignem atq; ſplendidum fuiſſe hominem, & ingentis atq; regii animi præditum, & eo modo quo ſupra de Ioue dictum eſt, tam claro nomine decoratum.

De Diana prima primi Iouis quarta filia. Cap. VI.

DIana prima filia fuit Iouis primi, & Proſerpina, ut in libro quo ſupra Tull. idem aſſerit. Hanc ego reor ueram huius Iouis fuiſſe filiam & non aſcriptiam, & cum ſatis ſit nomen illud mulieribus uſitatum, poſſibile etiam eſt fuiſſe proprium non appoſitum. uerum qualiſcunq; fuerit, non ea eſt, quã poetæ inſignem uirginitate perpetua uoluere, cum legatur hanc ex Mercurio Liberi & Proſerpinæ filio pennatum concepiſſe Cupidinem.

De Mercurio primo primi Iouis. v. filio. Cap. VII.

PRimi Iouis & Cyllenes nymphę Arcadis aſſerit Leontius filium fuiſſe Mercurium. Hunc deorum nuncium ſeu interpretem eſſe poetæ deſcribunt, eumq́; uariis ornamentis inſigniunt, ut per illa intelligatur eiuſdem officiorũ uarietas, ſcribit enim ſic de eo Vir. a Primũ pedibus talaria nectit Aurea quæ ſublimem alis ſiue æquora ſupra, Seu terram rapido pariter cum flamine portant, Tum uirgã capit, hac animas ille euocat orco Pallentes, alias ſub triſtia tartara mittit, Dat ſomnos adimitq́;, & lumina morte reſignat, Illa fretus agit uẽtos, & turbida tranat Nubila &c, Inſuper Hor. de eo ſic ſcribit in odis, Mercuri facũde nepos Athlãtis.

*Lib. 4. Aen.*





Qui feros uultus hominũ recentum Voce formaſti cantus & decore Meræ palæſtræ &c. Illi inſuper Statius galerum addidit, dicens. Obnubitq́; comas, & temperat aſtra galero. Sane quanquam legamus plures homines fuiſſe Mercurios, his inſpectis quæ ſupra proximo de eo poetæ deſcribunt, dato poſſunt & ad hominem referri. De Mercurio planeta ſcripta potius præſumemus, & potiſſime ſi inſpexerimus qualiter cum his quæ ab aſtrologis ſcripta ſunt, poetarum dicta cõueniant. Albumaſar autem maximæ inter antiquos autoritatis homo aſſerit Mercurium adeo flexibilis eſſe naturæ, ut e ueſtigio ad naturam eius, cui adhęret, & ipſe ſuam naturam conuertat, & hoc propter temperamentũ eius ſiccitatis & frigoris. Venerabilis aũt Andalo præceptor meus, eum complexione dicit calidum & ſiccum, eumq́; ſignificare concubinarum delectationes, claritatem & oracula uatum, eloquentiam & hiſtoriarum memoriam, credulitatem, pulchritudinem, bonitatem diſciplinæ, & acumen ingenii, præſcientiam futurorum, arithmetricam & geometriam atq; aſtrologiam, & hinc tam cæleſtium quàm terreſtrium rerum omnium deſcriptionem, præterea auguria, dulcedinem prolationis, uelocitatem, & principatus deſiderium, et ob illum laudem atq; phamam, & inſuper comę tonſuram, ſcriptores & libros, mendacium, & teſtimonium falſum, ſpeculationem ſemotarũ rerum, paucitatem gaudii, & ſubſtantiæ deſolationem, negociationes, & emporia, furta, cõtentiones, calliditates, & conſilii profunditatem, modulationes carminum & fiſtularũ, colorationes multimodas, obedientiam, concordiam, pietatem, paupertatem, amicitiæ retentionem, artificia manuũ, & multa alia, ut idem ipſe aſſerit Andalo, cum maſculis maſculus, & cum fœmineis fœmineus eſt. Ex quibus facile comprehendere poſſumus, cum tam conuertibilis ſit naturæ, de eo in præſcriptis carminibus intellexiſſe poetas, eſto illud idem de hominibus Mercurialibus dici poſſit & dicatur, ut in ſequentibus apparebit. Sane libet intentum poetarum explicare latius, ut quantum cum aſtrologis conueniunt, manifeſtetur apertius. Dicũt igitur ut à capite ſumamus exordium, eum tectum galero, ut per hoc ſentiamus, quia ſicut qui galero tegitur imbres fugit & radios, ſic & Mercurius ſolaribus tectus radiis, quibus ferè ſemper iunctus fugit aſpici à mortalibus, rariſſime quidem uidetur, & paucis notus eſt, & mercurialis homo calliditate ſuum tegit conſilium. Alata enim habere talaria, uelocitatem tamen eius, nõ ſolum in motu qui illi circa epicyclum uelociſſimus eſt, ſed ob celerem aliorum corporũ ſupercæleſtium proprietatum aſſumptionem atq; traditionem, ex qua mercurialium etiam hominũ uelox, uerſipelliſq́; circumflexio denotatur. Virga autem illi aſcripta eſt propter dimenſiones corporum ſe ſibi iungentium, ſecundum quas & ipſe illico ſuos diſponit effectus, etiam mercurialis homo circa quodcunq; opus ſuum metitur obſequiũ. Quod ab Orco animas reuocet uirga, id eſt potẽtia ſua, eſt hic acutius attendendũ. Fuere quidem qui arbitrati ſunt omnes hominum animas à principio ſimul fuiſſe creatas, & demum conceptis hominibus immiſſas eas morientibus nobis ad inferos deſcendere, ibiq́; cruciari donec in uita cõmiſſa purgarentur, & inde tranſitũ facere ad Elyſios campos, ac inde poſt mille annos à Mercurio deduci ad Lethem fluuium, ut eo potato obliuiſcerentur præſentis uitæ labores, & ſic deſiderarent iterum redire ad corpora, ad quæ Mercurius reuocabat. quam ridiculam opinionem optime tangit Virg. dum dicit. Quiſq; ſuos patimur manes, exinde per amplum Mittimur Elyſiũ, & pauci læta arua tenemus, Donec longa dies perfecto temporis orbe Concretã exemit labẽ, purumq́; reliquit Aethereũ ſenſum atq; aurai ſimplicis ignẽ, Has omnes ubi mille rotã uoluere per annos Letheũ ad fluuiũ Deus euocat agmine magno, Scilicet immemores ſupra ut cõuexa reuiſant, Rurſus & incipiant in corpora uelle reuerti. Hoc aũt officium reuocãdi animas ad corpora, ideo Mercurio attributũ uolunt, quia dicunt eum præeſſe fœtui in utero matris exiſtenti in menſe ſexto, in quo opinantur multi rationẽ infundi concepto & hoc Mercurii prædominantis opere, & ſic ab Orco, id eſt ab inferiori loco reuocatur anima in corpus naſcituri à Mercurio. quod autem ad tartara mittat, Phyſicum eſt, quia deficiente per frigidum & ſiccum, quæ eſt Mercurii

*Mercurius Planeta.*

*In cubiculis quoq; ueterũ colebatur, qd ſomnos dare et adimere crederetur. Didy. in Odyſſ. x.*

*Lib. 6. Aen.*

cõplexio uera, calido & humido radicali anima ſeparatur à corpore, & iuxta ueterũ opinioné tendit ad inferos. Somnos adimere & dare idem eſt cum eo quod dictũ eſt in uitam educere naſcentes. quod ſomnũ eſt adimere & in mortem ſoluere, quod eſt ſomnũ dare. Ventos agere Mercurii eſt, ipſe enim frigore ſuo nõnunquam ſuſcitat illos, quibus ſuſcitatis eis impellentibus ferũtur huc illuc nubes. Volunt præterea eum deum eloquentiæ, deum mercatorũ, deum furum, & alia quædam eſſe, de quibus omnibus infra protenſius, ubi de Mercuriis hominibus dicetur. Eum autem Iouis fuiſſe filium ideo fictũ eſt, quia dei creatura eſt. Cyllenius autem ad colorandam fictioné dictus eſt, ſeu eò quod apud Cyllenem montem Arcadiæ primo cultus eſt.

a *Mercurij officium apud Lucianum deſcribitur copioſe & eleganter, in eo dialogo qui Maiæ & Mercurij inſcribitur.*

De Tritopatreo. vi. & Ebuleo. vii. & Dionyſio. viii. Iouis primi filiis. Cap. VIII.

*ἄνακτες habet Cicero. Rurſum in uocabulo lapſus eſt autor, qui ἀριάρχης pro ἄνακτες legit.*

TRitopatreum, Ebulium, Dionyſium dicit Cicero ubi de naturis deorũ, antiquiſſimi Iouis, id eſt primi Athenienſium regis & Proſerpinæ fuiſſe filios, & Athenis † Ariarches appellatos eſſe, quos etſi nihil de ipſis cõperiam, arbitror inſignes fuiſſe uiros, cum Ariarches ſonet armorũ princeps, nam ἄρης græce Mars Latine ſonat, & ἄρχος princeps, ergo bellorum ſeu armorũ principes fuere, quod ea tempeſtate & etiam hodierna permaximum eſt. Leontius uero dicit quod cum Ebuleus ad famam tractus Antæi terræ filii ad ineundum cum eo luctam acceſſiſſet, eo ſuperato Herculis meruit cognomen, quod ante eum nemo meruerat. Ego autem credo longe antiquiorem Ebuleum Antæo. Similiter & Dionyſium dicit Indis coactis in militiam mulieribus intuliſſe bellum, & obtenta uictoria Niſam urbem ibidem condidiſſe. & cum uictorioſus reuerteretur, primũ pompam excogitaſſe triumphi, ac etiam uini uſum Athenienſes docuiſſe, eumq́; ab eiſdem Liberum appellatum & patrem, eo quod ſeſe liberos eo uiuente arbitrarẽtur quaſi ſub optimi patris tutela ſeruatos, quæ quidem ſic eſſe potuiſſe non nego, ſed tamen longe pòſt fuiſſe extimo.

De Hercule primo. ix. primi Iouis filio. Cap. IX.

*Liſcito apud Cic. legitur.*

PLacet inſuper Tullio primi Iouis ex † Liſica primum & antiquiſſimum Herculem fuiſſe filium, & huic aſſerit cum Apolline de Tripode fuiſſe certamen, in quo quoniã obtinuerit, dicit Paulus cum Dionyſius uocaretur, Hercules meruit appellari. quod quidem & Leontius affirmat, ſed cauſam non oſtendit, & ideo quid credam, non habeo. Certamen autem Tripodis credo de diuinatione fuit, nam Phœbi Tripodas dicit Paulus ſpeciem eſſe lauri, cui tantum tres ſunt radices, & has ob id in libris pontificum tripodas dictas, & Apollini ob id ſacras, quia cum ipſe diuinationis deus ſit, huiuſmodi lauri eandem uideantur habere uirtutem, cum legatur, Si frondes huius ſpeciei lauri dormientis capiti ſupponantur, eum proculdubio uera uiſurum ſomnia.

*Quid Apollinis τρίποδες fuerint rectius ex Athenæo petetur, apud quem lib. 2. ſic legitur.* ἦν γὰρ τὸ ἀρχαῖον δύο γένη τριπόδων, οὓς καλεῖσθαι λέβητας συνέβαινεν ἀμφοτέρους. Ἐμπυριβήτης ὁ καὶ λοετροχόος, Αἰσχύλος, τὸν μὲν τρίπους ἐδέξατ' οἰκεῖος λέβης. Ἀεὶ φυλάσσων τὴν ὑπὲρ πυρὸς στάσιν. Ὁ δ' ἕτερος, ὁ κρατὴρ καλούμενος. Ὅμηρος ἔστ' ἀπύρους τρίποδας. Ἐν τούτοις δὲ τὸν οἶνον ἐκίρνων, καὶ οὗτός ἐστιν ὁ τῆς ἀληθείας οἰκεῖος τρίπους. Ἀπόλλωνος μὲν οἰκεῖος διὰ τὴν ἐκ μαντικῆς ἀλήθειαν, Διονύσου δὲ διὰ τὴν ἐν μέθῃ.

De Proſerpina prima. x. primi Iouis filia. Cap. X.

EX Proſerpina Iouẽ nõnullos ſuſcepiſſe filios oſtendit Tullius, & inde illius etiam fuiſſe filiam. quod quidem poſſibile eſt honeſtate ſeruata, & Proſerpinam habuiſſe coniugem, & ex hac eadem uel ex alia muliere Proſerpinam habuiſſe filiam, quam Liberi fratris ſui fuiſſe coniugem, idem uidetur teſtari Tullius, cum de ea nil aliud legiſſe meminerim.

De Libe-



De Libero primo xi. primi Iouis filio, qui genuit Mercurium ſecundum. Cap. XI.

LIberum primum primi Iouis fuiſſe filium Cicero ubi de naturis deorũ, teſtatur liquidò. Hunc unum & idem cum Dionyſio ſuperiori Leontius arbitratur, eumq́; præ cæteris fratribus inſignem fuiſſe uirum conatur oſtendere. Tamen Euſeb. ſeu de hoc ſeu de alio, quod ego magis arbitror, longe poſt hęc tempora fuiſſe deſcribit. Huius autem Proſerpinam & ſororem & coniugem nonnulli uolunt, eumq́; ex ea Mercurium ſecundum ſuſcepiſſe filium.

De Mercurio ſecundo Liberi & Proſerpinæ filio qui genuit Cupidinem & Auctolium. Cap. XII.

MErcurius alter à ſuperiore Liberi & Proſerpinæ fuit filius, ut Theodõtius dicit & Coruilius. de quo talis à Theodontio recitatur fabula, quod cum uidente nemine, præter Battum quendam, Apollinis uaccas furatus fuiſſet, 1
Batto ut hæc nemini reuelaret, unam cõceſſit ex uaccis. demum in faciem alterã transformatus, experturus Batti fidem ad eum rediit, promiſitq́; taurum ſi ſublatas ſibi uaccas oſtenderet. Battus aũt omnia quę uiderat reuelauit. Quamobrem turbatus Mercurius, eum mutauit in ſaxum, quod indicem uocauere priores, nos autem paragonem uulgo dicimus. Tandem cum diuinitate ſua fretus hoc cognouiſſet Apollo, ſumpto arcu uoluit Mercurium ſagittis occidere. Sed Mercurius præſtigio inuiſibilis factus lædi non potuit. Poſtremo inter eos inita concordia, citharam à ſe compertam Mercurius conceſſit Apollini. Apollo autem uirgam conceſſit eidem. Dicebat in- 2
ſuper Paulus ſe alibi legiſſe, quod Mercurius iram præcogitans Apollinis, ne lædi poſſet ab eo, clam illi pharetram euacuauerat. quod cum aduertiſſet iratus Apollo, miratus eius aſtutiam riſit & in cõcordiam ſecum uenit, ut ſupra. Leontius circa hanc fabulam dicebat hunc Mercurium filium fuiſſe Dionyſii, qui proxime ſupra Liber uocatur, & eum à natiuitate uocatum Niſum, eo quod apud Niſam Indiæ pauloante à patre conditam natus ſit. & cum adoleuiſſet tanta pedum uelocitate ualuit, ut coæuos ſuos cæteros curſu ſuperaret, quamobrem omiſſo nomine primo, Stilbon appellatus eſt, quod uelox latine ſonat. Demum cum illuſiones magicas didiciſſet, & latrociniis delectaretur ſumme, armenta rapuit Phoronidis ſacerdotis Apollinis Delphici, quia ea tempeſtate mirandæ autoritatis habebatur, & ea poſt lapideum tumulum quendam cui Battos nomen erat, ſeduxerat. Verũ cum taurus unus ex improuiſo ſegregaretur à reliquis, ſociosq́; uagus repeteret, forte conſcendit tumulum illum mugiens, mugitui cuius reſpondentibus
aliis ab exquirentibus armenta comperta ſunt, & tumulus ex Batto dictus eſt index. Stil- 3
bon autem cum ſuis artibus Phoronidis irati impetum effugiſſet, amicus eius tandem factus eſt. Verum cum in talibus perſeueraret, non ob auariciam, ſed naturæ ut aiebat impulſu, cum aliàs eſſet & formoſus homo & eloquẽtiſſimus, & circa omnia manualia opera celeberrimi ingenii, Mercurius nuncupatus eſt, & furum deus, quod ut idem aſſerebat Leontius, & ſi à ioco habuerit initium, conualuit tamen apud Atticos & Arcades incœptum, ut poſt mortem illi templa dedicarentur & ſacra, quibus ſibi propicium conabantur facere hi quibus furto aliquid erat ſubtractũ, aſſerentes numine ſuo, & ſeruata multa ac etiã recuperata. eumq́; aiebat ſicuti & cæteros inſignitũ, de quibus inſignib. quoniã infra, ubi de tertio Mercurio late dicturus ſum, hic aliquid ſcribere nõ curaui.

*De furtis Mercurij Eratoſthenes ſic ait:* ἐπιθυμίαν ἔχει τοῦ κλέπτειν, ὅτι καὶ Ζεὺς κλέψας τὴν Ἥραν ἐμίγη Μαίᾳ. *Dicitur autem & matris aliquando, & ſororis ueſtes, dum illæ lauarent, furatus eſſe, riſumq́; exhibuiſſe, nudis illis ac dubitantibus relictis.* 1

*De furtis Mercurij item extat Dialogus Luciani.*

*Inde Mercurius* χρυσόῤῥαπις, *à uirga, & Apollo* χρυσάορ, ἀπὸ τοῦ τῆς κιθάρας ἀορτῆρος *dictus eſt.* 2

*Batti fabulam Ouidius lib. 2. Met. deſcribit, ab hoc & battologia dicta, quã poeta uerſu hoc indicat cum inquit. Montibus his ῾erant, & erant in montibus illis.* 3

d De Cupidi-

De Cupidine primo ſecundi Mercurii filio. Cap. XIII.

CVpido primus ut ait cum Tullio Theodontius, ſecundi Mercurii & Dianæ primę fuit filius, quem aiunt fuiſſe pennatum, circa quod duo potuere ſenſiſſe fingentes. Primum circa nomen, eo quod ſpecioſiſſimus fuerit puer, in ſtar Cupidinis filii Veneris, quem puerum & pulcherrimū ſemper pinxere pictores, quaſi alter Cupido dictus eſt. Pennatum autem ob id cognominatum reor, quia uelociſſimus curſu fuerit adoleſcens.

De Autolyco ſecundi Mercurii filio qui genuit Sinonē primū. Cap. XIIII.

Lib. 11. Meta. AVtolycus, ut Ouidio placet, Mercurii et Chyones fuit filius. qui Ouidius de origine eiuſdem talem recitat fabulam. Dicit enim Chyonem Dædalionis ſpecioſiſſimam fuiſſe filiam, adeo ut Apollini & Mercurio placeret, quibus poſcentibus una & eadē die, uno tamen de altero ignorante, eius in ſequenti nocte concubitum. cum promiſiſſet, à Mercurio nō expectata nocte uirga tacta eſt, & in ſomnum ſoluta, & ſic cum ea concubuit. Apollo autem nocte acceſſit ad eam, ex quibus cum geminos concepiſſet, peperit Mercurio Autolycum, Apollini uero Philammonem. Verum Autolycus inter fures euaſit clariſſimus, adeo ut non uideretur degenerare à patre. Phylammon aūt cithariſta factus ſe Apollinis filium demonſtrauit. Huic ego fictioni cauſam dediſſe uarium geminorum fratrum exitum puto, & ſic uterq; eorum illi deo attributus eſt filius, cuius imitatus eſt mores. & forſan Autolyci naſcentis fuit ſignificator Mercurius, & ſic eius dictus eſt filius. & Apollo eandem ob cauſam Philammonem lucratus eſt.

*Didym. in odyſſ. T. Autolycum ex Philonide Deionis filia & patre Mercurio natum dicit, ſolitumq; non modo ſe, ſed ea quoque quæcunq; furto abigebat, uarie transformare. Sed Ouidij ſententia cōmunior eſt, qui ex Chyone Dædalionis natum ait. lib. xi. Cæterū hoc loco in ueteribus exemplarijs ubiq; Siſsimus legebatur, pro quo nos Siſyphum reſtituimus, eo quod Siſsimi quod ego ſciam, nulla alibi mentio fiat, & credo librariorum uitio Bocatium quoq; lapſum eſſe, cum idem infra libr. xiij. & lib. xi. Siſyphum ipſe uocet eum, ex quo quidam Vlyſſem conceptum credunt. Quod autem duos Sinones facit, eiusq; rei autorem Seruium citat, miror, cum apud Seruium in. 2. Aeneidos ita legatur. Autolycus quidam fur fuit, qui ſe uarias formabat in ſpecies. Habuit autem filium Siſyphum, unde natus eſt Sinon, & Autoliam unde natus Vlyſſes, conſobrini ergo ſunt. Hæc Seruius. Quæ quantum cum his quæ hic de Sinone & eius liberis à Bocatio dicuntur, pugnent, cuiuis facile uidere eſt. Quanquam alij neq; Siſyphum Autolyci filium, neq; Autoliam Autolyci filiam dicunt, ſed hanc Anticleam uocent, illum ad Aeolum patrem referant, quorum ſententiam ipſe etiam Bocatius infra libr. xiij. ſecutus eſt, ut hic plane ſui oblitus uideatur eſſe. Deinde quod ex Homero allegat Sinonem apud Parnaſſum habitaſſe, patrē ſcilicet Siſyphi & Autoliæ, id quoq; falſus eſt. Neq; enim ibi Sinonis aut Autoliæ, ſed Autolyci, & Anticleæ mentio fit. Autolycū enim patrem Anticleæ aliquando Ithacā ad generū Laertem animi gratia ueniſſe ait, & cum ibi infans Vlyſses ei allatus fuiſſet, iuſsiſſe ut quamprimū adoleſceret ad ſe in Theſsaliā ueniret, ibi ſe ei affatim dona daturū eſſe. Quò cum poſt Vlyſses ueniſſet, in uenatione ab apro uulneratum eſſe. Quo loco Homerus auum Vlyſsis Autolycum uocat, eiusq; artes deſcribit, matrem autem Anticleam, ut & aliâs ſæpe, appellat. Porrò quod ad totam hanc fabulam, Antycleæ puto, Siſyphi atq; Autolyci pertinet, libuit hic apponere, quæ à Cōmentario Sophoclis traduntur Inde enim clarius omnia lector intelliget.* λέγεται γὰρ, *inquit,* ἡ ἀντίκλεια ἀποστελλομένη ἀπ᾽ ἀρκαδίας ἐπὶ ἰθάκην πρὸς λαέρτην ἐπὶ γάμον, κατὰ τὴν ὁδὸν σισύφῳ συνελθεῖν. ἐξ οὗ ἦν φύσει ὀδυσσεύς, ὁ δὲ σίσυφος κορίνθου βασιλεὺς πανοῦργος ἀνὴρ, περὶ οὗ φησιν ὅμηρος ὃς κέρδιστος γένετ᾽ ἀνδρῶν ὅστις ὑπὸ τοὺς ὄνυχας καὶ τὰς ὁπλὰς τῶν ζώων ἑαυτοῦ, μονογράμματον ἔγραψε τὸ ὄνομα αὐτοῦ. αὐτόλυκος δὲ κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ ἑκάστοτε κλεπτοσύνῃ θ᾽ ὅρκῳ τε καὶ αὐτὰ τὰ κλεπτόμενα παρ᾽ αὐτοῦ, τὴν μορφὴν ἤλλασσε. κλέψας οὖν καὶ σισύφου θρέμματα, καὶ μεταβαλὼν ὁμοίως, οὐκ ἔλαθε τὸν σίσυφον. ἐπέγνω γὰρ αὐτὰ διὰ τῶν μονογραμμάτων. ἐπὶ τούτοις δὲ ἐξενιζόμενος τὸν σίσυφον ἐξένισεν αὐτὸν, καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ ἀντίκλειαν συγκατέκλινεν αὐτῷ, καὶ ἔγημε δὲ αὐτοῦ γενομένην τὴν παιδίσκην συνῴκισε λαέρτῃ, διὸ καὶ σισύφου ὁ ὀδυσσεύς. *Hæc ille.*





De Sinone primo Autolyci filio, qui genuit Siſyphum & Autoliam. Cap. XV.

SInon Autolyci fuit filius, ut placet Paulo, & hunc idem dicit Seruius fuiſſe furem, ſeq; ad exercenda latrocinia in diuerſas ſpecies adeo trāsformantem, ut facile quos uellet, falleret. Genuit autem Siſyphum & Autoliam matrem Vlyſſis, & habuit dominium penes Parnaſum, ut per Homerum patet in odyſſea, ubi recitat qualiter Vlyſſes apud Parnaſum ab apro in tibia Lib. 18. uulneratus ſit.

DE SISYPHO FILIO PRIMI SINONIS ET PAtre ſecundi. Cap. XVI.

SIſyphus ut dicit Seruius, filius fuit primi Sinonis, nec de eo aliud legiſſe memini, niſi quia pater fuit ſecūdi Sinonis, q fraude ſua Troianos in extremā deduxit perniciē.

DE AVTOLIA SINONIS PRIMI FILIA ET Vlyſſis matre. Cap. XVII.

AVtolia ut Seruio placet, Sinonis primi fuit filia. Hæc cum nupſiſſet Laerti Ithacæ regi, ut quibuſdam placet, à Siſypho latrone ad uirum uadens intercepta eſt atq; oppreſſa. & ex eo concubitu ſunt qui dicunt, eam concepiſſe Vlyſſem, & ſic prægnantem iuiſſe in nuptias Laertis, & quē ex Siſypho conceperat, Laertis filium eſſe dixit, quod Aiax Thelamonius apud Ouidiū Lib. 13. Meta. in quæſtione de armis Achillis illi obiicit, dicens. Qui ſanguine cretus Siſyphio furtisq; & fraude ſimillimus illi &c. Hæc autem ut fertur, cum audiſſet falſo nuncio apud Troiam Vlyſſem occiſum, doloris impatiens laqueo uitam abiecit. quam poſtea apud inferos, ut in odyſſea ſcribit Homerus, Vlyſſes comperit & agnouit, & de multis perquiſiuit ab ea & perdoctus eſt.

*Fabul. eſt Odyſſ. λ.* ἦλθε δ᾽ ἐπὶ ψυχὴ μητρὸς κατατεθνηκυίης αὐτολύκου θυγάτηρ μεγαλήτορος ἀντίκλεια. *& quæ ſequuntur.*

De ſecundo Sinone filio Siſyphi. Cap. XVIII.

SEcūdus Sinon teſtimonio Seruii, filius fuit Siſyphi, & à Sinone primo auo ſuo denominatus. Hic cum Græcis ut per Virg. patet, ad excidium Troianū exceſſit, & iam minus ſuccedentibus rebus à Græcis fingentibus reditum ſubornatus, uolens à Troianis captus, & ad Priamum regem deductus eſt, apud quem mira ſagacitate primo ſe extulit, & demum fallacibus uerbis in pernicioſam credulitatem de receſſu Græcorum regem Troianosq; reliquos ad ſuſcipiendum equum intra mœnia ciuitatis impulit. Quid ex illo deinde ſecutum ſit neſcio. Scribit tamen Plinius in lib. de hiſtoria naturali, huius inuentum fuiſſe ſignificationem ſpeculariam, ex quo ſatis patet eum non minimi momenti fuiſſe hominem. Lib. 7. cap. 56

De Epapho primi Iouis. xii. filio, qui genuit Libyam & Belum. Cap. XIX.

POſtquam primi Liberi patris Iouis primi filii prolem omnē expediuimus, retro trahendus eſt ſermo ad Epaphum Aegyptium eiusq; ampliſſimam progeniem, quē quidē Epaphum, ut teſtatur Ouid. ex Ione filia Inachi, Iouis fuiſſę filiū dicunt. ſed ex Iſide Promethei filia, ut ubi infra dum de Iſide, latius patebit. Euſeb. autem libr. temporum dicit eum filium fuiſſe Thelegoni, cui poſt mortem Apis nupſit Iſis. Geruaſius quidem Telliberienſis in libro ociorū imperialium ſcribit Epaphum Heleni & Iſidis fuiſſe filium, & Babyloniam Aegyptiam condidiſſe, quod opus fuiſſe Cambyſis Perſarum regis certiores autores affirmant. Et ſic de patre & matre eius inter ſe diſcrepant autores. Ego autem uulgatiorē ſecutus famam, Iouis & Ionis filium dicam, ex cuius conceptione fabula infra ubi de Ione ſcribitur, integre referetur. huius dicit Lactantius Caſſiopiam fuiſſe coniugem, non eam quæ ſocrus fuit Perſei, ſed longe antiquiorem, & ex ea quoſdam ſuſcepiſſe filios, ut poſtea apparebit.

De tempore eius non minus quàm de patre & matre diſcordes ſunt ueteres, nam Euſebio ubi de temporibus referente, aliqui dicunt Iouem Ioni Inachi filiæ mixtum, regnante Athenis Cecrope, qui regnauit circa annos mundi. iii. M. dcxlviii. cum conſtet Inachũ regnaſſe uſq; ad annum mundi. iii. M. ccc. lxxxxvii. & ſecundũ hos oportuit aliam eſſe Ionem quàm Inachi filiam. Idem autem Euſebius paulopoſt prædictam dicit Ionem in Aegyptum profectam anno. xliii. regni Cecropis, qui mundi fuit annus. iii. M. dccx. & ibidem Iſidem nuncupatam, & Thelegono cuidam nupſiſſe, & ex eo Epaphum concepiſſe. Ego autem diſcordantiis omiſſis, Iouis primi Epaphũ filium dixi, eo quod eius tempus uideatur conuenire magis cum Ione Inachi filia & Iſide Promethei, ex quibus quis poteſt quam malit illi matrem adſcribere.

*Ouid. lib. 1. Meta. Hinc Epaphus magni genitus de ſemine tandem Creditur eſſe Iouis.*

De Libya filia Epaphi. Cap. XX.

Libya Epaphi & Caſſiopiæ coniugis ſuæ ut Lactantio placet, fuit filia, quæ cum in Neptuni ueniſſet concubitum, id eſt alieni hominis ab Aegypto, & ex eo concepit & peperit Buſiridem immanem poſtea tyrannum. *Buſiris.* Hæc, ut dicit Iſidorus, ubi de etymologiis, eius partis Africæ regina fuit, quæ ex ſuo nomine Libya dicta eſt.

De Belo Priſco Epaphi filio qui genuit Danaum, Aegiſtum, & Agenorem. Cap. XXI.

Belus quem Priſcum cognominant ueteres, Epaphi ſecundum Paulum fuit filius, & poſt eum in ſuperiori Aegypto regnauit, ubi ut aiunt, cæleſtis diſciplinæ inuentor doctorq; factus, meruit ab Aegyptiis ut idem Paulus aſſerit, templum quod illi in Babylonia fuit conſtructum, & Ioui Belo conſecratum. Theodontius uero dicit templum hoc poſt Belum factum Cretenſis Iouis aſtutia, qui captatis cum principibus amicitiis, quaſi ad eas conſeruandas templa in regnis eorum ædificari, & ſuo amici titulo inſigniri plura fecit, qua aſtutia ſumme nomen eius & deitas ampliata eſt. Alii ſunt qui dicant templum hoc non Belo priſco ædificatum nec in Babylonia Aegyptia, ſed Belo patri Nini regis Aſſyriorum in Babylonia Chaldæorum, eumq; diu ſub nomine Saturni ſacris & cultu uario honoratum. Fuere præterea Belo Priſco filii quidam, ſed ex quibus mulieribus, non conſtat.

*Apollodorus Neptuni & Libyæ filium facit, Danaũq; & Aegyptum genuiſſe ex Anchinoe Nelei filia. Et Aegyptum uocat ille, quem alij Aegyſthum.*

De Danao Beli Priſci filio, qui 50. genuit filias, ex quibus Hypermeſtra & Amimone atq; Bona tantum nomine cognoſcuntur. Cap. XXII.

Danaus Beli Priſci fuit filius, ut aſſerit Paulus, & illud idem affirmat Lactantius, qui etiam & ante Paulum Oroſium, dicit Danaum Beli filium ex pluribus cõiugibus. l. filias habuiſſe, quas cum Aegiſtus frater eius cui totidem erant melioris ſexus filii, poſtulaſſet in nurus, Danaus oraculi reſponſo cõperto ſe manibus generi moriturum, uolens euitare periculum, conſcenſis nauibus in Argos uenit. *Lib. 7. cap. 56* Aſſeritq; Plinius in libro naturalis hiſtoriæ, eum primum nauibus ſeu naui transfretaſſe, cum antea ratibus inuẽtis ab Erythra rege in mari rubro nauigaretur. eſto ſint ut idem ſcribit Plinius, qui credant Miſos & Troianos in Helleſponto priores excogitaſſe, dum aduerſus Thracas tranſirent. Aegiſtus autẽ quod ſpretus eſſet indignans, ut illum ſequerentur filiis imperauit, lege data ut nunquam domum repeterent, ni prius Danaum occidiſſent. Qui cum apud Argos oppugnarent patruum, ab eo diffidente fraude capti ſunt. Spopondit enim ſe illis iuxta Aegiſti uotum filias daturum in coniuges, nec defuit promiſſo fides. Subornatæ enim à patre uirorum intrauere thalamos ſingulis cultris clam armatæ omnes, & cum uino lætitiáq; calentes iuuenes facile in ſoporem iuiſſent, obedientes patri uirgines, captato tempore iugulauerũt uiros, unaquæq; ſuum, Hypermeſtra excepta, quæ Lino ſeu Linceo uiro ſuo miſerta pepercit. Hunc

Danaum



Danaum dicit Euſebius, cui & Armæus nomen fuit, anno mundi. iii. M. dcc. xvi. apud Aegyptios regnare cœpiſſe. Aſt inde Aegypto pulſus Argos ueniens, prius Stelenũ Argiuorum regem cum annis regnaſſet xi. regno expulit, & inde Helanorem ſucceſſorẽ eius Argiui ab imperio expulere, & Danaum ſuſcepere, qui aquis eos abundare fecit. Nam ut agit Plinius in libro de naturali hiſtor. puteos primus ex Aegypto in Græcia fodiendos oſtendit. Et eiſdem ferè temporibus aſſerit eius opere à filiabus. l. Danai filios. l. Aegiſti fratris ſui præter Linum, ſeu Linceum occiſos. Tandem ipſe cum. l. annis regnaſſet, à Linceo occiſus eſt.

*Dicit hunc idem autor primum feciſſe nauem, quam à numero filiarum πεντηκόντορον uocauit, & cum Appuliſſet Rhodum, Mineruæ Lindiæ ſtatuam poſuiſſe. Deinde Argos ueniens, & ibi regno potitus Argiuos Danaos nominaſſe.*

De quinquaginta filiabus Danai in generali. Cap. XXIII.

Filiæ Danai fratricidæ propriis ferè nominibus incognitæ ſunt, cum nomina trium tantum ad nos uſq; peruenerint. & ſicuti nomina perdidimus, ſic & fortunas poſt ſcelerum facinus perpetratum. Finxere tamen poetæ has apud inferos eſſe damnatas, et hoc aſſiduo agitari ſupplicio, ut haurientes aquas urnas abſq; fundis conentur implere, ut dicit Ouid. Moliriq; ſuis letum patruelibus auſæ *Lib. 4. Meta.* Aſſiduæ repetunt quas perdant Belides undas &c. Et Seneca tragicus in Hercule furente, urnasq; fruſtra Danaides plenas ferunt. Hoc ego illis iniunctum ſupplicium reor, ut mulierum ſingularis cura deſcribatur, quæ dum ſuam formoſitatem lauticia nimia augere conantur, laborem perdunt, & minuitur quod intendunt inani ſolertia augere. Vel potius monſtratur qualis ſit fluxorũ atq; effœminatorũ hominũ labor, qui dum ſæpe repetito coitu credũt adimplere quod cupiunt, nõ obtento uoto ſeipſos euacuaſſe cõperiunt.

*Fabulæ reor locum dediſſe, quod Argos cum inopia aquæ laboraret, filiæ Danai effoßis puteis irrigarunt.*

De Hypermeſtra una ex. l. filiabus Danai. Cap. XXIIII.

Hypermeſtra ut in epiſtolis oſtendit Ouidius, filia fuit Danai et ſola ex. l. ſororibus neglecto patris imperio Linceo uiro ſuo pepercit, & ob id, ut idem dicit Ouid. carceri tradita eſt. Hanc ut dicit Euſeb. in libro temporum, nonnulli putarunt Iſidem eſſe. Attamen Danao patre Argis regnante ſacerdotio functa eſt.

De Amimone una ex. l. filiabus Danai. Cap. XXV.

Amimone, ut ait Lactantius, filia fuit Danai ex. l. ſororibus una. Hęc cum ſtudioſe in ſylua iaculo uenaretur, inaduertenter Satyrum percuſſit, qui cum illi uim uellet inferre, Amimone Neptuni auxilium implorauit. Neptunus autem fugato Satyro, quod ab illo uirgo pati noluerat, à maiori deo paſſa concepit, & peperit Nauplium. Quid autem de fictione ſentiendum ſit, infra ubi de ortu Nauplii, apponetur.

*Lucianus paulo aliter, qui compreſſam à Neptuno ait, dum aquatum iuiſſet, qui etiam Lernæ fontes tridente apertos illi oſtendit, ut Græci quidam fabulantur.*

De Bona una ex. l. filiabus Danai. Cap. XXVI.

Bona ut dicit Ditis Cretenſis, ubi de expeditione Græcorum cõtra Troianos ſcribit, filia fuit Danai, quæ ut ipſe aſſerit, Atlanti nupſit, & ex eo Electram peperit, quę poſtea ex Ioue Dardanum edidit.

De Aegiſto Beli Priſci filio, qui genuit. l. filios, ex quibus Lynceus. Cap. XXVII.

Aegiſtus Beli Priſci fuit filius, & Danai frater, ut ſupra ſatis monſtratum eſt. Huic l. fuere filii, quibus cum quæſiſſet Danai fratris ſui filias in coniuges, ab eiſdem Danai iuſſu occiſi ſunt omnes nuptiarum nocte præter Lyncæum, ut prædictum eſt. *Hunc quidam Aegyptũ uocant.*

 De Lyn=

De Lyncæo ex.l. filiis Aegyſti uno, qui genuit Abantem & Iaſium & Acriſium. Cap. XXVIII.

LYncæus quem Linum appellat Ouid. filius fuit Aegyſti, & ſolus ex.l. fratribus miſericordia Hypermeſtræ coniugis euaſit à morte. Hic ut placet aliquibus, Danao patruo pulſo pro eo regnauit apud Argos. alii uero dicunt eo occiſo. Sed qualitercunq; fuerit, ut Euſebius oſtendit in libro temporum, poſtquam Danaus regnaſſet annis.l. Lyncæus eiſdem ſucceſſit in regno, cum'q; regnaſſet annis.xli. Abante & Iaſio & Acriſio filiis derelictis, diem clauſit.

De Abante filio Lyncæi, qui genuit Pritum. Cap. XXIX.

ABas, ut aſſerit Barlaam, filius fuit Lyncæi ex Hypermeſtra coniuge. eſto Paulus dicat eum Beli Priſci fuiſſe filium. Hic autem bellicoſus homo & acerrimi ingenii fuit, Lyncæóq; patri ſucceſſit in regno, annis'q;. xxviii. ut dicit Euſebius, imperauit Argiuis, & mortuus eſt.

*Didym. in Odyſſ.Λ. τοῦ θϕρσανδίου filium uocat.*

De Prito filio Abantis, qui genuit Meram & ſorores. Caput XXX.

PRitus ſeu Prætus, ut Lactantio placet & Seruio, filius fuit Abantis Argiuorum regis. Huic ut ferè omnes aſſerunt, coniunx fuit Sthenobœe. Homerus autem dicit Antiope, ex qua tres ſuſtulit filias, quę iam adultæ, eo quod formoſiſſimæ eſſent, elatæ templum Iunonis intrantes ſe prætulere Iunoni. quamobrem turbata Iuno, illis furorem immiſit talem, ut ſe uaccas arbitrarentur, & aratra timentes ſyluas optarent, ut ait Virg. Prætides implerunt falſis mugitibus agros. Ouidius aliam refert inſanię cauſam, dicens has in Cea inſula ſe uaccas creditas, eo quod furto facto ex armentis Herculis præſtitiſſent conſenſum. Sed quacunq; cauſa factum ſit, ægre tulit infortunium Prætus, propoſuit'q; regni partem, & quam ex eis mallet in coniugem, ei qui illas in priſtinam mentem reuocaſſet. Cuius præmii cupiditate tractus Melampus Amithaonis filius curandas aſſumpſit, & ut ait Vitruuius in libro architecturæ, eas apud Clitorem Arcadiæ ciuitatē duxit. Ibidem enim ſpelunca eſt ex qua profluit aqua, ex qua ſi quis biberit fit abſtemius, & ob id apud eam in lapide epigramma Græcis carminibus ſcriptum eſt, teſtificans aquam non eſſe idoneam ad lauandum, & uiribus inimicā. Ibi autem peractis ſacris eas purgauit, & priſtinæ reſtituit menti, & ſic regni partem, & coniugium unius conſecutus eſt. Prætus autem ſecundum Euſebium annis. xvii. regnauit, eiq; ſucceſſit Acriſius frater. Huius ego filias, ſi medelam Melampodis intueor, uini fuiſſe ultra quàm deceat mulieres auidas arbitror, & potatas nonnunquam ſe patri regi præferre auſas. Quamobrem Iunonis iram, id eſt regnantis patris meruere, & caſtitate in partem alteram inſtigante, uino muliebriter in furiam uerſæ, ſe uaccas & ſeruas, & iugo ſubditas clamitabant. quod cum forſan ſæpius cōtigiſſet, uexatus infortunio Prætus eas tradidit Melampodi curandas, qui cum eas aqua prædicta potaſſet, hoſtes uini fecit, & furor abiit conſuetus.

*Sed Ouid. non Præti filiabus, uerum mulieribus Cois hoc adſcribit lib. 7. Meta.*

*De hoc fonte Ouid. Clitorio quicunq; ſitim de fonte leuaret Vina fugit, gaudetq; meris abſtemius undis. libro decimoquinto.*

*Prætidum fabulam Didymus ita tradit: Præto, inquit, Argiuorū regi filiæ fuerūt Lyſippe & Iphianaſſa, quæ cum in templum Iunonis ueniſſent, deam contumelijs atq; conuicijs affecerunt, præferentes patris ſui domum, diuitijs templi Iunonis. Quamobrem à Iunone in furorem uerſæ ſunt. Accerſitus igitur Melampus, qui illas curaret, promiſit ſe facturum, ſi dignam mercedem acciperet. Morbum enim inueteratum eſſe, quippe in decimum iam annum duraſſe. Igitur promiſſa illi à patre regni parte, & ex filiabus quam uellet nuptui, placata per ſupplicationem & hoſtias Iunone, Prætidas à morbo curauit, & Iphianaſſam uxorem duxit.*





De Mera Præti filia. Cap. XXXI.

MEra dicit Leontius, filia fuit Præti & Antiæ filiæ Amphianaſſæ, quę cum uenationibus dedita Dianam per nemora ſequeretur à Ioue uiſa atque dilecta eſt, & ab eo Dianæ ſumpta imagine uiciata. quæ tandem cum ob pudorem patrati ſceleris, & timens ne iterum deciperetur, uocanti eam Dianæ obſequi noluit, ob id Diana commota illam ſagittis occidit. Hanc dicit Paulus Sthenobœæ fuiſſe filiam ſicut & reliquæ, & poſt ſuſceptam ſanitatem obſecuturam Dianæ ueniſſe. qua fictione dicit idem Leontius, monemur hypocritas ſæpe credulos dolis in eam, quam diſſuadent, deduxiſſe perniciem. à qua dum uerax homo aliquando lapſos releuare conatur, decepti ſemel & omnia timentes increduli facti, oblatam reſpuentes ſalutem, in mortem perpetuam dilabuntur.

*Poſtea in canem uerſa eſt, Ouid. 7. Meta.*

*Ex Ioue autem Locrum peperiſſe dicitur, qui poſtea cum Amphione & Thebas ædificauit, uide Commentar. Odyſſ.Λ.*

De Acriſio Abantis filio, qui genuit Danaen matrem Perſei. Cap. XXXII.

ACriſius Abantis fuit filius, ut dicit Lactantius, & ut Euſebius in libro temporum ſcribit, Præto fratri ſucceſſit in regno. Hic ut idem Lactantius aſſerit, nec ab hoc diſcrepat Seruius, unicam habens filiam Danaen in reſponſis habuit, ſe manu eius, qui ex filia naſceretur, moriturum. qui ad effugiendam prenunciatam mortem, filiam in quadam turri ſepoſuit, ſeruariq; iuſſit ne quis homo poſſet ad eam accedere. Contigit igitur ut audita formoſitatis eius phama, illam concupiſceret Iuppiter. qui cum ad eam acceſſum alium non uideret, uerſus in auri guttam ex tegulis in gremium eius ſe cadere permiſit, & ſic prægnans effecta eſt. quod ægre ferens Acriſius eam capi iuſſit, & in arcam poni atq; in mare proiici. quod cum miniſtri feciſſent, in littus uſque Appulum arca delata eſt, & caſu à piſcatore capta. in qua cum comperiſſet Danaen, & paruū filium, quem enixa fuerat, eum ad Pilumnū regem detulit. qui cum genus eius cognouiſſet & patriam, illam libenter ſibi coniugio copulauit. Filius autem eius cui Perſeus nomen fuit, cum excreuiſſet, & Gorgoni caput abſtuliſſet, in Argos ueniens Acriſium tranſmutauit in ſaxum. quæ quidem tranſmutatio ſecundum Euſebium ſonat, quod cum regnaſſet Acriſius apud Argos annis xxxi. à Perſeo nepote ſuo, non ſponte tamen occiſus eſt, & in lapidem, id eſt in frigiditatem perpetuam uerſus. quod autem fictionis ſupereſt, infra ubi de Danae, declarabitur.

*Quidam ad inſulam Eriphum adpulſam eſſe uolunt, & ibi à Polluce, ſeu Pollucis fratre Dictye Perſeum educatum eſſe. Didym. in Iliad.Ξ.*

De Danae filia Acriſii. Cap. XXXIII.

DAnae Acriſii filia, ut ſuprà proximo dictum eſt, in mare prægnans à patre dimiſſa, cum in Appuliam impulſa ueniſſet, Pilūno regi Appulo nupſit, & inde ad Rutulos abiere, & conſtructa ibidem Ardea ciuitate, Daunum Pilumno peperit. Sane quod omiſſum eſt ſupra, Iouem aurum fluxiſſe per tegulas, intelligendum eſt auro pudicitiam uirginis uiciatam, & cum nō eſſet adultero iter permiſſum per ianuam, clam tectum conſcendiſſe, & inde ſe in thalamum uirginis demiſiſſe. Dicit tamen Theodontius, quod cum Danae amaretur à Ioue, & ſe ob timorem patris ſciret perpetuo damnatam carceri, ut poſſet euadere, & fugam arripere, occulte cum Ioue auro concubitum mercata eſt, & parata naui, & cum his quas potuit deferre diuitiis, fugam arripuit prægnans ex Ioue.

*Pindarus autem & alij, ut citat Comment. Homeri Iliad.Ξ. Non à Ioue ſed à patruo ſuo Præto compreſſam aiunt, unde etiam bellum inter Eriſtum & Prætum conflatum eſt.*

De Iaſio Abantis filio, qui genuit Atalantem, Amphionem, & Talaonem. Cap. XXXIIII.

FVit, ut Theodontio placet, Iaſius iſte Abantis filius, de quo niſi quod ſæpiſſime inter Argiuos reges numeratus eſt, & quod quoſdam habuit filios, nil legi.

De Atalanta filia Iaſii, & matre Parthenopei. Cap. XXXV.

*De hac lib. 8. Met. & Apol lib. 1. Argon.*

ATalanta, ut dicit Lactant. & Theodontius, iunior fuit filiorũ Iaſii. Quæ cum ſpecioſa uirgo ex ſociis eſſet Dianæ, ad aprum Calydonium perimendum unà cum cætera Achaiæ nobilitate iuuenum à Meleagro uocata uenit, & in uenatione prima aprum ſagitta percuſſit, & ita ob ſuam formoſitatem à Meleagro dilecta, occiſa belua, ab ea eiuſdẽ honorari capite meruit, ex quo eius in amicitiam uenit, & amplexus ipſius paſſa ei Parthenopeum peperit.

De Amphione Iaſii filio, qui genuit Chlorim. Cap. XXXVI.

AMphion alter ab illo, qui Thebas clauſit muro, filius fuit Iaſii, & regnauit, ut dicit Leontius, in Orchomeno Minyæo & in Pilo uocatus aliàs Argus, cui unica fuit filia nomine Chloris.

De Chlori filia Amphionis & Nelei coniuge. Cap. XXXVII.

CHloris, ut ſupra dictum eſt, filia fuit Amphionis, ut in Odyſſea teſtatur Homerus, Neleo nupſit, eiꝗ peperit Neſtorem, & alios plures filios.

*Sic Homer. Odyſ. λ.* καὶ χλῶριν εἶδον περικαλλέα τήν ποτε Νηλεὺς γῆμεν ἑὸν μετὰ κάλλος, ἐπεὶ πόρε μυρία ἕδνα. ὁπλοτάτην κούρην ἀμφίονος ἰασίδαο, ὅς ποτ' ἐν ὀρχομενῷ μινυείῳ ἶφι ἄνασσεν ἡ δὲ πύλου βασίλευε, τέκεν δέ οἱ ἀγλαὰ τέκνα νέστορά τε χρόμιόν τε, περικλύμενόν τ' ἀγέρωχον.

De Talaone Iaſii filio, qui genuit Eurydicem, Flegeum, & Adraſtum. Cap. XXXVIII.

TAlaon dicit Paulus, filius fuit Iaſii, & apud Argos regnauit, quod quidem iudicio meo ſane intelligendum eſt, dum huiuſmodi homines reges appellant ueteres. nam cum in catalogo regum non reperiantur, exiſtimandum eſt eos de ſtirpe regia fuiſſe, & aliquam regni particulam tenuiſſe, & appellatos reges magis ob decus ſtirpis quàm ob poſſeſſum à talibus regnũ, ex quibus Talaonem hunc & Amphionem & Iaſium puto.

De Eurydice Talaonis filia & Amphiarai coniuge. Cap. XXXIX.

EVrydice, ut aſſerit Theodontius, fuit filia Talaonis & Amphiarao uati iuncta coniugio, cui peperit Amphilochũ & Alcmeonem. Cumꝗ Adraſtus Polynicis generi ſui cauſa aduerſus Aetheoclem & Thebanos ſumpſiſſet bellum, bellumꝗ pararet, uidiſſetꝗ Amphiaraus oraculi reſponſo ſe non rediturum ſi iret in bellum, latibulum petiit, uxoriꝗ ſuæ tantum ſuas patefacit latebras. qui cum ab Adraſto aliiſꝗ quæreretur, nec comperiretur uſquam, contigit ut uideret Eurydice Argiæ cõiugis Polynicis monile quondam à Vulcano donatum Hermioni coniugi Cadmi, illudꝗ deſideraret, diceretꝗ Argiæ ſi monile illud illi cõcederet, ſe oſtenſuram Amphiaraum. & ſic factum eſt, quamobrem in bellum uadens Amphiaraus à terra abſorptus eſt. Eurydice autem poſtea ab Alcmeone filio, cui uadens Amphiaraus uindictam ſuæ mortis iniunxerat, occiſa eſt.

*Hæc Eriphyle à Statio, atꝗ aliis appellatur: apud poetas nuſquam, quod ſciam Eurydice dicitur, quidam uero non Talaonis, ſed Iphios filium dicunt: de hac uide in Amphiar. infra.*

De Flegeo filio Talaonis. Cap. XL.

FLegeus, ut dicit Theodontius, filius fuit Talaonis, & iuuenis moriens, nil memoratu dignum reliquit.

De Adra-



De Adraſto rege, filio Thalaonis, qui genuit Deiphilẽ & Argiam. Cap. XLI.

ADraſtus Argiuorum rex, ut ait Lactan. filius fuit Thalaonis & Eurynomes, cui cum duę eſſent filiæ, Deiphile & Argia, audiſſetꝗ ab oraculo ſe nuptui daturum alteram apro, alteram leoni, circa futurum infortunium filiarum affligebatur. & ecce caſu factum eſt, ut Polynices Thebanus ex compoſito exul intempeſta nocte Argos appelleret, imbreſꝗ fugiens, regiam ſubintraret porticum. Nec mora & Thydeus ob homicidiũ Calidoniam fugiens ibidem deueniret, & in certamen poſt iurgium hoſpitii cauſa conſurgerent, quamobrem paratus rex ſenex Adraſtus ad eos deſcendit, & uerbis & autoritate ſua iuuenum iras compoſuit, eoſꝗ deduxit in regiam. Et cum uidiſſet alterum pelle leonis tectum Polynicem ſcilicet, qui regius iuuenis inſigne illud in teſtimonium uirtutis Thebani Herculis ferebat. & alterum cute apri, qui ob occiſum à Meleagro patruo aprum in decus prolis ea tectus incedebat, reſponſi ambiguitate intellecta, cognouit hos ſibi generos eſſe tranſmiſſos. Quos poſtquã nouit, affinitate contentus, Thydeo Deiphilem, & Polynici Argiam dedit uxores, & cum iuxta promiſſum regnum ab Etheocle Polynici non reſtitueretur, contractis uiribus aduerſus Thebanos bellum mouit, & cum iam duces omnes ſui morte occubuiſſent, cecidiſſentꝗ mutuis uulneribus Polynices & Etheocles, ipſe in furiã uerſus repetiit Argos, nec quis illi fuerit finis inueni.

*Addunt alij tertiam filiam, quæ Diomedi nupta fuit. Cuius Homer. mem. Iliad. E.* μὴ δὴν αἰγιάλεια περίφρων ἀδρασίνη, ἐξ ὕπνου γοόωσα φίλους οἰκῆας ἐγείροι.

De Deiphile Adraſti regis filia, & Thydei coniuge. Cap. XLII.

DEiphile, ut dicit Statius, filia fuit Adraſti regis, & coniunx Thydei Calidonii, cui peperit Diomedem.

De Argia Adraſti filia, & coniuge Polynicis. Cap. XLIII.

ARgia ſecundum Statium Adraſti regis fuit filia, & Polynicis coniunx. quæ cum illi peperiſſet Theſſandrum, audiſſetꝗ eum à fratre occiſum, ab Argo Thebas ueniens, ut extremas lachrymas, & officium funerale cadaueri uiri impenderet, eo quod id faceret aduerſus imperium Creontis, unà cum Antigona Polynicis ſorore capta, & iuſſu Creontis occiſa eſt.

*Harum mortem poſtea Theſeus Athenienſis ultus eſt, ut Statius libro ultimo autor eſt, occiſo Creonte rege Thebano.*

De Agenore iii. Beli Priſci filio qui genuit vii. filios, quorũ i. Taygeta, ii. Polydorus, iii. Cilix, iiii. Phœnix, v. Europa, ſextus Cadmus, vii. Labdacus. Cap. XLIIII.

POſt explicitas ſucceſſiones Danai & Aegiſti filii Beli Priſci, ad ampliorem prolem Agenoris Phœnicum regis eiuſdem Beli filii, ut Theodontius dicit & Paulus, ſtilus reuocãdus eſt. Et eſto à prædictis dicatur quod hic Agenor fuerit Beli filius. Sunt tamen qui dicant eum Beli fuiſſe filiũ, ſed nõ Aegyptii, quinimmò Phœnicis, auũꝗ huius Agenoris Agenorẽ etiã nũcupatũ, eumꝗ Agenorẽ primum, nimia apud Aſſyrios regnante cum ingenti multitudine, peſte coactũ, patrias ſedes quas circa extremã meridionalẽ Aegyptũ habuerat, liquiſſe, & duce peregrinationis Nilo in littus Syriacũ deueniſſe nauibus, & illud pulſis ueteribus incolis occupaſſe, ibiꝗ regnaſſe, ſibiꝗ Belũ filiũ ſucceſſorẽ liquiſſe, quẽ huius Agenoris patrem uolunt. Alii uero nepotem ex Phœnice filio, ex quibus comprehendi poteſt à ſimilitudine nominis et forſan tẽporis exortũ errorẽ, ut qui Beli Syriaci filius fuerit creditus Beli Aegyptiaci. Sed ex quocũꝗ Belo natus ſit, mens mihi eſt hic Theodontii & Pauli opinionẽ ſequi, cum de ſuperiori nõ ſatis certus appareat autor. Hunc igitur dicunt ex Aegypto in littus Syrium abiiſſe, et Phœnicibus imperaſſe, & ampliſſima atꝗ generoſa prole claruiſſe.

De Thaygeta prima Agenoris filia. Cap. XLV.

THaygetam dicit Ditis Cretenſis Agenoris fuiſſe filiam, eam Ioui placuiſſe, & in eius ueniſſe concubitũ, & cum cõcepiſſet, Lacedæmonẽ peperiſſe, dato ſint qui eum ex Semele natum dicant.

De Poly-

### De Polydoro .ii. Agenoris filio. Cap. XLVI.

POlydorus ut teſtatur Lactantius, filius fuit Agenoris, de quo præter nudum nomen nil puto. Eſto Theodontius de iſto leuem faciat mentionem, ſed longe antiquiorem iſto Agenore illum dicit.

### De Cilice tertio Agenoris filio, qui genuit Lampſacium, & Pigmalionem, & Pyrodem. Cap. XLVII.

CIlix ſecundũ Lactantium filius fuit Agenoris. Hunc dicit Theodontius hominem acris ingenii & robuſti corporis fuiſſe. & cum ſuperiores ſibi fratres ſperneret, et de ſucceſſione regni etiam deſperaret, uilipenſo ſuperiorum iugo, parte copiarũ ſumpta, ſedes haud longe à ſuis occupauit ſibi, & regionem à ſuo nomine Ciliciam nuncupauit, ibiq; duos filios ſuperſtites dereliquit, Lampſacium ſcilicet & Pigmalionẽ. Sunt qui dicant prouinciam hanc à Cadmo occupatam, antequã quæſiturus Europam mitteretur à patre, eam'q; poſtea à Cilice poſſeſſam Cadmo non redeunte.

*Alij, Cilicem non Agenoris filium, ſed nepotem faciunt ex Phœnice: hunc enim Agenoris filium dicunt ex Caßiopia genuiſſe, Cilicem, Phineũ & Doryclum: necnõ Atiminũ nomine Phœnicis filiũ dictũ, reuera tamen Iouis fuiſſe. Tametſi Apollonius in ſecundo, Phineum, Agenoridẽ uocat, quod interpretes pro Agenoris filio accipiunt,* γῦθα δ' ἐπάκτιον οἶκον ἀγηνορίδης ἔχε φινεύς.

### De Lampſacio Cilicis filio. Cap. XLVIII.

LAmpſacius, ut dicit Theodõtius, & poſt eum Paulus, filius fuit Cilicis, eiq; ſucceſſit in regno, nec ex eo aliud lterius inuenitur.

### De Pigmalione, id eſt Cilicis filio & Cypriorum rege qui genuit Paphum. Cap. XLIX.

PIgmalion ut dicit Theodontius, filius fuit Cilicis, de quo refert, quod cum iuuenis eſſet, & gloria maiorum ſuorum quos ad occiduum uſq; penetraſſe, & Aphricum litus etiam occupaſſe audierat, infeſtaretur. collecta Cilicum manu, & conuocatis ex Phœnicibus, claſſe'q; parata in Cyprum tuam ſereniſſime regum tranſuexit exercitum, & inde ueteres Syrios qui ibidem Agenoris uetuſtiſſimi uiribus, ex antiquis pulſi ſedibus confugerant, expulit, & occupauit omnem atq; tenuit inſulam, & regnauit in ea. Sane, quod etiam teſtatur Ouidius in maiori uolumine, cum ibi ſceleſtiſſimas comperiſſet mulieres omnino libidini obſequentes, uitio offenſus, uitam cœlibem ducere diſpoſuerat. Attamen quia ualebat ingenio, & artificioſas haberet manus, finxere poetæ eum ſibi ex candidiſſimo ebore fœmineam ſculpſiſſe imaginem, eam'q; iuxta deſiderium ſuum lineamentis atq; decore oris cõtraxiſſe per omnia. In qua cum ingenioſus homo, & artem miraretur ſuam, & uenuſtatem imaginis commendaret, in dilectionem eius incidit, & feruore maximo cupiebat eam eſſe fœminam, orauit'q; Venerem ea tempeſtate celeberrimam inſulæ deam, ut animaret eandem, & ſuorũ faceret amorum ſenſibilem. nec effectu caruere preces, fœmina uera facta eſt. Quod aduertens Pigmalion gaudio plenus, quoniam uoti compos eſſet, eius uſus eſt concubitu, & e ueſtigio grauida facta eſt, eiq; peperit filium, quem Paphum ipſe poſtea nominauit, eum'q; ſibi morienti reliquit hæredem. Nunc quid ſibi eburnea uelit imago, ingenio potius poetico quàm uiri artificio fabrefacta uidendum eſt. Arbitror enim cum Pigmalioni ſuſpecta prouectarũ ætate uirginum pudicitia eſſet, eum ſibi uirgunculam elegiſſe, ętate ſuſpicione carentem, candore atq; mollitie ebori ſimilem, quam cum ſuis aptam feciſſet moribus, excreuit ante ætatem puellæ cõcupiſcentia eius, cœpit'q; deſiderare atq; expoſcere precibus, ut cito efficeretur matura uiro, qua tandem facta, in uotum deuenit ſuum.

*Fabula eſt apud Ouidium lib. x. Met.*

De Pa-



### De Papho Pigmalionis filio qui genuit Cynaram. Cap. L.

PAphus ut dicit Theodõtius, filius fuit Pigmalionis ex Eburnea matre. qui cũ Pigmalioni ſucceſſiſſet in regno, Cyprum inſulam Paphum ex ſuo nomine nuncupauit. Paulus autem dicit Paphum oppidum ab eo tantum conſtructum, & de ſuo nomine nominatum, quod quidem Veneri ſacrum eſſe uoluit, conſtructo in eodem illi templo & ara, cui thure ſolo diu ſacrificatum eſt.

### De Cynara filio Paphi qui genuit Myrrham, & ex Myrrha Adonem. Cap. LI.

CYnara filius fuit Paphi, prout oſtendit Ouid. dum dicit, Editus hac ille eſt qui ſi ſine prole fuiſſet, Inter felices Cynaras potuiſſet haberi. Eſt autem hic alter ab illo Cynara, qui Aſſyriorum rex dicitur, in lapidem uerſus flendo infortunia filiorum. Ex hoc autem Cynara Cyprio præter ſcelus unum nõ habemus. Nam ut ipſe recitat Ouid. huic ex coniuge filia fuit nomine Myrrha, quæ cum formoſa eſſet, ac etiam matura uiro, præter debitum patrem amauit, & nutricis ſuæ opera, dum mater eius ſacra Cereris celebraret, in quibus oportebat per nouem dies à contactu uiri abſtinere, eius concubitu potita eſt, in quo prægnans effecta Adon filius natus eſt.

*Lib. 10. Met.*

### DE MYRRHA FILIA CYNARAE ET MATRE Adonis. Cap LII.

MYrrham, ut ſupra patet, Cynaræ regis filiã dicit fuiſſe Ouidius, & cum eum nephaſto adamaſſet amore, opera nutricis ſuæ, eius incognitę habuiſſe cõcubitum. Fulgentius tamen dicit eam cum Cynara poſtquã illum ebrium effeciſſet, habuiſſe concubitum, quæ ex nephario concubitu prægnans facta, cum illam uellet noſcere Cynara, nouiſſet'q; filiam, dolore percitus eam ſecutus occidere uoluit. Quidam dicunt eam in Sabæos fugiſſe, ad quos uſq; ſecutus Cynara, cum illam gladio percuſſiſſet, ex uulnere conceptũ filium erupiſſe. Ouid. tamen dicit eam miſeratione deorum apud Sabæos in arborem ſui nominis uerſam, & calore ſolis aperto cortice filium emiſiſſe, quem nymphæ liquoribus unxere maternis. Figmento huic arbitror cauſam dediſſe nomen arboris, quæ apud Sabæos uocatur myrrha, guttas emittens ſolis percuſſa radiis, ex quibus pigmentum conficitur quod Adon uocant, quod latine ſuaue ſonat, eſt enim ſuauiſſimi odoris, ut uidetur uelle Petronius Arbiter, plurimum libidini conferens, adeo ut aſſerat ſe ad libidinis incrementum, myrrhinum potaſſe poculum. Verum Fulgentius ut in pluribus longe altius ſentiens, circa hoc dicit, Myrrham arborem in India eſſe, & ſolis caloribus cremari, & quia ſolem patrem omnium rerum dicebant, ideo patrem myrrham amaſſe dictum, & cum ſol feruentius illam calefaceret, eam reges ex imis corticis emittere, & ſic à patre uulnerata, Adonem, id eſt ſuauitatem odoris emiſiſſe.

### De Adone Myrrhæ filio & nepote Cynaræ. Cap. LIII.

ADon Cynaræ regis aui ſui, & Myrrhæ ſororis fuit filius, ut longo carmine in maiori uolumine teſtatur Ouid. de quo talem ipſe idem recitat fabulam. Dicit enim quod cum formoſiſſimus euaſiſſet iuuenis, à Venere caſu percuſſa à filio ſumme dilectus eſt, quæ dum illum maxima delectatione ſua per ſyluas ſequeretur & nemora, eius'q; uteretur amplexibus, ſæpius eum monuit ut ſibi ab armatis beluis caueret, & ſequeretur inermes. Verum die quadam male uerborum Veneris memor, in aprum irruens ab eo occiſus eſt. Quem Venus fleuit amare, & in florem conuertit purpureum. Hoc figmentum Macro. in lib. ſaturnaliorum conatur enodare mirabili ratione. Dicit enim Adonẽ ſolem eſſe, quo nil pulchrius, & eam terræ partem, quã inhabitamus ſuperius ſcilicet hemiſphærium Venerẽ eſſe, cum'q; in inferiori eſt hemiſphærio, à phyſicis Proſerpina appellata ſit. Et ſic apud Aſſyrios & Phœnices, quos penes & Veneris & Adonis fuit religio ingens, tunc Venus cum Adone à ſe dilecto delectare-

*Lib. 1. cap. 21.*

delectaretur, cum circa ſuperius hemiſphæriũ ſol ampliori circumflectitur ambitu & inde ornatior, quia flores, frondes & fructus eo tempore terra producit. Dum uero breuiores circumducit circulos, de neceſſitate maiores apud inferius hemiſphærium agit, & ſic autumnus & hyems imbribus aſſiduis terram decore ſuo priuatam lutoſam faciunt, quo aper qui hiſpidum animal eſt, delectatur. & ſic ab apro, id eſt ab eâ temporis qualitate qua delectatur aper, Adon, id eſt ſol terræ, id eſt Veneri ſublatus uidetᷣ, & inde Venus luctuoſa efficitur. Quod aũt ſit Adon transformatus in florem, ob id fictum puto, ut noſtri decoris breuitas oſtendatᷣ. mane quidem purpureus eſt, ſero languens pallensq́ꝫ marcidus efficitur, ſic & noſtra humanitas mane, id eſt iuuentutis tempore florens & ſplendida eſt, ſero autem, id eſt ſenectutis æuo pallemus & in tenebras mortis ruimus. Sanè quicquid Aſſyrii ſentiãt uel Macro. hiſtoria tamen uidetur ſentire, & Tullius teſtatur ubi de naturis deorum, Venerem fuiſſe Syria Cyproq́ꝫ conceptam, id eſt ex Syrio homine &

*Aſtareten apud Cic. legit.* Cypria muliere, quã † Aſtarcon uocauere Syri, eamq́ꝫ Adoni nupſiſſe, ut dicit Lactan. in libro diuinarum inſtitutionum. In ſacra hiſtoria cõtinetur hanc meretriciam inſtituiſſe artem & ſtuprum mulieribus ſuaſiſſe, & ut uulgato corpore quæſtum facerent. & hoc ideo dicit imperaſſe, ne ſola præter alias mulieres impudica, & uirorum appetens uideretur. Ex quo conſecutum eſt & longis perſeueratũ temporibus, ut Phœnices de proſtitutione filiarum donarent, antequam eas iungerent uiris, ut in libro de ciuit. dei teſtatur Auguſt. & Iuſtinus in Epitoma Pompei Trogi. ubi Didonem lxx. uirgines in littore Cyprio quę in quæſtum uenerant, rapuiſſe demonſtrat. Fuit igitur Adon rex Cypri & Veneris maritus, quem ego etiam ſeu ab apro, ſeu alia nece Veneri ſubtractum reor, eo quod ad imitationem lachrymarum eius ueteres anniuerſario plangore conſueuerint Adonis interitum flere, quos in ſuis uiſionibus increpat Iſaias.

1 *Adonis nominatiuo caſu Latini dicũt, Virg. Eclog. 10. Et formoſus oues ad flumina pauit Adonis. Sic & Græci. Theoc.* αἰάζω τ̃ ἄδωνιν, ἀπώλετο καλὸς ἄδωνις. *Cõment. in Theocr. Idyll. 3. de hac fabula ſic refert.* λέγουσι δὲ περὶ ἀδώνιδος, ὅτι καὶ ἀποθανὼν, ἓξ μῆνας ἐποίησε ἐν ταῖς ἀγκάλαις τῆς ἀφροδίτης, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς ἀγκάλαις περσεφόνης. τὸ δὲ λεγόμενον τοιοῦτόν ἐστιν ἀληθῶς, ὅτι ὁ ἄδωνις, ἤγουν ὁ σῖτος, ὁ σπειρόμενος, ἓξ μῆνας ἐν τῇ γῇ ποιεῖ ὑπὸ τῆς σπορᾶς, καὶ ἓξ μῆνας ἔχει αὐτὸν ἡ ἀφροδίτη, τουτέστιν, ἡ εὐκρασία τοῦ ἀέρος, καὶ ἔκτοτε λαμβάνουσιν αὐτὸν οἱ ἄνθρωποι.

De Pyrode Cilicis filio. Cap. LIIII.

*Lib. 7.* PYrodes ut Plinius aſſerit in libro naturalis hiſtoriæ, filius fuit Cilicis, ex quo etſi nil aliud habeamus, eodẽ Pli. teſte, ſaltẽ habemus eundẽ primo ignẽ ex ſilice excuſſiſſe.

De Phœnice iiii. Agenoris filio qui genuit Philiſthenem & Belum. Cap. LV.

PHœnix ut dicit Lactãtius, filius fuit Agenoris, hunc dicit Euſeb. in libro temporũ, regnante Argiuis Danao unà cum Cadmo fratre à Thebis Aegyptiis ueniſſe in Syriam, & apud Tyrum & Sidonem imperaſſe, quod quidem fuiſſe potuit circa annum mundi. iii. M. dcc. xlvi. Poſt paulum autem dicit eum anno primo Lyncei regis Bithiniam condidiſſe, quę prius Mariandina uocabatur, quod fuit anno mundi. iii. M. dcclxxix. huius tamen aduentus in Syriam non conuenit cum dictis ſupra, ubi de Agenore à Theodontio & etiam ab Ouidio diſcrepat, qui uidetur uelle Agenorem ueniſſe non Phœnicem, cum Cadmum miſſum ad perquirendam Europam ab Agenore, non à Phœnice deſcribat. Sed has ego uarietates ultro concordare uolentibus linquam, & de Phœnice quid compererim proſequar. Hunc autem artificioſum fuiſſe hominẽ oſtendit Euſebius, eo quod primus quaſdam literas ſeu literarũ characteres Phœnicibus dederit, deinde ad ſcribendum eas inſtituiſſe uermiculũ, unde et color ille Phœniceus dictus eſt, credo ab inuentore, qui poſtea mutata litera eſt puniceus appellatus.

De Phili-



De Philiſthene filio Phœnicis qui genuit Sichæum. Cap. LVI.

PHiliſthenem dicit Theodontius filium fuiſſe Phœnicis. Qui cum eſſet Herculis ſacerdos, qui perſanctiſſime à Phœnicibus colebatᷣ, uideretq́ꝫ Phœnice patre mortuo Belum fratrem natu maiorem regnare, relicto Sichæo filio ſacerdotio, & copiarũ parte ſumpta naues conſcendit, & poſt multos caſus cum Herculis columnas curſu ſuperaſſet, ibidem in littore Oceani ſedes aſſumpſit perpetuas, condita ciuitate quam Gades uocauere ſui, & ne ſacerdotium abdicaſſe uideretur omnino, templum ibidem conſtituit Herculi, & ſacra omnia ritu Tyrio innouauit.

De Sichæo Philiſthenis filio & Didonis uiro. Cap. LVII.

SIchæus ſecundum Theodontium fuit filius Philiſthenis, cui abeunte patre ſacerdotium derelictum eſt, ut ſupra dicitur, quod à rege proximus erat honor. hunc dicit Seruius Sicarbam uocatum, eſto eum Virgilius ſemper uocet Sichęum, & Iuſtinus ſemper illum uocet † Acerbam. Hic autem ſeu relictis ſeu aliunde quæſitis theſauris, ut Theodontio placet, & reliquis, copioſus factus plurimum, Belo mortuo Eliſam filiam eius accepit uxorem, quæ poſtea Dido uocata eſt, quam præcipue dilexit. Verum cum Pigmalion Beli filius patri ſucceſſiſſet in regno, auri auidus, eius deſideratis diuitiis, clam illi tetẽdit inſidias & incautũ interemit. *Apud Iuſtinũ quod ego ſciã ubiq; Sichæus uocatur.*

De Belo Phœnicis filio, qui genuit Pigmalionem & Didonem, & Annam. Cap. LVIII.

BElus qui & Metres ſecundum Seruium appellatus eſt, ut ait Theodontius, filius fuit Phœnicis, uir bello & armis inſignis, adeo ut Cyprios littus Phœnicum piratica infeſtãtes ſubigeret. quod Virgilius in perſona Didonis perſunctorie tangit dicens, Genitor tum Belus opimam, Vaſtabat Cyprum, & uictor ditione tenebat.

De Pigmalione filio Beli. Cap. LIX.

PIgmalion, ut Theodontio placet, filius fuit Beli regis Tyri, & patre moriente ut ait Iuſtinus, unà cum ſororibus Tyriis derelictus eſt. Cui adhuc puero populus paternum tradidit regnum. hic uero auariſſimum cum animum ad diuitias Sichæi patruelis ſui inieciſſet, illum dolo interemit. hoc ſolum ſcelus ex rege iſto nobis reliquit antiquitas.

De Didone filia Beli & coniuge Sichæi. Cap. LX.

DIdo præcipuum matronalis pudicitię decus, ut Virgilio placet, Beli regis fuit filia. Hanc inſignis formæ uirginem Tyrii Belo mortuo Acerbæ ſeu Sicarbæ uel Sichæo Herculis ſacerdoti dedere in coniugẽ, qui ob auaritiam à Pigmalione occiſus eſt. Hęc autem poſt longa fratris mendacia inſomnis à uiro pręmonita, ſumpto uirili animo, pluribus ex his quibus ſciebat Pigmalionem exoſum, clàm in ſuam ſententiam tractis, ſumptis nauibus fugam cepit, theſauris ſecum delatis. Et cum in littus deueniſſet Africum, ut placet etiam Tito Liuio, mercato ab incolis ſuadentibus, ut ibidem ſedem ſumeret, tantum littoris quantum poſſet bouino corio occupare, illudq́ꝫ in cartam redactum, & in fruſta conciſum occupauit plurimum, & oſtenſis ſociis theſauris ſuis, eiſq́ꝫ animatis, ciuitatem compoſuit, quam poſtea uocauere Carthaginem. Arcem uero eius à bouino corio, quod ſic uocitãt, Byrſam nuncupauit. Ad hanc acceſſiſſe Aeneam profugum ui tempeſtatis impulſum, & hoſpitio thoroq́ꝫ ſuſceptum ab ea, Virgilio placet, eamq́ꝫ diſcedente à ſe Aenea, ob amoris impatientiam occiſam. Verum Iuſtinus & hiſtoriographi ueteres aliter ſentiunt. Dicit enim *Lib. 18.* Iuſtinus à Muſitanorum rege ſub belli denunciatione à principibus Carthaginenſibus poſtulatam in coniugem. quod cum ipſa reſciſſet, & ſua ſe ante ſententia ad omnem caſum pro ſalute patriæ damnaſſet, ægre tulit, ſed terminum impetrauit, infra quem ſe ad uirum promiſit ituram. Qui cum ueniſſet, conſtructo ingenti rogo, in eminentiori ciuitatis parte, quaſi Sichæi placatura manes, illum conſcendit. Et aſtantibus ciuibus atq;

e expectan-

expectantibus quidnam factura eſſet, ipſa educto quem clam geſſerat cultro dixit. Optimi ciues, ut uultis, ad uirũ uado. Seq; hoc dicto interemit, mortem potius eligẽs, quàm pudicitiam maculare. Quod etiam longe eſt à deſcriptione Maronis.

De Anna Beli regis filia. Cap. LXI.

ANna filia fuit Beli, ut uidetur placere Virgilio, qui illam ſæpiſſime Didonis ſororem appellat. hæc Didonis fugæ comes fuit, quam poſtquã mortuam uidit, & Carthaginem à Iarba rege occupatã, ut Ouidius dicit ubi de faſtis, ad Battũ regẽ † Coriſæ inſulæ aufugit uetuſti hoſpitii confiſa iure. Tandem ſentiẽs, quia Pigmalion arma aduerſus eam moueret, hãc ob cauſam à Batto licentiata intrauit mare, & tempeſtatem paſſa ubi † camerem petere intendebat, in Laurentum littus delata eſt, per quod dum Aeneas iam ſuperato Turno, cum Achate ſpaciando deambularet, eo uiſo fugam cepit. tandem præſtita ab Aenea fide ſubſtitit, & ab eo in regiam deducta eſt, cuius ob aduentum ſuſpicata Lauinia, ei tetendit inſidias. Verum Anna à Didone per quietem monita, nocte regiam exiuit. & ſi ſatis poteſt ex Ouidii uerbis concipi, in Numicum flumen ſeſe præcipitem dedit. Sanè fictor Ouidius ad ulteriora procedens dicit, quod cum poſtea exquireret, & à perquirentibus perueniretur ad Numicum flumen, uiſum eſt illis è fluuio uocem audiuiſſe dicentẽ, Placidi ſum nympha Numici Amne perenne latens Anna perenna uocor. Poſt ipſum aũt Ouidiũ dicit Macrobius in ſaturnaliorum libro, aprili menſe publice & priuatim ſacrificatum iri, ut annare & perrennare commode liceat.

*Meline habet Ouidius lib. 5.*

*Cratidẽ flum.*

*Fabula eſt apud Ouidium 3. faſtorum, & Macrob. lib. 1. cap. 7. Satur. & apud Silium quoq; lib. 8.*

De Europa Agenoris. vi. filia. Cap. LXII.

*Lib. 2. Meta.*

EVropa filia fuit Agenoris, ut per Ouidiũ patet, ex qua talis narratur fabula quod cum ob formoſitatem ſuam ſumme diligeretur à Ioue, ab eodem Mercurius miſſus eſt, eiq; imperatum, ut quæ cerneret armenta in montanis Phœnicum in littus impelleret, quo cum puellis ludere conſueuerat Europa. Quod cum Mercurius feciſſet, Iuppiter in candidum taurũ transformatus, ſe armentis immiſcuit. Hunc cum cerneret uirgo, pulchritudine & manſuetudine eius delectata, illum primo tractare manibus cœpit, at inde eius conſcendit dorſum, qui paulatim ſe in undas deducens, dum illam territam, & cornibus atq; dorſo innitentem ſenſit, natans in Cretam tranſtulit. ubi in ueram redactus formã, eam oppreſſit, & oppreſſu prægnantem fecit, quæ illi poſtea peperit, ut nonnullis placet, Minoem, Rhadamantum & Sarpedonem. Ipſe uero in eius ſempiternam memoriam tertiam orbis partem Europam ex eius nomine nuncupauit. Huius fabulæ figmentum adeò tenui tegitur cortice, ut facile poſſit apparere quid uelit. Nam Mercuriũ armenta depellentem in littus, ego eloquentiam & ſagacitatem alicuius lenonis uirginẽ è ciuitate in littus deducentem intelligo, ſeu mercatorem fictum ſe iocalia oſtenſurum, ſi nauem conſcenderet, pollicentem. Iouem in taurum transformatum uirginis delatorem, iam apud deliras aniculas uulgatũ eſt, nauẽ fuiſſe cui erat inſigne albus taurus, qua quacunq; fraude cõſcenſa à uirgine, illico remigantium opere factum eſt, ut defferretur in Cretam, ubi Ioui coniugio iuncta eſt, ſeu ſecundum Euſebium in libro temporum Aſterio regi, ex quo ipſe ſupradictos filios aſſerit procreatos. Auguſtino tamen placet hunc nõ Aſterium ſed Sanctum appellatũ fuiſſe. Diſcrepant inſuper de tempore huius rapinæ plurimum autores. Cum ſint, ut Euſebius refert, qui dicãt Iouem anno Danai regis Argiuorum xl. Europæ mixtũ, eamq; poſtea Aſteriũ Cretenſiũ regem in coniugẽ aſſumpſiſſe, qui annus eſt mundi. iii. M. dccc. xviii. Alii uero dicunt eam à Cretenſibus raptam, regnante Argis Acriſio circa annũ mundi iii. M. dccc. lxxviii. Quidam autem uolunt eam raptam, Pandione Athenis regnãte, anno ſcilicet mundi. iii. M. dccc. lxviii. Quod quidẽ tempus magis cõuenit eis, quæ de Minoe eiuſdem Europæ filio leguntur. Huius imaginẽ egregiam ex ære à Pythagora Tarenti poſitam dicit Varro, ubi de origine linguæ latinæ.





*Huic etiam à Ioue canẽ, ſeu cuſtodẽ ἡφαιστότευκτον datũ eſſe, à quo poſtea læſa fuerit, illo in ignẽ inſiliente, & inde conceptas flammas, quarũ natura appetẽs erat, euomente, Vide Cõment. Odyſ. κ*

De Cadmo Agenoris. vi. filio, qui genuit Semelem, Agauem, Autonoem & Inoem. Cap. LXIII.

CAdmus antiquorũ omnium uulgata fama fuit filius Agenoris, quem unà cum Phœnice fratre à Thebis Aegyptiorũ ueniſſe anno Danai Argiuorũ regis. xvii. & apud Tyrum & Sidonem regnaſſe ſcribit Euſebius in libro temporum, cum ut ſupra patet, longe ante ibidem uenit Agenor peſte pulſus, à quo Agenorem patrẽ horum nonnulli uolunt duxiſſe originẽ. Qui Euſebius poſt hæc ſcribit, anno regni Lyncæi. xvi. Cadmũ Armeniam occupaſſe, quod à Cilice factum ſupra memorauimus. Hic tamen ut ſcribit Ouidius, cum rapuiſſet Iuppiter Europam, ad ipſius perquiſitionẽ ab Agenore patre miſſus eſt, hac ei indicta legẽ, ne abſq; ea reuerteretur in patriam. Qui ſumptis ſociis, cum quorſum quæreret ignoraret, nouas ſibi exquirere ſedes ſtatuit. Et cum haud longe à Parnaſo applicuiſſet, oraculũ conſuluit, & habito reſponſo, ut bouem ſequeretur indomitã, & ibidem ubi conſiſteret, ſedes aſſumeret. Qui in deſtinatũ ſibi locum ductus acquieuit, & regione à boue uocata Bœotia, ciuitatis fundamenta iecit, eamq; ab antiquis Thebis Aegyptiis, ex quibus prædeceſſores eius aduenerant, Thebas appellauit. Sanè ut dicit Ouidius, dum uellet ſacrum conficere, & ex ſociis quoſdam miſiſſet, ut aquam afferrent, nec reuerterentur, eos ſecutus comperit à ſerpente ingenti deuoratos, quem cum ſpectaret, adiuit quia & ipſe ſerpens inſpiceretur. Eo tandem occiſo, monitu ſumpto dentes illi euulſit, ac ſeuit, & repente homines in armis exorti ſunt, & prælium inuicem habuere ſpectante Cadmo, nec ante ceſſauit prælium, quàm quinq; tantum ſuperſtites remanerent. qui inita pace ſeſe iunxere Cadmo, & cœpto operi adiutoriũ preſtitere. Palefatus inſuper ſcribit eum Sphingã habuiſſe coniugem, eandemq; propter zelum Hermionæ ab eo diſceſſiſſe, & aduerſus Cadmeios bellum iniſſe. Sunt præterea qui uelint eum ſecus Hippocrenem fontem ſedentem atq; meditantem. xvi. literarũ characteres adinueniſſe, quibus poſtea omnis Græcia uſa eſt. Sic & Plinius in libro naturalis hiſtoriæ, dicit eum apud Thebas lapidicinas inueniſſe, & auri metallorumq; conflaturam. dato Theophraſtus eum dicat hæc apud Phœnices feciſſe, uerum longe poſt deſignatũ tempus. Nam quod ſupra de eo ſcribitur, fuit circa annum mundi. iii. M. dccc. v. hæc autẽ circa annos. iii. M. dcccc. xxxviii. Inde dicit Ouidius fuiſſe ſibi coniugem † Hermionem Martis & Veneris filiam, ex qua conſtat. iiii. genuiſſe filias, eidemq; Hermionæ à Vulcano uitrico exitiale monile conceſſum. Poſt hæc aũt cum plurima ex nepotibus & filiabus eueniſſent infortunia, ipſe iam ſenex ab Amphione & Zeto pulſus in Illyrios abiit, ubi miſeratione deorum in ſerpentes ipſe & Hermiona uerſi ſunt. Huius hiſtoria fabuloſa aliqua habet immixta, quorũ uidere ſenſum ſupereſt. Serpentem igitur Marti ſacrum, ego ſenem hominem atq; prudentem olim armigerum, & bellicoſum intelligo uerbis ſuis, & percontationibus Cadmi ſocios detinentẽ. cuius conſilio, quod ego per dentes aſſumo, inter incolas ſeminata diſcordia eſt, qui aduerſus eum Sphingæ impulſu ſurrexerant. Ex qua repente ſumptis aduerſum ſe armis in pugnã deuenere, quorũ principes attritis cæde popularibus cum Cadmo in concordiam deuenere, & ex incolis atq; forenſibus unum fecere populum. Quod aũt ipſe exul cum coniuge ſerpens effectus ſit, eos deſignat factos eſſe longæuos. prudentes enim more ſerpentum ſunt ſenes, & rerũ experientia cauti, & ætate annoſi, & ſi etiam æuum impulerit, & ſubſidia deſint, ritu ſerpentum curuo incedunt pectore. De tempore aũt huius regni etiam diſcordes fuere ueteres. Dicit enim Euſebius in libro temporũ, anno regni Abantis regis Argiuorũ. viii. qui fuit mundi annus. iii. M. dccc. xxvii. Cadmum ab Amphione et Zeto regno pulſum. Nec multum poſt dicit regnante Argis Acriſio Cadmũ regnaſſe Thebis, cum Acriſius Abanti ſucceſſerit, quod tamen eſſe potuit circa annum mũdi. iii. M. dccc. lxxv. cui tempori cõgruit quod poſtmodũ idem ſcribit Euſebius, ſcilicet Acriſio Argis

*Cum ante Aonia diceretur.*

*a*

*Harmoniam ali. lib. 3. Met.*

*b*

expectantibus quidnam factura eſſet, ipſa educto quem clam geſſerat cultro dixit. Optimi ciues, ut uultis, ad uirũ uado. Séq; hoc dicto interemit, mortem potius eligẽs, quàm pudicitiam maculare. Quod etiam longe eſt à deſcriptione Maronis.

De Anna Beli regis filia. Cap. LXI.

*Meline habet Ouidius lib. 3.*

ANna filia fuit Beli, ut uidetur placere Virgilio, qui illam ſæpiſſime Didonis ſororem appellat. hæc Didonis fugæ comes fuit, quam poſtquã mortuam uidit, & Carthaginem à Iarba rege occupatã, ut Ouidius dicit ubi de faſtis, ad Battũ regẽ † Coriſæ inſulæ aufugit uetuſti hoſpitii confiſa iure. Tandem ſentiẽs, quia Pigmalion arma aduerſus eam moueret, hãc ob cauſam à Batto licentiata intrauit mare, & tempeſtatem paſſa ubi †camerem petere intendebat, in Laurentum littus delata eſt, per quod dum Aeneas iam ſuperato Turno, cum Achate ſpaciando deambularet, eo uiſo fugam cepit. tandem præſtita ab Aenea fide ſubſtitit, & ab eo in regiam deducta eſt, cuius ob aduentum ſuſpicata Lauinia, ei tetendit inſidias. Verum Anna à Didone per quietem monita, nocte regiam exiuit. & ſi ſatis poteſt ex Ouidii uerbis concipi, in Numicum flumen ſeſe præcipitem dedit. Sanè fictor Ouidius ad ulteriora procedens dicit, quod cum poſtea exquireret, & à perquirentibus perueniretur ad Numicum flumen, uiſum eſt illis è fluuio uocem audiuiſſe dicentẽ, Placidi ſum nympha Numici Amne perenne latens Anna perenna uocor. Poſt ipſum aũt Ouidiũ dicit Macrobius in ſaturnaliorum libro, aprili menſe publice & priuatim ſacrificatum iri, ut annare & perennare commode liceat.

*Cratidẽ flum.*

*Fabula eſt apud Ouidium 3. faſtorum, & Macrob. lib. 1. cap. 7. Satur. & apud Silium quoq; lib. 8.*

De Europa Agenoris. vi. filia. Cap. LXII.

*Lib. 2. Meta.*

EVropa filia fuit Agenoris, ut per Ouidiũ patet, ex qua talis narratur fabula quod cum ob formoſitatem ſuam ſumme diligeretur à Ioue, ab eodem Mercurius miſſus eſt, eíq; imperatum, ut quæ cerneret armenta in montanis Phœnicum in littus impelleret, quo cum puellis ludere conſueuerat Europa. Quod cum Mercurius feciſſet, Iuppiter in candidum taurũ transformatus, ſe armentis immiſcuit. Hunc cum cerneret uirgo, pulchritudine & manſuetudine eius delectata, illum primo tractare manibus cœpit, at inde eius conſcendit dorſum, qui paulatim ſe in undas deducens, dum illam territam, & cornibus atq; dorſo innitentem ſenſit, natans in Cretam tranſtulit. ubi in ueram redactus formã, eam oppreſſit, & oppreſſu prægnantem fecit, quæ illi poſtea peperit, ut nonnullis placet, Minoem, Rhadamantum & Sarpedonem. Ipſe uero in eius ſempiternam memoriam tertiam orbis partem Europam ex eius nomine nuncupauit. Huius fabulæ figmentum adeò tenui tegitur cortice, ut facile poſſit apparere quid uelit. Nam Mercuriũ armenta depellentem in littus, ego eloquentiam & ſagacitatem alicuius lenonis uirginẽ è ciuitate in littus deducentem intelligo, ſeu mercatorem fictum ſe iocalia oſtenſurum, ſi nauem conſcenderet, pollicentem. Iouem in taurum transformatum uirginis delatorem, iam apud deliras aniculas uulgatũ eſt, nauẽ fuiſſe cui erat inſigne albus taurus, qua quacunq; fraude cõſcenſa à uirgine, illico remigantium opere factum eſt, ut defferretur in Cretam, ubi Ioui coniugio iuncta eſt, ſeu ſecundum Euſebium in libro temporum Aſterio regi, ex quo ipſe ſupradictos filios aſſerit procreatos. Auguſtino tamen placet hunc nõ Aſterium ſed Sanctum appellatũ fuiſſe. Diſcrepant inſuper de tempore huius rapinæ plurimum autores. Cum ſint, ut Euſebius refert, qui dicãt Iouem anno Danai regis Argiuorum xl. Europæ mixtũ, eaḿq; poſtea Aſteriũ Cretenſiũ regem in coniugẽ aſſumpſiſſe, qui annus eſt mundi. iii. M. dccc. xviii. Alii uero dicunt eam à Cretenſibus raptam, regnante Argis Acriſio circa annũ mundi iii. M. dccc. lxxviii. Quidam autem uolunt eam raptam, Pandione Athenis regnãte. anno ſcilicet mundi. iii. M. dccc. lxviii. Quod quidẽ tempus magis cõuenit eis, quæ de Minoe eiuſdem Europæ filio leguntur. Huius imaginẽ egregiam ex ære à Pythagora Tarenti poſitam dicit Varro, ubi de origine linguæ latinæ.

Huic



*Huic etiam à Ioue canẽ, ſeu cuſtodẽ ἡφαιστότευκτον datũ eſſe, à quo poſtea læſa fuerit, illo in ignẽ inſiliente, & inde conceptas flammas, quarũ natura appetẽs erat, euomente, Vide Cõment. Odyſs. κ*

De Cadmo Agenoris. vi. filio, qui genuit Semelem, Agauem, Autonoem & Inoem. Cap. LXIII.

CAdmus antiquorũ omnium uulgata fama fuit filius Agenoris, quem unà cum Phœnice fratre à Thebis Aegyptiorũ ueniſſe anno Danai Argiuorũ regis. xvii. & apud Tyrum & Sidonem regnaſſe ſcribit Euſebius in libro temporum, cum ut ſupra patet, longe ante ibidem uenit Agenor peſte pulſus, à quo Agenorem patrẽ horum nonnulli uolunt duxiſſe originẽ. Qui Euſebius poſt hæc ſcribit, anno regni Lyncæi. xvi. Cadmũ Armeniam occupaſſe, quod à Cilice factum ſupra memorauimus. Hic tamen ut ſcribit Ouidius, cum rapuiſſet Iuppiter Europam, ad ipſius perquiſitionẽ ab Agenore patre miſſus eſt, hac ei indicta lege, ne abſq; ea reuerteretur in patriam. Qui ſumptis ſociis, cum quorſum quæreret ignoraret, nouas ſibi exquirere ſedes ſtatuit. Et cum haud longe à Parnaſo applicuiſſet, oraculũ conſuluit, & habito reſponſo, ut bouem ſequeretur indomitã, & ibidem ubi conſiſteret, ſedes aſſumeret. Qui in deſtinatũ ſibi locum ductus acquieuit, & regione à boue uocata Bœotia, ciuitatis fundamenta iecit, eaḿq; ab antiquis Thebis Aegyptiis, ex quibus prædeceſſores eius aduenerant, Thebas appellauit. Sanè ut dicit Ouidius, dum uellet ſacrum conficere, & ex ſociis quoſdam miſiſſet, ut aquam afferrent, nec reuerterentur, eos ſecutus comperit à ſerpente ingenti deuoratos. quem cum ſpectaret, adiuit quia & ipſe ſerpens inſpiceretur. Eo tandem occiſo, monitu ſumpto dentes illi euulſit, ac ſeuit, & repente homines in armis exorti ſunt, & prælium inuicem habuere ſpectante Cadmo, nec ante ceſſauit prælium, quàm quinq; tantum ſuperſtites remanerent. qui inita pace ſeſe iunxere Cadmo, & cœpto operi adiutoriũ preſtitere. Palefatus inſuper ſcribit eum Sphingã habuiſſe coniugem, eandeḿq; propter zelum Hermionæ ab eo diſceſſiſſe, & aduerſus Cadmeios bellum iniſſe. Sunt præterea qui uelint eum ſecus Hippocrenem fontem ſedentem atq; meditantem. xvi. literarũ characteres adinueniſſe, quibus poſtea omnis Græcia uſa eſt. Sic & Plinius in libro naturalis hiſtoriæ, dicit eum apud Thebas lapidicinas inueniſſe, & auri metalloruḿq; conflaturam. dato Theophraſtus eum dicat hæc apud Phœnices feciſſe, uerum longe poſt deſignatũ tempus. Nam quod ſupra de eo ſcribitur, fuit circa annum mundi. iii. M. dccc. v. hæc autẽ circa annos. iii. M. dcccc. xxxviii. Inde dicit Ouidius fuiſſe ſibi coniugem † Hermionem Martis & Veneris filiam, ex qua conſtat. iiii. genuiſſe filias, eideḿq; Hermionæ à Vulcano uitrico exitiale monile conceſſum. Poſt hæc aũt cum plurima ex nepotibus & filiabus eueniſſent infortunia, ipſe iam ſenex ab Amphione & Zeto pulſus in Illyrios abiit, ubi miſeratione deorum in ſerpentes ipſe & Hermiona uerſi ſunt. Huius hiſtoria fabuloſa aliqua habet immixta, quorũ uidere ſenſum ſupereſt. Serpentem igitur Marti ſacrum, ego ſenem hominem atq; prudentem olim armigerum, & bellicoſum intelligo uerbis ſuis, & percontationibus Cadmi ſocios detinentẽ. cuius conſilio, quod ego per dentes aſſumo, inter incolas ſeminata diſcordia eſt, qui aduerſus eum Sphingæ impulſu ſurrexerant. Ex qua repente ſumptis aduerſum ſe armis in pugnã deuenere, quorũ principes attritis cæde popularibus cum Cadmo in concordiam deuenere, & ex incolis atq; forenſibus unum fecere populum. Quod aũt ipſe exul cum coniuge ſerpens effectus ſit, eos deſignat factos eſſe longæuos. prudentes enim more ſerpentum ſunt ſenes, & rerũ experientia cauti, & ætate annoſi, & ſi etiam æuum impulerit, & ſubſidia deſint, ritu ſerpentum curuo incedunt pectore. De tempore aũt huius regni etiam diſcordes fuere ueteres. Dicit enim Euſebius in libro temporũ, anno regni Abantis regis Argiuorũ. viii. qui fuit mundi annus. iii. M. dccc. xxvii. Cadmum ab Amphione et Zeto regno pulſum. Nec multum poſt dicit regnante Argis Acriſio Cadmũ regnaſſe Thebis, cum Acriſius Abanti ſucceſſerit, quod tamen eſſe potuit circa annum mũdi. iii. M. dccc. lxxv. cui tempori cõgruit quod poſtmodũ idem ſcribit Euſebius, ſcilicet Acriſio Argis

*Cum ante Aonia diceretur.* a

*Harmoniam ali. lib. 3. Met.* b

 regnante

regnante ea fuiſſe, quæ de Spartis memorant. Quos dicit Palæfatus, quod cum proxima-
rum eſſent regionum, aduerſus Cadmum ſubito conſtitiſſe, & propter repentinos con-
tractus, quaſi de terra natos, & quia ex omni confluxiſſent parte Spartos uocatos. Sed ta-
men male conuenit tempori, quo ſupra raptam diximus Europam. hi ueritatem com-
periant, quibus magis eſt curæ, ego aũt nil amplius reperire potui.

a *Horũ nomina ſunt Vdæus, Chthonius, Pelor, Hyperenor, & Echion. Sunt qui Cadmũ non Agenoris, ſed Phœnicis filiũ dicunt, cõmunior tamen eorũ eſt ſentẽtia, qui Agenoris eum dicũt.* φερεκύδης δ' οὕτως φησίν, ἀγήνωρ δὲ ὁ ποσειδῶνος γαμεῖ δαμνὼ τὴν βήλου, τῶν δὲ γίγνονται φοίνιξ καὶ ἰσαίη. ἣν ἴσχει αἴγυπτος, καὶ μελίη ἣν ἴσχει δαναός. ἔπειτα ἐνίσχει ἀγήνωρ ἀργιόπην τὴν νείλου τοῦ ποταμοῦ, τοῦ δὲ γίνεται κάδμος. *Ex Comment. Apoll. lib. 3.*

b *Hellanicus autor eſt in nuptijs Cadmi muſas cecinifſe, et unũquemq; deorũ Harmoniæ donũ dediſſe.*

## De Semele filia Cadmi. Cap. LXIIII.

*Lib. 3. Meta.*

SEmele Cadmi fuit filia & Hermionæ, ut ſatis per Ouidium patet in maiori uolumine. Hanc ex Ioue prægnantem cum ægre ferret Iuno ei in uetulam Beroem Epidauream transformatæ ſuaſit, ut experiretur nũquid amaretur à Ioue, ut ab eo poſtularet, ut ſecum prout cum Iunone cõcumberet. Quæ cum Iouem per Stygias undas iurare compuliſſet, ut ſibi poſtulata concederet, petiit ut ſecum prout cum Iunone iaceret. Iuppiter autẽ dolens, quia iuraſſet, ſumpto minore fulmine eam percuſſit, & mortua eſt, eiq; ex utero nondum perfectus infans eductus eſt, qui Bacchus poſtea fuit. Figmenti huius ego ueritatẽ puto, hanc fœminam prægnantẽ, ut ipſa ſonat fabula, fulmine percuſſam. non enim ignis, id eſt Iuppiter aeri, id eſt Iunoni miſcetur, niſi per fulmen ad inferiora deſcendens.

## De Agaue filia Cadmi. Cap. LXV.

AGaue, ut ſatis notũ eſt, Cadmi & Hermionæ fuit filia, quã Cadmus Echioni uni ſcilicet ex ſociis, qui illum iuuere Thebas ponere, matrimonio coniunxit, ex quo ipſa concepit & peperit filium quem uocauere Pentheum elati animi iuuenem. qui cum ſacra Bacchi ſperneret, celebrantibus matre & ſororibus & aliis, ab omnibus in furiam uerſis occiſus eſt. Dicebat Leontius Pentheum hunc abſtemium fuiſſe, & ob id à temulenta matre & aliis occiſum, quia ſæpius ebrietatem & temulentiam damnaſſet earum.

## De Autonoe filia Cadmi. Cap. LXVI.

AVtonoe Cadmi & Hermionę fuit filia ut ait Ouid. Hæc Ariſtei fuit coniunx & ex eo peperit Aræonem.

## De Inoe Cadmi filia. Cap. LXVII.

*Clearchum Græci habẽt.*

INo æque Cadmi & Hermoniæ, ut ait Ouidius, fuit filia. quę cum nupſiſſet Atamanti Aeoli filio, eiq; † Learchum & Melicertẽ peperiſſet, cum ab inſano patre Learchum uidiſſet occiſum, ſibi timens & reliquo, ex prærupto ſaxo ſe præcipitem dedit in mare. ex quo aiunt eam marinã deam Leucothoem factam, & Melicertem Palæmonem miſeratione Neptuni. Credo ego loca illa fuiſſe, ad quæ necata cadauera mare detulerit, & delatis ad ſolatium ſuperuiuentium impoſita deitatis nomina. Seu potius, ut infra legitur de Learcho & Melicerte.

## De Labdaco ſeptimo Agenoris filio qui genuit Laium. Cap. LXVIII.

LAbdacus, ut dicit Theodontius, iunior fuit filiorum omnium Agenoris. Qui cum audiſſet fugatum fratrem & Amphionem propria manu peremptum, & Lycum occiſum ab Hercule, ab amicis ſollicitatus precibus, ut Syria relicta ueniret in Græciam, cum eſſet ob ſenium nimis inhabilis ad laborem, Laium ex filiis Iuniorem tranſmiſit. Qui cõfeſtim occupato regno rex dictus eſt. Paulus aũt dicit Labdacũ Phœnicis fuiſſe filium, ſenemq; Thebas ueniſſe uocatum, & ibidem regnaſſe aliquandiu, & Laium filium genuiſſe.

De Laio



## De Laio rege Thebarũ Labdaci filio qui genuit Oedipũ. Cap. LXIX.

LAius Thebarum rex fuit, & ut ſatis demonſtratũ eſt Labdaci filius, qui ſeu ex Phœnice miſſus uenerit Thebas, ſeu ibidem natus ſit, regnãs Iocaſtã Creontis Thebani filiam ſumpſit uxorem. Quam cum audiſſet cõcepiſſe, conſuluit de futura prole oraculũ, & in reſponſis habuit ſe naſcituri manu periturum. Qui uolens conſilio obſtare periculo, iuſſit Iocaſtæ, ut quicquid naſceretur exponeret. Quæ cum mœſta infantem feciſſet exponi, alitus ab extero dum adoleſcens patrem exquireret, & ab oraculo ſe audiuiſſet illum apud Phocim inuenturum: cum ueniſſet ibidem, patrem incognitum ſeditionem ciuium & exterorum ſeparantem occidit, & ſic Laius occubuit.

## De Oedipo filio Laii, qui genuit Antigonam, & Iſmenam, & Etheoclem, & Polynicem. Cap. LXX.

OEdipus rex Thebarũ fuit, & Laii filius & Iocaſtę, ut in Thebaide teſtatur Statius. Hunc iuſſu patris, ut ſupra dictum eſt, à matris utero in ſyluas abiiciendũ feris delatum dicunt. Quem cum deferrent ſerui eius, ætati innocuę compatientes, non abiecerunt iuxta mandatum, quinimmo perforatis ei pedibus arbori uimine alligarunt. Ad uagitum cuius tractus paſtor quidam Polybii Corinthiorum regis, eum ab arbore abſtulit, & ad Polybium detulit. Qui cum filiis careret, patria affectione ſuſcepit, & filii loco educauit. Is tamen cum adoleuiſſet, audiſſetq; ſe non Polybii filium, perquirere patrem diſpoſuit, & cum Apollinem cõſuluiſſet, accepit ſe † Phocis patrem reperturum, & matrem ſumpturum in cõiugem. qui Phocim ueniẽs orta inter ciues forenſesq; ſeditione, dum faueret forenſibus, Laium conantem ſedare tumultum, incognitum interemit. Tandem tanq; ab oraculo luſus Thebas petens Sphingem inuenit, quam ſolutis problematibus cum occidiſſet, Thebas intrauit, ubi filius Polybii creditus, illi Iocaſta mater coniugio iuncta eſt, quã libens ſumpſit, Meroes olim Polybii coniugis, quam matrem ſuſpicabatur, timens coniugium. & rex Thebarum factus & iiii. filiorum ex Iocaſta pater, orta letali peſte Thebis habitum eſt ab oraculo, non defuturam ciuitati peſtem, ni regnantis exilio, inceſtuoſum Iocaſtæ coniugium purgaretur. Sanè dum hæſitaret iam infelix, uenit Corinthius unus eum Polybio mortuo in regnum uocans. qui dum ſe matris nuptias timere diceret, quonam modo Corinthum deueniſſet audiuit à ſene. quod cũ audiuiſſet Iocaſta, memor quæ à ſeruis audiuiſſet, qui illum detulerant, inſpectis eius pedibus eum extemplo recognouit in filium. quod ille audiens, & à ſe Laium patrem occiſum cognoſcens, dolore percitus ſibi manus iniecit in oculos, eisq; eiectis ſe perpetuis damnauit tenebris. Filii uero diſcedentes eius ſpreta humilitate uenientes in bellum, & inde in mutuã mortem, Iocaſta iam gladio perempta, mœſtus dolensq; altera filiarum ducente exul Creontis imperio in Cytheronem montem abiit. quò autem inde abierit, mihi incognitum eſt. Sibi tamen ab Athenienſibus, neſcio quo merito templum & ſacra tanquam deo, Valerio referente, conſtituta ſunt.

*pro in Phocide.* a b c

a *Aenigma hoc Sphingis tale fuit.* Ἐστὶ δίπουν ἐπὶ γῆς καὶ τετράπον, οὗ μία φωνή, καὶ τρίπον· ἀλλάσσει δὲ βοὴν μόνον, ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν. Ἑρπετὰ κινεῖται, ἀνά τ' αἰθέρα καὶ κατὰ πόντον, Ἀλλ' ὁπόταν πλείστοισιν ἐπειγόμενον ποσὶ βαίνῃ, Ἔνθα τάχος γυίοισιν ἀφαυρότατον πέλει αὐτοῦ.

b *Addunt alij Oedipũ, ubi matrem agnouit, repudiata ea, duxiſſe coniugẽ Aſtymeduſam, quæ per liberos ſuperioris coniugis, apud Oedipum ſubinde detulit, tanquam qui ſe de ſtupro appellaſſet. ob quam rem iratus Oedipus, regnum cruentum filijs tradidit.*

c *Dicitur poſtquam expulſus à Creonte fuerat ueniſſe in Atticam, & ibi tumulum* ἵππια *dictum inhabitaſſe, & ſupplicaſſe in templo Cereri, Ioui, & Mineruæ. Sed tamẽ Theſeũ illi, à Creõte perſuaſum, non credidiſſe qui tum regnabat. poſtremo autem morientem aduocato Theſeo oraſſe, ne cineres ſuos Thebanis indicaret aut ſepulchrum. Hæc ferè Androtion: ſed aliter Statius, qui fingit Theſeum filiarũ Oedipi & Argiæ iniuriam aduerſus Creontem ultum eſſe.*

 De Anti-

De Antigona Oedipi filia. Cap. LXXI.

ANtigona Statio teſte Oedipi ex Iocaſta fuit filia. Hæc patri cæco, & in exiliũ à Creonte pulſo ducatum miſeranda præſtitit, inde cum ad exhibendas ultimas lachrymas fratribus, & officium funebre nocte aduerſus Creontis imperium ueniſſet, ibiq; Argiam Polynicis coniugem cõperiſſet, cremarentq; ambæ cadauera fratrum, cum Argia capta eſt, & iuſſu Creontis occiſa.

De Iſmene filia Oedipi. Cap. LXXII.

ISmene Oedipi fuit filia, ut aſſerit Statius, de qua nil habetur, niſi quod cuidam Athy iuueni Cyrreo deſponſata fuerit, qui ante nuptias à Tydeo occiſus eſt.

De Eteocle Oedipi filio & Iocaſtæ. Cap. LXXIII.

ETeocles Oedipi filius ſpreta patris humilitate, habita cum Polynice fratre de regimine regni ſub hac lege concordia, ut uiciſſim ſingulis annis altero interim exule regnarent, repetito à Polynice per Tydeum amicum regno, nõ ſolum ſeruare legem noluit, ſed inſidias Tydeo legato poſuit. quamobrem ſeptem regum obſidionem paſſus eſt, & demum in duellum cum fratre ueniens, ab eo iam uictus illũ cultro tranſegit, & ſic mutuis cecidere uulneribus, nec eorundem ignes cremantes cadauera fuere concordes.

De Polynice filio Oedipi, qui genuit Theſſandrum. Cap. LXXIIII.

POlynicem Oedipi fuiſſe filium & Iocaſtæ notiſſimum eſt, hic cum fratre, ut proximo ſupra, inita de regimine pactione, primus in exilium tendens agentibus hymbribus & uento, nocte Argos intrauit, & cum ſub regia porticu quieſceret, adueniente Tydeo, qui exul patriam fugiebat, intrãte eo ſub porticum, aduerſus eum ſurrexit in rixam, & ut ſupra dictum eſt ab Adraſto rege pacati, & in regiam deducti ſunt, & eius etiam generi facti. Tractu aũt temporis, cum Tydeus ſub legationis nomine pro Polynice Eteocli regnum poſtulaſſet fruſtra, eiq; contra ius gentium in mortem inſidias ab Eteocle ſibi poſitas comperiſſet, eò itum eſt, nato iam ex Argia Polynici paruulo filio, ut Adraſtus cõgregatis Argiuis principibus aduerſus Eteoclem & Thebanos iret in bellum, ubi hiatu terræ abſorpto Amphiarao, & Tydeo ſagitta letali uulnere icto, reliquiſq; peremptis uariis mortibus pugnãdo regibus actum eſt, ut in ſingulare certamen deuenirent fratres. In quo cum iam uictor uideretur Polynices, clam à fratre iacente trãsfixus eſt, et ſic ambo mutuis uulneribus periere. Quorum tam efficax atq; inflexibile odium fuit, ut etiam eis mortuis inter cadauera perſeueraret. Nam eis in eodem rogo ab Argia Polynicis coniuge, & Antigona ſorore poſitis, non prius ignis accenſus eſt quàm diuiſæ ſint flammæ, adeo ut liquido appareret cadauera recuſare uno eodemq; igne comburi.

De Theſſandro Polynicis filio. Cap. LXXV.

THeſſander Polynicis fuit filius ex Argia, Statio teſte. Qui cum robuſtus euaſiſſet iuuenis, inter proceres ceteros ad Troianũ excidiũ iuit cum Græcis, & ut ait Vir. unus fuit ex illis, qui cum Vlyſſe ligneũ equũ intrauere. quid tandẽ ex eo fuerit, nõ cõperi.

De Scyta. xiii. filio primi Iouis. Cap. LXXVI.

SCyta, ut Plinio placet in libro de hiſtoria naturali, Iouis fuit filius. de quo nil aliud legimus, præter quod ipſe aſſerit Plinius, eum ſcilicet arci ſagittarumq; repertorem primum fuiſſe. Quem longe antiquiorem ſacræ teſtantur litteræ, ex quibus ſumitur Lamech ſagittarium extitiſſe.

Superérat de ſtirpe Aetheris Cælius, quem ut in ſequenti libro daret initium, reſeruare ſatius uiſum eſt.

Celius in terno generis pars ponitur eius.



# GENEALOGIAE DEORVM GENTILIVM, LIB. III.

SVLCANTI mihi exiguo cortice errorũ uetuſtatis ſalum, ecce inter aſpreta ſcopulorũ & frequentia freta grandæuus ſenex Numenius philoſophus, uir quidem ſuo ſeculo autoritatis inclytæ ſe obtulit obuium, & placida ſatis uoce ſermoneq́; cõpoſito inquit, Quid labore tuo numina lędis, ubi quiete illis poteras placuiſſe? fuit olim mihi quæ tibi nunc cura eſt, theologizantium ſcilicet poetarum clauſtra uulgo etiam reſerare. Et dum Eleuſiorum ſacrorum archanum totis uiribus in propatulum trahere conarer, ecce ſopito mihi in quiete profunda uiſæ ſunt Eleuſinæ deæ meretricali ornatu ueſteq́; deturpatæ, ipſis fornicũ in faucibus, ſe quibuſcunq; adeuntibus proſtrantes ultro. Quod cum uideretur dignitati indecens nimium, mirarerq́; tam pudicas deas in tam prophanum meretriciũ corruiſſe, repente quæſiui, tam ineptæ ignominiæ cauſam. Aſt illæ toruis oculis & rugoſa fronte in me uerſæ, irato uultu uerbisq́; cœpere, Quid leno ſceleſte poſcis? tu tam obſcœni facinoris cauſa es. Exceſſu quidem noſtræ integritatis atq; pudicitiæ renitentes crinibus captas abſtrahis, & in publicũ lupanar tu ipſe caſtiſſimas olim paſſim ſubiicis. Ego autem etſi ſomno plurimo marcerem, non aliter quàm uigilans intellexi indignantes ilico, & cognoui dormiens, quod uigilando non uideram, ſacra ſcilicet myſteria paucorum eſſe debere, & extemplo à cœptis deſtiti, ne indignationem acriorem incurrerem. Tu autem longe plus cupiens, quàm tibi cauens, uertiginoſum intraſti gurgitem, & quod omiſi præſumis ipſe. Sino, nũquid credam tantum tibi luminis præſtetur ingenii, quantum operi tam ſublimi opportunũ ſit, & hoc tacuiſſe nolim, Caue quid feceris iam præmonitus. Eriſiton ob læſam Cererem periclitatus eſt, Pentheus Bacchi ſacra deſpiciens, capite mulctatus à matre pœnas dedit. Niobe ob uilipenſam Latonam perditis filiis & uiro in ſilicem riguit. & ne plures enumerem, tu forſan credis deorum aulas impune reſerare uulgo? deciperis, & ni deſiſtas, eorum iram nõ antequam experiatis agnoſces. Tum ego etſi æſtuantis maris obſiſteret impetus, paululum tamen ſubſtiti, dixiq́;, Quibus te ab oris, quæſo, nimium hos inter ſcopulos euehis? Ab inferis arbitror. Odore enim ſulphureo cuncta reples, & os inferna caligine fuſcum, & hæc ueteris infauſti Plutonis mandata ſint credo, quaſi chriſtiano homini uti iamdudum gentilibus conſueuerat, talibus timorem putet incutere. Illæ quidem ueteres cecidere cathenæ, & arma hoſtis antiqui contrita ſunt, uicimus precioſo redẽpti ſanguine, & in eo renati lotiq́; ſuas decipulas non curamus. Attamen ego dearum tuarum non reſero thalamos, nec deorũ tuorum ſeceſſus aperio, quaſi uelim illecebras eorum magis ex propinquo conſpicere, ſed ut appareat poetas, ſi bene de deo ſenſiſſent, homines fuiſſe præclaros, & ob mirabile artificium uenerandos, & ut uideas quanti pendam hos tuos fabuloſos deos, ſimilem Stratonico ſibi iram Alabanti imprecanti, & Herculis,† immoleſtum exoranti, precem faciam. Ipſi ergo omnes quorum tu me hortaris iram fugere, mihi irati ſint quæſo. Tibi autem illiſq́;, & tam inepta credentibus Chriſtus Ieſus dominus. His e ueſtigio euanuit ille. Aſt ego attentus nauigio in Aegeum euehar mare, cæli prolem perquiſiturus ampliſſimam. Ille autem iter præſtet placidũ qui ex Sabæis magos ad ſe orandum atq; muneribus honorandũ ſtella duce deduxit in Syriam.

*Lib.5.de Nat. deorum.*

Fortaße



*Fortaße legendum, & Herculis (ſcilicet iram) ſibi moleſto. Nam cum quidam nimis contenderet Alabandum eſſe deum, Ergo (inquit Stratonicus) mihi Alabandus, tibi Hercules ſit iratus.* †

## De Cælo Aetheris & diei filio, qui genuit xi. filios. Dato quod in præſenti tertio libro de viii. tantũ tractetur, utputa de Opi, de Thetide magna, de Cerere prima, de Vulcano primo, de Mercurio tertio, de Venere magna, & de Venere ſecunda, & de Doxio. Cap. I.

CAelum non illud quidem prægrande corpus ornatum ſyderibus, quod dicebat Orpheus à Phanete compoſitum, in domicilium ſuum atq; aliorũ deorũ, & quod nos ſemper ambire circuitu cernimus. uerum homo quidam ſic uocatus, ut ait Tullius, ubi de naturis deorum, filius fuit Aetheris & Diei, id eſt ignitæ uirtutis, & claritatis eximiæ, à quibus eius nomen proceſſit in lucem, & quod homo fuerit, ſatis in libro diuinarum inſtitutionum per Lactantium patet, dicit enim ſic in ſacra hiſtoria, Reperi Vranium potentem uirum Veſtam habuiſſe coniugem, & ex ea Saturnum atq; Opim & alios ſuſcepiſſe, qui Saturnus cum regno potens efficeretur, patrem Vranium Cælum appellauit, & matrem Terram, ut hac mutatione nominum, fulgorem ſui originis ampliaret, & cætera. Huic præterea ut in ſacra hiſtoria dicit Ennius, Iuppiter nepos eius primo in † Panæo monte aram ſtatuit, atq; ſacrificium adoleuit, & ab eo cælum ipſum uerum denominauit. Euhemerus uero dicit hunc Cælium ſeu Cælum in Oceano mortuum, & in oppido Aulatia ſepultum.

*† Panto habet Lactan.*

*Hic Euhemerus antiquus autor ex ciuitate Meſſana fuit. Res geſtas Iouis & cæterorum qui Dij putantur collegit. Cuius hiſtoriam interpretatus eſt Ennius & ſecutus. Hæc Lactantius, libro primo de falſa Relig. cap. xi.*

## De Opi prima Cæli filia, & Saturni coniuge. Caput II.

OPs ſeu Opis, ut placet Lactantio libro diuinarum inſtitutionũ, filia fuit Cæli & Veſtæ, & Saturni fratris coniunx, & Iouis aliorumq́; plurium deorum mater, quamobrem apud orbos orbis plurimum uenerationis obtinuit. *ibid.* Sanè ſeu antiqui theologizantes ad ſuos palliandos errores fecerint, ſeu ad occultandam uulgo fictionibus magnarum rerum ueritatem, ut prætactũ eſt, ſeu ut potius Ioui adularentur maximo regi, hiſtoria omiſſa. Hanc miris fictionibus ornauere, atq; illam ex eis extulere, adeo ut loco maximi numinis coleretur à multis, eiq; templa & ſacra ſacerdotesq́; uariis conſtituerentur in locis, de quibus ut diſtinctius uideamus, apponenda ſunt aliqua. Primo eam deorum dixere matrem, eiq; conſtituere *a* quadrigam à leonibus tractam, eiusq́; capiti turritam deſcripſere coronam & ſceptrum manibus addidere. Veſte præterea ramorum circuitionibus & herbarum conſpicua ornauere, illamq́; incedentem ſacerdotes, quos eo quod Eunuchi ex inſtituto eſſent Gallos uocauere, tympana tangentes & æra præcedere demonſtrarunt, eiuſque in circuitu ſedes uacuas poſuere, & Corybantes armatos illam ambire uoluerunt. Quid ex his tot ſenſerint uideamus. Deorum enim mater ideo habita eſt, quia terrei ſunt homines, qui ab hominibus dii facti ſunt. Turrita uero corona, qua inſignita eſt, ſatis pro terra ſumenda oſtendit, cum ſit terræ circuitus, ciuitatum & oppidorum ad inſtar coronæ inſignitus. Veſtis autem ramis herbiſq́; diſtincta monſtrabit ſyluas, & fruteta, & herbarum ſpecies infinitas, quibus terræ ſuperficies tecta eſt. Sceptrum autem quod manibus defert, regna, diuitias, & potentiam imperantium ſuper terra monſtrabit. Quod quadriga uehatur, cum ſit immobilis, intellexere ordinem in operibus terrę per quatuor anni tempora, circulari quodam inceſſu ſeruari continue. Cur autem à leonibus trahatur, ratio hæc reddi poteſt. Voluere quidem agricolarum in tradendis terræ ſeminibus

conſue-

conſuetudinem demõſtrare. Conſueuere quidem leones, ut Solinus in libro mirabiliũ dicit, ſi per puluereũ ſolum iter faciant, cauda uerrentes pedum ſuorũ turbare ueſtigia, ne uenatoribus ſui itineris præſtent indicium. Quod & agricolæ ſeminibus iniectis ſulcis eueſtigio faciunt retegentes, ne ſemen ſurripiatur ab auibus. Præterea cum ſint oſſa leonis oſſibus cæterorũ animalium duriora, intelligi uoluerũt, uertentium terram membra eſſe oportere ſolidiora, quàm cæteris. Vel potius ut oſtẽdatur per leones, quos quadrupedum reges dicimus, iugo Opis ſubditos, orbis principes terræ legibus eſſe ſuppoſitos. Sedes aũt uacuæ illi circumpoſitæ exiſtimo, nil aliud uelint quàm oſtendere, quia non ſolum domus, ſed ciuitates, quæ incolentium ſunt, ſedes uacuentur, perſæpe peſte agente uel bello. ſeu quia in ſuperficie terræ uacuæ ſint ſedes plurimæ, id eſt loca inhabitata. ſeu quia ipſa terra ſemper ſedes ſeruet uacuas naſcituris. Seu ad demonſtrandũ quod hi ad quos pertinet terræ cultus, non dico de agricultoribus tantum, ſed etiam de principibus, qui ciuitatibus & regnis præſunt, nõ debent ſe ocio & ineptę quieti cõcedere, quin immò ſtare continue & uigilare, cum de nouo ſemper emergant, quæ exercitio talium

*Corybantes.* indigeant. Corybantes aũt hos armatos ambire deſignauerunt, uolunt unumquemque
*Atys.* mortalium pro patria ſe debere bellis exponere, & arma pro ſalute patriæ ſumere. Gallos autem ſacerdotes habere, ob id contigiſſe dicunt, quod cum deùm mater, Atym decorũ adamaſſet puerum, eumq́ cum pellice comperiſſet, zelo percita illi abſcidiſſe uirilia, & ob id ſimiles ſacerdotes appetere, quos Gallos à contrario ſenſu dixere. Sanè per dilectum
*Lib.1.cap.26.* Atym uult Macrobius ſaturnaliorũ libro ſolem intelligi, qui anno quolibet iuueneſcere uidetur, & adeo à terra diligitur, ut in ſe eius ſuſcepta influentia, quas cernimus herbas, flores, & fructus pariat. quod eum caſtrauerit, hoc ideo fictũ credo, quia certo anni tempore, ſolis radii uideantur ſteriles eſſe, & potiſſime circa autumnum & hyemem, in quibus temporibus nihil gigni uidetur ab eis. Vel ut dicit Porphyrius, Atys flos eſt à terra dilectus, tanquam ornamentum ſuum. qui tunc à terra caſtratur, cum ueniente fructu flos decidit, uel ſi cadat ante fructum, non ſit ulterius ad fructũ aptus. quod hi ſacerdotes tympana ferant & æra, uolunt pro tympanis, quæ uaſa ſunt ſemiſphærica, & ſemper bina ferunt, duo intelligi hemiſphæria terræ, in quibus ambobus ut nõnulli opinati ſunt, terræ opus oſtenditur. Per æra uero intelligi uoluerunt inſtrumenta ad agriculturam accõmoda, quæ quondam antequam ferri uſus inueniretur, ex ære confici conſueuerant. Hanc præterea multis nuncupauere nominibus, de quibus nonnulla ſignificata expoſita ſupra ſunt, ubi de terra. & certa hic ſunt, cum aliquibus deabus cõmunia, de quibus in ſequentibus dicetur, & ob id quæ ſua ſunt propria, cenſui apponenda. Vocant igitur eam Opim, Berecinthiam, Rheam, Cybelem, Almam, & magnã Palem. Opim autem ideo uocitatam uolunt, quod ut ait Rhabanus, opem ferat frugibus, & opere melior fiat. Berecinthiam aũt dicit Fulgentius uocitatam quaſi montium dominam, eo quod deorum ſit mater, qui pro mõtibus intelliguntˀ, id eſt elatis hominibus. uel ut placet aliis et mihi, à Berecinthio mõte ſeu oppido Phrygię, in quo perſanctè colebatur ab incolis. Rhea aũt
A eò quod idem græce ſonet quod Ops latine. Cybelem uerò uoluere nonnulli eam à Cybalo quodam denominatam, quem primum illi ſacerdotio functum aiunt. alii uero à Cybalo oppido, in quo dicunt ſacra eius fuiſſe comperta. Quidam uero dictam uolunt à Cybel, quod capitis motum ſonat, qui plurimus in ſacris eius fiebat. Almam aũt ab alendo nõnulli credidere dictam, eo quod ſuis fructibus omnes alat. Palem autem eam uocauere paſtores, & pabulorũ dixere deã, eo quod gregibus & armẽtis pabula præſtet.

*Cybele à rotunditate dicta eſt. De Cybele etiam Silius lib.17. Rhea ἀπὸ τοῦ ῥεῖν dicta eſt. Nam*
A *Phyſici terram omnium rerum ἁρμογὴν καὶ δεσμὸν φυσιολογοῦσι, καὶ ῥεῖν ἀεὶ καὶ ποιεῖν τέρεα.*
a *Huius fabulæ Mythologiam, eleganter Lucretius libro ſecundo carmine reddidit. Sed ipſos uerſus placuit adſcribere, quando ut ſatis uel ob uetuſtatem digni, ita nequaquam uulgares ſunt.*

*Quare magna deûm mater, materq́; ferarum, Et noſtri genitrix, hæc dicta eſt corporis cura.*

Hanc



*Hanc ueteres graium docti cecinere poetæ, Sedibus in curru bijugos agitare Leones,*
*Aeris in ſpacio magnam pendere docentes Tellurem, neq; poſſe in terra ſiſtere terram.*
*Adiunxere feras, quod quamuis effera proles, Officijs debet molliri uicta parentum,*
*Muraliq; caput ſummum cinxere corona, Ex imis munita locis, quod ſuſtinet urbeis.*
*Quo nunc inſigni per magnas prædita terras, Horrifice fertur diuinæ matris imago.*
*Hanc uariæ gentes antiquo more ſacrorum Idæam uocitant matrem, Phrygiasq́; cateruas*
*Dant comites, quia primũ ex illis finibus ædunt, Per terrarum orbem fruges cœpiſſe creari.*
*Gallos attribuunt, quia numen qui uiolarint Matris, & ingrati genitoribus inuenti ſunt:*
*Significare uolunt indignos eſſe putandos, Viuam progeniem qui in oras luminis ædant.*
*Tympana tenta tonant palmis, & cybala circum Concaua, raucisonoq́; minantur cornua cantu,*
*Et Phrygio ſtimulat numero caua tibia mentes, Telaq́; præportant uiolenti ſigna cruoris,*
*Ingratos animos atq; impia pectora uulgi, Conterere metu quæ poſſint numine diuæ.*
*Ergo cum primum magnas inuecta per urbes, Munificat tacita mortales muta ſalute.*
*Aere atq; argento ſternunt iter, omnia circum, Largifica ſtipe ditantes, ninguntq́; roſarum*
*Floribus umbrantes matrem, comitumq́; cateruas, Hic armata manus (Curetas nomine Graij*
*Quos memorant Phrygios) inter ſe forte cateruæ Ludunt, in numerumq́; exultant ſanguine læti,*
*Terrificas capitum quatientes numine criſtas, Dictæos referunt Curetas, qui Iouis illum*
*Vagitũ in Creta quondam occultaſſe feruntur, Cum pueri circum puerum pernice chorea*
*Armati in numerum ſtarent, pernice chorea, Armati in numerũ pulſarent æribus æra,*
*Ne Saturnus eum malis mandaret adeptus, Aeternumq́; daret matri ſub pectore uulnus.*
*Propterea magnam armati matrem comitantur, Aut quia ſignificant diuam prædicere, ut armis*
*Ac uirtute uelint patriam defendere terram, Præſidioq́; parent, decoriq; parentibus eſſe.*
*Hæc Lucretius lib.2. In quam ſententiã Seruius quoq; in tertio Aeneid. fabulam hanc ferè exponit.*

*Hanc Atyos fabulam multis uerſib. deſcribit Catullus eo carmine quod incipit, Super alta uectus* b
*Atys Celeri rate maria &c. Diodorus aũt aliter de tota re ſentit, qui lib.4. geſtorum antiquorum ſic tradit: Cybele prouecta ætate adoleſcentem, inquit, quendam eius regionis Atym nomine dilexit: quem poſtmodum dixerunt Papam. Cum eo clàm coiens grauida facta eſt. Quod ut parentes norunt, in regiam accitam, ut uirginẽ pater, pater ſuſcepit. Noto filiæ peccato, & Atym & nutrices interfici iuſſit, atq; inſepultos abijci. Cybelẽ tum Atys amore, tum dolore nutricũ perculſam, inſanam effectam, in publicum prodijſſe ferunt, pſallentemq́; cum tympano, ſolam per uniuerſam patriam, ſparſis capillis deambulaſſe &c. Et poſtea addit, cum Phryges morbus opprimeret, terra nullos præberet fructus, ſciſcitantibus deum malorum remedia, oraculo præceptum eſt, ut Atyos corpus ſepelirent, & Cybelem uenerarentur ut deam. Non reperto Atyos, quod tempus abſumpſerat, corpore, Phryges imaginẽ adoleſcentis, circa quam planctu ac lamentis ſacra inibant, fecere, iram inique mortui mitigantes.*

## De Tethy magna Cæli ſecunda filia & Oceani coniuge. Cap. III.

TEthyn magnam dicit Paulus à Chryſippo traditũ, filiam fuiſſe Cæli atq; Veſtæ & Oceani coniugem, quod quidem Lactantius aſſerit, eamq́ matrem dicit fuiſſe nympharum. Verum Seruius eam uocat Dorim, quod arbitror à Vir. ſumpſerit dum dicit. Sic ubi cum fluctus ſubterlabere Sicanos Doris amara ſuam non intermiſceat undam &c. In his igitur cum nil hiſtoriographicũ habeatur, allegoricus ſenſus uidendus eſt. Tethys proculdubio aqua eſt, quã dicit Chryſippus, ui feruoris cęleſtis è uiſceribus eductã terræ, & ſic ex cælo nõ homine, Veſtáq; id eſt terra natam. Doris aũt amaritudo interpretaˀ, quæ quidẽ ſolis agente feruore aquæ marinę ut Phyſici teſtãtur, addita eſt, quod experientia notum uideˀ. Nam ut aiunt nautæ, ſalſedo illa ſuperficiei aquæ maris tantum immixta eſt, cum infra decem paſſus dulcis inueniatur. Sed quid quod eam Oceano coniugem iungit, cum Oceanus aqua ſit, & ſic idem uideatur uir & uxor. Credo hoc fingentes ſenſiſſe, Oceanum accipi debere pro elemento aquæ ſimplici, quod quidem agens creditur, ubi aquæ actio requiratur. Tethym uero pro aqua elementata ſeu mixturam aliorum elementorum habente.

cuius

» cuius mixtionis opera poteſt concipere & nutrire. Seu cum utrunq; ſexum diis eſſe de-
» ſcribāt, ut Valerii Serrani carmine patet, dicentis, Iuppiter omnipotens regum rex atq; repertor, Progenitor genitrixq́; deum deus unus & idem &c. Volunt cum agat aliquid, aquam eam uocari Oceanum, cum uero patiatur Tethym. Seneca aūt ubi de quæſtionibus naturalibus ſcribit, aliter uidetur ſentire, dicit enim, aquā uirilem uocant Mare, muliebrem omnem aliam. Vocauere aūt eam Tethym maiorē, ad differentiā Tethidos matris Achillis, quam nympham uoluere ueteres, non maximam deam, niſi & nymphas ut quandoq; fit, dixerimus deas. Hæc autem magna Tethys multos ex Oceano peperit filios, de quibus poſtea.

De Cerere prima Cælii ſecunda filia, quæ peperit Acherontē. Cap. IIII.

CEres ut placet Lactantio in libro diuinarum inſtitutionū, filia fuit Cælii & Veſtæ. Hanc dicit Theodontius, Sicani uetuſtiſſimi Siciliæ regis fuiſſe cōiugem. Siculosq́; primū frumenti docuiſſe uſum, & Sicano plures peperiſſe filios, nullum tamen nominat. Hanc præterea teſtimonio Pronapidis dicit Acherontem fluuium peperiſſe, & ob hoc ex ea talem recitat fabulam. Eam ſcilicet concepiſſe & rubore excreſcentis uteri, in abditam Cretæ ſpecum ſeceſſiſſe, & ibidem Acherontem peperiſſe, qui non auſus lucem aſpicere, defluxit ad inferos, & ibidem infernalis effectus eſt fluuius. Cuius fictionis ipſemet Theodontius talem explicat rationem, dicit enim pro conſtanti habitam Cererem ſuaſiſſe Saturno fratri, ne Titano regnū aliquo pacto reſtitueret, & aduerſus conditionem inter Titanum & Saturnum initam, quos Saturnus filios maſculos procreauit, clam naſcētes ſurripuiſſe unà cum Veſta matre atq; educaſſe, quod cum detectum eſſet, & audiſſet Saturnum Opemq́; à Titano detineri captiuos, ſibi timens, in Cretam abiens latebras petiit, nec auſa eſt comparere, donec certior facta eſt, Iouem uictoria liberaſſe parentes. Ex quo Cererem concepiſſe uoluit Pronapides dolorem ex captiuitate fratrum, eumq́; in ſpecu, id eſt in latebris peperiſſe, id eſt emiſiſſe ſeu reliquiſſe, dum uictoria Iouis læta uenit in publicum. Eum aūt Acherontem dictum, ab α quod eſt ſine, & χαίρω gaudo, enam abſque gaudio eſt qui dolet, & ideo lucem uidere noluiſſe dicit, quia dolentes utplurimū deiectis in terrā oculis receſſus appetunt, & obſcura loca. Ibi enim infernalis fluuius factus eſt, quia apud inferos nulla unq; ſit lætitia, nec illi ideo pater adſcribitur, quia noſtra tantū exiſtimatione procreatur.

De Acheronte infernali fluuio Cereris filio, qui genuit ſex filios, ſcilicet Alecto, Tiſiphonem, Megeram, Victoriam, Aſcalphum & Stygem. Cap. V.

ACheron infernalis fluuius abſq; patre Cereris fuit filius, ut præmonſtratum eſt. Hunc Paulus Titanis & terræ filium dicebat, & ob id à Ioue deiectum ad inferos, quia ſitientibus Titanis limpidas præſtitiſſet aquas. Sanè noſter Dantes in prima ſui poematis parte, quæ Infernus dicitur, aliter de origine huius ſentire uidetur. Dicit enim in ſummitate Idæ montis Cretenſis ſtatuam eſſe ingentem cuiuſdam ſenis, cuius aureum caput eſſe, pectus uero & brachia argentea, corpus & renes ex ære confectos, tibias atq; crura & ſiniſtrum pedem ex electiſſimo ferro factum, dextrum autem pedem ex terra cocta conſiſtere, & in eum ferè corporea moles omnis in rimam uerſa inniti. Et has omnes partes præter aureum caput rimulas habere, ex quibus effluunt guttæ aquæ ſeu lachrymæ. quæ collectæ, & per cauernas ad inferos deſcendentes flumen faciunt Acherontis. Sed quid ſibi tam uariæ uelint fictiones, uidendum eſt. Cur Cereris dictus ſit filius præmonſtratum eſt. quod Titanis & terræ fuerit, etiam concedi poteſt, ubi Titanum ſolem intelligere uelimus, ut etiam ueteres uoluere. & ſic nonnulli opinati ſunt, agente calore ſolis aquas maris trahi in uiſcera terræ, & ex eis à frigore terræ dulcoratas effluere. & ſic cum ſol cauſam dederit, eius filius dici poteſt, ac illius cuius uidetur uterum exire. Quod inferorum ſit fluuius, hoc modo poteſt accipi. ſunt enim fluuii duo, quibus Acheron nomen eſt, unus quidē apud Mo-
Dec.1.lib.8. loſſos defluit, ut dicit Titus Liuius, & in ſtagna, quæ inferna uocantur, effluit, & ex eis in Helleſpon-



tiū ſinum mergitur. Alter uero apud Lucanos fluens morte Alexandri Epiro- a
tæ inſignis, in infernum cadit, & ſic horum ad inferos unuſquiſq; deſcendit. Nam qui apud Moloſſos eſt, in regno quondam Plutonis, qui deus inferni dictus eſt, eo quod ab oriente ſole factum eſſet, inferior uagat̄. Et ſic ſi in regno Plutonis eſt, in inferno eſt. Attamen de ſecundo ſic ſenſere quidam. Aſſerunt quippe priſcis temporibus Græcis fuiſſe cōſuetudinem, damnatos exilio in Italiam mittere, ſeu ipſi exules ſua ſponte uenire. quam eo quod apud inferum mare dicebant, ſeu quia inferior Græcia ab ortu ſit ſolis, ideo & flumen, & damnatos eſſe apud inferos teſtabantur, ex quo uolunt locum fabulæ adinuentum, cum etiam ethymologia nominis fluuii faueat fictioni, cum ſonet ſine gaudio uel ſalute, quaſi exules patria perdita abſq; gaudio uel ſalute eſſent. Qui uero aliter ſenſerunt, ut Seruius, & poſt eum Albericus, dicunt Acherontē fluuium non eſſe, ſed ſolum Italiæ. uerum de hoc aliàs. Dantes autem noſter de uero Acheronte infernali intelligit, & b
dicens, quia in Creta inſula ſenex ſit ſtatua ex uariis metallis à Damiata Syriæ ciuitate in Romam uerſa, intendit loci congruentiam origini deſignare, & tempora cauſasq́;. Sed primo de loco uideamus. Dicit ergo ſtatuam ſenis, ſeu ſenem ſtare erectum, ut per hunc intelligamus humanum genus, quod adhuc ſtat, eſto antiquum ſit. & ſtat in monte Ida. Ida enim idem eſt quod formoſitas, per quam ſentire uult formoſitatem temporalium rerum. quam ut perituram deſignet dicit, olim montem illum lætum, hodie uero triſtem atq; deſertum. In monte autem Cretenſi dicit, eo quod Creta inſula tripartiti orbis media uideatur. nam illi ab Arctoo Aegeum eſt mare, & ab occiduo Ionium, ſeu Myrthoum, quæ Europę ſunt maria. A ſolis ortu eſt illi Icareum mare, atq; Carpatiū ſeu Aegyptium, quę Aſiatica maria ſunt. A meridie uero & occiduo Afro alitur ponto, & ſic tribus orbis partibus terminus eſt, ut intelligamus, non ſolum unam harum partium, ſed omnes operam dare, ut Acheron concreetur. Ipſe autem ex guttis cadentibus, id eſt ex criminibus & operibus prauis fluxisq́; antiquarum ætatum, & præſentis confectus eſt olim, & conficitur hodie, ut ſentiamus ex criminibus mortalium amitti gaudium ſempiternum. Verum ut appareat, quia non omnis ætas in hoc conueniat, aureum caput ſolidum eſſe dicit, ut per illud intelligatur innocentiæ primi parentis tempus, & noſtrum dum renati baptiſmate in infantia ſimplices perſeueremus, Demum uenit argentea, quæ & ſi corporeis uiribus uideatur ualidior, uitiis tamen efficitur uilior, & ſic argentea ſciſſa rimis, id eſt criminibus. Tandem tertia ſequitur priorum ſonorior, & operum longe deterior, & hæc æquo modo ſciſſa eſt, & in augmentum agit miſeriæ. Inde ſequitur ferrea fortior, reliquarum etiam peior & obſtinatior. Vltimò ſequitur teſtea, in quam omnis moles corporea inclinatur, & per quam mortalium fragilitas, & ſenium deſignatur, & hæc ſciſſa eſt. Ex quibus quidem ſciſſuris fit ut lachrymæ effluant facientes Acherontem, id eſt gaudii perditionem, ex qua acquiſitio triſtitiæ ſequatur neceſſe eſt, ut ſtygis habeatur origo, & ex triſtitia, doloris incendium, qui Phlegethon eſt, & ex hoc luctus miſeriæ, frigiditas ſempiterna, quam Cocytus ſignificat. Quod autem à Damiata in Romam uerſus ſit, deſcribit humanum genus, quod in campo Damaſceno principium habuit, Romā regnorum mundi ultimam, id eſt finem ſuum proſpiciat.

Damaſco fortaſsis.

*Eſt et Acherō fluuius, Cuius mem. Apollon. 2. Argon.* κεῖθεν δ' οὐ μάλα πουλὺ διὲξ ἁλὸς ἀντιπέ- a
*ραιαν γῆν μαριανδυνῶν ἐπικέλσετε νοςήσαντες ἔνθα μὲν εἰς ἀΐδαο καταίβατις ἐςὶ κέλευθος, ἀκτή τε προβλὴς ἀχερουσιὰς ὑψόθι τείνει, δινήεις τ' ἀχέρων αὐτὴν διανειόθι τέμνων, ἀμφιδέρης ἐκ μεγάλης προχοὰς ἵησι φάραγγος. Quo loco, inquit Comment. dicunt Cerberum ab Hercule ex inferis extractum eſſe, & ibi euomentem* χολὴν*, Aconitum procreaſſe.*

*Hic Dantes Florentinus fuit, ut ſupra dictum, Italicaq́; lingua poëma quoddam ſcripſit, ubi & ſupe-* b
*rorū & res inferorū proſecutus eſt. De quo etiam locus ille refertur: Eum aliquando à papa Pio interrogatum, quoniam ipſe omnia ſuperorū atq; inferorū loca peragraſſe, in ſuo poëmate ſe dixiſſet, Sciretne, ubi locorum. S. Franciſcus ageret, reſpondiſſe illum ante fores paradiſi ſedere. Nam cum regulis Franciſcanorum cautum ſit, ne quis eius ordinis abſq; comite quoquam eat, diuum patrem adhuc illic*

f ſedere

*ſedere expectantem, donec aliquis ſuorum fratrum adueniat, qui cum ingredi paradiſum poſſit.*

## De Furiis filiabus Acherontis in generali. Cap. VI.

FVrias tres eſſe omnes uidentur uelle poëtæ, de quibus in generali libet pauca præfari, ut de particularibus ſumatur facilius intellectus. Primo igitur eas dicunt Acherontis fuiſſe filias atq; noctis. Quod Acherō illis pater fuerit, teſtatur Theodontius. quod autem ex nocte matre natæ ſint, carmine patet Virgilii di- *Lib.12. Aen.* centis. Dicuntur geminæ peſtes cognomine diræ, Quas & tartareā nox intempeſta Me- *Lib.6.* geram Vno eodemq; tulit partu, & cætera. His inſuper plura eſſe nomina uoluere. Nam apud inferos eas uocari dixere canes, ut uidetur uelle Lucanus dū dicit. Iam uos ego nomine uero Eliciā, Stygiasq; canes in luce ſuperna Deſtituā. & cætera. Apud mortales *Lib.7. Aen.* furias, ut ab effectu patet per Virgilii carmen, Cæruleis unū de crinibus anguē Cōiicit, inq; ſinu præcordia ad intima ſubdit Quo furibunda domū monſtro permiſceat om- *Lib.6. Meta.* nem. Eumenides etiam apud nos appellari dicuntur, ut per Ouidium patet dicentem, Eumenides tenuere faces de funere raptas, & cętera. Et hoc apud nos factum in infortunato coniugio ſatis conſtat. Diræ etiam appellantur & hoc apud ſuperos, ut ait Virgilius, At procul ut diræ ſtridorem agnouit & alas, Infelix crines ſcindit Iuturna ſolutos, & cætera. Nam Iuturna dea ſtridorem diræ in aëre, non in terris agnouit. Vocātur & uolucres ut idem dicit Virgilius. Iam iam linquo acies, ne me terrete timentem Obſcœnę uolucres alarū uerbera noſco. Dicit præterea Theodōtius, apud littorales Harpyias appellari. Poſt hæc illas aiunt Iouis atq; Plutonis obſequio deputatas, ut Virgilius teſtatur ſcribēs de eis, Hæ Iouis ad ſolium ſæuiq; in limine regis Apparent acuuntq; metū mortalibus ægris. Si quando letum horrificum morbosq; deūm rex Molitur meritis, aut bello territat ur- *Expoſitio fabulæ.* bes, & cætera. Sed iam quid iſta uelint uidendum. Dicunt igitur eas Acherontis & noctis filias, & ratio uidetur talis. Non ſuccedentibus pro uotis rebus & ratione cedente, ut perturbatio mentis oriatur, de neceſſitate uideatur. quæ non abſq; mentis cęcitate iudicii perſeuerat, & perſeueratione fit maior, donec erumpat in actum, qui abſq; ratione factus fu- a rioſus appareat neceſſe eſt. Et ſic ex Acheronte furiæ naſcuntur & nocte. Dicuntur præterea apud inferos canes, ſcilicet apud homines conditionis infimæ, qui dum in perturbationem ueniunt, non exiſtentibus furori uiribus, clamoribus omnia complent, canū more latrantes. Apud medios autem furiæ, uel Eumenides dictæ ſunt, eo quod maiori lędant incendio furioſum. mediocris enim homo perturbatus, ut in ſe agat, ſeq; intus rodat atq; conſumat, quædā faciunt. nam ne in minores agat lex publica prohibet, in maiores potentia. & more uulgi inferioris clamores emittere, indignatio uetat. ſecum igitur urit, & ſi eruperit uix deſiſtet quin in maximū tendat incendium, multis opitulantibus b furori. Eumenides dicuntur ab heu, quod eſt interiectio dolentis, & men quod eſt defectus, eo quod ipſe qui patitur ſibiipſi pœna ſit. ſeu per antiphraſim dicuntur ab eu & mane, quod utrunq; ſonat bonum, & ipſæ omni bono carent. Apud ſuperos uero appellātur diræ à ſæuitia maiorum in minores, ad quam confeſtim euolat maiorum furor. Volucres autem appellantur à uelocitate furoris, cum repente à manſuetudine in furorem erumpant homines. Harpyiæ autē apud littorales à rapacitate dicuntur. Tanto enim feruore littorales efferuntur in prædam, ut in nullo diſcrepet à furore. Plutoni autem ideo obſequioſas uocant, quia diuitiarum dicitur deus, ut aduertamus crebro perturbationes irasq;, & rixas, ob immoderatam auri cupidinem ſuſcitari. Quod autem Ioui aſſiſtant, non eſt mirandū. eſto illum pium mitemq; dixerimus, pio enim iudici opportunū eſt ultores ſcelerum habere miniſtros. quibus ſi careat, aut non utatur, legum auctoritas facile diſſoluetur. Eſt inſuper aliquando ob populorum crimina diuina permiſſio, ut in elementis miſceatur furor, & eis diſcordātibus inficiatur aer, & peſtes letiferæ oriantur, quibus miſeri abſorbemur. Sic ex eorundem ſuperbia bella naſcantur, ex quibus incendia, populationes, & excidia conſequuntur.

De *furiarum*



*De Furiarum ſignificatione, totoq; illo poëtarum figmento, extat elegans ac memoratu dignus* a *locus in oratione Ciceron. pro Roſcio Amerino. Nolite enim putare, inquit, quemadmodum in fabulis ſæpenumero uidetis eos, qui aliquid impie ſceleratéq; commiſerunt, agitari & perterreri furiarū thædis ardentibus. Sua quemq; fraus, & ſuus terror maxime uexat, ſuum quemq; ſcelus agitat, amentiaq; afficit, ſiue malæ cogitationes, conſcientiæq; animi terrent, hæ ſunt impijs aſſiduæ, domeſticæq; furiæ, etcætera. Ex quo loco facile intelligi poteſt furias non aliud eſſe, quàm animi perturbationes & πάθη, quæ hominem dum poſt commiſſa ſcelera uexant & inquietant, uel ante ad committendum impellunt. Id quod etiam ipſa nomina uelle uidentur, quæ odium, inquietudinem & ultionem ſignificant.*

*εὐμενής dicitur Græcis placidus, inde per antiphraſim εὐμενίδες dictæ ſunt, quia minime placidum animum eſſe ſinant.* b

## De Alecto filia prima Acherontis. Cap. VII.

ALecto furiarum prima eſt, Acherontis & Noctis filia, quam ſic deſcribit Vir- a gilius. Luctificam Alecto dirarum à ſede ſororum Infernisq; ciet tenebris *Lib.7. Aeneid.* cui triſtia bella, Iræq; inſidiæq; & crimina noxia cordi. Odit & ipſe pater Pluton, odere ſorores Tartareæ, monſtrum tot ſeſe uertit in ora, Tam ſæuæ facies, tot pullulat atra colubris. Et paulo infra. Tu potes unanimes armare in prælia fratres, Atq; odiis uerſare domos, tu uerbera tectis, Funereasq; inferre faces, tibi nomina mille, Mille nocendi artes &c. Satis hoc carmine huius furiæ officia apparent, ſatis potentia, ſatis & truculentia, cum etiam Plutoni & ſororibus odioſa ſit. Sonat enim Alecto iuxta Fulgentium impauſabilis, ut intelligatur omnem furiam, ab animi inquietudine initiari, quæ quidem inquietudo totiens intrat mentes, quotiens deſiſtimus noſipſos & deum cognoſcere.

*Cum Iuno Aeneæ infenſa bellum inter Turnum & Troianos ſereret.* a

*Nam ἀπὸ τοῦ λήγειν & priuandi particula α factum eſt ἀλληκτώ.*

## De Tiſiphone furia Acherontis ſecunda filia. Cap. VIII.

TIſiphone furiarū ſecunda, eſt Acherontis & Noctis filia, quam ſic deſignat Ouidius. Nec mora Tiſiphone madefactam ſanguine ſumit Importuna *Ouid. 4. lib. Meta.* facem, fluidoq; cruore rubentē, Induitur pallā, tortoq; incingitur angue, Egrediturq; domo, luctus comitantur euntem, Et pauor & terror trepidoq; inſania uultu &c. Quibus Claudianus addit. Centum illi ſtantes a uibrabāt ora ceraſtæ. Turba minor diri capitis ſedet intus abactis Ferrea lux oculis, qualis per nubila Phœbes A tracia rubet arte color ſuffuſa ueneno. Et his ſuperaddit Statius dicens. Suffuſa ueneno Tenditur, ac ſanie gliſcit cutis igneus atro Ore uapor, quo longa ſitis morbiq; famesq;, Et populis mors una uenit. &cæ. Sic igitur uti per Virgilium Alecto qualitas, ſic per hos tres uates Tiſiphonis demonſtrata eſt. Fulgentius præterea dicit, Tiſiphones idem quod tritoniphones, id eſt irarum uox, in quam poſtquam pectus turgidum fecit inquietudo, facile deuenitur, & ideo progreſſum talem facem ſanguine madentē dicit Ouidius, eo quod ignea ira nunquam egreditur niſi in ſanguine, & ideo fluido cruore rubentem dicit ob colorem faciei hominis irati, & ad diſpoſitionem animi demonſtrandam. Nec ante conſurgit iratus, quàm illum amicorum comitantur lachrymæ illi minus ſano timentes. qui ideo à terrore comitatur, quia iratus omnis terribilis uideatur. Serpentes nunc eidem appoſiti habent iræ ſęuitiam denotare. Hinc deueniens iratus in uocem emittit uapores, ideſt uerba per quæ ſæpe deſolationes oriuntur, locorum & populorum mortes atq; egeſtates.

*Mendoſus hic locus eſt. Nam qui uerſus ex duobus Claudiano & Statio citantur, unius Statij* a *ſunt, ex libro primo Thebaidos, ſtatim ab initio debentq; ita legi. Centum illi aſtantes umbrabant ora Ceraſtæ. Turba minor diri capitis, ſedet intus abactis Ferrea lux oculis, qualis per nubila Phœbes. Atracia rubet arte color, ſuffuſa ueneno Tenditur ac ſanie gliſcit cutis igneus atro Ore uapor, quo*

f 2 *longa*

*longa ſitis, morbiq́; fameſq́;, Et populis mors una uenit, riget horrida tergo Palla, & cærulei rederunt in pectora nodi. Porrò Tiſiphones deſcriptio eſt & apud Silium Lib. 2. Tiſiphone à τίσις & φόνος compoſitũ eſt, ſignificatq́; affectum, ſeu πάθος ultionis & uindictæ.*

De Megæra furiarum tertia Acherontis filia. Cap. IX.

MEgæra furiarum tertia Acherontis & noctis filia, ſic à Claudiano, ubi de laudibus Stiliconis effigiatur. Improba mox ſurgit triſti de ſede Megæra, Quã penes inſani fremitus animiq́; prophanus Error & undantes ſpumis furialibus iræ, Non niſi quæſitum cognata cæde cruorem, Illicitumq́; bibit patrius quem fuderit enſis, Quem dederint fratres, hæc terruit Herculis ora. Hæc defenſores terrarũ polluit artus. Hæc Athamanteæ direxit ſpicula dextræ. Hæc Agamemnonias inter bacchata penates Alternis luſit iugulis, hac auſpice tedæ Oedipodẽ matri, natæ & iunxere Thieſtem &c. Et quoniam Megæra magna ſonat contentio ſeu lis, ſatis cognoſcere poſſumus per ſuperiores uerſus facta nomini conuenire, & ſic fit ut ex inquietudine animi deueniamus in clamorem, & ex clamore in odium & rixam, ex quibus furioſi in exitium ſæpiſſime ruimus.

*Eſt in in Ruffinum primo libro, non de laudibus Stiliconis.*

*Μεγαίρω id quod odi ſignificat, Hinc Megæræ nomen eſt.*

De Victoria quarta Acherontis filia. Cap. X.

VIctoriam dicit Paulus Acherontis fuiſſe filiam, ex Styge filia ſua ſuſceptam, cui adeo Iouem fuiſſe gratum aiunt, ut cum ei fauiſſet in pugna Gigantũ, ſibi loco muneris exhibuiſſe, ut dii per Stygem matrem eius iurarent, & ſi qui aduerſus iuramentum agerent, per certum tempus à nectare abſtinerent. Hanc Claudianus ubi de laudibus Stiliconis ſic deſcribit. Ipſa duci ſacras uictoria panderet † alas. Et palma uiridi gaudẽs, & amicta trophæis Cuſtos imperii uirgo quæ ſola mederis Vulneribus, nullumq́; doces ſentire laborem &cæ. Theodontius uero ferè concors Claudiano in deſcriptione eam inſuper ornat triumphalibus ornamentis. Verum Paulus diſcrepat, eamq́; dicit lætam, ſed rubigine atque puluerulento ſqualore obſitam, armis indutam & cruentis manibus, nunc captiuos, nunc ſpolia recenſentem, & ornamenta quę Theodontius huic apponebat, filio eius, quem honorem dicunt, exhibet omnia. Sed quid ſenſerint exquiramus. Victoriã Acherontis filiam ideo uoluiſſe ueteres credo, quia non ex incuria & ocio acquiratur, ſed ex cogitationibus continuis, quæ dum ex ingenio exprimuntur utiliora conſilia, agunt profecto cogitantem, & ab eo gaudium omne amouent, & ſic iam adeſt Acheron. Præterea nec in comeſſationibus atq; ioculationibus inuenitur, quinimmo ex uigiliis, circuitionibus & laboribus aſſiduis, conſtanti animo & forti pectore, dolore uulnerum & tolerantia incurſionum excerpitur, quæ abſq; triſtitia patientis euenire aut tolerari non poſſunt. Verum ut differat hæc triſtitia à triſtitia furiarum, illa ab ægritudine mentis, hæc à corporea ut plurimum oritur. Et ſic cui pater Acheron uenerat, Styx accedit e ueſtigio mater. Econtra autem feſtinantes, nec aliqua præmeditantes facile deueniunt in ruinam. Troia anxia capi non potuit, læta confeſtim capta eſt. Alatam uictoriã dicit Claudianus, quia facile etiam una opportuna obmiſſa uigilia, nonnunquam in partem euolat alteram. Palma ornatur, quia nunquam lignum palmæ corrumpitur, frondesq́; uiriditatem conſeruant, ut uictoris auctum robur, & nomen in longum uirere intelligamus Trophæis autem amicta eſt, ut ſecunda honoris ſpecies impenſi uictori monſtretur. minor enim erat triumphus. & quia in eo ſacrificaret ouem uictor, ouatio uocabatur. Seu uocabant ueteres trophæũ truncum ad inſtar ſuperati hominis factum, & armis eiuſdem indutum. Habitus uictoriæ à Paulo deſignatus aptior uidetur, quàm is qui à Theodontio ſcribitur. Non enim extemplo uictor ornamentis ornatur, non uictoriæ, ſed ob uictoriã ei poſtea exhibentur.

Lib. 3. de laud. Stilico.

Claudia-



*Claudiani codex ædes habet, ſed hæc lectio melior uidetur.* †

*Claudianus de 6. Conſ. Hon. Affuit ipſa ſuis talis uictoria templis Romanæ tutela togæ, quæ diuite penna Patricij reuerenda fouet ſacraria cætus.*

De Honore Victoriæ filio. Cap. XI.

HOnorem Theodontius & Paulus filium dicunt fuiſſe Victoriæ, ex quo patre non dicunt. Hunc tamen arbitror ideo Victoriæ dictum filium, quia ex uictoria quæſita conſequatur honor, qui quidem in præſentia ſuſcipientis exhibebatur, cum laudes in abſentia præſtarentur. Huic à Romanis olim templum conſtructum fuit templo uirtutis iunctum, ad quod niſi per templum uirtutis non erat introitus, ut appareret neminem niſi per uirtutẽ honorem conſequi poſſe, & ſi ob aliam cauſam cuiquam fiat, non honor ſed ridiculæ atque letales blanditiæ ſunt. Huic coniugem fuiſſe reuerentiam uolunt, & ex ea illi maieſtatem exortam. Sunt tamen qui idem dicant reuerentiam & honorem, cum differant. Eſt honor publicus & priuatus. publicus, cum alicui laurea uel triumphus decernitur. priuatus is eſt, qui à priuatis impenditur, ut dum alicui priuato aſſurgimus, eum præmittimus, primum locum in templo uel menſa præſtamus. Reuerentia uera eſt, quam maioribus non ex decreto ſed ſponte uel conſuetudine exhibemus, cum flexis genibus & adaperto capite uenerabiles uiros alloquimur. Quæ ſolius dei ſunt, eſto ſibi ambitioſi principes occuparint.

De Maieſtate Honoris filia. Cap. XII.

MAieſtatem honoris atq; reuerentiæ filiam dicit Ouidius, de qua ubi de Faſtis ſic ait. Donec honor placidoq́; decens reuerentia uultu Corpora legitimis impoſuere toris. Hinc ſacra maieſtas quę mundum temperat omnem, Quaq́; die partu eſt edita magna fuit, Nec mora conſedit medio ſublimis Olympo Aurea purpureo conſpicienda ſinu &c. Hanc honoris & reuerentiæ filiam uoluiſſe reor, quia ex honore impenſo & exhibita reuerentia fit quidam maioritatis ſtatus in ſuſcipiente, ex quo maieſtas eſt dicta deo ſoli competens.

*5. lib. Faſt. ab initio.*

De Aſchalapho quinto Acherontis filio. Cap. XIII

ASchalaphus Acherõtis & † Ornæ nymphę fuit filius, ut ait Ouidius. Aſchalaphus audit quem quondã dicitur Orphnes Inter auernales non ignotiſſima nymphas, Ex Acheronte ſuo fuluis peperiſſe ſub undis &c. Hunc aiunt rapta Proſerpina à Plutone, cum quęreretur nunquid aliquid apud inferos guſtaſſet, eam accuſaſſe atq; dixiſſe tria grana mali punici ex uiridario Ditis guſtaſſe. ex quo factum eſt, ut non reſtitueretur ex toto Proſerpina, & ipſe uerteretur à Cerere in bubonem. Circa quod figmentũ nil credo aliud uoluiſſe poëtas, quàm oſtendere odioſiſſimum eſſe accuſatoris officium, & iccirco aiunt in bubonem uerſum Aſchalaphum, eo quod ſicut bubo funeſta eſt auis, & ſiniſtri ſemper augurii reputata, ſic & accuſator ſemper laboris & anxietatis prænuncius eſt accuſato. Præterea bubo ſtridula auis eſt, ut oſtendatur clamoſos eſſe accuſatores, ſic & uti bubo ſub multitudine uariarum pennarum modicum habet corporis, & æque accuſatoris ſub longa uerboſitate, ut plurimum reperitur modicum ueritatis. Igitur non incongrue filius dicitur Acherontis, ad ſimilitudinem ſaltem officii, quia ſicuti Acheron gaudio priuat quos tranſuehit, ſic & accuſator hos replet triſtitia in quos inuehitur. Quod autem Orne mater eius dicatur, à conſuetudine bubonis ſumptum eſt, qui ſæpiſſime, ut aiunt qui de proprietatibus rerum ſcripſere, die mortuorum ſepulchris inhabitat, quæ ut ait Papias Ornæ uocantur, & Lucanus ait, Cælo tegitur qui non habet urnam.

*Orphnes. Lib. 5. Meta.*

Spectantia ad Cererem & Proſerpinam ubi de eis in ſequentibus, apponetur.



Pro

a *Pro Vrnæ: mutabant enim ueteres ſæpe u in o, & contra: ſed lapſus eſt Bocatius, qui Orne pro Orphne legit. Eſt autem ὄρφνη caligo & tenebroſitas, quæ ideo bubonis mater dicitur, quod noctu ferè uolet hæc auis.*

## De Styge Acherontis ſexta filia. Cap. XIIII.

STyx inferna dicitur palus & Acherontis & terræ filia exiſtimatur à cunctis, & ſecundum Albericum deúm nutrix & hoſpita, per quam etiam ut ſupra
a dictum eſt, dii iurant, neq; timore pœnæ audent deierare, ut ait Virgilius. Stygiam'q; paludem Dii cuius iurare timent & fallere numen &c. priuaba-
b tur enim ad tempus qui deieraſſet, nectareo poculo. Et hoc ideo illi uolunt conceſſum, quia uictoria eius filia, diis aduerſos Titanos pugnantibus fauiſſet. Styx enim interpretatur triſtitia, ideo Acherontis, qui ſine gaudio eſt, dicta filia, eo quod ut ait Albericus, qui gaudio caret, in triſtitiam labitur facile, immo ut labatur neceſſe eſt. Terra autem illi attribuitur mater, quia cum omnis aqua à fonte illo aquarum uno Oceano procedat, trahi per uiſcera terræ uſq; ad illum locum, unde prorumpit in publicum neceſſe eſt, & ſic terra Stygis dicitur mater. Seu ſecundum alium ſenſum. Inter humores ab elementis impreſſos mortalibus, à terra imprimitur melancholia, quę proculdubio triſticiæ mater & altrix eſt. Deorum autem nutricem & hoſpitam non abſq; myſterio Stygem uoluere. Circa quod aduertendum eſt duplicem eſſe triſtitiam. Aut triſtamur, quia deteſtanda noſtra deſideria, quacunq; ex cauſa ſit, conſequi nequeamus. Aut triſtamur cognoſcentes quia aliquid ſeu multa minus iuſte peregimus. Triſtitia prima nunquam deorum fuit nutrix aut hoſpita. Secunda uero fuit & eſt, nam ex minus bene commiſſis dolere & triſtari nil aliud eſt, quàm alimenta præbere uirtuti, per quam in deitates ſuas gentiles iuére, & nos Chriſtiani in beatitudinem imus eternam, in qua dii non inanes aut perituri ſumus. Has triſticiæ ſpecies optime ſenſiſſe in. 6. Aeneidos oſtendit Virgilius, ubi perfidos & obſtinatos in malum homines mittit in tartara, ubi nulla eſt redemptio. Alios uero poſt exactas ob culpam pœnas, Elyſios ducit in campos. Seu uolumus dicere quod magis forſan ſenſere poetę, deos id eſt ſolē & ſydera ad Aegyptios aliquādo abiiſſe. quod hyemali tempore contingit, quando ſol ſemotus à nobis tenet ſolſtitium antarcticum, quod ultra meridionales Aegyptios, Cenith capitis habitantium ibidem facit, & tunc à palude ſtygia paſcuntur ſydera ſecundum opinionem eorum, qui exiſtimabant ſuperiorum corporum ignes ex humiditate uaporum ex aqua ſurgentiū paſci, & apud
c eam hoſpitantur donec uerſus arcticum polum gradum non flexerint. Stygem autem eſſe ſub auſtrali plaga demonſtrat Seneca, eo libro quem ſcripſit de ſacris Aegyptiorum dicens. Stygem paludē apud ſuperos eſſe, id eſt apud eos qui in ſuperiori ſunt hemiſphærio, oſtendens inde quod circa Syenem extremam Aegypti partem uerſus auſtrum locum eſſe, quem phialas hoc eſt amicas incolæ uocitent, & apud eas paludem eſſe ingentem, quæ cum tranſitu difficillima ſit, limoſa nimis & papyris implicita, ſtyx appellata eſt, quaſi triſticiam & laborem nimium tranſeuntibus inferens. Iurare autem deos per ſtygem poteſt eſſe ratio talis. Conſueuimus enim per eas res, quas timemus aut optamus iurare. Sanè qui ſumme gaudet non uidetur habere quod cupiat, cum non deſit quod timeat, & ex his dii ſunt quos felices faciunt. quamobrem teſtat ut iurent per triſticiam, quam ſibi noſcunt aduerſam. Quod deierantes nectareo priuentur poculo, eò dictum puto, quia qui ex felicitate in miſeriam deuenere, deieraſſe, id eſt minus bene egiſſe dicebant, & ſic à nectareo poculo ad amaritudinem infortunii deueniſſe.

a *Sic Iuno apud Homer. lib. Iliad. ο ἴςω νῦν τόδε γαῖα, καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν, καὶ τὸ κατειβόμενον ςυγὸς ὕδωρ, ὅστε μέγιςος ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι.*

b *Didymus in Homer. Iliad. τ. affert aliam cauſam, nempè quod ςὺξ cum liberis ſuis prima, in bello Ioui adfuerit. Idem cum Heſiodo, non Acherontis ſed Oceani filiam Stygem facit. ςὺξ autem à uerbo ςυγέομαι, quod ſignificat odio haberi, deriuatum uidetur. De pœna autem peierantium deorum, habes locum ſatis pro argumento copioſum apud Heſiodum in Theogonia.*

*In Arcadia quoq; ad Pheneum aqua profluit è ſaxis, Styx appellata, quæ illico necat bibentes, è Plini. lib. 31. Capit. 2.*



## De Cocyto infernali fluuio Stygis filio qui genuit Flegetontem. Cap. XV.

COcytus infernalis eſt fluuius quem ex Styge palude natum dicit Albericus, quod ob id arbitror dictum, quia luctus quem per Cocytum intelligunt, ex triſtitia, quæ Styx eſt, oriatur.

## De Flegetonte fluuio infernali Cocyti filio qui genuit Lethem. Cap. XVI.

PHlegethon & hic inferni fluuius eſt, & ſecundū Theodontium Cocyti filius, ob id ut extimo dictum, quia ex diuturno luctu quis facile ueniat in furorem, quod quidē ut nonnullis placet, natura cōtingit. Nam exhauſto lachrymis humiditate cerebro, feruentes cordis impetus frenari non poſſunt, & ſic quis in furiam labitur. Flegethon enim ardor interpretatur, ut comprehendatur ex feruore cordis nimio hominum excitari furores.

*φλεγέθω cōburo ſignificat.*

## De Lethe fluuio infernali Flegetontis filia. Cap. XVII

LEthem inferni dicunt fluuium & Flegetontis filiam, quod ideo dictum puto, eo quod ex furore naſcatur obliuio. Cernimus enim furioſos ſuæ ſuorum'q; dignitatis oblitos, & lethes interpretatur obliuio. Hunc fluuium ponit Virgilius apud Elyſios campos, & eo illos potari, quos Mercurius uult reuerti ad corpora, de quibus ſupra dictū eſt, ubi de Mercurio primo. Dātes uero noſter illum deſcribit in ſummitate montis purgatorii, & ex illo dicit animas mundas & cælo dignas potare, ut obliuiſcantur præteritorum malorum, quorum memoria felicitati perpetuæ præſtaret impedimentum.

## De Vulcano primo Cæli filio quarto, qui genuit Apollinem. Cap. XVIII.

VVlcanus primus teſte Tullio ubi de naturis deorum, Cęlo natus eſt, de quo nil aliud reperitur, niſi quia ex Minerua ſecundi Iouis filia, ut dicit Theodōtius, Apollinem genuerit primum. Credo ego hunc igneum & inexhauſti uigoris hominem fuiſſe & Saturni fratrem.

## De Apolline primi Vulcani filio. Cap. XIX.

APollo, ut Ciceroni placet & Theodontio, filius fuit primi Vulcani atque Mineruæ, & ut ipſemet Tullius aſſerit ubi de naturis deorum, hic omnium Apollinum fuit antiquior. hunc dicit Theodontius fuiſſe medicinæ artis repertorem, & primum uirium herbarum cognitorem, quantūcunq; Plinius in libro hiſtoriæ naturalis aſſerat Chironem Saturni & Phillyrę filium primum fuiſſe herbarum uirium atq; medicamentorum repertorem.

## De Mercurio quinto Cæli filio. Cap. XX.

MErcurius qui tertius eſt, ut ait Tullius de naturis deorum, Cælo patre & die matre natus eſt, obſcœnius tamen excitata natura, eo quod aſpectu Proſerpinæ motus ſit, huic ornamenta quæ cæteris apponuntur. Dicit tamen Theodontius Aegyptios uirgæ huius circumuoluiſſe ſerpentem, quod teſtatur Valerius Martialis Epigrammatū libro ſeptimo dicens. Cyllenes cæli'q; decus facunde miniſter Aurea cui torto uirga dracone uiret. Aiunt inſuper eum ex Venere ſorore ſua Hermaphroditum filium ſuſcepiſſe. His præmiſſis quid ſenſiſſe ueteres fictionibus uoluerint exquiramus, & primo quid eum à cælo obſcœne genitum dicant. hoc circa multa dicebat Leontius, ut proſpectum cæli in terram, & raram planetæ Mercurii apparitionem, & alia huiuſmodi, quæ quoniam friuola uiſa ſunt, eis omiſſis Barlaæ relatum apponere libuit. Dicebat enim huius Mercurii

à natiuitate nomen Hermes fuiſſe, ſeu Hermias, eúmq; ex ſtupro Philonis Arcadis,
& Proſerpinæ eiuſdem filiæ, in quam ſe balneantem impudicos iniecerat oculos, procre-
atum, & ſic ſatis patet quia obſcœne excitata natura ſit, inſpecta Proſerpina. Hermetê au-
tem eum nominatũ dicit, eo quod eo nato, cum de futuris eius ſucceſſionibus Philon
conſuluiſſet mathematicum, habuit pro reſponſo, eum diuinum futurum hominem
& maximum diuinarum rerum interpretem. quamobrem Philon qui illũ exponi pro-
poſuerat, ſeruari fecit, atq; cum diligentia nutriri, eúmq; uocauit hermetem, eo quod
ἑρμῆς Græce, latine ſonet interpres. Poſt hæc cum adoleuiſſet, ob ruborem ſceleſtę origi-
nis in Aegyptũ ſeceſſit, ubi mirabiliter profecit in multis, & potiſſime in arithmetica, geo-
metria & aſtrologia, adeo ut Aegyptiis cæteris præferretur, & cum ob excellentiam prædi-
ctorum iam Mercurii nomen meruiſſet, medicinalibus operam dedit, tamq; in his ſubli-
mis effectus eſt, ut omiſſo Mercurii nomine crederetur Apollo, & longe profuſius in ſa-
cris Aegyptiorum inſtructus, cunctis factus eſt homo mirabilis, ibíque ſeu ad eius nobi-
litandam originem, ſeu potius ad ignominiam originis contegendam, Cæli dictus eſt
filius & diei,, quaſi à cælo miſſus, & in diei luce factus conſpicuus. De hoc præterea Her-
mes Trimegiſtus, qui ſe teſtatur eius fuiſſe nepotem, mentionem facit, eo in libro quem
de idolo ſcribit ad Aeſculapiũ dicens, quod eſto mortuus uenientes ad eius ſepulchrum
adiuuet & conſeruet. Sed quid hæc uelint inſignia aduertendum, cum aliud in plane-
ta, aliud in medico, aliud in rhetore, & aliud in mercatore, uel fure Mercurio habeant de-
*Galerus.* monſtrare. Dicunt ergo eum ut præmonſtratum eſt, ubi de Mercurio primo, galero te-
ctum, ut per illum cælum intelligamus, à quo & ſi tegamur omnes, à medico potiſſime
cognoſci debet, circa planetarum motus uarios & eorum diſpoſitiones & ſyderum ſpe-
culando, ut per ea tanquam in humana corpora agentia, & cauſantia plurima, & ægri-
tudinum cauſas, ſucceſſus & opportuna remedia poſſit agnoſcere, atq; ea quæ ad ſalutē
*Talaria.* ægrotantis neceſſaria monſtrantur, diſponere. Talaria uero illi apponuntur pennata, ut
per ea noſcamus oportere medicum promptum & ad remedia contingentium habere
ſcientiam, ne ante ægritudine laborans deficiat, quàm acceſſerit tardi medici argumen-
tum. Præterea ut ipſi cognoſcant cum naturæ miniſtri ſint, omni alia ſepoſita cura ſe de-
*Virga.* bere ad neceſſitates uocantium euolare. Eſt illi inſuper uirga quam ſupra diximus illi ab
Apolline fuiſſe conceſſam, ut intelligatur primo, quia conceſſa eſt ab Apolline medici-
næ auctore, ideſt à medico experto & doctore autoritas approbantis, abſq; qua nemo
hercle deberet tale officium exercere. Inſuper dicunt eum hac uirga ab Orco pallentes
euocare animas, ut appareat multos iam dudum iudicio & arte multorum medenti-
um in mortē ituros, ſcientis medici adiutorio in uitam retētos, ſeu à morte, id eſt ab Or-
co potius reuocatos. Sic uerſa uice dum minus morborum noſcuntur cauſæ, hac eadem
uirga, id eſt auctoritate uel artificio minus congrue operato, animæ quę ſtetiſſent, emit-
tuntur ad tartara, id eſt in mortem. Somnos etiam hac uirga, id eſt arte dat medicus per-
ſæpe in ſomnum declinare nequeuntibus, & aufert in ſuam perniciem dormientibus
nimium. Ventos inſuper hac uirga medicus amouet, dum ſtultas ægrotantium opi-
niones ſuaſionibus & rationibus ueris amouet, auferendo timorem, Seu etiam dum
uentoſitates uiſcera in grauiſſimum patientis dolorem agitantes, ſuis aut potionibus,
aut remediis aliis reſoluunt in nihilum. Sic & nubila tranant, dum humiditates ſu-
perfluas educunt quaſi tranantes, id eſt ad ſe trahentes à corpore languido. Serpens au-
*Serpens.* tem ideo circumuoluitur uirgæ, ut intelligamus medicinale exercitium abſque na-
turali & debita diſcretione tendere non forte minus in perniciem quàm ſalutem.

Pendent enim non minus ex animaduertentia medentis, quàm ex arte quando-
que remedia. Iubet enim ars reubarbaro à corporibus expelli ſuperflua. quod ſi debi-
litato nimium dabitur, facile uita cum ſuperfluis emittetur. & ideo circa talia & alia
omnia medentis plurimum opportuna diſcretio, quæ per ſerpentem prudentiſſimum
aliás



aliás deſignatur, uirgæ ideo circumuolutum, ut nunquam abſq; diſcretione exerceatur
auctoritas. Quod Hermaphroditum genuerit, dicit Paulus uerum non eſſe. ſed ideo fi-
ctum atq; appoſitum eſt, quia primus Aegyptiis qui monſtruoſum arbitrabantur Her-
maphroditos naſci, atq; tanquam rem præter naturam abiiciebant, ſi quando aliquem
naſci contigiſſet, oſtendit, quia naturali gigni ratione poterant, & qua in parte matricis
ſuſciperetur à fœmina.

De Hermaphrodito Mercurii & Veneris filio.

Cap. XXI.

HErmaphroditum dicit Theodôtius ex Venere filium fuiſſe Mercurii, quod
etiam teſtatur Ouidius dicens. Mercurio puerũ & diua Cithereide natum *Lib. 4. Meta.*
Naiades Ideis enutriuere ſub antris. Cuius erat ſpecies, in qua materq; pa-
terq; Cognoſci poſſent, nomen quoq; traxit ab illis &c. Ex quo inſuper *De hoc Dio-*
Ouidius fabulam recitat talem. Quod cum Ida monte Phrygiæ, in quo fue- *dor. Sic. lib. 5.*
rat nutritus, derelicto, uagans in Cariam uſq; deueniſſet, fontem lympidum uidit, quem *Geſt. ant.*
Salmacis nympha incolebat, quæ cum eum formoſiſſimum uidiſſet, e ueſtigio amauit,
& blandis uerbis in ſuam ſententiam trahere conata eſt. Tandem cum uerecundaretur
adoleſcentulus, aſpernareturq; uerba nymphæ pariter & amplexus. illa ſimulato receſſu
poſt uepretum latuit. Iuuenis autem putans abiiſſe nympham nudus fontem intrauit,
quod Salmacis uidens abiectis ueſtibus confeſtim & ipſa in fontem ſe nudam dedit, re-
nitentemq; tenuit. Verum cum eum inflexibilem cerneret, orauit ut ex ambobus efficie-
retur unus. Et factum eſt. & ſic qui maſculus intrauerat fontem, maſculus illum exiuit
& fœmina. & deprecatus eſt, ut qui in eo balnearētur in poſterũ, hanc eandē ignominiā
reportarent, quod obtentum eſt, fauente precibus utroq; parente. Hermaphroditum ex
Mercurio & Venere genitum, uult † Albericus laſciuientem præter opportunitatē eſſe ſer- *Albertus, for-*
monem, qui cum uirilis eſſe debeat, nimia uerborum mollitie uidetur effœminatus. *te.*
Ego uero Hermaphroditum habere utrumq; ſexum, ad naturam Mercurii refero, quem
uenerabilis Andalo aiebat, eo quod cũ maſculinis planetis maſculus eſſet, cum fœmini-
nis autem fœmina, inferre inter cætera his quorum natiuitatibus pręeſſet, ni planetarũ ali-
us obſiſteret, uel cæli locus, ut utriuſq; ſexus concupiſcentia teneretur. Sed uolunt non-
nulli altius intellexiſſe poetam, dicentes in matricibus mulierum, ſeptem conceptui ap-
tas cellulas eſſe, quarum tres in dextera uteri ſunt, & totidem in ſiniſtra, & una media. Ex
his unaquæq; duos poſſe concipere, quantumcunq; dicat Albericus in libro de naturis
animalium, ſe abortu cuiuſdam mulieris aduertiſſe eam centum quinquaginta filios
inuicem concepiſſe. Ex his enim quæ in dextera ſunt cum ſemen concipiunt, maſcu-
los pariunt. quæ autem in ſiniſtra, fœminas. cum uero in ea quæ media eſt concipi-
tur, naſcuntur utrumq; ſexum habentes, quos Hermaphroditos dicimus, & ſic in cel-
lula tanquam in fonte utriuſq; ſexus lucta eſt. & dum uincere conatur uterq; ne alter
ſuccumbat, efficitur ut utriuſque uictoriæ ueſtigia uideantur. Sic rata manet oratio, ut ſi
quis fontem illum intrauerit, ſemiuir exeat illum. Sanè longe aliter ſenſiſſe poetantes
exiſtimo. Eſt enim Salmacis Cariæ fons celeberrimus, qui ne hac labe pollutus appa- *Salmacis.*
reat, & purgare fontem, & quicquid dederit fictioni cauſam, libet apponere. Eſt igi-
tur ut Vitruuio eo in uolumine, quod de Architectonica ſcripſit, placet, fons cui Salma-
cis nomen eſt in Caria, haud longe ab Halicarnaſſo claritate præcipuus, & ſapore egregi-
us, circum quem barbari olim, Carii ſcilicet & Leleges habitabant, qui à Nyda & à Re-
uania Arcadibus, à quibus ibi Troezeni communis deducta Colonia, pulſi ad monta-
na fugere, & latrociniis atq; diſcurſionibus omnia infeſtare cœpere. Sed cum de colo-
nis Arcas unus lucri tractus auiditate prope fontem tabernã meritoriam edidiſſet, quaſi
aquæ bonitas cœptis ſuis eſſet præſtatura fauorē. factũ eſt, ut tam aquę delectatione quàm
cibi opportunitate nõnunquã barbari immanes deſcenderēt in tabernã, & cõſuetudine
paulatim

paulatim barbariem ponere, & Grecorum mollioribus moribus atque humanioribus adhærere inciperent, donec ex ferociſſimis mites uiderentur effecti. Et quum manſuetudo reſpectu ferocitatis uideatur fœmina, dictum eſt, ut qui illo uterentur fonte, effœminarentur.

De Venere magna ſexta Cæli filia. Cap. XXII.

VEnus magna, ut ubi de naturis deorum ſcribit Cicer. Cæli fuit filia & Diei. cum præter hanc tres alias fuiſſe demonſtret, hanc primam omnium aſſerit extitiſſe. Attamen cum figmenta plurima circa Veneres indiſtincte comperiantur, his ſumptis quæ ad hanc ſpectare uidebuntur, reliqua reliquis relinquemus, nõ quia huic adaptari non poſſint omnia, ſed poſtquam aliis attributa ſunt, illis dum de eis ſermo fiet, appoſuiſſe decentius eſt. Huius igitur ante alia filium fuiſſe amorem geminum uoluere, ut teſtatur Ouidius dum dicit. Alma faue dixi geminorum mater amorum &c. De patre autem diſſentiunt, cum dicant alii ex Ioue genitũ, alii ex Libero patre, ſic & Gratias, quas huius etiam dicunt filias. Dicunt inſuper huic cingulum eſſe, quod Ceſton nominant, quo cinctam eam aſſerunt legitimis interuenire nuptiis. Alii uero cõiunctionibus maris & fœminæ dicũt abſq; cingulo intereſſe. & inſuper dicunt ſumme Solis progeniem habere odio, propter adulterium eius cum Marte ab eo Vulcano patefactum. Addunt præterea in tutela eius eſſe columbas. & cum eidem currum tribuant, illum à cygnis trahi uolunt, mirtumq́; arborem illi ſacram faciunt, & ex floribus roſam. Poſt hæc etiam dicit Theodontius eam in domo Martis furias hoſpitio ſuſcepiſſe, ſeq́; eis familiaritate iunxiſſe. Et ut plurimum de reliquis diis faciunt, eam multis appellant nominibus, utputa Venerem, Cytheream, Acidaliam, Heſperum, Luciferum, & Veſperuginem. Et ut ſi qua alia ſunt omiſerim, ad ſenſum præcedentium ueniamus. Sanè quoniam uel omnia uel ferè omnia prædicta à fingentibus, à proprietatibus Veneris planetæ ſumpta forte ſunt, quid de eiſdem aſtrologi ſentiant, ante alia apponendum cenſui, ut facilius ſumatur ex dictis poetantium intellectus. Et quoniam aliás Albumaſar ſecutus ſum & uenerabilem Andalo, iuxta eorum ſententiã eius ferè mores & potentiam, ſeu circa quæ uerſetur, deſcribam. Volunt igitur Venerem eſſe fœminã complexione flegmaticam atque nocturnam, acutæ meditationis in compoſitionibus carminum, periuria ridentem, mendacem, credulam, liberalem, patientẽ, & leuitatis plurimæ, honeſti tamen moris & aſpectus, hilarem, uoluptuoſam, dulciloquam maxime. atq; aſpernatricem corporeæ fortitudinis, & animi debilitatis. Eſt huius inſuper ſignificare pulchritudinem faciei, & corporis uenuſtatem, rerumq́; omnium decorẽ, ſic & uſum precioſorum unguentorũ, aromatum fragrantium, alearum ludos, & calculorum ſeu latronum, ebrietates preterea, & comeſſationes, uina, mella & quæcunq; ad dulcedinem & calefactionem pertinere uidentur, æque omnis generis fornicationes atq; laſciuias, & coitus multitudinem, magiſteria circa ſtatuas & picturas, ſertorum compoſitiones, & ueſtium indumenta, auro argentoq́; cõtexta, delectationem plurimam circa cantum & riſum, ſaltationes, fidicinas, & fiſtulas, nuptias & alia multa. ſed eis omiſſis ad auferendum fictionis corticem ueniamus. Filiam eam dicunt Cæli & Diei, & cum de planeta intelligant, non incongrue. Nam quia Cælo uidetur infixa, & cum eo mouetur, ab eo uidetur producta. Diei uero dicitur filia à claritate ſua, qua cæteris aſtris fulgidior eſt. Eam geminum amorem peperiſſe, non caret myſterio. Ad euidentiam cuius exiſtimandum eſt, ut aliquando conſueuit dicere uenerabilis Andalo, deum patrem omnipotentem dum omnis mundi machina ab eo fabricata eſt, nil feciſſe ſuperfluum, aut commodo carens animalium futurorũ. Sic & ſupercæleſtia corpora tam grandia, tam lucida, tam ordinate ſuo ſe & alieno motu mouentia non ſolum ad ornatũ, quem nos ferè ob crebram inſpectionem floccifacimus, condidiſſe credendũ eſt, ſed circa inferiora illis plurimũ poteſtatis dediſſe, ad hoc ſcilicet ut eorum motu atq; influentia anni uoluentis

Faſt. 4.

Expoſitio fabulæ.



entis uariarentur tempora, gignerentur mortalia, genita naſcerentur, & alerentur nata, atq; in tempore deducerentur in finem. Nec hanc mixtim atque confuſe corporibus iniunctam debemus arbitrari potentiam, quinimmo unicuique proprium conſtituiſſe officium, & circa quæ eius uerſaretur auctoritas diſtinxiſſe, uoluiſſéque omnia ſe inuicẽ ſecundum plus & minus coniunctionum atq; reliquarum uirium, pro uarietate locorum ad opus in finem deducendum intentum mutuis uiciſſitudinibus iuuare, & inter alia conceſſa pluribus, ut teſtantur effectus. Veneri planetæ aſſerebat idem Andalo fuiſſe conceſſum quicquid ad amorem, amicitiam, dilectionem, coniunctionem, ſocietatem, & unionem inter animalia ſpectare uideretur, & potiſſime ad procreationem prolis ſpectantia, ut eſſet qui ſegnem forte naturam, in ſui continuationem atque ampliationem urgeret. & idcirco cauſari ab iſta hominũ uoluptates concedi poteſt, quo conceſſo egregie finxere poëtæ, qui eius amorem ſeu Cupidinem filium fuiſſe dixere. Sed quid illum geminum dicit Ouidius aduertendum. Credo ego amorem tantum unicum eſſe, ſed hunc totiens & mutare mores, & nouum cognomẽ patremq́; acquirere, quotiens in diuerſos ſeſe trahi permittit effectus. Et hinc Ariſtotelem reor triplicem deſignaſſe amorem, propter honeſtum, propter delectabile, & propter utile. & ne diſcordes Ariſtoteles & Ouidius uideantur, forſan ex duobus ultimis unum tantum faciebat Ouidius, cum etiam delectare minus honeſte uideatur utilitas. Verum quoniam tractatus talis potius ſpectat, ubi de amore uel cupidine mentio fiet, ad reliqua ad Venerem pertinentia ueniendum eſt. Dicunt igitur eam gratias peperiſſe. nec mirabile. quis unquam amor abſq; gratia fuit? Quæ quare tres & alia ad ea ſpectantia, commodius infra ubi de eis ratio apponetur. Cingulum Veneri quod uocauere Ceſton, inſuper eſſe dixere, quod illi minime datum à natura fuerat, nec à poëtis fuiſſet, niſi ſanctiſſima atq; ueneranda legum auctoritate illi fuiſſet appoſitum, ut aliquali coertione uaga nimis laſciuia frenaretur. Quid enim ipſum ſit ceſton, in Iliade deſcribit Homerus dicens.

ἦ καὶ ἀπὸ στήθεσφιν ἐλύσατο κεστὸν ἱμάντα, Iliad. Ξ.
ποικίλον, ἔνθα δέ οἱ θελκτήρια πάντα τέτυκτο·
ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστὺς a
πάρφασις, ἥ τ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων.

Intellectus eſt iſte. Et à pectoribus ſoluit Ceſton cingulum uarium, ubi ſibi uoluntatia omnia ordinata erant. ubi certe amicitia atq; cupido atq; facundia, blanditiæq́; furatę mentem licet ſtudioſe ſcientium. Circa quod ſi rite cõſiderentur in eo deſcripta, ſatis circa coniugium contingentia uidebimus. Dicit enim ibi Cupidinem eſſe ut intelligatur ſponſi ſponſæq́; ante nuptias deſiderium, inde amicitiam, quæ quidem ex commixtione & morum conuenientia oritur atque in longum trahitur. Si uero diſſonent mores, inimicitię, iurgium, deſpectio & huiuſmodi naſci uidimus aliquando. Facundia autem quàm opportuna ſit patet liquido. nam per eam affectiones panduntur cordis, amantium mulcentur aures, ſedantur litigia, quæ ſæpiſſime inter coniuges oriuntur, & ad tolerantiam emergentium etiam animantur. Sunt & in eo blandiciæ quæ habent animos attrahere & ligare, iras comprimere, & alienatum amorem etiam reuocare, quarum ſunt tam grandes profecto uires, ut non ſolum ab eis capiantur ignari, ſed etiam ut ipſemet dicit Homerus, hæ furatæ ſunt ſæpiſſime ſapientibus intellectum. Hoc cingulum dicit Lactantius uti nos ante diximus, Venerem non ferre niſi ad honeſtas nuptias, & ob id omnem, alium concubitum, eo quod ad eum ceſton delatum non ſit, inceſtum uocari. Quod Furias in domo Martis hoſpitata ſit, & eis familiaris effecta, hanc ob cauſam dictum reor. Sunt enim inter ſigna cæleſtia ut dicebat uenerabilis Andalo, duo, quæ Marti ab aſtrologis domicilii loco attributa ſunt, Aries ſcilicet & Scorpio. in quam harum domorum illas Venus duxerit non habemus. ſed ſi in arietem duxerit, initium ueris per arietem deſignari credo, cum tunc uer incipiat

at quando ſol arietem intrat. Circa quod tempus animalia cuncta in concupiſcentiã inclinantur, ut dicit Virgilius. In furias ignesq́ ruunt. Nec ſolum bruta, ſed etiã mulieres, quarum complexio ut plurimum frigida & humida eſt, agente ueris temperie in calorẽ & Venerem acrius excitantur. Quæ quidem excitatio niſi frena rubor iniiceret, uerti in furiam uiderentur. Sic & feruores iuuenum, qui niſi legum auctoritate ſopirentur, ſeu potius coercerentur, in peſtiferos profecto furores excederent. Et ſic bene in domum Martis à Venere deductæ ſunt furiæ, eisq́ familiaris effecta eſt, in quantum immoderata efficitur & effrenis. Si in Scorpione duxiſſe uolumus, quoniam ueneniferum atq; fraudulẽtum eſt animal, intelligo nonnunquã amantium amaritudines anxias modicæ mixtas dulcedini, ob quas ſæpiſſime miſeri adeo uexantur ardẽtes, ut in ſeipſos gladio, laqueo, præcipitioq́ furentes uertantur, ſeu ob ſuſceptas iniurias, luſis amoribus uel mutatis, ob iuramenta fruſtrata, ob fraudes compertas, ob mendacia, ex quibus aut deſperatione torquentur, aut in rixas & homicidia furioſi præcipitantur, & ſic à Venere in Scorpionem ſuſceptę ſunt furiæ. Venerem exoſam Solis prolem habere, à conſequentibus ex amore illecebris ſumptum puto. Nam ut inferius legetur, ubi de Sole Hyperionis filio, producit ſol formoſiſſimos homines & mulieres, quorum pulchritudo proculdubio trahit inſpicientium mentes in concupiſcentiam ſui, & qui tracti ſunt uariis artibus, perſæpe trahentes trahunt, quod quidem Veneris opus eſſe creditur. Hi quippe innumeris ſubiiciuntur periculis, nam dum in libidinem ſuam paribus deueniunt uotis, alii occiduntur, alii letali perſequuntur odio, alii ex ditiſſimis in extremam efferuntur inopiam, & nonnullæ ſplendidum pudicitiæ decus turpi atq; perpetua denigrauerunt infamia. Et ut alia plura ſinam, ignominioſe occubuere poſtremo, & ſic patet liquido Venerem Solis prolem uetuſto odio infeſtare, & mellitis uenenis ſuis opprimere. Columbas inſuper eius in cuſtodiam poſuere, quod taliter contigiſſe legitur. Laſciuientibus in campis Venere & Cupidine in contentionem deuenere, quiſnam ſcilicet ex eis plures ſibi colligeret flores, uidebaturq́ alarum ſuffragio, plures Cupidinem collecturum, quamobrem uidit Cupido Periſteram nympham in adiutorium Veneris ſurrexiſſe. qua indignatus cauſa, eam in columbam transformauit ilico. Venus autem transformatam in tutelam confeſtim aſſumpſit, & inde ſubſecutum eſt columbas ſemper Veneri attributas. Huic autem fabulæ ſenſus talis præſtari uidetur. Dicit enim Theodontius Periſteram apud Corinthios origine inſignem fuiſſe puellam, & longe magis notiſſimam meretricẽ, & ideo hic Venus agens dici poteſt in Periſteram patientem. agentis autem impreſſio in patientem amor eſt. cuius agitata ſtimulis, uirgo adhęſit Veneri, id eſt coitui, qui ferè agentis eſt finalis intentio, ſi forſan ob id uinci poſſet infeſtans cupido. uerũ cum talis appetitus actu potius accendatur quàm extinguatur, eò deuenit, ut nõ eſſet unius amantis contenta ſolatio, ſed more columbæ, cuius moris eſt ſæpiſſime nouos experiri amores, in plurium deuenit amplexus. quam ob cauſam ab ipſo Cupidine, ideſt luxurię ſtimulo in columbam uerſam uoluere poëtæ. περιστερὰ uero græce latine columba ſonat. Quæ quidem columbæ eo Veneri in tutelam datæ ſunt, quia aues ſunt coitus plurimi & ferè fœtationis continuæ, ut per eas crebro coëuntes Veneri obſequentes intelligantur. Nam hi ueniunt in tutelã alicuius, qui nondum opportuna ſibi facere cognouere, & tutore habito agenda eius mandato conficiunt. Sic & libidinoſi ſub tutela Veneris eſſe dicuntur, quia ſemper in laſciuias merguntur Venere imperante. Currus autem ideo Veneri deſignatur, quia ſicuti cæteri planetæ, per ſuos circulos circumagitur motu continuo. quod à cygnis eius trahatur currus, duplex poteſt eſſe ratio, aut quia per albedinem ſignificant lauticiam muliebrem aut quia dulciſſime canant, & maxime morti propinqui, ut demonſtretur amantũ animos cantu trahi, & quod cantu amantes ferè deſiderio nimio morientes paſſiones explicent ſuas, myrtus autem Veneri dedicata eſt, quia ut ait Rabanus à mari dicta eſt, quia naſcitur in littoribus. & Venus in mari dicitur genita, ſeu quia odorifera ſit arbor & Venus odoribus delectatur, Seu quia huius arboris odor credatur à nonnullis uenerea ſuadere.



dere, ſeu ut Phyſici dicunt, eo quod ex ea multa mulierum commoda fiant, ſeu quia ex baccis eius aliquod compoſitum fiat per quod excitatur libido, ac etiam roboratur, quod uidetur teſtari † Futurius poeta comœdus, dum Dionem meretricẽ inducit dicentem, Myrtinum mihi affers, quod Veneri armis occurſem fortiuncula &c. *Furius, forte.* Roſa uero ob id illius flos dicitur, quia ſuauis ſit odoris. *b* Nominum eius plurium hæ poſſunt rationes oſtendi. *Nomina Veneris.* Dicitur primo Venus, quam Stoici uanam rem interpretantur, quaſi uoluptatem abominantes. & hoc intelligendũ eſt eam uanam rem à Stoicis dici, in quantum ad illecebrem partem illam libidinum & laſciuiarum declinet. Epicuri uero Venerem bonam rem exponunt uti uoluptatũ profeſſores, nam circa uoluptatem ſummum exiſtimant bonum conſiſtere. Cicero autem dicit, Venerem dici quod ad omnia ueniat. quod quidem non incongrue dictum eſt, cum amicitiarum omnium à quibuſdam dicatur cauſam præſtare. Citherea autẽ ab inſula Cithera ſeu à Cithereo monte, in quibus potiſſime coli conſueuerat, denominata. Acidalia autem dicta eſt, ſeu ab Acidalio fonte, qui in Orchomeno Bœotiæ ciuitate eſt Veneri atq; Gratiis ſacer, & in quo arbitrabantur olim inſipidi Gratias Veneris peſſidequas lauari. Seu quia curas iniiciat. Nouimus enim quod curis amãtes repleat, & Græci achidas curas uocant. *c* Heſperus autem propriũ planetæ nomen eſt apud Græcos, & maxime dum poſt Solem occidit, & inde etiam ueſper dictus, ut per Virgilium patet. Ante diem clauſo cõponet ueſper Olympo. Varro autem uult ubi de origine linguæ latinæ, eam ab hora in qua apparet, ueſperuginem appellari. nam Plautus ſic etiam illam uocat dicens, Neq; iugula neq; ueſperugo neq; Vergiliæ occidunt &c. *Iugula ſidus Orionis.* Lucifer autem latine dicitur cum apud Græcos ut aſſerit Tullius ubi de naturis deorum, φώσφορος appellatur, quaſi lucem afferens, & hoc quando ante ſolem aut aurorã in oriente cernitur tanto ſplendore coruſca, ut etiam de ſe merito Lucifer appellet. Hanc & nautæ & idiotæ Dianam perſæpe uocant, quia diei uideatur prænuncia.

*Et poſtea ſubdit Venus* τοῦτον ἱμάντα τεῷ δ᾽ ἐνὶ κάτθεο κόλπῳ ποικίλον ᾧ ἔνι πάντα τετεύχαται, οὐδέ σε φημὶ ἄπρηκτον γενέεσθαι, ὅτι φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς. *a*

*Extat aũt & fabula de Roſa & Venere, quod Venus, cũ Adoni inſequeretur, Roſæ ſpina ſauciata fuerit, pedisq; cruore Roſam ex candida in purpureã mutarit, & quia partem ſui ſcilicet cruoris habebat, illam in tutelam quoq; ſuam exinde receperit. Vide Aphthonij Progymnaſmata.* *b*

*Ex Seruij ſententia qui nomen Acidaliæ ab* ἄχις *deriuat Lib. 1. Aen.* *c*

## De ſecunda Venere Cæli ſeptima filia & matre Cupidinis. Cap. XXIII.

VEnerem ſecundã plures Cæli uolũt fuiſſe filiam, nõ tamen ritu genitã quo gignũtur omnes. ex qua recitatur, Saturnũ ſcilicet in Cęlum ſęuiſſe patrem, & falce ſumpta ei abſcidiſſe uirilia, & in mare abieciſſe. quorſum aũt cecide rint, nõ habeẽ. Falcem uero haud longe à promontorio Lilybei Siculi deiectam aiũt, nomenq́ dediſſe loco Drepanũ, eo quod ſic Græce falx dicta ſit. Teſticuli uero deiecti quacunq; in parte maris deciderint, ſanguinẽ emiſere, ex quo et maris ſpuma hanc procreatã Venerẽ uoluere, ac etiam à maris ſpuma denominatã quę Græce ἀφρὸς dicitur, quoniã ſic & hæc dicta eſt. *Nempe ἀφροδίτη.* Macrobius aũt in libro ſaturnaliorũ, Venerem ex ſanguine teſticulorũ Cęli natam dicit, ſed maris ſpuma nutritam. Dicunt inſuper ut Pomponius Mela refert, accolę Palæpaphi Cyprici oppidi tui ſeneriſſime rex penes eos Venerẽ ſic natam in terras primo emerſiſſe, ob quod & nudam & perſæpe natantẽ eam fingant, quod & noſtri etiam quandoq; teſtantur poetæ, dicit enim eius in perſona Ouidius. Et diis adde tuis aliqua eſt mihi gratia ponto, Si tamen in medio quondã concreta profundo Spuma fui, gratumq́ manet mihi nomen ab illa &c. *Lib. 4. Meta.* Et Virg. Neptunũ ei dicere ſcribit, Fas omne eſt Citherea meis te fidere regnis. Vnde genus ducis &c. *Lib. 5. Aen.* Huic præterea dicunt roſas eſſe dicatas, & quod marinã geſtet manibus conchã. Sic & ex ea & Mercurio Hermaphroditũ natum uolũt, & ex ea ſola Cupidinẽ. Multæ quidẽ fictiones ſunt, ſed ex eis talis poteſt exprimi ſenſus. Nam pro Venere hac, ego uitam uoluptuoſam intelligo, & in omnibus ad uoluptatẽ & libidinẽ pertinentibus cum ſuperiori unam & eandem

dem eſſe. & ſic etiam uidetur uelle Fulgētius. Ex ſanguine aūt teſticulorū à Saturno deſe-
ctorū ideo natā, quia ut ex Macrobio ſumi poteſt, cum chaos eſſet, tēpora nō erant. Nam
tempus eſt certa dimenſio quę ex cæli circuitione colligit̄, & ſic à cęli circuitione natū tem
pus, & inde ab ipſo Charontē natū, qui & cronos eſt, quē nos Saturnū dicimus. cum'q;
ſemina rerū omniū poſt cælū gignendarū de cælo fluerēt, & elemēta uniuerſa quæ mun
do plenitudinē facerent ex illis ſeminibus fundarent̄, ubi mundus omnibus ſuis parti-
bus atq; membris perfectus eſt, certo iam tēpore finis eſt procedendi de cælo ſemina, & ſic
genitalia à Saturno, id eſt tempora deciſa uident̄, & in mari deiecta, ut appareret gignen-
di atq; propagandi facultatem, quæ per Venerē aſſumenda eſt, in humorem tranſlatam
coitu maris & fœminæ mediante, qui per ſpumā intelligit̄. Nam uti ſpuma ex aquæ mo
tu conſurgit, ſic & ex confricatione uenitur in coitum, & uti illa facile ſoluitur, ſic & libi
do breui delectatione finitur. Seu ut placet Fulgentio, quod concitatio ipſa ſeminis ſpu-
moſa ſit, & ideo marinam dicimus ſpumā ob ſalſedinē ſudoris emuncti circa coitum,
ſeu quod ipſum ſperma ſalſum ſit. Sic ex humiditate nata Venus, hæc & à ſpuma maris,
id eſt ſalſedine humiditatis nutrita, id eſt aucta, donec in finē cœpti operis deducta ſit. Sa-
ne uidendū quæ hæc ſit humiditas, ut clarius origo huius Veneris enodetur. Fulgentius
igitur uult ubi ab aliis dicitur Saturnū cęlo, Iouē Saturno genitalia abſcidiſſe, et ſic ſuam
exponit opinionē. Dicit enim Saturnū græce cronos nuncupari, quod tempus latine,
cui uires abſciſſæ falce, id eſt fructus qui in humoribus uiſcerū uelut in mare proiiciunt̄,
ex quibus dicit neceſſe ſic procreari libidinē. Nec dubiū, eā ex humiditate procedit Venus,
quæ ex cibo potúq; procedit, cum raro ruant in libidinē ieiunantes, & tunc procedit ma-
xime quando cibi potus'q; calor uires mouet, & ſuſcitat naturales. Et uere in mari naſcit̄,
ſcilicet in gurgite ſalſo ſanguinis calefacti, & eiuſdē ebullientis ſpuma, id eſt pruritu nu-
Falx. tritur, cum eo tepeſcente libido deficiat. Falcem aūt nōnulli uolunt apud Drepanū fuiſſe
a deiectam, ut oſtendat̄ ſicuti falx aliquid operata eſt circa Veneris originē, ſic & abundan-
tia frugū, ex quibus demū cibaria cōponuntur, plurimū etiam operet̄, quæ quidē abun-
dantia eſt, & alia incitatoria multa apud inſulam Siciliæ, in qua & Drepanū ciuitas eſt.
Ego aūt reor huius particulæ & nomen oppidi, & littoris formā, quæ falci ſimilis eſt, fa-
bulæ cauſam tribuiſſe. Quod aūt ciues Paphos apud ſe è mari emerſiſſe Venerē uolunt,
bona cum pace maieſtatis tuæ rex optime dicturus ſum, quod niſi te æquū etiam maxi-
mis rebus noſcerē, nō auderē. Eſt aūt Cyprus inſula uulgata phama, ſeu cælo agente, ſeu
alio incolarū uitio, adeo in Venerē prona, ut hoſpitiū, officina, fomentum'q; laſciuiarū
atq; uoluptatū omnium habeatur. quā ob cauſam Paphiis concedendū eſt, primo apud
eos ex undis Venerē emerſiſſe. Verū hoc potius ad hiſtoriam q̄ ad alium ſenſum pertine
Lib.18. re ex Cornelio Tacito ſumi poteſt, qui uelle uidetur Venerē auſpicio doctam, armata ma
b nu cōſcendiſſe inſulā, bellum'q; Cynaræ regi mouiſſe, qui tandem hanc iniit cōcordiam
cum Venere, ut ipſe rex Veneri templū conſtrueret, in quo eidem Veneri ſacra miniſtra-
rent, qui ex familia regia & ſua ſuccederent. Confecto aūt templo ſola animalia maſcu-
lini generis in holocauſtū parabant̄, altaria uero ſanguine maculari piaculū eſſet, cum ſo
lis precibus, ignéq; puro illa adolerent. Simulachrū uero deæ nullam humanā habere di
cit effigiem, quinimmò eſſe ibidem continuū orbem latiorē initio, & tenuem in ambi-
tu ad inſtar metæ exurgentē, & quare hoc nullam haberi rationē. Nuda aūt ideo pingit̄,
ut ad quid ſemper parata ſit oſtendat̄. Seu quia nudos qui illam imitātur, perſępe faciat,
aut quia luxuriæ crimen, etſi in longū perſeueret occultū, tandem tum minus arbitrant̄
obſcœni, procedit in publicū omni palliatione remota. Vel potius, quia abſq; nuditate
cōmitti nō poſſit. Natantē aūt ideo Venerē pingūt, ut infeliciū amantiū amaritudinibus
immixtā uitā procellis agitatā uariis, & eorū naufragia crebra demonſtrēt. Vnde & Por-
phyrius in epigrāmate dicit. Nudus egens Veneris naufragus in pelago. Sed longe me-
lius in ciſtellaria Plautus, dicit enim. Credo ego amorē primū apud homines carnificinā
cōmentum. Hāc ego de me coniecturā domi facio, ne foras quærā, qui omnes homines

ſupero



ſupero atq; anteeo cruciabilitatibus animi. Iactor, crucior, agitor, uexor ui amoris totus
miſer. Exanimor, feror, differor, diſtrahor, diripior, ita nullam mentē animi habeo, ubi
ſum ibi non ſum, ubi nō ſum ibi eſt animus, ita mihi omnia ingenia ſunt. quod iubet
nō iubet iam id cōtinuo. Iam amor laſſum animi ludificat, fugat, agit, appetit, raptat, re
tinet, iactat, largitur, quod dat nō dat, deludit modo, quod ſuaſit diſſuadet, quod diſſua
ſit id affectat, maritimis modis mecū experit̄, ita meū frangit amantem animū &c. Equi-
dem bene fluctuabat in ſalo Veneris homo iſte. Sed nos ad reliqua, illi roſas in tutelam
datas aiunt, eo quod rubeant atq; pungant, quod quidē libidinis propriū eſſe uidetur.
nam turpitudine ſceleris erubeſcimus, & cōſcientiæ peccati uexamur aculeo. & ſicut per
tempuſculū roſa delectat, paruóq; temporis lapſu marcet, ſic & libido paruæ breuis'q; de-
lectationis, & longæ pœnitentiæ cauſa eſt, cum in breui decidat, quod delectat, & quod
officit uexet in longū. Marinā cōcham manibus geſtat, ut per eam Veneris oſtendant̄ il-
lecebræ, toto enim adaperto corpore (refert Iuba) concha miſcetur in coitum. c

*Timaus ut ait Cōment. Apoll. hoc ad Drepanen inſulam, quæ alio nomine Corcyra dicitur, refert.* a
*Locus hic aut corruptus eſt, aut à Bocatio male animaduerſus. Nam ita Taciti uerba habent. Haud* b
*fuerit longū, inquit, initia religionis, templi ſitū, formam deæ (neq; enim alibi ſic habetur) paucis diſſe-
rere. Conditorē templi, regem Venerianū uetus memoria, quidā ipſius deæ nomen id perhibent. Fama
recentior tradit, à Cinara ſacratū templū, deamq; ipſam conceptā mari, huc appulſam. Sed ſcientiam,
artemq; haruſpicū, accitum è Cilicia Myram intuliſſe. Atq; ita pactum, ut familiæ utriuſq; poſteri ceri
monijs præſiderent. Mox ne honore nullo regium genus peregrinam ſtirpem antecelleret, ipſa, quam
intulerant, ſcientia hoſpites ceſſere, tantum Cinarades ſacerdos conſulitur. Hoſtiæ, ut quiſq; uouiſſet, ma
res deliguntur. certiſſ. fides hœdorum fibris. Sanguinem aræ obfundere uetitum, precibus, & igne pu-
ro altaria adolentur, nec ullis hymbribus quanquā in aperto, madeſcunt. Simulachrum deæ non effigie
humana, cōtinuus orbis latiore initio tenue, in ambitum metæ modo aſſurgens. Et ratio in obſcuro. Hæc
Taciti uerba ſunt, quæ quantū ab ijs quæ hic à Bocatio ponuntur, diſtent, cuiuis facile uidere eſt.*
*Fortaßis huc pertinet, quod Græci Venerē in concha ſtantem pingebāt, quo tamen illi nō libidinem,* c
*ſed hoc ſignificare uolebant, quod matremfamilias decet, ſuæ domi conſidere, atq; manere, neq; ſe alie-
nis rebus atq; negocijs immiſcere. Id quod & Homericus Telemachus matri Penelopæ innuebat, cum
dicebat.* ἈΛΛ᾽ εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε ἱστόν τ᾽ ἠλακάτην τε. *lib. Odyſſ. A*

De Cupidine Veneris filio. Cap. XXIIII.

CVpido, ut Simonidi poetę placet Seruio teſte, ex Venere ſola natus eſt, de quo cum
alibi plura dicenda ueniant, ſatis erit mentionem feciſſe tantummodo.

De Doxio ix. Cæli filio. Cap. XXV.

DOxius, ut ait Plinius in libro naturalis hiſtorię, Celio affirmante, filius fuit *Lib. 7. cap. 56.*
Cæli, eum'q; dicit lutei ædificii, exemplo ab hirundinibus ſumpto, in uen-
torem, nōdum enim cōnſtruxerant architecti palatia. ex quo patet eum in-
duſtrioſum & antiquū fuiſſe hominē, & merito cęli, id eſt claritatis filium.

Caput XXVI.

SVpererant ex filiis cæli Titanus, Iuppiter ſecūdus, Oceanus & Saturnus, quorum eo
quod ampliſſima eſſet poſteritas, uiſum eſt, ut huic libro tertio fiat finis, & Titanum
quarto ſeruare uolumini, Iouem quinto & ſexto, Oceanum ſeptimo, Saturnū octa-
uo reliquis'q;.






# GENEALOGIAE DEORVM GENTILIVM, LIBER QVARTVS.

FLVCTVABAR adhuc ſplendide princeps circa Paphũ oppidum tuum, Veneris infauſtæ deſcribẽs illecebras, cum ecce quaſi Aeoli carcere fracto omnes in pelagus prodeũtes ſæuire uenti cœperunt, & in cælum ſurgere fluctus impetu impulſi maximo, eóq; repellente in profundum uſq; demergi Herebum. Qui dum aſcenderent & mergerentur iterum, flatuſ́q; illos ualido ſpiritu ex tranſuerſo confringerent, ſtupidus ego & ſemiuictus nouitatis horrore, quid nam tam repentinæ tempeſtati cauſam præſtitiſſet, excogitans fere abſorptus ſum. Tandem eius crebro inuocãs ſuffragium, qui ex nauicula piſcatoria ad ſe uenientem periclitantẽ Petrũ manu ſuſtulit, nunc dextrorſum, nunc ſiniſtrorſum deiectum lembum, quibus poteram uiribus regens, eo uſq; fere naufragus deductus ſum, ut ex alto cernerem nõ aliter quàm ſi diruptis ferreis Ditis muris, diſiectis uinculis, Titanis antiqui immanem aduentare prolem, ſtilo cœpti operis exigente ſcribendam, nouíq; antiqui maris eiuſdem memor eam in tumultum tam grandem hoſtes ſuos ſuſcitaſſe deos. O quas in ſuperbiam ſuam in medio periculi excitauit iras. O quotiens Iouis fulmina non ſolum laudaui, ſed etiam imploraui. O quotiens catenas atque ſupplicia augeri deprecatus ſum. Sed quid tandem? Poſtquam aliquandiu non aliter quàm ſi Olympum rediuiui inſultaſſent, unde mugitu maximo ſonuere omnes, quæ uehementes uenti ſuſcitauere procellas, ut arbitror iubente deo, cui ſoli omnia parent, aquarum reſedere montes, & ſi æqua tranquillitas facta non ſit, tamen nauigabile deuenit mare. quamobrem à Cypro ſeparatus in Aegeum ueniens, à longe cœpi ingentia mirabundus proſpectare corpora, adhuc fulminibus exuſta, & informi pallore atq; caligine turpia, & longo cathenarum circuitu preſſa, adeò ut non abſq; difficultate nomina ex ſemeſis elicerem deſcripturus. ea tamen quę nouiſſe potui, huic apponentur cum ſucceſſoribus ſuis uolumini. Attamẽ ne deficiam, is faciat qui populo Iſrael Iordanem aperuit tranſeunti.

De Titano Cæli filio octauo, qui genuit filios multos, ex quibus hic quatuordecim nominantur, quorũ primus Hyperion, ſecundus Briareus, tertius Cæus, quartus Typhon uel Typhoeus, quintus Enceladus, ſextus Aegeon, ſeptima Aurora, octauus Iapetus, nonus Aſtreus, decimus Alous, undecimus Pallenes, xii. Runcus, xiii. Purpureus, xiiii. Lycaon. Genuit præterea gigantes, quorũ nomina non habemus. Cap. I.

DE Cælo Aetheris & diei filio ſatis in præcedenti uolumine dictum eſt, uerũ cum eius explicetur proles, aiunt Titanum eius & Veſtæ fuiſſe filium theologi ueteres, ut in libro diuinarum inſtitutionum teſtatur Lactantius, cuius fuiſſe coniugem terram Dæmogorgonis filiam Theodontius aſſerit, ex qua plures ſuſcepiſſe filios in ſequentibus apparebit, quos omnes quinta luna natos uidetur Virgilius aſſerere, dum dicit, tum (luna ſcilicet quinta) partu terra nephando Cæuḿq; Iapetuḿq; creat, ſæuuḿq; Typhœa, Et coniuratos cælum reſcindere fratres, & cætera. De hoc enim Titano multa referuntur fabuloſa, inter quæ quod potiſſimum eſt, aiunt eum cum filiis aduerſus Iouem deoſ́q; reliquos bellum habuiſſe, eiſ́q; cælum conantes eripere, montes montibus ſuperimpoſuiſſe ſibi ſternentes iter ad illud, eos demum à diis cæſos & fulminibus interemptos, atq; apud inferos catenis religatos & morti damnatos perpetuæ, ut in ſexto Aeneidos ſatis conuenienter oſtendit Virgilius. Latentia ſub hac fictione & hiſtoriam continent, & moralem ſenſum naturali

*Lib. I. Georg.*

 mixtum,

*Lactan. lib. 1. de fal. re. 6. 14.*

mixtum. Quod ad hiſtoriam pertinet, uerba de ea quę in ſacra legũtur hiſtoria, apponentur ad litteram, dicit enim ſic. Exin Saturnus uxorem duxit Opim, Titan qui natu maior erat, poſtulat ut ipſe regnaret, ubi Veſta mater eorum & ſorores Ceres atq; Ops ſuadent Saturno ut de regno nõ cedat fratri. Ibi Titan qui facie deterior eſſet quàm Saturnus, idcirco & quod uidebat matrem atq; ſorores ſuas operam dare ut Saturnus regnaret, conceſſit eis ut is regnaret. Itaque pactus eſt cum Saturno, uti ſi quis liberorum uirilis ſexus ei natus eſſet ne quem educaret. Id eius rei cauſa fecit, ut ad ſuos natos regnũ rediret. Tum Saturno filius qui primus natus eſt, eum necauerunt. Deinde poſterius nati ſunt gemini Iuppiter atq; Iuno. Tum Iunonem Saturno in conſpectum dedere, atq; Iouem clàm abſcondunt, dantq; eum Veſtæ educandum cælantes Saturnũ. Item Neptunum clam Saturno Opis parit, eumq; clanculo abſcondit. Ad eundem modum tertio partu Opis parit geminos Plutonem & Glaucam. Pluto latine dictus eſt Diſpiter, alii Orcum uocant. Ibi filiam Glaucam Saturno oſtendunt, Plutonem cælant atque abſcondunt. Deinde Glauca parua emoritur. Nec multum poſthæc ſequitur in eadem hiſtoria. Deinde Titan poſtquam reſciuit Saturno filios procreatos atque educatos eſſe, clam ſe ſeducit ſecum filios ſuos qui Titani uocantur, fratremq; ſuum Saturnum atq; Opem comprehendunt, eosq; muro circumegit & cuſtodiam his appoſuit. Poſt hæc paucis interpoſitis ſequitur, Iouem ad ultimum cum audiſſet patrem atque matrem cuſtodiis circumſeptos atq; in uincula coniectos, ueniſſe cum magna Cretenſium multitudine, Titanumq; atq; filios eius expugnaſſe, parentes uinculis exemiſſe, patri regnum reddidiſſe atq; ita in Cretam remeaſſe. Hæc Lactantius ex hiſtoria ſacra, quæ quàm uera ſint quaſi eadem referens edocet Sybilla Erithrea. Viſo ſenſu hiſtoriali, circa reliquos pauca dicenda ſunt, & primo quid ſibi uelint hunc Cæli dicentes filium atq; Veſtæ, quod præter hiſtoriæ ueritatem de quocunq; mortali arbitror dici poſſe. Nam terrenum corpus & cæleſtem habemus animam ex quibus conſtat hominem eſſe. Sed hic altiori uerborum uolumine extollitur ab uniuerſo mortaliũ grege, & nuncupatur Titan, quod ut placet Lactantio, idem quod ultio ſonat. Supra enim oſtenſum eſt Veſtam terram eſſe, et terram iritatam ira deorum in ultionem ſuam peperiſſe Titanes. Et quoniam ubi de fama demonſtratum eſt, quę ſit ira deorum, ob quam terra iritata eſt, & qualiter terræ filii in ultionẽ matris conſurgant, ſatis eſt hic dicere Titanum hunc tantum ex egregiis illis uiris fuiſſe, qui operibus conatus extendere phamã, & mortem ſuperare ſuam. Quod autem illi Terra coniunx fuerit, per hoc intellige huius hominis & cuiuſcunq; alterius huic ſimilis ingentem animum, quo ſibi terram ſubigit uti uir uxorem, eiq; dominatur ſaltem animo, ſi poſſeſſio deſit. Ex hac enim uolunt eum multos genuiſſe filios, quod quidem etiam oſtendit hiſtoria, & ſi etiam poſſibile ſit nonnullos ob conuenientiam morum ſibi ut reliquis attributos eſſe ſecundum abſconditũ ſenſum, nulli dubium eſſe debet, quin multi fuerint olim, & hodie ſint inſignes uiri, qui eius eo quod primus deſcribitur, filii dici poſſunt. Inſuper dicũt hos claros fuiſſe homines, & aduerſum deos habuiſſe bellum, ut aduertamus quoniam ex magnanimitate ad ſuperbiam facilis ſit tranſitus, & ob id plurimum dum minus conſiderate magnates agunt, ex glorioſiſſima uirtute in deteſtabile uitium cadunt, & tunc ſteriles efficiuntur, id eſt abſq; fructu uirtutis. & ut intelligamus Titanis filios fuiſſe, tales quinta luna natos dicunt. Veteri enim ſuperſtitione creditum eſt, quicquid quinta luna naſceretur, ſterile atq; damnoſum fore. nec dubiũ elatos eſſe damnoſos, eo quod bellorum ſint ſemen, per quæ euacuantur agri colonis, & ciuitates & deſolantur regna. Dicunt præterea eos habuiſſe cum diis bellum, quod & magnanimes habent & ſuperbi. Magnanimes enim bonis operibus ſimiles diis effici conantur. Superbi autem ſe quod minime ſunt extimantes, uerbo, & ſi poſſent opere ipſum uerũ deum calcare ſatagunt. ex quo fit ut deiiciantur, & redigantur in nihilum. Eſt tamen aduertendum duplex ab hominibus bellum cum ſuperbis habitum, quorũ unum fuit iſtud

quo



quo Iuppiter liberauit parentes occiſis Titanis filiis. Aliud uero fuit cum gigantes qui & Titanis dicuntur filii, uoluerũt Ioui cælum eripere, & tunc montes montibus impoſuere, quod poſtea ubi de gigantibus exponetur.

*Nomina Titanum à Comment. Homer. hæc numerantur, κρόνος, κρεῖος, ὑπερίων ἰαπετός, κοῖος, ἄτοι δ' εἰσὶν οὐρανοῦ παῖδες. Iliad. Ξ. Numerus autem Titanum à Diodoro ponitur lib. 4. Eſt & Titanus fluuius, à quo Titania tellus uocata eſt, cuius mem. Apoll in 4. Argon.*

## De Hyperione primo Titanis filio qui genuit ſolem & lunam. Cap. II.

HYperionem Titanis & Terræ fuiſſe filium Theodontius & Paulus uoluere, de quo nil aliud credo legi, niſi quia Solem genuerit & Lunam. Arbitror tamen eum magnę præeminentię hominem fuiſſe, & hoc tam à ſignificato nominis quod ſuper omnia ſonat, quàm à nominibus filiorum tam claris. *ὑπερίων qui ſupra cæteros incedit.*

## De Sole Hyperionis filio qui genuit horas, quas loco unius filiæ pono, & ſic prima. genuit Aeonas, quas ęque loco filię unius ſcribo, & ſic ſecũda. iii. Phaetuſam, quartam Lampetien, quintã Dircen, ſextam Miletum, ſeptimam Paſiphaen, octauam Aeetam, nonam Circem, decimam Anginam. Cap. III.

SOlem Hyperionis fuiſſe filium uulgatiſſima phama eſt, ex qua tamen matre, non conſtat. *à* Hunc dicunt non ſolũ patri & fratribus aduerſum Iouem non fauiſſe, ſed Iouis partes ſecutum. quam ob cauſam poſt uictoriam currum, coronã & aulã, & alia multa inſignia à Ioue obtinuiſſe, quæ omnia in ſequentibus plene explicabuntur. Hunc ego credo ſuis temporibus clariſſimum fuiſſe hominem, & uere magnanimem, & ob id dictum nõ fauiſſe fratribus, ſed Ioui, quia nõ ſuperbus. quamobrem adeò illi fuit phama propitia, ut in eum à poetis omne decus delatum ſit, quod uero ſoli deferendum eſt. Nec aliter de eo quàm de uero Sole ut plurimum locuti ſunt. Sane quoniam hic fere nulla ad hominem ſpectantia apponi uidentur, de Sole planeta loquemur. Finxerũt igitur eum ante alia regem, & forte fuit, eiq; regiam deſignauere aulam, de qua Ouid. in maiori uolumine libro ſecundo. Regia ſolis erat ſublimibus alta columnis, & infra per decem & ſeptem uerſus. Deſcripta uero aula Ouid. maieſtatem regiam proceresq; deſcribit dicens, Purpurea uelatus ueſte ſedebat. Infra per ſeptem uerſus deſignata regia maieſtate currũ eius deſcribit dicens, Aureus axis erat, temo aureus, aurea ſummę Curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo, Per iuga chryſolyti poſitæq; ex ordine gemmæ, Clara repercuſſo reddebant lumina Phœbò &c. Nec poſt multum idem ſcribit equos. Interea uolucres Pyrois Eous & Aethon Solis equi partusq; Phlegon hinnitibus auras, Flammigeris implent, pedibusq; repagula pulſant, & cætera. Huic inſuper regi coronam inſignem duodecim lapidibus precioſis, ut †Albericus oſtendit, impoſuit. Eiq; dicunt aurora ueniente ab horis currũ parari & equis adnecti. *f. Albericus* Hunc præterea multorum filiorum patrem uolunt, ex quibus aliquos ueros fuiſſe poſſibile eſt, dum eum hominem fuiſſe dicamus, & nõnullos etiam ratione conuenientiæ morum attributos, ſi ſolem planetam dixerimus. Pręterea ut aiunt philoſophi in rebus procreandis tantæ potentiæ eſt, ut pater omnis mortalis uitæ habeatur. Inter alia ex quadã ſingulari potẽtia dum in natiuitate alicuius hominis cęteris ſupercęleſtibus corporibus præualet, eum formoſiſſimũ, amabilẽ, facie alacrẽ, atq; ſplendidũ, moribus inſignem & geneoſitate producit conſpicuũ. Eum ſimiliter multis uocant nominibus, per quæ ſatis apparet de Sole planeta, nõ de homine intellexiſſe poetas. Nunc q̃d dicta uelint explicandũ eſt. Dicunt eum primo Hyperionis natũ, q̃d concedendũ eſt. Diximus enim ſupra Hyperionẽ idem ſonare quod ſuper omnia, & ſic hic pro uero deo accipietur, qui cum omĩa ex nihilo creauerit, ſolus pater dici poteſt Solis, cum ipſe ſolus ſit ſuper omĩa. *Explicatiõ fabulæ.* Poſt hæc regia huic tam ſplendida ideo deſignata eſt, ut intelligamus per appoſita in ea-



dem

dem opere huius ex potentia attributa cuncta conſiſtere, eumq́ omnium curam gerere, cui inter alia propinquiora circumpoſita ſunt tempora, & temporum qualitates, ut intelligatur eum motu ſuo deſcripſiſſe omnia. eſto aliquos fuiſſe dies ante eum in principio Pentateuchi ſcribat Moyſes. Quos arte ſua ille fecit, qui cuncta creauit, nondum iſto creato, nec eidem poteſtate aliqua attributa. Poſtquam uero creatus eſt uolente creatore, ſuo motu tempora deſcribit, & deſcribit omnia, et horas, & diem & menſem & annum & ſecula, ut in ſequentibus latius apparebit. Sic & motu ſuo qualitates temporum facit eſſe diuerſas, cuidam dans frondes & flores, alteri ſegetes, tertiæ maturos præbet fructus, & frondes incipit auferre, ultimæ rigorem frigoris & niuis caniciem. Currus autem illi tum lucidus apparatus indefeſſam eius atq; perpetuam cum indeficiente lumine circa orbem terrarum uolubilitatem oſtendit, qui rotarũ quatuor eſt, ut deſcripta iam quatuor tempora ſua fieri circuitione deſignet. ſic & illi quatuor equi ut per eos qualitates diurnæ circuitionis oſtendat. nam Pyrois qui primus eſt pingitur & in tempore rubeus, eo quod primo mane agentibus uaporibus à terra ſurgentibus ſol oriens rubeat. Eous qui ſecundus eſt, cum albus effigietur dicitur ſplendidus, eo quod exhalatus ſol iam diſſolutis uaporibus ſplendens ſit. Ethon autem tertius rubens, ſed in croceum tendens ardens exponitur. nam ſole iam cæli medium tenente lux eius coruſca eſt, & cunctis uidetur feruidior. Phlegon autem quartus ex croceo colore tendit in nigrum & in tempore terram amans, oſtendens aduesperaſcente die ſolem terram petere, id eſt occaſum. Hos tamen equos Fulgen. eſto cum eiſdem ſignificationibus aliter nominat, uidelicet Erythreum, Actheona, Lampon, & Phlegeum. Per coronã autem duodecim lapidũ oſtendit Albertus longa dicacitate duodecim cæli ſigna intelligi debere, per quæ mortalium
b ingenia eum anno quolibet diſcurrere inuenere. His prædictis ſupereſt de nominibus ſoluere globum, ex quibus eo quod nonnulla cum quibuſdam aliis diis habet communia, illis reſeruatis ubi de diis talibus, de his quę ad eum ſolũ ſpectare uidentur, quàm breuius fieri poterit exponetur. Vocatur ergo primo ſol, eo quod inquantum planeta, ſolus eſt, ut teſtari uidetur Macrob. dicens. Nam & latinitas eum qui tantam claritudinem ſolus obtinuit, Solem uocauit. Et in Thimæo dicit Plato ubi de ſphæris, Vt autẽ per ipſos octo circuitus celeritatis & tarditatis certa menſura & ſit & noſcatur, deus in ambitu ſupra terram ſiderum lumen accendit, quem nunc ſolem uocamus. Inſuper hunc Tull. ubi de Repub. uocat principẽ atq; ducem dicens. Deinde ſubter mediam fere regionem Sol obtinet, dux & princeps & moderator luminum reliquorum, mens mundi & temperatio tanta magnitudine, ut cuncta ſua luce luſtret & cõpleat. Super quibus uerbis ſic ait Macrob. ſuper ſomnio Scipionis. Dux ergo quia omnes luminis maieſtate præcedit. Princeps, quia ita eminet, ut propterea q̊d talis appareat ſol uocet̃. Et poſt pauca ſequitur. Mens mundi appellatur, ita ut Phyſici eum cor cęli uocauerint, inde nimirum quod omnia quę ſtatuta ratione per cælum ferri uidemus, diem noctemq́ & migrantes inter utranq; prolixitatis breuitatisq́ uices, & certis temporibus æquam utriuſq; menſurã, deinde ueris clementẽ temperiem, torridum cancri & leonis æſtum, mollitiem autumnalis auræ, uim frigoris inter utranq; temperiem, omnia hæc ſolis curſus & ratio diſpenſat. Iure ergo cor cæli dicitur per quem fiunt omnia, quæ diuina ratione fieri uidemus. Eſt & hæc cauſa propter quam iure cor cęli uocetur, quod natura ignis ſemper in motu perpetuo agitata eſt. Solem autem ignis Aetherei fontem eſſe dictum retulimus. Sol ergo in æthere quod in animali cor, cuius iſta natura eſt, ne unquã ceſſet à motu, aut breuis eius quocunq; caſu ab agitatione ceſſatio mox animal interimat, hæc Macrob. Ex quibus ſatis percipi poteſt, eum exiſtimaſſe, Solẽ rerũ omniũ cauſam. Loxiã inſuper eum appellat,
c ut ait Macro. Aenopiades quod ab occaſu ad orientem tendens circulũ facit obliquum. Phœbus etiam nũcupatur & potiſſime à poetis, quod à ſpecie atq; nitore dictũ eſt. Alii dicunt Phœbus quia nouus, eo q̊d mane quolibet nouus uideat̃ ab horizonte cõſurgere.
d Lycius etiã nuncupat̃, & ut aliqui dicũt à Lycio tẽplo Deli. Macro. oſtẽdit Cleantẽ aliam rationem



rationẽ reddere dicens. Cleantes Lycium Apollinem nominatũ ſcribit, quod ueluti lupi pecora rapiũt, ita ipſe quoq; humorem rapiat radiis. Chryſocomus appellatur à fulgore ſcilicet radiorum, quos uocant comas aureas ſolis. ſic & Argyrotoxus quod naſcens per ſummum orbis ambitum ueluti arcus quidam figuratur alba & argentea ſpecie, ex quo arcu radii in modum emicant ſagittarũ. Imbricitor quod lumen eius exoriens amabile amiciſſima ueneratione oculorum. *Sol dictus eſt, *quia ſic à Phyſicis ęſtimatur. e
Dicitur et horus quaſi magnus uel gigas maximus. qui quidẽ eſt, ut ipſi uidere poſſumus, & hoc illi nomẽ eſt apud Aegyptios. Vocatur inſuper aliis nominibus pluribus, ut per Macrob. patet in ſaturnaliorum lib. i. cap. xix. f

*Matrem addit Apoll. Comment. eamq́; θεῖαν uocat, ut & Heſiod. in Theogon.* a

*De Sole & Luna, & unde cœperint his nominibus dici, Diodor. in quart. antiq. Geſt. uide.* b

*Inter cætera aũt epitheta Apollinis, Carneum quoq; uocari, Comment. Theocriti in Idyll. 5. refert à Carno uate Heraclidarũ, quorũ unus Hippotes nomine illum occidit, eo quod obſcura nimis & ingrata illis uaticinaretur: ob cuius cædem poſtea Apollo totã Peloponneſum peſte ultus eſt: cumq́; Apollinis oraculũ ijdem conſuluiſſent, iuſſit ut Carneũ Apollinem uenerarentur. Praxilas eundem Iouis et Europæ filium, & ab Apolline in amore habitum, dicit: Vide locum citatum.* c

*Meminit eius templi etiam Comment. in Sophoclem: ſed non Deli, uerum Argorum id eſſe dicit, ex aduerſo Nemei Iouis in foro poſitũ, ipſumq́; deum λυκοκτόνον uocari ait: uel quia paſtoralis deus ſit, & lupos arceat, unde & Argiui illi lupũ ſacrificãt, uel quia lupus ſacer Apollini, ut cerua Dianæ eſt.* d

*Quid ſi ſic legas, Thymbræus quoq; dicitur, quaſi deus imbricitor, & Phileſius quod lumen eius exoriens amabile, amiciſſima ueneratione oculorũ conſalutamus. Et Pythius non à πυθεῖν, hoc eſt noua conſultatione occultorũ, quia ſic à Phyſicis æſtimatur: ſed à πυθεῖν quod eſt putreſcere, quod nunquã ſine ui caloris efficitur. Nam totus hic locus corruptiſſ. eſt, ſiue id autoris, ſiue librariorum uitio factũ eſt. Nam & aliquot uerſus omiſſi, & pro Græcis Latina quædã mutila & inuerſa ſuppoſita eſſe uidentur, proinde qui recte emendatũ hunc uolent, ipſum Macrob. lib. 1. cap. 19. unde hæc omnia ſumpta ſunt, conſulant. Neq; enim facile erat hic omnia reſtituere. Et Macrob. ipſe legentibus ubiq; obuiã eſſe poteſt.* e

*Dicitur item Smintheus, cuius uocabuli originem duplicem refert Cõment. Homeri: primam hanc, fuiſſe in Chriſe oppido Myſiæ Crinim ſacerdotem Apollinis, cui deus iratus, immiſit in agros illius mures, qui fructus illius uaſtabant. A quo exoratus deus, cum rurſum placatus peſtem hanc tollere uellet, ad Ordem paſtorẽ illius uenit: à quo hoſpitio acceptus, pollicitusq́; mali remediũ, mures ſagittis omnes interfecit, eoq́; facto iuſſit paſtorem Crinidi indicare, ipſum Apollinem humana ſpecie apud ſe diuertiſſe, & ab eo mures occiſos, quod audiens Crinis templum deo cõſtruxit, uocauitq́; Apollinis Sminthei quod eius linguæ dialecto mures σμίνθοι uocãtur. Altera talis eſt, Cum Cretenſes aliquando Coloniã deducturi eſſent, ab Apolline reſponſum acceperunt, ut ibi urbem conderent, ubi eis terra geniti obſtitiſſent. Venientibus igitur ad Helleſpontum, noctu mures clypeorum lora arroſerunt, itaq́; mane cum id factum uiderent, memores oraculi, urbem poſuerunt, eamq́; Sminthiam appellarunt.* f

## De horis filiabus Solis & Cronis. Cap. IIII.

HOras Solis & Cronis dicit Theodon. fuiſſe filias, & ab eo denominatas, eo quod Horus ipſe ab Aegyptiis appelletur. has Homerus dicit equos & currum in tempore parare ſoli, & diei uenire uolenti cæli portas aperire. Filias ego ideo Solis dici puto, & Cronis, quod eſt temporis, eo quod ſolis progreſſu ex certa temporis dimenſione fiant. Equos autem & currum ſoli parari ab eis ideo fictum eſt, quia eis ſibi uiciſſim ſuccedentibus nox labitur, & dies accedit, in quem ſol tanquam in præparatum ſibi uehiculum à ſucceſſione horarum progreditur. in cuius progreſſionis initio, horæ diei aduenienti cęli portas, id eſt lucis ortum aperire uidentur. f. Cronidis

*Αὐτόμαται πύλαι μύκον οὐρανοῦ ἃς ἔχον ὧραι, τῇς ἐπιτέτραπται μέγα οὐρανὸς, οὔλυμπός τε ἠμὲν ἀνακλῖναι πυκινὸν νέφος, ἠδ' ἐπιθεῖναι. Hæc. Homer. Iliad. Ξ*

De Aeonis

De Aeonibus filiabus Solis. Cap. V.

AEonas dicit Theodõtius plures eſſe ſorores Solis et Cronis filias, corporibus ingentes, & ſub Iouis collocatas pedibus. De his ego nunquam alibi legiſſe memini, niſi forſan has uelit intelligi ſecula, cum Aeon græce, latine ſeculum interpretetur. ſi de ſeculis dixiſſe uelit, hæc profecto certa & longa temporis dimenſione à ſolis motu conficiũtur. hæc ſupra monſtrauimus à Claudi. in antro æternitatis fuiſſe deſcripta. De quãtitate uero ſeculi plurimũ inter ſe diſcrepauere ueteres. Dicebant enim aliqui, ut Cenſorius in lib. quem de natali die ſcripſit ad Cerellum, ab his potiſſime, qui rituales Hetruſcorũ ſequebantur, hoc modo deſcripta ſecula, ut aliquo ſuperũ ſcilicet oſtento initiaretur ſeculum, eo uſq; protenderetur, donec aliud ſuperueniret oſtentum, quod finis eſſet præteriti & ſequentis initium, & ſic nõ certo, aut determinato annorũ numero conſtare uidebatur ſeculum, quinimmò aliquãdo longum, & nonnunquam breue contingere. Poſthæc oſtendit alios aliter arbitrari dicentes id ſpacium temporis eſſe quod efflueret inter unam celebrationẽ ludorũ ſecularium & alteram ſubſequentẽ, ex quo etiam temporis inæqualitas ſequeretur permaxima. Poſtremo multis recitatis opinionibus dicit, ciuile Romanorũ ſeculum centũ annis ſolaribus terminari. Quod ego memini ſæpiſſime à uenerabili Andalo eodem finiri ſpacio. Erant inſuper qui uellent idem eſſe ſeculũ & ætatem, quod non eſt uerum. eſto aliquando ſcribant improprie ueteres ſeculum pro ætate. Aetas enim, ſi eo modo ſumpſerimus, quo ſanctorum deſcribunt litteræ, ac etiam poetarum, multa in ſe continet ſecula. Quod uero ſub Iouis pedibus ſecula deſignentur, puto fieri, ut intelligamus ſolius ueri dei imperio tempora labi, eiq; ſoli diuturnitatẽ cognitam eorundem, & quæ in eis futura ſint. nec ab hoc diſcrepat Claudiani deſcriptio, qui illa dixit in antro æternitatis manere, cum in ipſa trinitate perſonarum, & unica deitate tantum conſiſtat æternitas, & ſic quicquid in æternitate conſiſtit, in deo ſit neceſſe eſt.

De Phaetuſa & Lampetie tertia & quarta filiabus ſolis. Cap. VI.

a PHaetuſa & Lampetie nymphę Siculæ, filiæ fuere Solis & Neærę, ut in Odyſſea ſcribit Homerus dicẽs, has in Sicilia Solis ſeruare greges, à quibus Vlyſſes à Circe prohibitus eſt. Circa quam prohibitionem talis ab Homer. fabula recitatur, quod cum ueniſſet ab inferis rediturus in patriam, Vlyſſes à Circe pręmonitus eſt, quod poſtq̃ cum ſociis ultra Scyllam & Charibdim in Siciliam deueniſſet, & comperiſſet greges ſolis ſeruari à Phaetuſa & Lampetie filiabus ſuis, ab eis omnino cum ſociis abſtineret. nam ſi quis ex eis comederet, occideretur. Ad quos cum poſtergatis aliis periculis feſſus cum ſociis deueniſſet Vlyſſes, factum eſt ut ibidem Eurylochi conſilio pernoctarent, ſed mane mutatis uentis abire nequiuere, & cum ibidem longius credito detinerentur, impellente ciborum penuria dormiente Vlyſſe, & Eurylocho ſuadente, à ſociis Vlyſſis in greges itum eſt, & ex eis ſedata fames. Verum eis diſcedentibus graui agitati tempeſtate, ad ultimũ à Ioue fulminati periere omnes, Vlyſſe excepto, qui ex gregibus nõ guſtauit. Huic fabulæ talis poteſt ſenſus exhiberi. Calor & humiditas, id eſt ſol & Neæra, quæ nympha eſt, ſyluas & paſcua gignunt, quę duæ ſunt nymphæ Solis & Neęræ filiæ, harum altera pręſtat umbras, altera uero gregibus uictum, & ſic ſeruantes ſunt gregem ſolis, qui ex omni uiuente conficitur, anima uegetatiua ſcilicet & ſenſitiua. opere enim ſuo naſcuntur, & tegmine, atque uictu prædictarum cuſtodum ſeruantur. eſſe tamen hos greges in Sicilia dicit Homerus, non tamen quod alibi non ſint, ſed ibidem ob ingentem rerum abundantiam, & cæli temperiem plus uigoris uideantur habere delitiæ, quæ ob corruptos loci mores etiam magis quàm alibi ſunt peſtiferæ. Ab his omnis rationalis anima prohibetur. Sane tamen ne eis immoderate fruatur, ne in mortem deueniat, aut uitam quæ ſit morte deterior. quod totiens contingit, quotiens habenis appetitui datis in laſciuias mergimur, quod iam apud Siculos fecere plurimi, qui enerues facti poſt guſtatis delitiis non ſuffecere laboribus.

*Odyſ. lib. 15.*

Verum



Verum Eurylochus, id eſt blanda ſenſualitatis perſuaſio, dormiẽte Vlyſſe, id eſt rationis robore, auidos ſenſus in greges, id eſt in delitias emittit. ex quo libidinibus ſoluti maris fluctuãtis, id eſt mũdi huius labores ferre nequiuere, & ſic Iouis fulmine, id eſt iuſto dei iudicio, in mare deiecti periere, id eſt in amaritudines & miſerias mortalis uitę anxiati & incogniti defecere. Vel quod forſan cõtigiſſe potuit, cum in Siciliam deueniſſet Vlyſſes, & ibidem ab aduerſo detineretur tempore, eo nõ curante, adeo ſocii eius cibo potuq; & mulieribus ſoluti ſunt, ut reintrantes mare opportuna negligerent, & ſic naufragium facerent, quod non ſolum Vlyſſi contigiſſe legimus, quinimmò & Hannibali Pœno ſtrennuiſſimo bellorum duci, cuius milites cum nulli longi atque difficillimi itineris ex Hiſpania in Italiã tranſcendentes labores ſuperare nequiſſent, Capuanæ delitiæ attriuere.

νύμφαι εὐπλόκαμοι φαέθουσά τε λαμπετίη τε ἃς τέκεν ἠελίῳ ὑπερίονι δῖα νέαιρα. a

De Dirce Solis. v, filia, & Lyci regis coniuge. Cap. VII.

DIrce Solis fuit filia Lyci regis Thebarũ coniunx, in quam ſicuti cæteras Solis filias Venerẽ ſæuiſſe dicit Fulg. de qua talis fertur hiſtoria. Stuprata per uim Antiopa Nictei regis filia ab Epapho, ut placet Lactan. ſeu à Ioue, ut plures uidentur arbitrari, à Lyco rege Thebarum marito ſuo abdicata eſt, & inſuper inducta Dirce, quæ ilico ſuſpicata, ne forte Lycus Antiopam in ſuam reuocaret gratiam, & ſic ea reaſſumpta dimitteretur, ipſa impetrauit à uiro ut poſſet illam in uinculis detinere. Quæ cum ex Ioue prolem geminam ſuſcepiſſet, partus adueniente tempore, ab eo uinculis liberata eſt, & clam in Citheronem montem aufugit, ibiq; peperit Amphionem & Zetum, quos expoſitos paſtor quidã pro ſuis aluit. Qui cum adolẽuiſſent à matre cogniti, & ſui generis certiores facti, facile in Dircem irritati ſunt, & in matris ultionem ſurgentes Lycum occiderunt regem, & Dircem tauro indomito alligauerunt, qui dum eam traheret, miſeratione deorum auxilium implorauit, quorum ſubſidio in fontem ſui nominis haud longe à Thebis mutata eſt, & ſic Veneris ſatiauit iram. Quod autem in hac hiſtoria fabuloſum eſt, explicabitur facile. Antiopam à Ioue tempore partus liberatã à carcere dicit Theodon. ideo fictum, quia cum uideretur Dircæ ob tumidum Antiopæ uterum ſatis ſui adulterii teſtimonium apparere, & ob id eam uiro arbitraretur odioſam, merito ultro eam reliquit. Dircem autem mutatam in fontem ſatis comprehendi poteſt tam ob perditum regnũ quàm ob ſupplicii illati pœnam, eam in multas ſolutã lachrymas. Fuiſſe autem Solis filiam ideo dictam, quia aut ſi de facto fuit, eam alicuius inſignis uiri ſic nominati fuiſſe filiam, aut ob inſignem eius pulchritudinem Solis filiam uocitatam.

De Mileto Solis. vi, filio, qui genuit Caunum & Biblidem. Cap. VIII.

MIletus ut teſtatur Ouid. Solis fuit filius. Theodon. aũt dicit iſtum Solis Rhodii filium, & Paſiphaes fuiſſe fratrem. Hunc tamen in Minoem ſenem uolentem inſurgere bello, perterruit Iuppiter, quã ob cauſam in Lesbon abiit, & ibi ciuitatẽ, quam Militenem ex ſuo nomine dixit, conſtruxit. Verum poſtea immutatis literis ex Militene Mitilena dicta eſt. Poſt hæc cum Cyanee nympha Mæandri fluminis filia ſe immiſcuit, & ex ea ſuſcepit filios duos, Caunum, ſcilicet & Biblidem. a

*Matris nomen alij addunt, Argeam filiam Cleochi. Miletum aũt dictum uolunt quod à matre expoſitus ſit ἐν μίλακι, quod genus herbæ eſt, ut dicit Suidas. Hunc cum adoleuiſſet, fugientem Minod, ueniſſe primum in Samum, deinde in Cariam, ibiq; oppidum ſuo nomine condidiſſe Ariſtocritus autor eſt. Nonnulli autem non Apollinis, ſed Euxantij Miconis filij, alij rurſum Sarpedonis qui fuit Iouis, filium faciunt, Vide Comment. Apoll. lib. I. Ouidius addere matris nomen Deionen uidetur, uocat enim Deioniden Miletum lib. Meta. ix.* a

De Cauno & Biblide filiis Mileti. Cap. IX.

CAunus et Biblis filii fuerũt Mileti ex Cyanee nympha ſuſcepti, ut teſtat Ouid. dicẽs,
Hic tibi dum ſequitur patriæ curuamina ripę Filia Męandri totiens redeuntis eõdẽ.

Cognita

Cognita Cyanee præſtanti corpore nympha Biblida cum Cauno prolem eſt enixa gemellam &c. Et quia nil præter commune ambobus de his legi, de ambobus ſcribere inuicem uiſum eſt. Legitur ergo Caunum ſpecioſiſſimum fuiſſe iuuenem, & à Biblide ſorore infauſto amore dilectum, Venere in prolem Solis irata agente. Sane cum Biblis fratri flammas execrandæ libidinis detexiſſet, ipſe aſpernatus deteſtandam ſororis concupiſcentiam, fugam ſumpſit, In'q; peregrina ponit noua mœnia terra. Infelix autem Biblis confeſtim ſecuta eſt eum, & poſtquã Cariam Lyciam'q; & Lelegas peragrauit, labore atq; dolore uicta conſedit, & ſpreta ſeſe dedit in lachrymas, ex quo factum eſt ut in fontem Naiadum beneficio miſera uerteretur, ut dicit Ouid. *Ibidem.* Sic lachrymis conſumpta ſuis phœbeia Biblis Vertitur in fontem, qui nunc quoq; uallibus illis Nomen habet dominę, nigráq; ſub ilice manat &c. Figmentum autem ſatis patet, quia à fletu continuo fons lachrymis manans uiſa eſt.

De Paſiphae. viii. Solis filia & Minois coniuge. Cap. X.

PAſiphae Solis fuit filia, ut Senecæ poetæ tragœdia percipitur carmine aientis in Tragœdia Hippolyti. Quid ille rebus lumen infundens ſuum matris patens &c. Verba quidem nutricis ſunt loquentis ad inſaniam amore Hippolyti Phœdram Paſiphaes filiam. Theod. autem dicit, nõ fuiſſe filiam Solis Hyperionis, ſed Rhodii. Fuit hæc Minois Cretenſis coniunx, & uacante Minoe bello aduerſus Megarenſes & Athenienſes ob occiſum Androgeum filium, ab irata Venere in ſobolem Solis, infauſti amoris flammas ſuſcepit, amauit'q; ſpecioſiſſimũ taurum, in cuius cõcubitum Dædali artificio ueniſſe dicitur, & ex eo ſuſcepit quem medium hominem medium'q; taurum peperit. Alii uero aliam amoris huius cauſam deſcribunt aientes, quod cum oraſſet Minos in bellum progreſſurus patrem, ut dignam ſe ſacrificaturo ſibi præpararet hoſtiã, eueſtigio illi præparatus eſt taurus, formoſitate cuius captus Minos illum armentis ſuis præfecit ducem, alio conſecrato. ex quo iratus Iuppiter egit, ut illo abſente reſeruatus diligeretur à coniuge, & hinc uolunt Minoem ob cõmiſſum facinus non auſum in coniugem ſæuire. Quod autem Paſiphae filia Solis ex tauro conceperit, uult Seruius taurũ hunc ſcribam Minois fuiſſe ſic nominatũ, eum'q; in domo Dædali cum Paſiphae coiſſe, & filium ex ea ſuſcepiſſe, & tandem geminos peperiſſe: quorum alterum ex Minoe conceptum notis apparebat, alterum uero ex tauro æque indicantibus ſignis. & cum de ſecundo non eſſet certa fides, nomine ad utrunq; ſpectante parentem Minotauro ſcilicet impoſito, enutritus eſt. Ego autem longe altiorem ſenſum ſub hac fabula tegi reor. *Fabulæ explicatio.* Exiſtimo quidem uoluiſſe ueteres oſtendere qualiter uitium beſtialitatis cauſaretur in nobis hac ratione. Paſiphaen ſpecioſiſſimã fœminam & Solis filiam, credo animam noſtram ueri Solis, id eſt Dei omnipotentis à quo creata eſt filiam, omni pulchritudine innocentiæ ſplendidam. Hæc cõiunx efficitur Minois regis legumlatoris, id eſt rationi humanæ iungitur, quæ ſuis legibus eam habet regere atq; in rectum iter dirigere. Huic inimicatur Venus, id eſt appetitus concupiſcibilis qui ſenſualitati adhærens ſemper rationis eſt hoſtis. cui ſi adhæſerit anima, à ratione ſuperetur neceſſe eſt. à qua ſemota, facile à blanditiis & ſuaſionibus carnis ſe trahi permittit, & ſic præcipitem ſe fert in concupiſcentiam tauri à Ioue dati, ut ſibi ex eo Minos ſacrum conficiat. quem ego taurum ſentio mundi huius delitias prima facie pulchras & delectabiles à deo rationi cõceſſas, ut ex ea moderamine certo uitæ noſtræ opportuna miniſtret. Nam dum his debite utimur, rite ex eis deo ſacrum conficimus. Sane dum eis iudiciũ ſenſualitatis ſequentes abutimur, aut abuti deſideramus, in beſtialem concupiſcentiam deuenimus, & tauro tunc obſcœne anima iungitur in lignea uacca, dum artificio ingenii noſtri naturalibus præter naturæ leges innitimur. Et ſic appetitu illecebri & adoptione nephariæ uoluntatis cauſatur & naſcitur minotaurus, id eſt beſtialitatis uitium. Huius aũt minotauri, hominis & tauri formã eſſe finxere, eo quod tali uitio laborantes intuitu primo uident̃ homines. ſi opera autem proſpectemus, & abſcondita introrſum deſideria, tales eſſe beſtias cognoſcemus.



Clauditur autem hic labyrintho carceri circuitionũ plurium implicito. & hoc ideo, quia fortiſſimum atq; ferociſſimum & furioſum eſſet animal. In quo oſtenditur eum humano pectori infandis deſyderiis intricato, & quod eo impellente fortem atq; immanem præſtemus animum, dum infauſtum aliquid audemus, quod niſi pro uoto perficiamus, confeſtim in furiam declinamus. Hic inſuper à Theſeo ab Ariadna prędocto occiditur, id eſt à prudenti uiro, cui uirilitas, quam per Ariadnã accipio, eo quod Andres græce uir ſonet latine, oſtendit deteſtabile tam ſceleſto uitio ſubiacere, & quibus armis etiam conficiendum ſit.

De Aeëta Colchorum rege Solis filio octauo, qui genuit Medeam & Abſyrtium & Calciopem. Cap. XI.

AEëta Colchorũ rex, ut Homerus in odyſſea teſtatur, Solis fuit filius & Perſæ filiæ Oceani. *Odyſſ. lib. 10.* Tullius autem ubi de naturis deorũ, eum ex Aſterie ſorore Latonæ ſuſceptum dicit, quam Aſteriem uidetur idem Tullius dicere ab eo occiſam. a Dicit enim ſic. Quid Medeę reſpondebis, quę duobus auis ſole & oceano, & patre matricida prouocata eſt? Hunc clarũ ea tempeſtate fuiſſe regem teſtatur antiquitas cum permaximum illi regnum fuiſſe deſcribat Seneca tragœdus in tragœdia Medeę. Ad huic nouercales inſidias fugiens deuenit Frixus Athamantis filius cum aureo uellere, quod ſibi fatale ab oraculo ſentiens Aeëta diligentiſſime ſeruabat, ne eo perdito priuaretur regno. Qui tamẽ à Iaſone ſpoliatus eſt & regno pulſus. Verũ iam ſenex ab eodem in regnum reductus eſt. Dicit Theodontius hunc Aeetam non fuiſſe filium Solis Hyperionis, ſed eius qui apud Colchos maximus fuit & regnauit ibidem. b

a *Verba Ciceronis aliter habent, ſic enim in Aldino codice legitur. Circe autem & Paſiphae è Perſeide Oceani filia natæ, patre Sole, in deorũ numero non habebuntur? Quanquã Circem quoq; coloni noſtri Circerenſes relligioſe colunt. Ergo deam hanc dicis. Quid Medeæ reſpondebis, quæ duobus auis ſole & Oceano, Aeeta patre, matre Idya procreata eſt? Quid huius Abſyrtho fratri: qui eſt apud Pacuuium Egialeus? Sed illud nomen ueterum literis uſitatius. Lib. 3. de natu. Deorum.*

b *Et Cicero ex quinto Ioue procreatum dicit his uerbis. Quintus (ſcilicet Iuppiter) qui Colchis fertur Aeetam & Circem procreaſſe.*

De Medea Aeetæ regis filia, & Iaſonis coniuge. Cap. XII.

MEdea Aeetæ regis fuit filia ex Ipſea coniuge, ut ſatis patet per Ouidii carmen dicentis. Non erat Aeetes ad quẽ deſpecta rediret. Non Ipſea parens &c. Huius Medeę grandis recitatur hiſtoria quanquam fabulis mixta. Aiunt enim ante alia, quod ex Apollonio ſumptũ eſt, qui de Argonautis librũ ſcripſit, Iaſonẽ à Pelia patruo miſſum Colchos ueniſſe, & comiter ab Aeeta ſuſceptum Medeæ uirgini placuiſſe. in quam Venus irata uti in cæteram Solis prolem, omnes à filio amatorias iniici flãmas fecit. quæ amans cum pericula noſceret dilecti iuuenis euntis ad uellus aureum aſſumendum, miſerta eius, habita ſui coniugii ſponſione, eum docuit, quo pacto illud abſq; periculo poſſet ſurripere, eo'q; ſurrepto unà ſecum fugam arripuit, traxit'q; fugę comitem Abſyrthium, ſeu Egialeum paruulum fratrem. quos cum ſequeretur Aeeta, ut eis ſpacium fugæ præſtaretur, in inſula, quæ in faucibus Phaſis à ſcelere ab eo perpetrato Tomitana, exilio Ouidii Naſonis poſtea nobilitata, per quam oportebat Aeetã ſequentẽ tranſitũ facere, puerũ Abſyrthiũ obtruncauit, articulatim'q; diuiſum paſſim per agros diſiecit, ut patrem ſiſteret ad colligenda filii membra. a Nec præmeditatio fefellit infauſtam, nam ſic factum eſt. dum'q; orbatus pater flens membra collegit nati, & funeralia peregit, abiit illa cum raptore. Et poſt longas ſecundum quoſdam circuitiones in Theſſaliam deuenit, ubi precibus Iaſonis, Aeſonem patrem annoſitate decrepitũ in robuſtiorem retraxit ætatem. Et cum Iaſoni duos filios peperiſſet in Peliæ mortẽ ſuas filias armauit. Tandem quacunq; ex cauſa factum ſit à Iaſone abdicata eſt, & Creuſa Creontis regis Corinthiorum filia deſponſata. quod cum egerrime ferret, excogitata malitia, filios ſuos, quaſi ad placandã ſibi nouercã cum donis in ſcrineolo clauſis miſit, quod à

b Creuſa non ante apertum eſt, quàm per omnem regiã flamma euolauerit ingens, à qua,
cum ipſa Creuſa regia omnis exuſta eſt, cum iam pueri præmoniti euaſiſſent. Verũ cum
in eam iratus Iaſon irruiſſet, ſumpturus ex tam impio facinore pœnas, eo uidente trux
fœmina filios trucidauit innocuos, & maleficiis ſuis ſublata Athenas abiit, ubi Aegeo
iam ſeneſcenti cõiugio iuncta eſt, peperitq́ꝫ ei filium, quem ex ſe Medum uocauit. Sanè
cum Theſeo redeunti ex lõginqua atqꝫ diutina expeditione ab Aegeo incognito per eiuſ-
dem manus uenenatum paraſſet poculũ, & illud idem ab Aegeo filio iam cognito ſub-
latum uidiſſet, fuga Theſei euitauit iram, & tandem neſcio quo pacto Iaſoni recõciliata,
unà ſecum in Colchos rediit, patremq́ꝫ ſenem & exulem Iaſonis uiribus in regnum re-
ſtituit. Eſto grauis Cælius, ut in De mirabilibus mũdi refert Soli. dicat eam à Iaſone Bi-
Butroti. † trote ſepultam, & Medum eius filium imperaſſe Marſis populis Italis. his ergo ornata fa-
Solin. cap. 7. cinoribus Medea locum apud Græcos primo, qui melius eam cognouiſſe debuerãt, de-
inde apud Romanos comperit, ut pro dea ſuſciperetur, atqꝫ ſacris honoraretur ab eis, ut
liquido teſtatur Macro. quæ autem huius in hiſtoria fictiones cõtextæ ſunt, ubi de Aeſo-
ne, & Pelia, & Iaſone ſcribetur, quoniam ad eos ſpectare uidentur, paſſim ubi opportu-
num uidebitur, aperietur.

*Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo Membra ſoror fratris conſecuiſſe ſui. Ouid.*

a
b *Tota Medeæ fab. apud Ouid. deſcribitur. 7. Meta. & alios quoqꝫ qui Argonauticam deſcripſere,
ut Valer. Orph. Apollonium.*

De Abſyrto & Calciope filiis Aeetæ. Cap. XIII.

a ABſyrtus & Calciope frater & ſoror filii fuerunt Aeetæ regis Colchorum,
nam de Abſyrto teſtatur Tul. ubi de naturis deorũ, dicens. Quid huius ſci-
licet Medeæ Abſyrto fratri, qui eſt apud Pacuuium Egialeus &c. De Calci-
ope autem dicit Ouidius in epiſtolis. Non erat Aeetes ad quẽ deſpecta re-
In epiſt. Hele diret. Non Ipſea parens Calciopeq́ꝫ ſoror &c. De hac Calciope nil repperi
næ ad Paridẽ. aliud legi, niſi quod coniunx fuerit Phryxi, eiq́ꝫ peperit Cytorum filium. De Abſyrto aũt
b ſeu Egialeo iam ſupra dictum qualiter à ſorore ſit cæſus, à quo ſunt qui dicant flumen
illud Colchorum Abſyrtum de pueri nomine nuncupari.

a *Abſyrti fabulam deſcribit Ouid. tertio Triſtium elegia 9. Cæterum ſunt qui Abſyrtũ non ex ea-
dem matre cum Medea, ſed ex Idya Oceani filia natum tradunt. Alij nec à ſorore diſcerptum uolũt, ſed
per Iſtrum fluuiũ cum fugientibus in Illyriam, ad inſulas Brygeidas ueniſſe. Diuerſo enim itinere fugiſſe
Colchos, regno ab Iaſone capto, tradũt, alios per Iſtrũ in Illyricos, alios per Cyaneas, mari in Corcyrã
b delatos eſſe. Abſyrthum, Diodorus Egialium uocat, lib. 5. Antiq. geſt. Hæc eadem ut Pherecydes
tradit, Euenia dicta eſt, & item alio nomine Ophiuſa, uide comment. Apollonij.*

De Circe filia Solis. Cap. XIIII.

CIrce malefica mulier, ut Homerus teſtatur in Odyſſea, filia fuit Solis & Per-
ſæ. quo autem pacto Colchos reliquerit, & in Italiã uenerit, nuſquã legitur.
a cõſtat tamẽ eam habitaſſe haud longe à Caieta Campaniæ ciuitate, in quo-
dam monte olim inſula, qui Circeus ab ea in hodiernum uſqꝫ diem dictus
b eſt. Circa quem adhuc aiunt incolæ rugire leones, ferasq́ꝫ alias, quas ex ho-
Lib. 7. Aenei. minibus cantato carmine fecit. De hac autem ſic ſcribit Virgilius. Diues inacceſſos ubi
ſolis filia lucos Aſſiduo reſonat cantu tectisq́ꝫ ſuperbis Vrit odoratam nocturna in lu-
mina cedrum Arguto tenues percurrens pectine telas. Hic exaudiri gemitus iræq́ꝫ leonũ
Vincla recuſantum, & ſera ſub nocte rudentũ, Setigeriq́ꝫ ſues atqꝫ in præſepibus urſi Sæ-
uire, ac formæ magnorum ululare luporum. Quos hominum ex facie dea potentibus
herbis Induerat Circe in uultus ac terga ferarum &c. Homerus autem in Odyſſea dicit
Vlyſſem errantem cum ſociis ad hanc deueniſſe, & cum ſocios eius omnes mutaſſet in
feras, eum à Mercurio prædoctum mutare non potuiſſe, quinimmo ab eo exterrita ſoci-
os eius omnes in homines reformaſſe, eumq́ꝫ per annum ibidem tenuiſſe, ac peperiſſe ei
Telegonũ filium, & nonnulli ſuperaddunt Latinum Laurentũ poſtea regem & demũ
eum



eum prædoctum multis dimiſiſſe. Refertur præterea de hac quod amauerit Glaucum
marinũ deum, & quoniã ipſe Scyllam nympham amaret, zelo percitam, fontẽ in quo
nympha lauari conſueuerat, infeciſſe uenenis, quamobrem dum illũ intraſſet nympha, Ouidius lib.
repente à marinis canibus uſqꝫ ad inguina abſorpta in marinum monſtrum uerſa eſt. In 14. Meta.
ſuper dicitur quod à Pico rege ſpreta eo quod Pomonã amaret, eum in auem ſui nomi-
nis transformaſſe. Nunc autẽ quid ſub his fictionibus ſentiendũ ſit, uideamus. Theod.
harum rerum ſolertiſſimus indagator, dicit hanc Solis Hyperionis filiam non fuiſſe, ſed
eius qui apud Colchos regnaſſe creditur. ſed ideo huius credita, quia ut dicit Seruius, for
moſiſſima fuit mulier, & meretrix famoſa, quod cõtigiſſe fingunt ob Veneris odium in
prolem Solis, de quo odio infra patebit, ubi de Venere. Audiri feras mugientes in circui-
tu montis eſt, quia dum inter ingentia atque prærupta ſaxa, rupes & cauernas, quibus
mons circundatus eſt, maris undæ uentorum impetu efferuntur, & demum retrahun-
tur, & superuenientibus illiduntur, & hinc inde franguntur, fit de neceſſitate rumor diſ-
ſonus, & nunc mugitui nunc rugitui ſimilis, & hinc ſe fingunt audire leones aproſq́ꝫ.
Quod autem herbis aut cantato carmine in belluas homines transformaret, hoc uidetur
à multis concedi poſſibile magicis illuſionibus, dum Pharaonis magos ſuis artibus fe-
ciſſe credimus, quæ faciebat Moyſes uirtute diuina, dum homines in Arcadia lupos fieri,
dum Apuleium in aſinum permutatũ. Sed ego potius credo hanc formoſitate ſua mul-
tos in dilectionem ſui traxiſſe mortales, qui ſeſe ut eius mererentur gratiam, quæ meretri-
cum abſqꝫ pecunia conſequi non poteſt, illecebris uariis, ut dona portarent, miſcuiſſe, &
ſic eas induiſſe formas, quæ officiis congruebant, quas Vlyſſes, id eſt prudens homo nõ
induit. Hanc poſt hæc amaſſe Glaucum ideo dictum puto, quod ſecundũ quod aliqui
bus placet, & potiſſime Leontio, Glaucus idem ſonat quod terror. & quoniam terribile
ſit audire mugitus aquarum circa Circeum, ut ſupra dictum eſt, & ipſe terror ibidem cõ-
ſiſtat, aſſidue uidetur à Circe, id eſt à loco illo Circes amari. Quod autem Glaucus amaue
rit Scyllam ob eandem cauſam dictum eſt, eo quod apud Scyllam idem à mugitu ma-
ris ſit terror aſſiduus, & ſic cum ibi moretur, aſſidue uidetur Scyllam diligere. Quod Scyl
la infectis aquis à marinis canibus uſqꝫ ad inguina rapta ſit, ab effectu ſumpſit fictio cau-
ſam. Eſt enim Scylla ſcopulus ſecus fretum Siculum aquis ſupereminens, adeo ut medi
us aquas exire uideatur, & ab aquis medius occupari, & cũ totus ſit præruptus & cauer-
noſus, ubi cõtinue maximo cum impetu mare fluat & refluat, dum cauernas illas intrat
& demum ſe retrahit, ad inſtar canum latrantium ſonum emittit, & ſic ſcopulus à mari-
nis canibus rapi dicitur. Quæ autem ad Picum ſpectant, in ſequentibus ſcribetur, ubi de
Pico. Ego autem Circem hanc Aeetæ fuiſſe ſororem non credo, cum diu ante Troianũ
bellum in Colchide fuerit Circe. Hæc autem contemporanea, ſed conuenientia nomi-
num, & forſan artium ex duabus unam feciſſe potuerunt.

*Home. Odyß. decimo.* Αἰαίην δ᾽ ἐς νῆσον ἀφικόμεθ᾽ ἔνθα δ᾽ ἔναιε Κίρκη ἐϋπλόκαμος δεινὴ a
θεὸς αὐδήεσσα Αὐτοκασιγνήτη ὀλοόφρονος Αἰήταο Ἄμφω δ᾽ ἐκγεγάτην φαεσιμβρότου Ἠε-
λίοιο Μητρὸς δ᾽ ἐκ Πέρσης τὴν Ὠκεανὸς τέκε παῖδα.

*De Circe Comment. Apoll. ſic tradit.* Κίρκην τινὲς μὲν Αἰήτου ἀδελφήν, τινὲς δὲ θυγατέρα b
φασὶν εἶναι. ταύτην Διονύσιος ὁ Μιλήσιος ἐν πρώτῳ τῶν Ἀργοναυτικῶν θυγατέρα Αἰήτου καὶ
Ἑκάτης τῆς Περσέως, ἀδελφὴν δὲ Μηδείας λέγει. Ἡλίῳ γὰρ φησὶν υἱοὺς γενέσθαι δύο ἐν τοῖς
τόποις ἐκείνοις, οἷς ὀνόματα ἦν Περσεὺς καὶ Αἰήτης, τούτους δὲ κατασχεῖν τὴν χώραν, καὶ Αἰή-
την μὲν Κόλχους καὶ Μαιώτας, Πέρσεα δὲ τῆς Ταυρικῆς βασιλεῦσαι, καὶ γῆμαι γυναῖκα τῶν
ἐγχωρίων τινά, καὶ γενέσθαι αὐτῷ θυγατέρα ᾗ ὄνομα ἦν Ἑκάτη. οἱ δὲ ἐκ νύμφης τινὸς ἐγχωρί-
ας τὴν Ἑκάτην φασὶν αὐτῷ γενέσθαι ἀνδρικὴν περὶ τὰ κυνηγετικά, καὶ πρώτην θανασίμους
ῥίζας εὑρεῖν, καὶ ἐμπειροτάτην γενέσθαι τῶν τε δηλητηρίων, καὶ τῶν ἰᾶσθαι δυναμένων, καὶ τὸν
ἑαυτῆς πατέρα φαρμάκοις ἀποκτεῖναι. ταύτην γήμασθαι πεμφθεῖσαν εἰς Κόλχους Αἰήτῃ τῷ
πατραδέλφῳ, ἀφ᾽ ἧς γενέσθαι Κίρκην καὶ Μήδειαν. τὴν δὲ Κίρκην πρεσβυτέραν οὖσαν ὑπερβα-
λέσθαι τὴν ἑαυτῆς μητέρα, τὰ μὲν διακούσασαν παρ᾽ αὐτῆς, τὰ δὲ αὐτὴν ἐφευρηκυῖαν πολλὰ

*καὶ δεινά, μήδειαν δὲ νεωτέραν μὲν κίρκης, οὐχ ἡττομένην δὲ αὐτῆς &c. Hanc epitheticos poetæ Aææam, & Cyteida uocant, utrumq; ab urbibus Colchorum, ut teſtantur ijdem commentarij.*

c *Eodem lib. Ouid. ſed non Pomonam à Pico, uerum Canentem amatum fuiſſe refert, Pomonam uero à Vertumno.*

d *Et quid aliud ſunt, quàm beſtiæ ac feræ, qui turpi uoluptati dediti, ac obſcœnis amoribus inuoluti, partim ut ſues & id genus inquinantur & conſpurcantur, partim ut Leones atq; urſi efferantur ac ſæuiunt. Quod ijs accidere non poteſt, qui herba Moli hoc eſt Philoſophia, rectaq; doctrina instituti atq; obfirmati ſunt, Quod & Theocritus indicare uoluit, cum de Muſis ait. οὔτε μελίσσαις ἄνθεα ὅσσον ἐμοὶ μῶσαι φίλαι· οὓς γὰρ ὁρῶσαι γαθεῦσιν, τὼς οὔτι ποτῷ δηλήσατο κίρκα.*

## De Angitia Solis filia. Cap. XV.

ANgitiam ſeu Angeroniam Theodontius dicit Circes fuiſſe ſororem & Solis filiam, & haud longe ab ea in agro Campaniæ moratam, ſed melioribus artibus operatã. de qua nõ in omnibus cum eo cõcordans grauis Cælius aſſerit eam Circes fuiſſe ſororẽ, & uicinia Fucini lacus occupaſſe, & ibidẽ ſalubri ſciẽtia aduerſus morbos incolis deſeruiſſe. quamobrẽ diẽ claudẽs dea ab eiſdem habita eſt. Macro. autem in i. ſaturnaliorum libro, hanc Angeroniã deam uocat, dicitq; illi apud Romanos. xii. calen. Ianuarias ferias celebrari, eiq; à pontificibus in ſacello Volupiæ ſacrum fieri. Verius autem Flaccus, ideo dicit eam Angeroniam appellari, quod angores & ſollicitudines animarum propiciata depellat. Addit inſuper Maſurius ſimulachrum huius deæ ore obligato atq; ſignato in ara Volupiæ collocatum, & ob id quod quis ſuos dolores anxietatesq; diſſimulat, beneficio patientiæ in maximam oblectationem deueniat. Sanè Iulius Modeſtus huic ſacrũ fieri dicit, eo quod populus Romanus morbo qui angina dicitur, uoto præmiſſo liberatus ſit. Cur autem Solis ſit credita aut dicta filia, medendi ars cauſam dediſſe potuit.

*Ex Sol. cap. 7*

*Ex Macrob. lib. i. Sat. ca. 5*

## De Luna Hyperionis filia. Cap. XVI.

LVnam, ut ad Hyperionis prolem redeam, eiuſdem Hyperionis fuiſſe filiã & Solis ſororem uulgatiſſimum eſt. de hac ueteres multa ſenſerũt, illi quippe ante alia bigam dixere conceſſam, eo quod aduerſus patruos cum Ioue ſenſiſſet, eamq; curru uti teſtatur Accius poeta in Bacchis dicens. Almaq; curru noctiuago phœbe &c. Et Virgilius, Iamq; dies cælo conceſſerat almaq; curru Noctiuago phœbe medium pulſabat olympum &c. Hanc bigam dicit Iſidorus ubi de etymologiis, à duobus equis trahi, quorum alter albus, alter uero niger eſt. Eam præterea à Pane Arcadiæ deo dilectam dicit Nicander poeta, & lanæ candidæ munere in ſuos deduxiſſe concubitus, quod & Virgilius in georgicis aſſerit dicens. Munere ſic niueo lanæ ſi credere dignum eſt Pan deus Arcadiæ captam te luna fefellit. In nemora alta uocans, nec tu aſpernata uocantem &c. Inſuper & eam dilectam aiunt ab Endymione paſtore, quem dicunt primo ab eo repulſum, demum poſtquam aliquandiu albos ſuos pauiſſet greges, in ſuam gratiam ſuſceptum. Dicit tamen Tullius eum in Latmo ſeu Latmio Ioniæ monte obdormiuiſſe, & in ſomnis à luna deoſculatũ. Sunt & qui illi filios tribuant. Nam † Alcyna lyricus poeta dicit rorem ab ea & aere genitũ. Similiter eam multis uocant nominibus, utputa Lunam, Hecatem, Lucinam, Dianam, Proſerpinam, Triuiam, Argenteam, Phœbẽ, Cererem, Arteam, Menam & aliis. Sed quid ex his tot intellexerint aduertendum. Cur Hyperionis dicta ſit filia, dici poteſt id quod de Sole dictum eſt, puto ego illam claritate inſignem fuiſſe mulierem, & ob eius ſingularẽ preeminentiam, & quia Solis eſſet ſoror, Lunam denominatam fuiſſe. Ad quam ſequẽtia non ſpectant, quinimmo ad ueram Lunam. & ideo quod aduerſus Titanos Ioui fauerit, id eſt aduerſus ſuperbos, ob eius complexionem frigidam & humidam dictũ eſt, qua multum fumoſitates hominum repelluntur. Biga autem uti dicitur, ad deſignandum curſum ſuum diurnum & nocturnum, quem longe clarius equorũ colores oſtendunt. Præterea & humiditate ſua germinantia fouet deſuper, & deſubter adiumentum

*Lib. 3.*

*Lib. 1. Thuſc. quæſt.*

*Alcman fortaße.*





radicibus infert. Quod autem ab Arcade deo dilecta ſit, poterit forſan hic talis præſtari ſenſus, ut pro Arcade deo ſumatur quicunq; paſtor. Erant enim Arcades ut plurimũ paſtores. omnes paſtores autem lunam amant, ideſt eius lumen, eo quod ex illo cõmodum ſuſcipiant, & ob id eam in ſyluis uotis uocare conſueuerant, ut ſuos greges per noctẽ ab inſidiis ferarum facilius cauerent, & ob id dum fulgida ueniebat, ei in ſacris agnam mactabant candidam, & ſic albo uellere captam dicebant. Quod autem ab Endymione dilecta ſit, dicit Fulgentius hoc poſſe contingere quod Endymion paſtor fuerit, qui uti paſtores faciunt, noctis humorem amauit, quem uaporia ſyderum & ipſius lunæ in animandis herbarum ſuccis inſudãt, & inde in paſtorum commoda uertitur. Vel aliter ait idem Fulgentius, quod is Endymion primus rationem curſus lunæ inuenerit, & obdormiſſe. xxx. annis dicitur, quia ſtultorum iudicio meditationi uacantes dormiunt, ideſt tempus perdunt. ſeu qui meditationibus deditus eſt, profecto non aliter quàm ſi dormiret, immiſcetur actiuis operibus. Quod de Endymione dictũ eſt, quia nil aliud eo uiuente, niſi huic meditationi operam dare peregit, uti Minaſtas in eo libro, quem de Europa ſcripſit, teſtatur. quod ego uerum puto, nec ſit qui longum temporis miretur ſpacium, cum circa lunæ curſum plurima ueniant conſyderanda, ut oſtendit uenerabilis Andalo in ſua theorica planetarum. Sed quod albos ante greges pauerit, ideo appoſitum credo, ut loci ſuæ meditationis qualitas oſtendatur, qui in culmine montis illius fuit quod ſibi elegit, ut poſſet libere eleuationes aſſumere tanquam expedito loco, & montium culmina, & potiſſime celſa utplurimum conſueuerunt eſſe niuoſa, quas niues quia diu obſeruauit, paſtor niuei pecoris dictus eſt. quod autem à Luna deoſculatus ſit, ideo fictum reor, quia ſicut amantes puellã amoris munus oſculum arbitrantur, ſic & longæ meditationis fuiſſe Lunæ comperiſſe curſum, & ſic ſui amoris uidetur oſculum ſuſcepiſſe. Supereſt de nominibus uidere. Lunam à lucendo dictam uolunt, & maxime dum lucet in ſero, cum dum mane luceat uelint appellari Dianam. Hecate autem dicta eſt, quia centũ interpretatur, in quo numero quaſi finitum pro infinito poſitum ſit, uolunt multiplicitatem eius potentiæ denotari. Triuiam nonnulli, eſto Seneca poeta triformẽ dicat in tragœdia Hippolyti, ſuo nomine principali dictam uolunt Vocatur enim Luna, Diana, & Proſerpina. Dicunt eam etiam uocari Lucinã, ut in odis Horatius. Te Lucinam probas uocari &c. quam parturientium deam uocant, & cur ſic dicta ſit, paulopoſt dicetur. Argenteam autem ob id dicunt, quia ſuum ſit argentum procreare, ſeu quia ſolis reſpectu qui aureus eſt, uideatur argentea. Phœbem autem ideo uocauere, quia ſæpe noua ſit. Artemia ſeu Aerotemis Attica lingua idẽ eſt quod luna, ideo ſic dicta, ut refert Macrobius quia Artemis quaſi Aerotemis, id eſt aerem ſecans. Luna à parturiẽtibus inuocatur, quia propriũ eius eſt diſcindere rimas corporis & meatibus uiam dare, quod eſt ad accelerandos partus ſalutare, ut poeta Timotheus eleganter expreſſit. Mena autẽ dicta eſt, quia nonnunquam defectus patitur, utputa in eclypſibus, & inde mena quod defectus latine ſonat, ſeu quia naturaliter luce careat, & quos habet mutuetur à ſole, uti cætera faciunt ſydera. Reliqua autem nomina, quoniã ad alias pertinent deas, de quibus ſingularis in hoc opere mentio fit, ex conſulto donec de illis tractetur omiſi.

a *De Endymione uarie traditur fabula. Heſiodus Aethlij qui fuit Iouis, & Calices filiũ facit, eiq; à Ioue conceſſum fuiſſe, ut mortis ſuæ arbiter ipſe eſſet, & quãdo uellet moreretur, & hinc ſomni fabulã ortam. Alij tradũt à Ioue in cælum aſſumptũ fuiſſe, ibi cum Iunonẽ turpiter amaret, atq; etiã cum nube, pro Iunone concumberet, à Ioue irato deiectũ, & perpetuo ſomno damnatũ eſſe. Ad hunc quoq; Lunã, amore eius captam, in Latmi montis Cariæ ſpecũ deſcendiſſe aiunt, ibiq; cum eo ſolitã cõuerſari. Quam fabulã rurſum alij ſic exponũt, ut dicant uenandi ſtudio deditũ Endymionẽ, noctu ad Lunã uenari (noctu enim feræ ex luſtris paſtũ prodire ſolent) Interdiu aũt in ſpecu requieſcere ſolitũ fuiſſe, & inde ab hominibus æſtimatũ ꝑpetuo dormire. Alij quia Lunæ motus & curſum, & numerũ inuenerit, & noctu eius ſtudij cauſa ferè uigilando, diem quieti dederit, cum Luna conſueuiſſe dictũ uolunt. Sunt qui re ipſa ſomnolentum fuiſſe tradunt. Natione quoq; alij Arcadem, alij Spartiatem, alij Elidi imperaſſe dicunt. Vide Comment Apollon. in. 4. Argonaut.*

b Vel quia centū uictimis placabatur, unde & Hecatombe nomē habet, uel quia centū annos errare
c faciebat inſepultos. Solebāt quoq; ueteres in defectu Lunæ, quēadmodū & circa mortuorū inferias
æra pulſare, eo quod ὁ χαλκὸς καθαρὸς εἶναι, & quādā uim expiādi & luſtrandi habere crederetur.
Et ideo Lacōes quoq; rege eorū mortuo lebetes æreos pulſādo tinnitū quēdā ædebāt, ærisq; ſonus ꝓprie
ad mortuos ꝑtinere putabatur, ut ait Apollodorus citante cōmentar. Theoc. in 2. Idyll. Et fortaſſis inde
eadem cōſuetudo ad nos quoq; demanauit. Credebātur aūt & Theſſalæ ueneficæ lunā incātationibus
cælo deducere (cuius rei ſæpe in. Bucol. mem. Virg.) cuius origo inde cœpit, quod Aglaonice Hege-
monis filia, perita Aſtrologiæ, & eclypſis Lunæ, quando futuræ eſſent præuidens, iactitabat ſe illā cælo
deducere, quæ ob id poſtea in magnas calamitates incidit, adeo ut in prouerbiū abierit (ut ait cōment.
Apollonij lib. 4.) τὴν σελήνην κατασπᾷ. Μήνη Græcis dicitur Luna, & μὴν menſis. Nam
Luna menſes diſtinguit. ἄρτεμις autem quaſi ἀεροτόμη, ut Macr. lib. 1. Sat. cap. 17.

De Rore filio Lunæ, Cap. XVII.

ROrem Alcman lyricus poeta lunę atq; aeris fuiſſe filiū dicit, teſte Macrobio,
quod quidē figmentū à natura ſumptū eſt, agente quidē Luna uapores terrę
humidos, nequeuntes abſente ſole conſurgere altius, frigiditate aeris & Lu-
næ alternati uertuntur in tenuem aquam, quæ decidens ros æſtiuo tempo
re appellatur, hyeme uero condenſati gelu, pruina dicitur.

De Briareo Titanis filio. Cap. XVIII.

BRiareus ab omnibus creditus eſt Titanis & Terræ filius, quem omnes ferè la
tini poetæ hoſtem Iouis & infeſtiſſimum contemptoremq; deorum aſſe-
runt, & ob id apud inferos detruſum uolunt, eumq; inter monſtroſos in
ueſtibulo inferni excubia agere ſcribit Virgilius dicens. Et centumgemi-
nus Briareus & belua Lernę. & cætera. Sanè Homerus eum amicum fuiſſe
d Iouis oſtendit in Iliade dicens. Cito Centimanū uocaſti in magnū olympū, quem Bria-
reum uocant dii hominesq; omnes Terrigenam eius patrem meliorem. In quibus
carminibus Homerus perfunctorie tangit fabulam, quam Theodontius paulo latius
refert dicens, quod cōmoti dii, aduerſus Iouem Iuno, ſcilicet & Neptunus unà cum Pal-
lade, & aliquibus aliis in domo Nerei patris Thetidis deliberauerunt catenam facere, &
dormienti Ioui iniicere, & inuicē trahentes omnes eum è cælo eiicere, quod Thetis Ioui
retulit, & ob id ipſe in fauorē ſuum in cælum Briareum euocauit. Quem cum uidiſſent
coniurati, eo quod fortiſſimus æſtimaretur, confeſtim à cœptis deſtitere, & ſic tutatus eſt
Iuppiter. Ex quibus patet Briareum amicum fuiſſe Iouis. Cuius autē fabulæ uolens Le-
ontius aperire ſenſum, aiebat ante reſolutionē Chaos inferiora elementa cum ſuperis di-
ſcordare, & humoris opera iniiſſe concordiā, & alia quædā plura ridenda potius quàm
ſcribēda. Theodontius autem dicit ſub hac fabula tenui uelo hiſtoriam tegi. Dicit enim
Iouem poſt uictoriam ex Titanis atq; gigantibus habitam adeo elatum, ut importabilis
efficeretur amicis, quam ob cauſam Iuno coniunx eius, & Neptunus frater clam apud
inſulam Neriton conuocatis quibuſdam ex amicis iniuere conſilium, ut eum nil tale ti-
mentem è regno pellerent. Quod cum illi reuelatum eſſet à nauta cōſcio, Briareum ex Ti
tanis ſuperſtitem unum & potentiſſimū adhuc hominē, ſeu potius Briarei Titanis fili-
um eodem nomine nuncupatū euocauit, & cum eo inito ſocietatis fœdere coniuratos
exterruit, adeo ut in eum nil penitus auderēt. Dictus eſt enim Briareus centumgeminus,
quia multis præeſſet hominibus, & ponitur finitum pro infinito. Apud inferos autem
non in ciuitate Ditis detruſus eſt, ut reliqui ſunt, qui adhuc in adiutoriū ſeruaretur ſupe-
rūm, ut intelligamus non eſſe aliquos quantumcunq; peruerſos, quin ad meliorem ui-
tam ſeruentur à deo, cum ab eodem eorum futura conuerſio cognoſcatur.

a Iliad. lib. 1. ὦχ᾽ ἑκατόγχειρον καλέσας ἐς μακρὸν ὄλυμπον, ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοὶ ἄνδρες
δέ τε πάντες Αἰγαίων᾽ ὁ γὰρ αὖτε βίη οὗ πατρὸς ἀμείνων. Cæterū Didymus Grammat. circa
hunc locum Homeri, Briareum Neptuni filium facit, ſic enim inquit, ἦν δὲ θαλάσσιος δαίμων οὗτος
καὶ τὸν πατέρα ποσειδῶνα κατεβράβευεν. Heſiodus addit ex Iouis cuſtodibus unū fuiſſe, qui apud
inferos reliquos Titanos aſſeruabant, ſic enim inquit, ἔνθα γύγης, κόττος τε καὶ ὁ βριάρεως μεγάθυ-
μος



μος ναίουσι φύλακες πιστοὶ διὸς αἰγιόχοιο. alij addunt Aegeonem à Neptuno uictum, præcipitatū
eſſe in eum locum, qui eius rei euentu, ἠρίον αἰγαίωνος uocatus eſt, cuius Apollon. quoq; meminit Ar-
gonaut. primo. Porrò alij Cæli & Terræ filium faciunt, ut Heſiodus, quemadmodū à comment. Apollo
nij citatur. alij Terræ & Ponti filium dicunt, & eundem quoq; Briareum, Aegeonem, & Gigem qui-
dam dicunt, re autem ipſa monſtrum marinum eſſe uolunt.

De Ceo Titanis. iii. filio, qui genuit Latonam & Aſteriem. Cap. XIX.

CEum inter alios Titanis filios enumerat Paulus, & eius matrem terrā fuiſſe
oſtendit Virg. cū dicit. Extremā ut perhibent Ceo Enceladoq; ſororē &c. Le- Lib. 4. Aen.
ontius dicit hunc Ceæ inſulæ fuiſſe potentiſſimū regē, & extremę ferocitatis
hominē atq; ſuꝑbię, ob quā cū antiquior fuerit Titano, inter eius numerat̄
filios. Fuit enim Latonæ & Aſteriæ ſpectabiliū pulchritudine uirginū pater.
Dicebatq; Paulus ꝓ eo, quod Iuppiter Latonā uitiaſſet, Titanorū bellū aduerſus Iouē mo
tū. ſed falſū eſt, ut ſupra demōſtrauimus ex his, quę in ſacra legunt̄ hiſtoria ſcilicet Ennii.

De Latona Cei filia, quæ peperit Apollinem & Dianam. Cap. XX.

LAtonam filiā fuiſſe Cei, ex Ouidii carmine ſumitur. Dicit enim, Quoq; mo Ouid. lib. 6.
do audetis genitam Titanida Ceo Latonam pręferre mihi &c. Hanc autem Meta.
ueteres à Ioue dilectam pariter & oppreſſam uolunt, eamq; ex eo geminam
ſuſcepiſſe prolem, Apollinē ſcilicet & Dianam, quod aiunt adeo ęgre tuliſſe
Iunonem, ut nō ſolū omnē terrā ad onus uteri deponendū interdiceret illi,
uerū & immitteret Phytonē ingētis magnitudinis ſerpentē ad eam fugandā atq; impedien
dam. Quæ cum paueſcēs fugeret, neq; locū aliquem ſe retinentē inueniret, propinquans
Ortygię inſulę ab ea ſuſcepta eſt, & in eadē peperit primo Dianā, quę e ueſtigio obſtetrica a
tus officiū in naſcituro fratre matri pręſtitit, & Apollinē naſcentē ſuſcepit, q mox ſagittis b
Phytonē interemit, & dare cœpit reſpōſa petētibus. Præterea ob hunc partū dicunt nomē
immutatū inſulę. nam cū primo diceret̄ Ortygia, Delos poſtea dicta eſt. Dicūt inſuꝑ defe-
rentē Latonā paruulos adhuc filios per Lyciā dum ob ęſtū ſiti laboraret, acceſſiſſe ad lacū
quendā ut biberet. quā cū uidiſſent cōſtantes ruſtici, cōfeſtim lacum pedibus intraſſe, &
omnē turbaſſe aquā, ex quo cōmotā Latonā oraſſe, ut exterminarent̄, quāobrē ruſtici re-
pente in ranas mutati lacū ſemꝑ incoluere. Circa has fictiōes dicebat Barlaā ceſſante dilu
uio, quod Ogygii regis fuit tēpore, ex humiditate terrę nimia, cui calor erat immixtus, tā
denſas exhalaſſe nebulas, ut apud plura loca Aegei maris & Achaiæ nullo modo ſolares
radii die, nec nocte lunares uiderent̄ ab incolis. tandē eis rareſcētibus, & potiſſime apud
inſulas, apud quas ratione maris minus poterat exhalatio terrę, cōtigit, ut nocte quadam
circa horam diei proximam à circunſtantibus in inſula Ortygię primo uiderentur luna
tes radii, & ſubſequenter mane ſolares, quamobrem maximo omnium gaudio quaſi re
acquiſiſſent quos perditos iam arbitrabantur, dictum eſt apud Ortygiam, Dianam &
Apollinem natos, & ob id inſulę mutatū nomen, & ex Ortygia Delos, quod idem ſonat
quod manifeſtatio, appellata eſt, eo quod ibi primo manifeſtatio Solis & Lunę facta ſit.
Latonam autem eam ipſam inſulam uoluere fingētes, in qua manifeſtatio facta, eamq;
fœminam præcipue aſſumpſere ad figmentum conficiendum, qua contigerat eam ge-
minos peperiſſe, quorum maſculum Apollinem, fœminam autem nuncupauerat Dia-
nam. Phytonem autem Latonam inſequentem ne poſſet parere, nebulas denſas ſurgen-
tium uaporum uoluere, quæ quidem obſtabant, ne poſſent ſolares atq; lunares radii à
mortalibus intueri, nec incongrue has uocauere ſerpentē. Nam dum leues huc illuc à
quocunq; ſpiritu impellerentur, more ſerpentis ſerpere uidebant̄. Et hunc à Iunone ideo
miſſum dixere, eo quod nonnunquā pro terra & mari intelligatur Iuno, à quibus eua-
porationes illæ emittebantur. Dianā autem ideo ante natam dicunt, quia nocte exte-
nuatis iam uaporibus, primo lunares apparuere radii. quod autem obſtetricatus in na
tiuitate fratris officio functa ſit, ideo dictum eſt, quia ſicut obſtetrices conſueuere na-
ſcentes ſuſcipere, ſic & luna dum paulo ante ſolem ſurrexiſſet, ſolem orientem ſuſcipere
panſis cornibus uiſa eſt. Occiſum autem Phytonem telis ab Apolline ideo fictum, quia

ſolaribus radiis agentibus omnis illa terræ euaporatio diſſoluta eſt, quod autem cœperit Apollo dare reſponſa, ſumptum eſt ab eo quod poſtmodum contigit, ſcilicet ut ea in inſula neſcio cuius maleficio dæmon ſub Apollinis titulo cœpit, & diu dedit de quæſitis reſponſa. Mutatos autem in ranas ruſticos ideo dictum eſt, quia ut ſcribit Philochorus bellum fuit Rhodiis olim aduerſus Lycios, Rhodiis auxiliares uenere Delones. qui cum aquatum ad lacum quendam Lyciorum iuiſſent, ruſtici loci incolæ aquas prohibuere, in quos Delones irruentes omnes interemere, & in lacum corpora occiſorũ eiecere. Tractu tandem temporis cum montani Lycii ueniſſent ad lacum, nec occiſorum agreſtium corpora competiſſent, & ranas in circuitu coaxantes ſenſiſſent, rudes & ignari arbitrati ſunt eas ranas animas eſſe cęſorum, & dum ſic referunt aliis, fabulæ cauſam adinuenere.

*De Lyciorum mutatione eſt apud Ouid. 6. Meta.*

a *Hunc φύλακα τοῦ χρηστηρίου, in Delphis commentarius in Homer. Iliad. ε. uocat, & quia occiſus ibi computruerit, urbem ipſam πυθὼ quoq; dictam eſſe, cum ante παρνασία νάπη diceretur, quanquã alij ἀπὸ τοῦ πυθέσθαι deriuant id nomen, eo quod homines eò ueniant ad inquirendum & conſulendum, de* b *quo quiſq; opus habet. De partu Latonæ multa ſunt in Hymno Homeri in Apollinem, ſed paulo diuerſa ab ijs quæ hic Bocatius refert. De Pythone Ouid. lib. I. Meta. à terra poſt diluuium procreatũ ait. De loco autem ubi ipſa Latona nata dicitur, Diodor. lib. 3.*

## De Aſterie filia Cei & matre Herculis. Cap. XXI.

ASterie filia fuit Cei Titanis, ut Theodontio placet. Hæc autem ut ait Fulgentius, poſt uitiatam Latonam à Ioue dilecta eſt, à quo uerſo in aquilã & oppreſſa fuit, eiq́; eo ex concubitu Herculem peperit. Quæ tandem ut quibuſdam placet, aduerſus Iouem ſentiens, & eius fugiens iras, miſeratione deorum in coturnicẽ uerſa eſt, quæ Græce uocatur ortyx, nomenq́; dedit inſulæ, in quam aufugerat, ubi à Ioue in lapidem mutata eſt, undiſq́; dimerſa, & ab eiſdem huc illuc agitata, quæ tandem ob ſuſceptam Latonam firmata eſt. Huius fabulæ talis poteſt eſſe ratio. dicit Theodontius ſuperato atq; occiſo à Ioue Ceo, qui ob uitiatam Latonam aduerſus eum arma mouerat, eum in Ceam ueniſſe inſulam, & ibidem Aſteriem uirginem Cei filiam oppreſſiſſe, tandem ea aduerſus eum ſentiente, primo uolucri fuga in Ortygiam abiiſſe, inde uero in Colchos transfretaſſe, Soliq́; ibi regnanti nupſiſſe, eiq́; peperiſſe Aeetam, à quo poſtmodum occiſa eſt. Seu ut Barlaam dicit, in partu Aeetæ defecit. Ex quibus fictum eſt Iouem aquilã ſecum concubuiſſe, quia aquila Iouis erat ſignum, dum eſſet in armis, & quia bello Ceam cepiſſet, fictum eſt eum in aquilã uerſum cum Aſterie concubuiſſe. Quod autem in coturnicem Aſterie uerſa ſit, aut ob eius uolucrem fugam, cum coturnicum ſit uolare perniciter, aut propter longam eius transfretationem, quod etiam eſt coturnicum certo anni tempore transfretare. Quod autem in lapidem uerſa ſit non ſpectat ad eam, quinimmo ad inſulam in quam primo aufugit, quæ Ortygia dicta eſt, latine uero coturnix, quæ ideo in lapidem uerſa dicitur, ut eius noua ſtabilitas deſignetur. Ferunt autem Ortygiam ſolitam unà cum undis fluctuare, quod fictum eſt, quia nimia & crebra terræmotuũ cõcuſſione agitari cõſueuerit, quam tandẽ firmatã uolunt, id eſt à cõcuſſione liberatã, eo quod ab Apolline reſponſum ſit, ne in ea mortuũ corpus ſepeliretur, & quædã illi inſuper celebrarent̃ ſacra, quibus rite celebratis ceſſauit terręmotuũ infeſtatio, & ſic facta lapis id eſt ſtabilis. Puto ego repletis cauernis, in quibus aer incluſus terręmotus cauſabat, hoc cõtigiſſe, eoſq́; illo diaboli reſponſo deceptos. Superaddũt quidã eidẽ Ortygiæ Miconen atq; Gyaros inſulas adhęſiſſe atq; firmaſſe. quod non ſic ſimpliciter intelligendum eſt, quinimmo ex inſulis illis, quæ illi proximæ ſunt, Ortygia iam firmata acceſſere incolæ, & inuicem quam reliquerant habitauere.

a *ὄρτυξ γος ab hac Ortygia uocata, quæ poſtea Delos ut ſupra dicta eſt. Phænodicus aũt Nicander nõ ab Aſteries caſu, ſed Ortygia Aetoliæ ciuitate dictã uult, ita enim dicit. οἱ δὲ ὀρτυγίας τιτηνίδος ἑρμηνεύοντες, οἱ μὲν τὴν ἔφεσον, οἱ δὲ τὴν πρότερον δῆλον καλουμένην, ἄλλοι δὲ τὴν ὁμοτόπον μονα σικελίας νῆσον, ὅθεν ὀρτυγίαι πᾶσαι βοῶνται, καὶ ἡ δῆλος δὲ μοὐχ ὡς μεμύθευνται, ἀπὸ τῆς ἀστερίας μεταμορφώσεως τῆς λητοῦς ἀδελφῆς, ἀλλὰ καθὸ πᾶσαι αἱ ὀρτυγίαι ἀποικίαι εἰσὶ τῆς κατ᾽ αἰτωλίαν ὀρτυγίας. Hæc ille apud Comment. Apoll. lib. I.*

De Typhone



## De Typhone ſeu Typhœo quarto Titanis filio, qui genuit Aeon & Chimæram. Cap. XXII.

TYphon ſeu Typhœus Theodontio aſſerente Titani fuit filius ex terra, eſto dicat Lactantius eum ex tartaro genitũ & terra. Hunc inſuper dicit idem Lactantius Iouem in certamen prouocaſſe de regno, quam ob cauſam iratus Iupiter fulmine eum proſtrauit, & ad eius opprimendam ſuperbiam corpori eius ſuperimpoſuiſſe Trinacriam, quod etiam ſic teſtatur Ouidius. Vaſta Giganteis iniecta eſt inſula membris, & infra per. x. uerſus. Virgilius autẽ nõ Aethnam ſed Inarimem illi dicit ſuperiniectum, qui quidem mons eſt inſulæ uicinæ Baiis, quę hodie Iſcla uocatur, haud longe à Prochita inſula, & dicit ſic. Tum ſonitu Prochita alta tremit durumq́; cubile Inarime Iouis imperiis impoſta Typhœo &c. Quod etiã uidetur tenuiſſe Lucanus dum dicit. Vndat apex Campana fremens cui ſaxa uaporat Conditus Inarimes æterna mole Typhœus &c. Huic inſuper inſigne antrũ fuiſſe, in Cilicia haud longe à Coryco oppido dicit Pomponius Mela in ſuo Coſmographiæ libro, & poſt eum Solinus de mirabilibus. Nam aiunt in monte profundiſſimã ſpecum per duo milia & quingentos paſſus nemorum umbra, & riuulorum fluentum tinnitu amœnam plurimum. Deinde poſt tam longum deſcenſum panditur ſpecus altera, quę in proceſſu iam obſcura habet ſacrum Ioui phanum. Inde in eius extremo receſſu Typhonis cubile poſitum incolæ aſſeruere. Hæc de Typhœo. Nunc abſcondita corticibus euiſceranda ſunt. Typhœum igitur iſtum Titanis ob elatum eius ſpiritum filium dixere, & terræ ob potentiam, cum dicat Theodontius eum antiquiſſimum Ciliciæ fuiſſe regem, & Oſirim fratrem ſuperaſſe bello, atq; diſcerpſiſſe membratim, & bellum aduerſus primũ Iouem mouiſſe, ſed ab eo ſuperatum atq; occiſum. Verum fictionibus quibus hæc hiſtoria dediſſe cauſam ſatis apparet, erit explicatio iſta. Videntur enim in his naturam & cauſam terręmotuũ ſatis cõuenienter, latenter tamen oſtendere qui finxere. Dicit enim Papias Typhonem ſeu Typhœum idem ſonare quod flammas eiicientẽ, ut per hoc ſatis uidere poſſimus eos primo exhalantẽ in uiſceribus terræ clauſum ignem oſtendere uoluiſſe, inquantum illi ſuperimpoſitos montes à Ioue, id eſt à natura rerum aiunt. Inquantum autem Typhœum ſe erigere conantem dicunt, terræmotuum cauſam oſtendunt. Eſt autem terra ut plurimum cauernoſa, in quibus cauernis ut aer intercluſus ſit aliquãdo neceſſe eſt, a & ibidem nonnunquam contingit per ſubterraneos meatus aquam etiam penetrare, cuius qualicumq; motu oportet ut aer etiã moueatur, qui motu ſuo, & ab obicibus hinc inde percuſſus, & in uehementiorem motum excitatus caleſit. Eo autem calefacto tantæ potentiæ efficitur motus eius, ut circumadiacentia cuncta concutiat & moueri faciat, & ſi bituminoſa atq; ſulphurea terra loco tali propinqua ſit, ut accendatur confeſtim neceſſe eſt, nec extinguitur unquam tali materia perdurante, & cum nequeat ignis teneri clauſus, & eo ardente multum augeatur aeris, nec tanti ſit capax locus, fit non ſolum cõcuſſio grandis terræ adiacentis, ſed etiam aperiri cogitur, & exitum præſtare accenſo igni, qui euaporans Typhonem, id eſt eiicientẽ flammas locum facit. Et cum Sicilia & Inarime huiuſmodi naturæ ſint, ideo Typhoni ſuperimpoſitas finxere prudentes.

*Lib. 5. Meta.*

*Aen. lib. 9.*

*Mel. lib. I.*

*Solin. c. 39.*

*Et τυφῶνα Græci uentũ uocant impetuoſum, ac turbulentũ. Typhaonis item mem. Heſiod. in Theogonia, ſed uentum nominat δεινὸν δ᾽ ὑβριστὴν ἄνεμον.* a *Et addit genuiſſe ex Echidna ſemiuirgine, Orthum canem, Cerberum & Hydram, et ex Hydra deinde Chimæram natam eſſe. Sed Typhaonem & Typhœum diuerſos facit, ut etiam alij, qui Tiphœum ſub Aetna, Typhaonẽ autem ſeu Typhonẽ in lacu Serbouide inter Syriam & Peluſiũ, ut Herodotus, uel ut alij, in antro Ciliciæ ſepultum tradunt. Apollon lib. 2. καυκάσου ἐν κνημοῖσι τυφαονίη ὅθι πέτρη ἔνθα τυφάονα φασὶ διὸς κρονίδαο κεραυνῷ βλήμενον, ὁππότε οἱ στιβαρὰς ἐπορέξατο χεῖρας θερμὸν ἀπὸ κρατὸς στάξαι φόνον, ἵκετο δ᾽ αὔτως οὔρεα καὶ πεδίον νυσήιον ἔνθ᾽ ἔτι νῦν περ κεῖται ὑποβρύχιος σερβωνίδος ὕδασι λίμνης, &c.*

## De Aeo Typhonis filio. Cap. XXIII.

Aeos

AEos Iſidorus ubi de etymologiis, ſcribit filium fuiſſe Typhonis, eumq; tuam Paphos Rex inclyte Cypri uetuſtiſſimam ciuitatem condidiſſe, quam ſupra Paphi filii Pigmalionis opus fuiſſe dixerã, & de ſui nomine nuncupatam, quod an uerum ſit, incertum habeo.

De Chimæra Typhonis filia. Cap. XXIIII.

CHimæram Typhonis filiã fuiſſe Papias dicit & Chedriæ, quam ob cauſam hoc dictum ſit, non uideo, niſi quia & hæc ignes euomat. Hanc tamen quidam monſtruoſiſſimam deſcribunt. Dicit enim de ea Ouidius ſic. Quiq; Chimæra iugo mediis in partibus ignem Pectus & ora leæ, caudam ſerpentis habebat. Virgilius autem de ea ſic ait. Horrendum ſtridẽs flammiſq; armata Chimæra. &c. a Alii autem dicunt illam igneum habuiſſe caput, pectus leoninum, caprinum uentrem, & crura ſerpentis, & plurimum Lyciis infeſtam, ſed tandem à Bellerophonte ſuperatam atq; occiſam. Cuius cauſa abſconditũ ſenſum quærit enucleare Fulgentius, ampliſſimam, & meo iudicio minime opportunam uerborum effundens copiã, cum potius hiſtoriale ſignificatũ, quàm aliud ſub tenui ſatis cortice lateat. Eſt enim Chimæra Lyciȩ mons in ſummitate ardens, ſicut & Aethna olim, poſtmodum ad inferiora declinans leones dudum nutrire conſueuerat, ſubſequenter abundat capreis, & in radicibus feraciſſimus erat ſerpentũ. Qui à Bellerophonte inſigni uiro purgatus noxiis a habitabilis factus eſt. *Homer. Iliad. 6.* πρῶτον μὲν ῥα χίμαιραν ἀμαιμακέτην ἐκέλευσε πεφνέμεν· ἡ δ᾽ ἄρ᾽ ἔην θεῖον γένος οὐδ᾽ ἀνθρώπων πρόσθε λέων ὄπιθεν δὲ δράκων μέσση δὲ χίμαιρα, δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο.

De Encelado Titanis quinto filio. Cap. XXV.

ENceladum Titanis & terræ filium fuiſſe dicit Paulus, cum ex terra tantum natum dicat Virgilius ibi. Illam terra parens ira iritata deorum Extremam ut perhibent Cœo Enceladoq; ſororem &c. Fuit hic homo ingentis potentiȩ, & immanis ut Theodõtius aſſerit. Hunc fulmine ictum Aethnæq; ſuppoſitum dicit Virgilius ſic, *3. Aen.* Fama eſt Enceladi ſemuſtum fulmine corpus Vrgeri mole hac, ingentemq; inſuper Aethnã Impoſitam ruptis flammã expirare † cauernis. *Caminis aliâs* Et feſſum quotiens motat latus intremere omnem Murmure Trinacriam, & cælum ſubtexere fumo &c. Quem ego idem dicerem cum Typhœo, ni illos eſſe diuerſos oſtenderet in Odis Hora. *Lib. 3. od. 4.* dum dicit. Sed quid Typhœus & ualidus Minas. Aut quid minaci Porphyrion ſtatu, quid Rhetus, euulſiſq; truncis Enceladus iaculator audax &c. Quid ergo cum diuerſi ſint, uti phyſica ratione Typhœum ſubterraneum ignem ab igne elemento per iniectum à Ioue fulmen deſignare & à motu ſubterranei aeris cauſatum atq; euaporatum ad exteriora diximus, ſic morali demonſtratione hunc ſuperbum hominẽ deſignare dicemus, cuius mos eſt ritu ignis ſtolida elatione ſemper ad excelſa contendere, uerba ignita emittere, & cuncta furore ſuo conſumere, qui totiens Aethna premitur, quotiens à potentia diuinæ iuſtitiæ impellitur, & ſuperatur, & humilium calcari pedibus ſubmittitur. Præterea ſi nõ alio pondere incuruentur tales, ſua tantum honuſti rabie deprimuntur, dum minus ſic uolente deo ab eis in uotum itur.

*Fuit & Minas ex gigantibus unus, unde mons qui ex aduerſo Chii inſulæ eſt, nomen habet. Didym. in. 3. Odyß.*

De Aegeone Titanis ſexto filio. Cap. XXVI.

AEgeon, ſi antiquitati credimus, terrȩ fuit filius & Titanis, ea ratiõe qua cæteri. Hũc Seruius unũ eſſe cum Briareo uelle uidetur, eo quod & centũgeminus cognominet. Sed huic opinioni Paulus aduerſatur dicẽs, Aegeonẽ ſæuiſſimum & immanem fuiſſe piratam, & Aegeona nominatũ ab inſula deſerta quæ Aege in Aegeo mari uocatur. *Et idem Homerus dicit ut ſupra.* In qua inſidebat more piratarum, quibus fas non eſt ob latrociniũ ſuũ urbes incolere. Superaddens Theodontius ab hoc, non ab Aege inſula, Aegeũ denominatũ mare, eo quod æuo ſuo nemo in eo mari niſi quantũ huic placuiſſet, aliquid audebat. Dicũt preterea fabulæ ueteres, hunc centũ à Ioue religatũ catenis



catenis. Vt poſſit per hoc comprehendi eum potentiſſimum fuiſſe, dum tot catenis eius aſtringuntur uires, & aſſiduam eius maris fuiſſe curam, & nauigiorum quibus inſidebat. a Is enim ideo Centumgeminus dictus eſt, eo quod is centum homines remigio deſeruientes haberet in nauibus, ut in longis opportunos cernimus. Ouidius inſuper dicit de eo, Balenarumq; prementem Aegeona à ſuis immania terga lacertis. &c.

*Deum Marinum faciens quod cum Didymo conuenit, qui Neptuni filium dicit, ut ſupra annota.* a

De Aurora ſeptima Titanis filia. Cap. XXVII.

AVroram dicit Paulus filiam fuiſſe Titanis & terræ, quam ſi mulierem uolumus arbitrari, eo quod eã Titoni fratris Laomedontis dicat Ouidius fuiſſe a coniugem, poſſumus eam exiſtimare aliquam ingentis potentiæ & admirandi decoris fuiſſe fœminam. Verum ego reor de ea intellexiſſe poetas, quã omnes dicimus auroram, eum ſcilicet matutinum ſplendorem, quo cernimus ante ſolem eleuatum cælum albeſcere, quam ideo Titanis dicunt filiam, non quia ex Titano natam credant, ſed ex ſole, quem ſæpiſſime ex nomine aui Titanum uocant. Nam ex ſole procedit, ut dictum eſt, illa claritas cæli, quam auroram dicimus. Terræ autem ideo dicitur filia quia horizontẽ orientalẽ ſuperans uidetur intuẽtibus ex terra exire.

a *Hæc Titonum coniugem ita amauit, ut ſenem iam factum herbarum uirtute & ope medica iuuentuti reſtituerit. Dicitur & Cephalum aliquando amore eius capta rapuiſſe. Ouidius in epiſtola Sapph. Hunc ne pro Cephalo raperes aurora timebam, Et faceres, ſed te prima rapina tenet.*

De Iapeto octauo Titanis filio qui genuit Heſperum & Atlantem & Epimetheum & Prometheum. Cap. XXVIII.

IApeti parentes Titanum & terram fuiſſe Theodontius aſſerit, qui eum dicit ſuo tempore grandem potentemq; fuiſſe apud Theſſalos hominem, ſed proterui ingenii, cognitus magis nobis filiorũ claritate, quàm ſua uirtute. Huius dicit Varro de origine linguæ latinȩ, coniugẽ fuiſſe Aſiam nymphã, à qua Aſia denominata eſt. Equidem huius non paruæ magnitudinis argumentũ, ex qua ſuſcepiſſe nõnulli uolunt Heſperũ, Atlantẽ, Epimetheũ & Prometheũ.

De Heſpero Iapeti filio qui genuit tres Heſperidas. Cap. XXIX

HEſperum dicit Theodontius fuiſſe filium Aſiæ & Iapeti primo Philotem à parentibus appellatum. Verum cum iuuenis unà cum Atlante fratre in extremos Mauros receſſiſſet, atq; Aethiopibus, qui ultra Ampeluſiam promõtoriũ littus Oceani incolunt, ac inſulis eo littori adiacentibus imperaſſe. A Græcis Heſperus appellatus eſt, eo quod ex nomine occidentis Heſperi omnem occiduam regionem uocent Heſperiam, & ſic ab ea regione, ad quam tranſmigrauerat, à ſuis perpetuo denominatus eſt. De hoc tamẽ nil habetur ulterius, niſi quod illi tres fuerunt filiæ rapina Herculis claræ.

De Aegle, Aretuſa & Heſpertuſa filiabus Heſperi. Cap. XXX.

HEſperides ut ipſum ſonat patronymicum Heſperi fuerunt filiæ. Eſto ſit qui Atlantis dicat. *Fab. Ouidius lib. 4. Meta. deſcribit.* Hæ tres numero fuere, Aegle, ſcilicet & Aretuſa, ac etiam Heſpertuſa. De quibus fertur quod eſſet illis uiridarium in quo aurea mala naſcebantur, cui cuſtodem præfecerant ſerpentem peruigilem. Cuius uiridarii fama cum ad Euryſtheũ perueniſſet, & ipſe pomorum deſiderio tractus, miſit Herculẽ ut illa mala ſurriperet. a Qui ueniens ſoporato ſeu occiſo ſerpente uiridariũ intrauit, & mala ſuſtulit, atq; Euryſtheo detulit. Cuius fictionis archanũ aperuiſſe non erit difficile. Fuere quippe ut Placet Pomponio, inſulæ in Oceano occidentali habentes ex oppoſito deſertum littus in continenti inter Heſperos Aethiopes & Atlantes populos, *Mela. lib. 3. Solin. ca. 26.* quæ quidẽ inſulæ à puellis Heſperidibus poſſeſſæ fuerunt, erantq; abundantiſſimæ ouium, lana quarum precioſiſſima erat ad inſtar auri, & ſic inſulæ Heſperiæ quæ taliũ ouiũ erant paſcua, uiridarium fuere Heſperidum, oues autem aurea mala. Nam oues à Grȩcis malæ ſeu mala dicuntur, *μῆλα.* teſte Varrone in libro de agricultura. Peruigil autẽ ſerpens Euripi

ripi erant, qui inter inſulas æſtuante oceano die noctuq́; abſq; intermiſſione inſulas mira cum tempeſtate circuibant, & ad inſulas tranſitum prohibebant. quas Hercules capto tempore tranſiens malis aureis, ideſt pecudibus eductis remeauit in Græciam. Fulgentius autem more ſuo ex abyſſo conatur in æthera educere intellectũ, quem eo quod non putem fuiſſe de mente fingentium, omittendũ cenſui. Sunt tamen qui uelint hunc Herculem fuiſſe Perſeum, & Heſperidas fuiſſe Gorgones. ipſi uideant.

a *De hac fabula Pherecydes ita tradit. Cum Iuno nuptias celebraret ſuas, terram aiunt emiſiſſe iuxta Oceanũ malos aurea poma ferentes. Cæterũ additũ eſſe cuſtodem Draconem, ex Typhaone & Echydita genitũ, habentem capita centum, uoceſq; uarias. Herculem autẽ cum ab Euryſtheo miſſus fuiſſet ad aurea illa mala afferenda, dubitaſſe quomodo aut unde ea afferret. Dubitantẽ deinde, nymphas Iouis ac Themidos filias, qui in antris Eridani habitabãt, monuiſſe, ut Nereũ adiret: ab eo enim diſcere poſſe de quo dubitabat. Ad quẽ cũ Hercules ueniſſet, atq; ille ſe primo in uarias formas cludẽdi cauſa uertiſſet, tandẽ redditũ priſtinæ formæ, locũ indicaſſe, Itaq; Herculẽ ad mala auferenda profectũ eſſe ſed nõ ſtatim retuliſſe. Nã poſtquam ex Hiſpania in Libyam tranſiſſet, primo in Anteũ incidiſſe, conuiciatorẽ Neptuni. quo occiſo ueniſſe ad Nilũ, & apud Memphim Buſiridem Neptuni filiũ, unà cum Amphidamante filio, & præcone Chalbe & miniſtris aræ, in qua ille hoſpites mactabat, interemiſſe. Exinde profectum Thebas, & inde rurſum per montana in ulteriorem Libyam, in cuius deſertis multa ſerpentum millia occidit. Ad ultimum purgata Libya, ad mare exterius ueniſſe, ubi cum auream pateram à Sole accepiſſet, per Oceanũ exteriorem, circumnauigata terra in Perſas ueniſſe. Ibi cum Prometheum rupi alligatũ uideret, miſertum illius, aquilam à qua epar illius perpetuo deuorabatur, ſagittis interfeciſſe. Pro quo gratiam retuliſſe Prometheum, indicaſſeq;, quomodo poſſet aurea mala conſequi, uidelicet ſi nõ ipſe auferret illa, ſed pro Atlante cælum humeris ſubiret, iuberetq; ſibi illum ab Heſperidibus illa auferre. Quo audito, Herculẽ ad Atlantẽ reuerſum eſſe, indicatoq; Euryſthei imperio, iuſſiſſe, ut ſibi mala ab Heſperidibus auferret. Atlantem igitur commiſſo Herculi, & humeris eius impoſito cælo, ad Heſperides abiiſſe, & acceptis ab illis malis, ad Herculem quidem reuerſum, dixiſſe autẽ ſe ipſum uelle euntem Euryſtheo illa dare, ut interea cælum ille humeris ſuis ſuſtentaret. Sed Herculẽ, ut doctus à Prometheo fuerat, annuiſſe, uerum iuſſiſſe, ut tantiſper in ſe Atlas cælum reciperet, dum ipſe peram capiti imponeret, ſcilicet quo minus à pondere premeretur. Quod cum Atlas faceret, & interea mala humi deponeret, Herculem arreptis malis ualedicto Atlante aufugiſſe & Mycenas reuerſum Euryſtheo mala dediſſe. Hæc ille. Cæterum ipſas Heſperidas ſunt, qui Phorci & Cetûs filias dicãt, & quia in Heſperia habitent, ab ea nominatas. Draconem autem Ladonem uocat Apollon. lib. 4. his uerſibus. Γλαζόμενοι ἶξον δ᾽ ἱερὸν πέδον, ᾧ ἐνὶ λάδων εἰσέτι που χθιζὸν παγχρύσεα ῥίσετο μῆλα, χώρῳ ἐν ἄτλαντος χθόνιος ὄφις, ἀμφὶ δὲ νύμφαι ἑσπερίδες. &c, quem alij ex terra natum, alij ex Typhone uolunt. Sunt qui mala non pro pomis ſed pecoribus accipiant. Horumq; paſtorem, Draconem, ob aſperitatem morum dictum uolunt, uide. 4. Comment. Apollon.*

De Athlante .ix. Titanis filio qui genuit Hytem, & VII. Hyades, quarum hęc ſunt nomina, Eudora, Ambroſia, Proydile, Coronis, Philero, Polyſſo, & Thyene, & genuit inſuper Pleiades, quarum hęc ſunt nomina, Electra, Maia, Sterope, Celeno, Taygeta, Alcione, Merope, & genuit Caliſonem nympham. Cap. XXXI.

ATlas, ut dicit Lactantius, filius fuit Iapeti & Climenes. Theodon. uero Iapeti & Aſiæ filium fuiſſe dicit. Plinius autem ubi de hiſtoria naturali matrem huius dicit Libyam fuiſſe. Verum hi nõ uidentur unum & idem, cum tres fuiſſe dicũtur. Quorũ primus creditur ex Arcadia, alter autẽ à primo Theſſalus, inde Maurus fuit tertius ille ſcilicet, qui cum Heſpero fratre ad Mauros transfretauit. Eſt præterea & Atlas Italus, qui ut uulgo fertur antiquiſſimus, apud Feſulas imperauit, cuius quoniam parentes non comperi, non appoſui. De quo iſtorum circa ea quę de eis ſcripta reperiuntur, intellexerint auctores, non ſatis certum eſt, dato quod aliquando poſſit per coniecturas intelligi. Scribam igitur tanquam unius tantum acta ſint omnia. Fuit ergo Atlas, ut dictum eſt, Iapeti ſeu ex Climene, ſeu ex Aſia filius, uel ex Libya



Libya, ex quo talis narratur fabula. Quod cum Perſeus Iouis filius iuſſu Polydori regis, ut dicit Lactantius ad occidendam iuiſſet Gorgonem, eamq́; ſuperaſſet, illiq́; caput abſcidiſſet uictorq́; rediret, contigit ut hoſpitium peteret Atlantis. Atlas autem oraculo præmonitus, ut ſibi caueret à Iouis filiis, quia ab aliquo eorũ regno priuaretur, audito eum Iouis eſſe filium ſuſcipere noluit. quãobrem turbatus Perſeus, detecto Gorgonis capite, illum in ſui nominis montem mutauit, damnauitq́; eum ut in perpetuum cælum ſuſtentaret humeris, quod & factum eſt. Sub hac fictione uoluere priores hiſtoriam occultari, cum dicat Fulgentius quod ſuperata Meduſa ditiſſima regina, Perſeus regnum inuaſiſſet Atlantis, fultus copiis atq; ſubſtantiis Meduſæ, eum in montes compulit aufugere, & ſic quia ex rege montanus factus eſt, fuga cauſam dedit fabulæ, ut in montẽ diceretur eſſe conuerſus opere eius, cuius diuitiis in montes fuerat compulſus. Quod cælum humeris ſuſtentauerit, alia cauſa fuit. Affirmat aũt Auguſt. in libro de ciuitate dei, hunc maximum fuiſſe aſtrologum, & Rabanus dicit eum primum aſtrologię artem excogitaſſe, quod à Plinio ſumptũ puto. Ipſe aũt in libro de naturali hiſtoria dicit hunc aſtrologiam inueniſſe, & hinc ob ſudores ex arte ſuſceptos cælum humeris toleraſſe dictum eſt. Verũ ignauum uulgus hoc credidit, eum ſcilicet humeris ſuſtinere, quia cerneret montis uerticem adeo extolli, ut in eum uideatur inclinari cælum. Huic præterea multas fuiſſe filias dixere ueteres, quos ex uariis Atlantibus natas arbitror, & huic ſoli attributas, ut in particulari earum deſcriptione clarius apparebit. Lib. 4. Meta. a

*Quanquam & mons Mauritaniæ Atlas fabulæ occaſionem dediſſe uideri poteſt. Quem Solinus cap. uiceſ. ſexto tantæ altitudinis deſcribit, ut lunarem ad uſq; regionem pertingat.* a

De Hyante Atlantis filio. Cap. XXXII.

HYas ut ab unico meliori, ſexus initium faciamus, fuit Atlantis & Aethræ filius, ut placet Ouidio, ubi de faſtis ait. Nondum ſtabat Atlas humeros oneratus olympo, Cum ſatus eſt forma cõſpiciendus Hyas. Hunc ſtirps oceani maturis nixibus Aethra, Edidit & nymphas, ſed prior ortus Hyas. Hic iuuenis uenator fuit, & in uenationibus à leena occiſus eſt, ut ipſe ubi ſupra teſtatur Ouid. dicens. Dum noua lanugo pauidos formidine ceruos, & infra per octo uerſus. Lib. 5.

De Hyadibus. vii. filiabus Atlantis. Cap. XXXIII.

HYades ſeptem fuere ſorores, & filiæ Atlantis ex Aethra, quarũ hæc fuere nomina, Eudora, Ambroſia, Proydile, Coronis, Phileto, Poliſſo, & Thyene. De quibus inuicem ſcribere neceſſe fuit, cum de eis in particulari nil legatur. De his autem ſcribit Ouid. At ſimul inducent obſcura crepuſcula noctem, Pars Hyadum toto & grege nulla latet. Ora micant tauri ſeptem radiantia flammis, Nauita quas hyadas Graius ab himbre uocat. Pars Bacchum nutriſſe putat, pars credidit eſſe Tethyos has neptes Oceaniq́; ſenis. Per hos uerſus poſſumus cognoſcere eas ut ſupra dixerat idem Oui. ob pietatem mortui fratris in cælum aſſumptas, & in fronte tauri locatas. Videtur tamen Ouidius in fine carminum credere patrem harum Hyantis fuiſſe filias. Verum Theodontius totas Atlantis fuiſſe confirmat. Has aũt ſucculas appellari dicit Anſelmus in libro de imagine mundi. Sed quid iſta uelint, uideamus. Et primo ego harum aſſumptionem in cælum ſic contigiſſe arbitror, quia eo quod numero conuenirent cum ſtellis in fronte tauri poſitis, cœptum ſit ab his qui numerum norant filiarum Atlantis, iocoſe illas ſtellas à nominibus puellarum appellare, & cum perſeuerarent, adeo ſtellis annexũ eſt, ut in hodiernum uſq; perduret. Seu quod uerisimilius eſt, filias Atlantis ob conuenientiam numeri nomine ſtellarum nuncupatas, & huic fabulæ præſtitiſſe materiam. Nam ſtellas illas hyadas uocatas credo ab effectu earum longa animaduerſione percepto. Hyas enim græce, pluuia ſonat latine, quod eis nomen impoſitum eſt, eo quod incipientibus eis apparere, autumnales incipiunt pluuiæ. Succulæ uero dictæ, quaſi ſucco plenæ, id eſt humiditate & pluuiis. Quod aũt Bacchum nutriuerint, ideo dictum reor, quod humiditate ſua ſeu ſigni in quo ſunt, ſole (margin keys a, b, c)

existente in uirgine, plurimum uinetis nocte conferant diurno feruore exhauſtis.

a *Vt apud Græcos Pherecydes, qui ita tradit. Poſteaquã Iuppiter ex fœmore Dionyſium procreaſſet, dediſſe illum ipſum nymphis Dodonæis, clam Iunone educandum, quarum nomina hæc ſunt, Ambroſia, Coronis, Eudora, Dione, Hæſyla & Polixo. Hæ Dionyſium alentes, ſimul cum illo circumibant, & rationem uitis plantandæ, ut ab illo inuenta erat, homines docebant, donec Lycurgus & Dionyſium & illas unà ad mare perſecutus eſt: tum enim (ut alij addunt) Iouis ipſæ auxilium implorantes, cõmendato Inô Dionyſio, inter ſydera receptæ, atq; Hyades uocatæ ſunt. Vide Scholia Homer. in Iliad.*

b *ὕειν eſt pluere. Perottus autem ex tranſitione literarum ſuculas ex ſyadas factum putat. Hyades ab Heſiodo quinq; numerantur, & paulo alijs nominibus, cuius uerſus hi ſunt. νύμφαι χαρίτεσιν ὁμοῖαι φαισύλη, ἠδὲ κορωνὶς, ἐϋστέφανός τε κλέεια φαιώ θ᾽ ἱμερόεσσα καὶ εὐδώρη τανύπεπλος. Νύμφαι ἃς ὑάδας καλέουσι φῦλ᾽ ἀνθρώπων. In qua ſententia Timæus Græcus autor fuiſſe uidetur, qui ſcripſit Atlanti filio Iapeti, ex Aethra Oceani filia duodecim filias fuiſſe, filiumq; unum Hyantem. Hyantemq; in uenatione in Libya, à ſerpente morſum periiſſe. Cuius mortem cum quinq; ſorores nimium deflerent, luctu contabuiſſe, & ita cõmiſeratione Iouis inter ſydera tranſlatas, Hyadas à nomine fratris dictas eſſe. Reliquas autem ſeptem, eo quod plures ſuperſtites manſiſſent, Pleiadas uocatas eſſe.*

c *Vel ita dictæ à litera V cuius formam poſitu referunt, ut etiam quibuſdam Græcorum placet. Sunt enim ſeptem ſtellæ, ſiue ut quidam, quinq; in capite Tauri τοῦ υ figuram referentes.*

De Electra filia Atlantis & matre Dardani. Cap. XXXIIII.

ELectra filia fuit Atlãtis & Pleiones, & uti ego arbitror, Atlantis Thuſci, eo q̃d uelint aliqui eam cõiugem fuiſſe Corinthi regis, quẽ Thuſcum fuiſſe exiſtimant plurimi. & ſi Thuſci non fuit, Arcadis tamen fuit. non enim ad eius concubitum Iuppiter iuiſſet in Mauros. Hanc à Ioue oppreſſam peperiſſe
a illi Dardanũ Troiæ autorem uolunt, & ex uiro Iaſium. Hæc præterea cum
b ſex ſororibus à Pleione matre Pleiades appellatę ſunt. Et quia Iouem ſeu Liberũ patrẽ nutriuere, cælum meruerunt, & ſtellæ in genu tauri locatę ſunt, & à latinis Vergiliæ appellatæ. De quibus omnibus ſic ſcribit Ouidius. Pleiades incipiũt humeros releuare paternos Quæ ſeptem dici ſex tamen eſſe ſolent. Seu quod in amplexum ſex hinc uenere deorum, Nam Steropem Marti concubuiſſe ferunt. Neptuno Alcinoë, & te formoſa Celeno, Maiam & Electram Taygetamq́ Ioui. Septima mortali Merope tibi Siſyphe nupſit. Pœnitet & facti ſola pudore latet. Siue quod Electra Troiæ ſpectare ruinam Non tulit, ante oculos oppoſuitq́ manum, &c. Aſtrologi autem dicunt harum unam eſſe nebuloſam, nec poſſe uideri. Sane ut figmenta paucis expediamus de his, quantũ ad nomen & ad ſumptionem in cælum, dici poteſt quod de Hyadibus dictum eſt. Eſto uelit Anſelmus has Pleiades non à matre, ſed à pluralitate denominatas, cum dicat Pleion græce pluralitatem ſonare latine. Vergiliæ autem dicuntur, quoniam oriuntur unà cum ſole ſcilicet eo exeunte in tauro, quia tunc uirgulta augeantur. Iouem autem nutriſſe ideo dicuntur, quia opinati ſunt nonnulli æthereum ignem ex humiditate terreſtri nutriri, quam humiditatem pluuiæ cauſant. De Libero autem ut ſupra ubi de hyadibus.

a *Hellanicus (ut eſt in Commentar. Apollonij) tertiam addit Harmoniam, quam item ex Electra natam dicit, proq; argumento affert, quod ea à matre, portas Thebarum ἠλεκτρίδας appellarit. Sed Iaſium, qui hic nominatur, ille Iaſionem uocat, eumq; cognominatum Aetionem ait, & à Ioue fulmine percuſſum, quia ſimulachrum Cereris contumelijs affeciſſet. Dardanum quoq; à ſuis Polyarchem cognomine dictum: ipſam Electram Electrionem dicit, quanquam & alij nomen eius uariant, qui eam Strategida à popularibus ſuis uocatam tradunt.*

b *ἢ ὅτι πλείους ὁμοῦ κατὰ μίαν συναγωγὴν εἰσι. Nam & βότρυν ipſas ob hoc uocant, ἢ ὅτι πλείους μὲν εἶναι δοκοῦσι, ἐπὶ δὲ τῆς ἀληθείας, ἐλάττους εἰσίν. Aut πλειάδες quaſi πλησιάδες, πλησίον γὰρ ἀλλήλων κεῖνται. Aut ὅτι πλείους δι᾽ αὐτῶν σημασίαι, aut quod πλειῶνα, hoc eſt annum diſtinguunt. Hyemem enim & æſtatem diſtinguunt, ortu quidem uer, occaſu autem autumnũ afferentes, ut etiam ex Heſiodo apparet, qui iubet πληιάδων ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων ἄρχεσθ᾽ ἀμητοῦ, ἀρότοιο δὲ δυσομενάων. Hæc à Græcis grammaticis afferuntur. Ceterũ nutricationem*



*nẽ Dionyſij non ad Pleiades illi, ſed ad Hyades, ut ſupra annotauimus referunt. Pleiades uero in cælũ tranſlatas dicunt ob pietatem, eo quod Atlantis calamitatẽ perpetuo fletu proſecutæ ſunt (ut Aeſchylus ait) uel ut alij, quod cum perpetuam uirginitatem ſeruare decreuiſſent, & ob id Dianæ ſtudia ſequerentur, poſt ab Orione, qui captus illarum amore, illas perſequebatur, effugere non poſſent, implorato Iouis auxilio, in ſtellas mutatæ ſunt, & à matris nomine Pleiades dictæ, & hinc etiam tali cum Orione, motu oriri & occidere, quaſi adhuc inſequentem fugiant, à Græcis traduntur. Pleiades autem Callimachus ut à Cõment. Theocriti in Idyll. xiij. citatur, reginæ cuiuſdam Amazonũ filias fuiſſe dicit, eaſdẽq; his nominibus recẽſet, κοκκυμὼ, γλαυκία, πρωτὶς, παρθενία, μαία, στονυχὼ & λαμπαδώ.*

c *Ouidij ſententiam de obſcurata Electra Aratus in epicedio (ſic enim à Græcis citatur) comprobat, qui eam ſub excidium Troiæ à reliquis ſororibus ait, ne eius urbis, quæ à progenie ſua initium ſumpſerat (nam Dardani mater erat, qui primus Troiæ autor fuit) ruinam ſpectaret, ſe ſubduxiſſe, comamq; ſoluiſſe, ideoq; & ſtellam comatam interdum conſtituere.*

d *Vel iuxta Higinium quando poſt uer oriantur. Nomina ab Arato ſic recenſentur, ἀλκυόνη, μερόπη τε, κελαινώ τ᾽ ἠλέκτρη τε καὶ στερόπη καὶ ταϋγέτη, καὶ πότνια μαῖα. Sunt autem ſeptem ſtellæ in poſteriore parte Tauri.*

De Maia Atlantis filia & matre Mercurii. Cap. XXXV.

MAia Atlantis fuit filia, ut dicit Vir. At Maiam auditis ſi quicquam credimus Atlas, Idem Atlas generat cæli qui ſidera tollit &c. Ego credo Atlantis Arcadis fuiſſe filiam, eamq́ dicit Cingius Vulcano nupſiſſe, & argumento utitur, ut dicit Macrob. ſaturnaliorum, quod flamen Vulcanalis calendis *Lib. 1. cap. 7.*
Maiis huic deæ rem diuinam facit. Sed Piſo uxorem Vulcani Maieſtam, nõ Maiam uocari dicit. Hoc tamen aſſerunt omnes eam Ioui concubuiſſe, atq; ex eo peperiſſe Mercurium. Hanc inſuper Iunonem aiunt ex pellicibus Iouis unam ſumme dilexiſſe, eiusq́ filium Mercurium lactaſſe affirmat Martianus. Et huius amoris cauſam reddunt, quia ea ſurgente uer & æſtas ueniunt, quibus aer pulchrior factus lætari uidetur. Sed quid non Celæno & Electram & alias, quæ æquo modo ſurgunt cum Maia? Ratio poteſt eſſe hæc, quia per Maiam ueteres terrã intellexere, in qua diuitiæ & regna ſunt, quibus præeſt ipſa Iuno. Hæc autem Maia apud Romanos in maxima fuit reuerentia.
Ei quidem, ut ait Macrobius, menſe Maio eo quod ab ea denominatũ putarent, ut ubi *ibid.*
de faſtis ſcribit Ouid. exhibebant mercatores unà & Mercurio filio ſacrum. Et quia ut *Lib. 6.*
Cornelius Labeo aſſentire uidetur, terram eam putant, & Maiæ nomen à magnitudine ſumpſiſſe, ei pregnantem ſuem mactabant, quam hoſtiam terræ propiciam dicebant, & hoc ob fœcunditatẽ arbitror. Præterea dicit idem Labeo huic Maiæ, id eſt terræ ædem calend. Maiis dedicatã ſub nomine Bonæ deę, & eandem eſſe Bonam deam, & terram, & Bonam & Faunam, & Opem, & Fatuam, pontificũ libris dicit oſtendi. Rationes autem ſupra ubi de terra ſcripſimus appoſitæ ſunt.

De Sterope Atlantis filia. Cap. XXXVI.

STeropes, & hæc filia fuit Atlantis, & Pleiones, quam dicit Ouidius à Marte dilectam, & ex eo peperiſſe Parthaonem, qui rex fuit Calydoniæ, Arcadiæ ferè oppoſitæ.

*Hellanicus non Parthaonem ſed Oenomaum dicit, ſic enim tradit.* Τὰς μὲν ἐξ τῶν ἀτλαντίδων θεοῖς συνελθεῖν, ταϋγέτην δὲ ὧν γενέσθαι λακεδαίμονα, μαῖαν δὲ, ἀφ᾽ ὧν ἑρμῆς, ἠλέκτραν δὲ ὧν δάρδανος, ἀλκυόνην ποσειδῶνι ὧν ὑριεὺς, κελαινὼ ποσειδῶνι καὶ αὐτὴν συγγενέσθαι ὧν λύκος, στερόπην ἄρει ὧν οἰνόμαος, μερόπην δὲ σισύφῳ θνητῷ ἀντὶ ὧν γλαῦκος, ἣν καὶ ἀμαυρὰν εἶναι.

De Cylleno Atlantis filia. Cap. XXXVII.

CYlleno æque Atlantis & Pleiones fuit filia. Hæc à Ioue uiciata Mercurium peperit, alium à ſuperiori, qui cognominatus eſt Cyllenius à matre ſeu à monte Arcadiæ, in quo forte natus eſt.

*Non Cylleno, ſed Celæno alij habent, quam ex Neptuno Lycum peperiſſe. Hella. ait.*

De Taygeta Atlantis filia. Cap. XXXVIII.

TAygetæ patrem fuiſſe Atlantem uolunt, & Pleionem matrem, eam'que dicunt placuiſſe Ioui, & in eius amplexus ueniſſe, atque ex eo concepiſſe Lacedęmonem, quem filium Taygetæ Agenoris filiæ, dixerunt alii, & nõnulli eum ex Semele natum uoluere.

De Alcyone filia Atlantis. Cap. XXXIX.

ALcyone ex Atlante & Pleione nata eſt, placuitque Neptuno, ex quo peperiſſe uolunt Alcyonem coniugem Ceycis regis Trachinnæ.

De Merope filia Atlantis. Cap. XL.

MErope, ut reliquę Pleiades, Atlantis & Pleiones filia fuit, Siſyphóque Corinthiorum regi nupſit, Ouidio teſte, & creditur eam Siſypho peperiſſe Laertẽ Vlyſſis patrem, & Glaucum, & Creontem.

*Glaucũ ut Hellanicus tradit, cui & Homerus Iliad. ſexto conſentit,* ἔςι πόλις ἐφύρη μυχῷ ἄργεος ἱπποβότοιο, ἔνθα δὲ σίσυφος ἔσκεν, ὃ κέρδιςος γένετ᾽ ἀνδρῶν σίσυφος Αἰολίδης, ὃ δ᾽ ἄρα γλαῦκον τέκεθ᾽ ὑόν.

De Calypſone Atlantis filia. Cap. XLI.

CAlypſo nympha, ut dicit Priſcianus in maiori uolumine, filia fuit Atlantis, ex qua tamen matre non dicit. Quod etiam ante Priſcianum teſtatur Homerus in Odyſſea dicens, Vbi certe Atlantis filia doloſa Calypſo. Cuius aũt Atlantis ignoratur. Ad hanc, ut Homerus teſtatur, peruenit Vlyſſes naufragus, & ſeptem annis apud eam detentus eſt. Fuit enim hæc domina cuiuſdam inſulæ Ogygia nuncupatæ, ſeu à ſe Calypſo denominatæ.

*Iliados ι* θεὰ δ᾽ ἐνὶ δώματα ναίει ἄτλαντος θυγάτηρ ὀλοόφρονος.

De Epimetheo Iapeti filio, qui genuit Pyrrham. Cap. XLII.

EPimetheus filius fuit Iapeti ex Aſia coniuge, ut ait Leontius. Hic ingenio ualens hominis ſtatuam primus ex luto finxit, quamobrem dicit Theodontius indignatum Iouem, & eum uertiſſe in ſimiam, atque religaſſe apud inſulas Pithacuſas. Cuius figmenti reſeratio talis eſt. Sunt ſimiæ animalia inter alia hoc à natura infixum habentia, ut quicquid uiderint quencunque agentem, & ipſę facere uelint, & aliquando faciant. Sic uiſum eſt Epimetheum ad inſtar naturæ uoluiſſe hominem facere, & ſic ſimiæ imitatus naturam ſimia dictus eſt, apud Pithacuſas inſulas ideo ſimiam religatã dixere, eo quod olim abundauerint ſimiis inſulæ illę, ſeu forſan ingenioſis hominibus, & in ſuis operibus naturam imitantibus.

De Pyrrha Epimethei filia, & Deucalionis coniuge. Cap. XLIII.

*1.Meta.* PYrrha Epimethei fuit filia, ut dicit Ouidius & Deucalionis cõiunx, de qua idem Ouid. dicit ſic, Deucalion lachrymis ita Pyrrhã affatur obortis. O ſoror, ò coniunx, ò fœmina ſola ſuperſtes, Quam commune mihi genus & patruelis origo, Deinde torus iunxit, nunc ipſa pericula iungunt. Hæc aũt cum eſſet piiſſima mulierũ unà cum Deucalione uiro diluuium paſſa eſt, eíque quatuor peperit filios.

De Prometheo Iapeti filio, qui fecit Pandoram & genuit Iſidem & Deucalionem. Cap. XLIIII.

PRometheus Iapeti fuit filius ex Aſia nympha cõiuge eius, ut Varro teſtat̃, ubi de origine linguæ latinæ, & alii plures. Hunc aũt ante alios omnes formaſſe *ibid.* hominẽ ex terra dicit Oui. Siue recens tellus deductáque nuper ab alto Aethere, cognati retinebat ſemina cæli. Quam ſatus Iapeto mixtã fluuialibus undis, Finxit in effigiem moderantum cura deorũ. Horatius autem aliquid ſu- *Lib. 1. ode. 16.* peraddens dicit in odis. Fertur Prometheus addere principi Limo coactus particulã undique Deſectam inſani leonis Vim ſtomacho appoſuiſſe noſtro, &c. Verum Claudianus in panegyrico quarti conſulatus Honorii, fabricam iſtam longe plenius omnium longa uerborum ſerie deſcribit dicens, Diſce orbis quod quiſque ſibi cum conderet artus, & infra



infra per. xxvi. uerſus. Sane his à Seruio & Fulgentio ſuperadditur fabula. Dicunt enim cum Prometheus ex luto finxiſſet hominẽ inanimatum, miratam eius eximium opus Mineruam, eíque ſpopondiſſe quicquid ex cœleſtibus bonis uellet in perfectionem operis ſui. Qui cum reſpondiſſet ſe neſcire, niſi uideret quæ apud ſuperos ſibi eſſent utilia, ab ea eleuatus in cælum eſt, ubi cum cerneret cæleſtia omnia flãmis animata, ut ſuo etiam operi flammam immitteret, clam ferulam rotis Phœbi applicuit, & ea accenſa ignem furatus reportauit in terras, et pectuſculo ficti hominis applicuit, & ſic animatum reddidit, eum'que Pandoram uocauit. Quamobrem irati dii eum per Mercurium Caucaſo alligari *a* fecerunt, & uulturi, ſeu aquilæ iecur eius uel cor dilaniandũ perpetuo dederunt. Cuius *b* cõqueſtionẽ in rupe ſatis longo carmine Eſchylus Pythagoreus poeta deſcribit, aſſerens illi cor ab aquilæ roſtro diſcerpi, & mox iterum reſtaurari, ac iterum ab aue laniari, & ſic indeſinenter uexari. Hominibus autem ut Sappho & Heſiodus dicunt, dii ob hoc morbos & maciem, ac mulieres immiſere. Horatius aũt dicit tantum maciem & febrem, ut in Odis. Audax Iapeti genus Ignem fraude mala gentibus intulit, Poſt ignem Aetherea *Lib. 1. Ode. 3.* domo Subductũ macies & noua febrium Terris incubuit cohors &c. Harũ fictionũ inuolucrum Sereniſſime Rex non erit leue corticem aperire. Multa enim inſunt longa exquirentia uerba, quę ſi non apponantur, erit paucis plurimũ ingenii opportunũ. Faciam igitur reſecans quantum potero, ut præſtabit deus. Et ante omnia uidendum puto quis *Prometheus* fuerit Prometheus iſte. Qui quidẽ duplex eſt, ſicut duplex eſt homo, qui producitur. Primus autem deus uerus & omnipotẽs eſt, qui primus hominẽ ex limo terræ compoſuit, ut Prometheum feciſſe fingunt. ſeu natura rerum, quæ ad inſtar primi reliquos etiam ex terra producit, ſed alia arte quàm deus. Secundus eſt ipſe Prometheus, de quo antequam aliam ſcribamus allegoriam, ſecundũ ſimplicem ſenſum quis fuerit uidendum eſt. Dicit ergo Theodontius de Prometheo iſto legiſſe, quod cum illi Iapeti patris, eo quod natu maior eſſet, ſucceſſio deberetur, iuuenis & dulcedine ſtudiorũ tractus ultro illam Epimetheo fratri duobus paruis filiis Deucalione & Iſide derelictis, in Aſſyriam abiit, & inde poſtquam aliquandiu inſignes eo æuo audiuiſſet Chaldæos, in uerticem Caucaſi ſeceſſit, ex quo longa meditatione & experientia percepto aſtrorum curſu, procuratis'que naturis fulminum, & rerum plurium cauſis, ad Aſſyrios rediit, eos'que aſtrologiam docuit, & procurationes fulminum, & quod omnino ignorabant ciuilium mores hominum, egit'que adeo, ut quos rudes & omnino ſylueſtres, & ritu ferarũ uiuentes inuenerat, quaſi de nouo cõpoſitos ciuiles reliquerit homines. Quibus ſic præmiſſis uidendũ eſt quis ſit *Plaſma Promethei.* productus homo, quem ſupra dixi duplicẽ eſſe. Eſt enim homo naturalis, & eſt homo ciuilis, ambo tamen anima rationali uiuentes, naturalis aũt homo primus à deo ex limo terræ creatus eſt, de quo & Ouidius & Claudianus intelligunt, eſtò non adeo religioſe, ut Chriſtiani faciunt. Et cum ex luto illum Prometheus iſte primus formaſſet, inſufflauit in eum animã uiuentẽ, quã ego rationalem intelligo, & cum hac ſenſitiuã & uegetatiuam potentias, ſeu ſecundũ quoſdã animas. Verum hæ naturã habuere corpoream, & niſi peccaſſet homo, fuiſſent æternæ ſicuti & rationalis, cui diuina natura eſt. Hunc perfectum fuiſſe hominem circa quoſcunque actus terreos credendum eſt, nec opinari debet quiſquam opportunum illi fuiſſe ad eruditionem temporalium rerum Prometheũ aliquem mortalem. Verum qui à natura producti ſunt, rudes & ignari ueniunt, immò ni inſtruantur, lutei agreſtes & beluæ. Circa quos ſecundus Prometheus inſurgit, id eſt doctus homo, & eos tanquam lapideos ſuſcipiens quaſi de nouo creat, docet & inſtruit & demonſtrationibus ſuis ex naturalibus hominibus ciuiles facit moribus, ſcientia & uirtutibus inſignes, adeo ut liquido pateat alios produxiſſe naturã, & alios reformaſſe doctrinam. Inſuper dicunt Mineruã opus huius miratam eum in cælum traxiſſe, daturam ſi quid ad opus ſuum perficiendũ cerneret opportunum. Quod ego ſic intelligendum reor, pro Mineruа ſcilicet ſapientem uirum, qui naturæ opus admiratur, hominẽ ſcilicet ex luto productũ, & cum eum uideat imperfectum quantũ ad doctrinã & mores cupiẽs

 eum

eum animare, id eſt perficere, ſapientia duce per ſpeculationẽ aſcendit in cœlũ, & omnia ibi igne animata uidet, ut intelligamus quod in cælo, id eſt in loco perfectionis ſunt omnia animata igne, id eſt claritate ueritatis, ſic & perfectus homo nulla ignorantiæ nebula offuſcatur, & meditatione cõtinua uerſatur in cælis. Deinde à rota ſolis furatur hic ignem, & defert in terras, & pectori infert lutei hominis, & uiuus efficitur. Equidem nõ incongrue dictum eſt. Non enim in theatris uel in plateis uel in propatulo ueritatis claritatem adipiſcimur, quinimmò in ſolitudinibus ſemoti, & exquiſita taciturnitate ſpeculamur, & crebra meditatione rerum naturas exquirimus. & quia iſta talia clam fiunt, quaſi furari uidemur, & ut appareat unde ſapientia ueniat in mortales, dicit quod à rota ſolis, id eſt è gremio dei, à quo omnis ſapientia eſt, ipſe uerus deus eſt ſol qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, cuius æternitatem per rotam nõ habentem principium neq; finem deſignare uoluere, & hoc appoſuere ut de ipſo uero deo & non de ſole creato acciperemus dictum. Hanc demum flammam, id eſt doctrinæ claritatem immittit pectori lutei hominis, id eſt ignari. Nam ſi omnibus largitor ille munerum deus animam bonã & perfectam infundat, corporea moles caligine infecta terreſtri adeo uires retundit animę, ut plurimũ niſi doctrina iuuentur, & excitentũ, adeo obtorpeſcunt, ut potius bruta quàm rationabilia animalia uideantũ. Doctrina igitur ſapientiæ à deo ſuſceptæ prudens homo animat, id eſt ſopitam animam excitat lutei, id eſt ignari hominis, qui tunc uiuere dicitur, dum ex bruto rationalis efficitur, ſeu effectus eſt. Explicito autem homine iratos deos dicũt quædam feciſſe, ut religaſſe Prometheum in rupe, immiſiſſe febrem, maciem, & fœminam hominibus. Circa quod quantum ad primũ, aduertendum eſt hic poetas more uulgi improprie fuiſſe locutos. Exiſtimat quidem uulgus iners, iratum deum aduerſus quencunq; laborantem uident, quantumcunq; circa laudabile opus fatigetur, quaſi nil præter ocium detur à pacato deo, & ideo iratum putauere deũ Prometheo, eo quod aſſiduo ſtudio noſcendarũ rerum laboraret. Seu ideo iratos dixere, quia laborioſa hominibus immiſere. De iſta ira qualis ſit, ſupra ubi de Phama dictum eſt. Quod autem duci & alligari Caucaſo Prometheum à Mercurio fecerint, peruertitur ordo, nam prius in Caucaſo fuit Prometheus, quàm hominem rapto igne animaret. Ductus eſt igitur, futurus & iam deſiderio ipſo prudens homo à Mercurio interprete deorũ, id eſt ab eruditione alicuius enucleantis ſecreta naturæ impulſus in Caucaſum, id eſt in ſolitudinẽ, quãtumcunq; ſecundũ hiſtoriam in Caucaſum ſeceſſerit, & ibi religatus in rupe, id eſt à propria uoluntate detentus. Ibi illi præcordia aiunt ab aquila lacerari, id eſt à meditationibus ſublimibus anxiari, quæ longo exhauſta meditationis labore tunc reſtaurantur, quãdo per ambages uarias exquiſita alicuius rei ueritas reperitur. Et hæc quantum ad ficta de Prometheo, quem profecto maiores noſtri aſſerũt eximium ſapientiæ doctorem fuiſſe. Nam Auguſt. in lib. de ciuitate dei, & poſt eum Rabanus, & Luon Carnotenſis æquo fatentur conſenſu eum ſcientia inſignẽ fuiſſe uirum. Euſebius præterea in libro temporum dicit, Argo regnante Argiuis fuit Prometheus, à quo homines factos eſſe commemorant, & reuera cum ſapiens eſſet, feritatem eorum & nimiam imperitiam ad humanitatem & ſcientiam transfigurabat. Poſt hunc Seruius etiam de eo teſtatũ quia prudentiſſimus uir fuerit, & à prouidentia denominatus, & quod primus aſtrologiam Aſſyrios docuerit, quam in altiſſimo reſidens Caucaſi uertice maxima cum cura didicerat. Hunc inſuper dicit Lactantius in libro diuinarum inſtitutionũ, primum ſimulachra ex luto componere inueniſſe, quod forſan de compoſitione hominis ex luto fabulæ dedit initium. Sic & Plinius ubi de naturali hiſtoria dicit, eum primo docuiſſe ignem è ſilice prouocatum ferula ſeruare. Voluere inſuper iratos deos immiſiſſe hominibus maciem, febrem, & mulieres. Pro macie ego intelligo labores corporeos, quibus extenuamur, & ad quos naſcimur illius crimine, cui dictum eſt, Cum ſudore uultus tui ueſceris pane tuo. Hinc autem maciei uiam dedit intranti. Per febres uero ardores concupi-

*ἀπὸ τῆς προμηθείας ut Seruius in 6. Eclog. Verg.*



ſcentiæ, quibus angimur, & uexamur aſſidue, uoluiſſe reor. Mulier autem ad ſolatium creata eſt, ſed inobedientia ſua factus eſt ſtimulus, nec equidem paruus, ſi rite intueri uelimus, quod ut potius alienis uerbis quàm meis oſtendam, quid præclariſſimus præceptor meus Franciſcus Petrarcha eo in libro, quem de uita ſolitaria ſcripſit, de eis ſentiat libet apponere. Dicit enim ſic. Nullum uirus adeo peſtiferum uitam hanc ſectantibus ut muliebre conſortium. Fœmineus enim decor eo formidoloſior funeſtiorq́; , quo blandior. ut ſileam mores, quibus omnino nil inſtabilius, nil ſtudio † quietis infeſtius. Quiſq; requiem quæris, fœminam caue, perpetuam officinam litium ac laborum. Raro ſub eodem tecto habitant quies & mulier. Satyricum uerbum eſt, Semper habet lites alternáq; iurgia lectus, In quo nupta iacet minimum dormitur in illo. Niſi forte tranquillior eſt concubinæ accubitus, cuius & fides minor & maior infamia & litigium par. Scitum eſt & illud clari oratoris dictum. Qui non litigat, celebs eſt. Poſt hæc paulo infra ſequitur idem. Quiſq; ergo litem fugis, & fœminam fuge, uix alteram ſine altera effugies. Fœminæ & ſi quod rarum eſt, mitiſſimi mores ſint, ipſa præſentia, utq́; ita dixerim, umbra nocens eſt. Cuius ſiquid fidei mereor, uultus atq; uerba cunctis qui ſolitariam pacem quærunt, non aliter uitandi ſunt, non dico quàm coluber, ſed quàm baſiliſci conſpectus ac ſibila. nam nec aliter oculis quàm baſiliſcus interficit, & ante contactũ inficit, hæc ille. Quæ etſi multa ſint & uera, haberem quæ dicerem longe plura, ſed quoniam non exit intentum præſens, hæc de ſtimulo humani generis dixiſſe ſufficiant.

*forte, deditis.*

*Iuu. Satyr. 6.*

a *Lucianus & alteram iræ cauſſam addit, nempe quod in ſacrificijs oſſa & inteſtina dijs cremandi & immolandi, Prometheus autor fuerit, meliorem autẽ partem hoſtiarũ ſibi retinuerit. Sed idem etiam hunc à ſupplicio, de quo hic dicitur, liberatum poſtea dicit ob uaticinium, quo Iouem monuit ne cum Thetide rem haberet, fore enim ut illa pariat filium, qui maior patre ſuo futurus eſſet, Mercuriumq; ideo miſſum à Ioue unà cum Hercule qui illum ſoluerunt. Idem ſcribit Heſiodus in Theogonia.*

b *Heſiodus lib. 1. ἔργων καὶ ἡμερῶν fabulam copioſe deſcribit. Sed idem Pandoram nõ iſtum Promethei luteum hominem fuiſſe dicit, uerum à Vulcano iuſſu Iouis factam, & à dijs omnibus, quoque ſua in eam munera conferente ornatum, & poſtea ad Epimetheum cum pixide clauſa dono miſſam fuiſſe, qui illa recepta & pixide aperta, in qua omne genus malorum inerat, terram morbis calamitatibuſ́que repleuit.*

## De Pandora homine à Prometheo facto. Caput XLV.

PAndoram dicit Fulgentius nominatũ eum, quem Prometheus primum ex luto confecit, quod à Fulgentio ob id dictum puto, quia Pandoræ ſignificatum ſit in latino omnium munus, eo quod non ex noticia unius tantum rei componatur ſapiens, ſed ex multis & uerius ex omnibus, ſed talis ſolus eſt deus. Poſſet præterea dici Pandora à pan quod eſt totum, & doris quod eſt amaritudo, quaſi Pandorus omni amaritudine plenus. Nil enim in præſenti uita poteſt homo abſque amaritudine poſſidere, quod utrum uerum ſit, ſe unuſquiſq; excutiat, & uidebit. Iob autem uir ſanctus & patientiæ inſigne ſpecimen uolens hoc improperare humano generi, dixit, Homo natus de muliere breui uiuens tempore multis repletur miſeriis &c.

*Pandora ut ſupra ex Heſiodo annotauimus ea fuit, quæ à Ioue hominibus in ultionem furti Promethei miſſa fuit, Pandora dicta à πᾶν & δῶρον quod omnes Dij in eam quiſq; ſua munera contulerũt. In eandem ſententiam & in Theogonia idem ſcripſit.*

## De Iſide Promethei filia. Cap. XLVI.

ISis ut ait Theodontius, filia fuit Promethei & paruula à patre Epimetheo patruo derelicta, de qua idem Theodontius talem recitat hiſtoriam. Dicit ergo quod cum uirgo excreuiſſet, & præſtantiſſimi decoris iam matura uiro, Ioui placuiſſet, eſſe ab eo actũ ſeu potentia ſeu ſuaſionibus, ut in eius iret concubitum, ex quo Iſidem dicit Ioui Epa-

a phum peperiſſe. Tandem ſeu tanto fidens amaſio puella, ſeu quia natura ardentis eſſet animi, in regni cupidinem incidit, & auxiliariis à Ioue habitis & aliunde contractis ui-
*aliâs, manum* ribus, quaſi in effœtum uiribus regem † animum iniiciens, Argum Argiuorum regem annoſitate decrepitum, ſed aliàs oculatũ hominẽ traxit in bellum, aduerſus quẽ cum deſcendiſſet in aciẽ, factũ eſt; ut fractis Iſidis uiribus ipſa caperet Iſis, & ab Argo ſeruaret captiua. Verũ iuſſu Iouis patris ſui Stilbon, qui poſtea Mercurius appellatus eſt, homo eloquẽtiſſimus, & audacia atq; induſtria plenus, decipulis ſuis egit; ut occiſo à ſe Argo ſene, à captiuitate liberaretur Iſis. Cui cum nõ bene cederent res in patria, ſuæ confiſa ſolertiæ conſcenſa naue, cui uacca erat inſigne, ad Aegyptios tranſfretauit, & cum ea Stilbon ob perpetratũ facinus pulſus ex Græcia. & cum ibi iam Apis potentiſſimus eſſet; eidem nupſit, & datis Aegyptiis characteribus litterarũ, atq; oſtenſo terræ cultu, in tam grandẽ de-
b uenit Aegyptiorum exiſtimationem, ut nõ mortalis fœmina, ſed dea potius haberetur, diuiniq; illi adhuc uiuenti impenderentur honores. Leontius uero dicebat ſe à Barlaam habuiſſe hanc Iſidem ante tranſfretationẽ Apis in Aegyptũ, eidem Api nupſiſſe, & poſtmodum cum Ioue cõcubuiſſe, & ob id cum reſciſſet, indignatus Apis regno Argiuorũ relicto in Aegyptũ abiiſſe, & eam poſtmodũ ad ſe accedẽtem ultro ſuſcepiſſe. In quibus tot ſunt ab utraq; parte operum & temporum inconuenientia, ut non ſolum auferatur hiſtoriæ fides, ſed nec etiam aliqua poſſit uteriſimilitudo rerum adaptari, & potiſſime aduenientе Iouis obſtaculo, cuius cum Api conuenientia tempora huic hiſtoriæ plurimũ auferunt fidei. Sane ſolertibus huius ueritatis inquiſitio relinquatur.

a *Tradunt & Orum ex Iſide & Oſiride natum, qui Aegypto imperauit, ſucceſſoremq; reliquit Seſoſtrim, qui ab Apollonij Commentarijs Seſonchoſis appellatur, de quo uide lib. 4.*

b *Huius ſacra poſtremo etiam Romam translata fuere. Colebatur aũt pleruq; à matronis, & noctu ferè cum caſtitate & abſtinentia rerum connubialium. Eius ſacerdotes lineis candidisq; ueſtibus utebantur, ſyſtraq; perſonabant, non multum abſimiles ijs qui magnæ matri miniſtrabant. Meminerunt horũ ſæpe Satyrici et alij poetæ. Nam ut ferè fit, nuſquã obſcœniora peragebãtur, quàm ubi prætextus caſtimoniæ & puritatis erat. Vide Lactan. lib. 1. cap. 21. de falſa religione.*

De Deucalione filio Promethei, qui genuit Hellanem, Pſitacum & Dionyſium & Pherecrate. Cap. XLVII.

a DEucalion omnium ueterum teſtimonio, Promethei filius fuit, cui adulto
b Epimetheus patruus Pyrrham filiam iunxit coniugio, mitis enim ingenii
*1. Meta.* homo fuit, & Pyrrha piiſſima fœmina, de quibus Ouidius. Nõ illo melior quiſq;, nec amantior æqui Vir fuit, aut illa reuerentior ulla dearum &c. Huius enim tempore apud Theſſalos ingens fuit diluuium, de quo fere omnes ſcriptores ueteres mentionem faciunt, finguntq; plurima, excreſcentibus aquis
*aliâs, Themiſtos.* Deucalionem ſolum cum Pyrrha coniuge in nauicula euaſiſſe, & in Parnaſum deue-
c niſſe montem, & cum iam aquæ ceſſarent † Themis adiſſe oraculum, conſulturi de hu-
d mani generis reſtauratione, eiusq; iuſſu tecto capite ſolutisq; ueſtibus poſtergaſſe ſaxa, tanquam magnæ parentis oſſa, & ea in homines fœminasq; conuerſa. Hoc figmentum à Barlaam ſic explicatum referebat Paulus. Dicebat enim ſe legiſſe in Græcorum antiquiſſimis annalibus, ob hoc diluuium territos homines, & ad ſuprema uſque montium effugiſſe atq; intraſſe cauernas & antra unà cum mulieribus ſuis expectaturos finẽ, & ad hos Deucalionẽ & Pyrrhã ceſſantibus aquis in mœſto atq; ſupplicũ habitu acceſſiſſe, & Deucalionẽ hominibus & Pyrrhã mulieribus nõ abſq; labore maximo ſuaſiſſe aquas ceſſaſſe, nec amplius fore timendũ, & ſic eos è uerticibus montium atq; ex ſaxeis antris eis ſcilicet ambobus præcedentibus in habitationes & tecta reduxiſſe. Porrò Theodontius nõ ſic. Dicit eñ delatũ Deucalionẽ cum coniuge & aliis pluribus in naui ad Parnaſum, & cum ceſſaſſent aquæ ibi regni ſui ſedem ſtatuiſſe, cum primo Theſſalis imperaret, & ex cõmuni cõſilio tanq; bono publico factũ, ut reuocatis hominib. & mulieribus è cauer-



nis (quarum quantitas maxima longe hominum numerum excedebat, eo quod uenientibus aquis pauidiores longe antequam homines in montana confugerent, & ſic ex eis nulla periit, cum ex hominibus multi abſorpti ſint) poſita uerecundia (quam per tectum caput intelligit. Non enim uerecundamur niſi uidentes) indiſtincte homines quibuſcunq; mulieribus miſcerentur, quod per ſolutas ueſtes dicit intelligi. Nam ut ubi de Venere dictum eſt, Veneris cingulum eſt dictum Ceſton, quod ipſa fert ad legitimos coitus. Cum uero in illicitos tendit, cingulum deponit, & ſic illi ſolutis ueſtibus in illicitos ire coitus oſtendebant, & hoc augendę prolis cauſa, cum ex multitudine mulierum, uirorum paucitas poſſit ampliſſimam prolem ſuſcipere. Quod autem illos uocat oſſa parentis, nõ ob aliud dictum puto, niſi quia ſicuti ſaxa terræ molem ne effluat continent, ſic & oſſa corpora hominum ſeruant in robore. ſic & labores agricultorũ agunt, ut ea producantur ex terra ex quibus nutrimur atq; conſiſtimus, quaſi uideantur ex agris aſſumpti qui incoluere poſtea ciuitates. Ego aũt reor illos parentis oſſa dictos, quia ex cauernis & antris montiũ uti lapides facimus, educti ſint, & ob duriciam ſuam ſaxei dicti.

*Deucalionem quidam Promethei ex Pandora filium fuiſſe uolunt, & rurſum Hellanum Promethei* a
*& Pyrrhæ filium. Deucalionem autem Theſſaliæ imperaſſe omnes tradunt, eundemq; primum xij. dijs aram conſecraſſe. Rurſum alij ex qua matre Deucalion ſit, ignorari aiunt: fuerunt autem & alij Deucaliones, Minois unus, & alius Abantis filius, de quibus aliâs.*

*Alij Deucalionis liberos numerant Hellenem, à quo Ἑλλὰς dicta eſt, Amphictyonem qui poſt Cra-* b
*naum imperauit Atticæ, & Protogeniam.*

*Hoc enim reſponſum Themiſtos erat, ut oſſa magnæ matris poſt tergum iacerent.* c

*Nam quæ Deucalion iecerat, in mares, quæ Pyrrha, in fœminas cõuertebantur, et hinc græcis λαοὺς* d
*populos ſignificare uolunt à λᾶας quod eſt ſaxum. Fabula refertur & ab Apollodoro, tametſi paulo aliter. Vide Schol. Homer. ſuper dictione λαοί. lib. 1. Iliad.*

De Hellane Deucalionis filio. Cap. XLVIII.

HEllanem dicit Theodontius filiũ fuiſſe Deucalionis & Pyrrhæ, quem ait Barlaam patre mortuo adeo nomen ſuum & imperiũ ampliaſſe, ut fere omnis Græcia quæ in Aegeum mare uerſa eſt, à nomine ſuo Hellas nominata ſit, & Hellanes græci. *Ἕλληνες græci*

De Pſitaco Deucalionis filio. Cap. XLIX.

PSitacus Deucalionis & Pyrrhæ filius, ut ait Theodõtius, Promethei aui ſui *At illi non Pſi-*
doctrinis imbutus ad Aethiopas abiit, ubi in maxima ueneratione habitus *taco, ſed Pitta-*
cum in longiſſimum euaſiſſet æuum, orauit ut rebus ſubtraheretur huma- *co nomen fuit*
nis, cuius precibus dii faciles, eum in auem ſui nominis mutauere. Huius ego fictionis cauſam credo ſui nominis & uirtutis phamam, quæ eo cano mortuo, uiriditate durauit perpetua, uti ſunt uirides aues illæ. Fuere qui crederent hunc Pſitacum eum fuiſſe, qui unus ex ſeptem ſapientibus dictus eſt, ſed Theodontius dicit eum longe antiquiorem.

De Dionyſio Deucalionis filio. Cap. L.

DIonyſius ut teſtatur Euſebius in libro temporum, Deucalionis fuit filius, eiusq; facta claruiſſe dicit circa initiũ ducatus Moyſis. Quæ tamen fuerint, nuſquam legiſſe memini, præterquã cum in Atticam ueniſſet, à Semacho quodam ſuſceptus hoſpitio, filiæ eius capreæ pellem largitus eſt.

De Pherecrate Deucalionis filio. Cap. LI.

PHerecratem Deucalionis fuiſſe filium Paulus & nonnulli alii arbitrantur, eo quod de eo ſic referat Tullius in libro Tuſculanarũ quæſtionũ. Dicæarchus *Lib. 1.*
autem illo ſermone, quem Corinthi habitum tribus libris exponit, doctorũ hominũ diſputantium, in primo libro multos loquentes facit, duobus Pherecratem, quendã Phiotam ſenem, quem ait à Deucalione ortum, differentẽ inducit &c. Ex quibus præter originem apparet eum fuiſſe philoſophum.

De Aſtræo

## De Aſtręo Titanis filio. ix. qui genuit Aſtream & Ventos. Cap. LII.

Aſtræus filius fuit Titanis & terræ ut aſſerit Paulus. Hunc dicunt Seruius & Lactantius cum Aurora cõcubuiſſe & ex ea genuiſſe Aſtræam uirginem, necnon & uentos omnes. Quos dicit Paulus cum ſenex eſſet, et fratres aduerſus Iouem bellum mouiſſent, omnes armauit & emiſit in ſuperos. Eſto Lactantius dicat eos ab Atlante armatos. Aſtręum potentem aliquem atq; ſuperbum fuiſſe hominem exiſtimo. ideo uentorũ patrem dictum, quia alicui uentoſæ religioni præfuerit. Quod illos armauerit in ſuperos, à uentorum diſcurſione ſumptum eſt, qui ſi à terræ concauitatibus ueniant, ut in altum erumpant neceſſe eſt.

*De Aſtræo patre mem. Heſiodus in Theogonia & Aratus in Phœnomenis, qui & filiæ iuſtitiam & translationem inter ſydera deſcribit.*

## De Aſtræa filia Aſtræi. Cap. LIII.

Aſtræam Aſtræi Titanis fuiſſe filiam ſatis uulgatum eſt, quæ quoniam diis fauit aduerſus patrem & patruos, in cælum aſſumpta eſt, & in zodiaco locata ea in parte quæ ab ea Virgo denominata eſt. Nunc autem quid ſibi uelit fictio uideamus. Aſtræum Aſtręæ patrem ego hic non hominem, ſed cælum aſtrigerum intelligo, quod ex ſe iuſticiam gignit, dum perpetuo ordine ſibi diuino munere dato inferioribus corporibus unicuiq; iuxta ſui qualitatem indeſinenter opportuna concedit. Et huius exemplum legumlatores prout humano ingenio poſſibile eſt, noſtram ordinauere iuſticiam. Ex aurora ideo nata dicitur, quia ſicut auroræ claritas ſolem præcedit, ſic ex noticia certa rerum geſtarum debet oriri ſeu oritur iuſticia, ſeu iudicium. Diis fauiſſe dicitur, quia bonis ſemper fauet iuſticia & eiicit reprobos. Ea enim in cæli parte ideo poſita eſt, quia contigua eſt æquinoctio, ut oſtendatur ex iuſticia rerum æquitatem conſequi. & ſicut ſole ibidem exiſtente, æqua temporis pars noctis atq; diei ab eodem ſole conceditur, ſic à iuſticia æquitas redditur depreſſæ conditionis hominibus atq; claris.

## De Ventis filiis Aſtræi in generali. Cap. LIIII.

Venti ut perhibet Seruius & Lactantius Aſtræi Titanis & Auroræ fuere filii, hos dicit Lactantius à Iunone ob natum Epaphum incitatos in Iouem, quam ob cauſam à Ioue cauernis clauſi ſunt, & ſub imperio Aeoli religati. Sed aliam cauſam dicit Theodontius à Pronapide monſtrari in Protocoſmo quæ talis eſt. Dicit enim Pronapides Litigium ægre plurimum tuliſſe à Ioue de cælo fuiſſe deiectum, & ob id ad inferos deſcendiſſe, & conuentis Furiis oraſſe, ſi quid unquam eorum uotis ſuus labor poſſet in poſterum uoluptatis afferre, irent, & ſua uenena quieſcentibus uentis iniicerent, ut furiis infeſtati Iouis regnũ infeſtarent atq; quietem. Quæ eueſtigio tendẽtes, cum eos pacifice ſedentes in domo patria inueniſſent, non ſolum furias, ſed odia immiſere, adeo ut in regiones ſuas abeuntes confeſtim unus in alterum diſcurſum facere, & omne cælum terramq; concutere cœperint. Quibus perterritus primo Iuppiter, deinde commotus, eis non abſq; labore captis, & cauernis Aeoli incluſis, eos ſub eius eſſe iuſſit imperio. De quibus Aeneidos primo ſcribit Virgilius.

*Interpretatio* Nimborũ in patriam loca fœta furentibus Auſtris, et infra per duodecim uerſus. Harum uero fictionum, ſi uolumus habere ſenſum, ante alia neceſſe eſt ut Aſtręum horũ patrem cælum credamus aſtrigerum, ita tamen ut unum ſit cælum quicquid inter lunæ concauum & octauæ ſphæræ conuexum continetur. Nam motum cæli & planetarum tanquam à remotiori tantum paululum cauſa cauſari arbitror. Si autem Aſtræum hominem uentorum patrem uoluerimus, iam ſupra dictum eſt eum imperaſſe locis, ex quibus multi orirentur uenti, & hinc dictus ſit uentorum pater. Auroræ autem dicuntur filii, quia utplurimum appropinquante aurora conſueuerunt uenti oriri. Quod nautarum approbat autoritas & cõſuetudo, Illa enim hora eos ſurgere dicunt, & ob id eadem hora utplurimum ſuas nauigationes incipiunt, & hinc Auroræ filii nuncupati ſunt.

Eos



Eos autem à Iunone in Iouem armatos fuiſſe ideo fictum eſt, quia à terra emitti creduntur, quæ Iuno eſt, & quadam terræ reſpiratione impelli, & cum alibi nequeant præter in aerem impingi, cum aer Iuppiter ſit, in Iouem armatos, id eſt impetuoſos fictũ eſt. Quod autem litigium opere furiarum eos & inquietare regnum Iouis, & inter ſe hoſtes fecerit, à motu eorum & opere ſumptum eſt. Nam ſi ab oriente uentus ſurrexerit, & itidem ab occidente, ut & per aerem & in ſe cõcurrant neceſſe eſt, ex quo uidentur hoſtes, & regnũ inquietare Iouis. Eos autem ſub imperio Aeoli religatos in cauernis ideo dictũ eſt, quia Aeolides inſulæ quibus olim præfuit Aeolus, & ab eo denominatæ ſunt, plenæ ſunt cauernarum, cauernæ aũt plenæ ſunt aeris & aquæ, cuius motu cauſatur calor, & ob calorem ſurgunt ex aqua uapores, quos calor ipſe reuoluit in aerem. qui cum in loco nõ capaci conſiſtere nequeat, egreditur. & ſi arctus ſit egreſſus, de neceſſitate impetuoſior & ſonorior & diuturnior exit, & ſic cum generati uenti è cauernis Aeolidarũ inſularũ exeant, fictum eſt eos in cauernis Aeoli religatos, atq; ſuo ſub imperio poſitos. Sed Virgilius ſub hac fictione longe aliud ſentit, quod quoniam non ſpectat ad propoſitũ, non appono. *Aeolus.*

Eſt præter fictiones horũ prægrandis potentia. Sunt diſtinctæ regiones & nomina. Sunt inſuper ſecundũ quoſdam pauciores, ſecundũ uero alios plures, nec eiſdem nominibus ab omnibus nuncupati ſunt, de quibus antequam ad ſingulorũ ſermonem ueniamus, pauca dixiſſe non erat incongruum. De eorum potentia nominibus & regionibus, in maiori ſuccincte ſcribit Ouidius. Et cum fulminibus facientes frigora uentos. His quoq; non paſſim mundi fabricator habendum Aera permiſit, uix nunc obſiſtitur illis, Cum ſua quiſq; regat diuerſo flamina tractu. Quin lanient mundum, tanta eſt diſcordia fratrum, Eurus ad Auroram Nabathæaq́ue regna receſſit Perſidaq́; & radiis iuga ſubdita matutinis Veſper & occiduo quæ littora ſole tepeſcũt Proxima ſunt Zephyro, Scythiam Septemq́; triones Horrifer inuaſit Boreas, cõtraria tellus Nubibus aſſiduis pluuioq́; madeſcit ab Auſtro &c. *Potentia uentorum.* *Lib. 1. Meta.*

Hos duodecim eſſe dicit Iſidorus etymologiarum libr. eoſq́; ſic diſponit & nominat, Qui ab oriente uerno in occiduum tendit ideo dicitur Subſolanus, quia ſub ortu ſolis naſcitur. Huic duos collaterales annectit, Eurũ ſcilicet à ſiniſtris, quem ſic ait uocari, eo quod ab Eoo ſpiret, id eſt ab oriente æſtiuo. A dextris uero dicit eſſe Vulturnũ, ſic dictus quod alte tonet. Auſtrum inde à meridie flantem dicit dici, quod aquas hauriat, eumq́; Græce appellari Notum. A dextris eius dicit eſſe Euroauſtrũ, inde dictum quod inter Eurum ſit & Auſtrum. Sic & qui à ſiniſtris eſt Auſtroaphrum, quia inter Auſtrum ſit & Aphrum. Sic & idem Libonotus uocatur, eo quod inde Libs & hinc ſit illi Notus. Zephyrum autem ſubſequenter ab occiduo flantem dicit eo ſic appellatũ, quod flores & gramina eius uiuificentur ſpiritu, atq; eundem uocari Fauonium latine, quod his faueat quę naſcuntur, cuius à dextra Aphricum ſeu Libin à regione unde ſpirat denominatum, à læua uero Chorum, eo quod uentorũ circulum claudat, & quaſi chorum faciat. Antea tamen dicit Chaurum nominatum, & à nonnullis Argeſten. Septentrionem inde dicit dictum, eo quod à circulo ſeptem ſtellarum conſurgat, cui ponit à dextera Circium, à uicinitate Chori ſic denominatum. A ſiniſtra uero Aquilonem cuius nominis cauſam dicit quod aquas extinguat & diſſipet nubes, eumq́; dicit & Boreã nominari, quod ab Hyperboreis montibus egredi uideatur. Scribit pręterea Iſidorus his. xii. deſignatis, alios etiam eſſe uentos, quos ego eoſdem puto, ſed aliis nominibus appellatos, utputa Eteſias, quas ait ſtatuto anni tempore à Borea in Aegyptũ efflare. Sic & auram & altanum. auram uero ab aere dictam, quod lenis ſit quaſi agitatus leniter aer. altanum in pelago fieri, & ab alto denominatum. Turbinem inſuper à terra dictũ dicit, eſt enim uentorum circumuolutio quædam perniciofa perſæpe. Fragorem à fractarum rerum ſonitu denominari dictum uentũ ait. Sic & procellam dictam, eo quod cum pluuia flans euellat. Vitruuius autem ubi de architectonica ſcribit, xxiiii. eſſe uentos oſtẽdit. Dicit enim Auſtri collaterales leuconotum & altanum. Aphrici libonotum & ſubueſperum *Nomina uentorum.*

ſperum

ſperum, Fauonii ergaſtes & eteſias, cauricircium & chorum. Septentrionis Thracium & Gallicum, Aquilonis ſupernas & cecias. Solano curbas & orinthias. Euro circias & uulturnum. Alibi aũt dicit ipſe Vitruuius eos. viii. tantum eſſe ſcribens, Andronychum Cyrreſtrem ad demonſtrationem opinionis huius, Athenis turrim octogonam cõſtruxiſſe, & ſingulis lateribus ſculptam eius uenti imaginem, cui illa facies muri eſſet aduerſa, poſuiſſe, & tandem meta marmorea ſuper turrim impoſita æreum trionem ſuperimpoſuit illi dextra uirgam porrigentem. Qui cum circumageretur à uentis, uirga deſignabat, qui eſſet, qui flaret, & ſic dicit compertum inter ſolanũ & auſtrum eurum, inter auſtrum & fauonium africum, inter fauonium & ſeptentrionem Caurum ſeu chorum, inter ſeptentrionem & ſolanum aquilonem. quam deſcriptionem tanquam optimam atq; ueram mediterranei maris nautæ omnes ſeruant, & potiſſime Ianuenſes, qui profecto cæteros nauticæ artis excedunt ingenio.

*Turris octigona.*

a *Eſt & Iapyx peculiaris uentus Apuliæ, cuius ſæpe meminit Horatius.*

*De uentis & corũ nominibus & regionibus caput eſt apud A. Gell. cap. xxij. lib. 2. Et Plin. lib. 2. Hiſtoriæ Naturalis copioſe de iiſdem agit.*

De Subſolano uẽto & Vulturno & Euro collateralibus ſuis, filiis Aſtrei. Cap. LV.

EXpedito de uentis in generali, de unoquoq; ſecundũ Iſidori deſcriptionẽ, in particulari pauca dicenda ſunt & primo de Subſolano orientali uento. Hic (ut Beda dicit) calidus eſt & ſiccus, ſed temperate, & ideo calidus, quia diu ſub ſole moretur. Siccus autem, quia cum Oceanus oriẽtalis multum diſtet à nobis, ex quo humiditatem ſumere creditur, eam omnem ueniendo dimittit. Sed abſit ut credam ridiculum iſtud, omnem ſcilicet uentum qui ad nos ab orientis plaga uenit, oriri in oriente extremo, cum certiſſimum habeatur multos apud Aeolidas oriri ut prædictum eſt, ex quibus nonnulli in nos efflant, quos nos orientales & merito dicimus. quam ob cauſam ſalua ſemper reuerentia Bedæ, fruſtra dictum puto eos ob longinquitatem originis ſuæ ad nos mutata cõplexione uenire. huic eiuſdem complexionis ſunt à dextris Vulturnus omnia deſiccans, à ſiniſtris uero Eurus nubes aggregans ſeu generans.

De Notho uento & Euroauſtro atq; Auſtroafro collateralibus eius filiis Aſtrei. Cap. LVI.

NOthus auſtralis eſt uentus naturaliter frigidus & ſiccus, uerũ dum per torridam zonam ad nos ueniens tranſit, calorem aſſumit, & ab aquarũ multitudine in meridie exiſtente ſumit humiditatem, & ſic mutata natura ad nos uenit calidus & humidus, & calore ſuo poros terræ aperit, & humorem ut plurimum multiplicare, & nubes & pluuias inducere conſueuit. Huius formam ſic deſcribit Ouidius, Madidis Nothus euolat alis Terribilem picea tectus caligine uultum, Barba grauis nymbis, canis fluit unda capillis, Fronte ſedent nebulæ, rorant pennæq; ſinusq; &c. Huic eiuſdem complexionis à dextris eſt Euroauſter, qui tempeſtates in mari generat, eo quod (ut dicit Beda) ab imo ſufflet, à ſiniſtris autem Auſtroafer, quem aliqui dicunt calidum & temperatum.

*Lib. I. Meta.*

De Septentrione uento & Circio collaterali eius, & filiis Aſtrei. Cap. LVII.

SEptentrio uentus eſt à plaga in qua oritur nuncupatus, naſcitur enim in locis aquoſis, & congelatis & excelſis montibus, ex quibus ad nos uſq; purus flat, eo quod in locis, per quæ tranſitus facit, nullus ob intenſum frigus reſoluitur uapor. Hic aerem ſerenum facit, et quas excitauerat Auſter peſtes, repellit & purgat. Complexione aũt cum collateralibus frigidus eſt & ſiccus. Qui enim à dextris eſt, Circius appellatur niuium grandinumq; productor. A ſiniſtris aũt Aquilo eſt, ſeu Boreas, de quo latior ſermo ſequitur.

De Aqui-



De Aquilone ſeu Borea uento Aſtręi filio, & collaterali Septentrionis, qui genuit Zetem Calaim & Arphalicem. Cap. LVIII.

BOreas ſeu aquilo uẽtus collateralis eſt ſeptentrionis, & natura ſua habet nubes diſſipare, & aquas colligere gelu, cuius uires & opa in pſona ſui loquẽs deſcribit Ouidius dicẽs. Apta mihi uis eſt, qua triſtia nubila pello, Hac freta concutio nodoſáq; robora uerto, Induróq; niues, & terras grandine pulſo. Idem ego cum fratres cælo ſum nactus aperto, Nam mihi campus is eſt, tanto molimine luctor, Vt medius noſtris concurſibus inſonet æther, Exiliantq; cauis eliſi nubibus ignes. Idem ego cum ſubii conuexa foramina terrę, Suppoſuiq; ferox imis mea terga cauernis, Sollicito manes totumq; tremoribus orbem &c. Ex hoc plures dicuntur fabulæ. Nam Seruius dicit eum amaſſe Hyacinthum puerũ, qui etiam ab Apolline amabatur, & quoniam cerneret amorem pueri in amorem Apollinis magis quàm in ſe flecti, iratus diſco ludentem interemit. Præterea dicit Ouidius eam amaſſe Orythiam Erichthonii regis Athenarũ filiam, ac eam in coniugem poſtulaſſe. quæ cum non daretur, indignans ſe diſpoſuit ad rapinam, rapuitq;, & ex ea Zetum & Calain filios ſuſcepit. Inſuper dicit Homerus in Iliade inducens Aeneam Achilli loquentẽ in pugna Boream pulcherrimas Dardani adamaſſe equas, & ex eis ęquos. xii. uelociſſimos ſuſcepiſſe. A quibus ſi corticem fabularum amouerimus, aduertemus primo Boream Hyacinthum, qui flos eſt, & ideo puer, quia nullus diu uiuit flos, amare. hac in forma, quia forte flabat ſæpiſſime per prata plena hyacinthis, quaſi uiſurus quos diligebat, uti & nos crebro uiſuri uadimus quos amamus. Qui Hyacinthus & ab Apolline, id eſt à ſole amabatur. Nam & ipſe productor taliũ & ſpectator, amator etiam dicitur, & quia taliũ fotor eſt, & ideo ab hyacintho amari dicitur, quia unaquæq; res adamare uidetur, per quod ad eſſe deducitur, & perſeuerat in eſſe. nam flores & alia ſole agente naſcuntur & uiuunt, quamdiu uiuunt. A Borea autem ideo occiſus dicitur, quia Boreas horriditate ſui flatus cuncta humore priuat atq; deſiccat. Amaſſe eum Orythiam hiſtoria eſt. Dicit enim Theodontius Boream iuuenem fuiſſe Thracem nobilem & animoſum, qui tractus fama matrimonii contracti à Thereo, qui Pandionis filiam habuerat in coniugem, cum audiſſet Orythiã Erichthonii Athenienſium regis formoſiſſimã puellam eſſe, cupidine captus, eius petiit cõiugium, quod cum illi negaretur, ob inceſtum commiſſum à Thereo in Philomenã, quaſi ſimilis illi Boreas futurus eſſet, iratus captato tempore, illam rapuit anno regni Erichthonii. ix, & filios ex ea ſuſcepit, & ſic fabulæ locũ & nomẽ iuuenis, & regno adinuenit. Equos autem Dardani à Borea genitos ideo dici arbitror, quia poſſibile fuit Dardanum fama bonitatis equorum eius regionis tractum miſiſſe ibidẽ, & proletarios aſſumpſiſſe, quibus iunctis equabus ſuis optimos atq; ueloces ſuſcepit equos, quorũ ſucceſſores eius prolem ſemper poſtmodum ſeruauere. & hinc ſumptũ eos Boreæ filios extitiſſe.

*Lib. 6. Metã*

*Lib. V.*

*De Hyacintho infra uidẽ circa Amyclam.*

De Zete & Calai filiis Boreæ. Cap. LIX.

ZEtes & Calais filii fuere Boreæ & Orythiæ, quos teſtatur Ouidius cum Iaſone & aliis Argonautis ad Colchos iuiſſe. Verum ut dicit Seruius, cum à Phineo rege Arcadiæ, qui eo quod ſuaſione nouæ coniugis filios cæcauerat, à diis cæcatus & ipſe fuerat, eiq; ut eſcas fœdarent atq; ſurriperẽt, Harpyiæ obſcœnæ aues fuerant appoſitæ. Suſcepti hoſpitio remunerationis gratia ad expellendas aues Zetes & Calais, quoniam alati erant, miſſi ſunt. Qui cũ illas ſtrictis gladiis perſequerentur, ex Arcadia pulſas uſq; ad inſulas, quæ Plotæ appellantur, perſecuti ſunt. Ibi uero monitu Iris ut deſiſterent Iouis canes ulterius perſequi, ad ſocios redierunt. Quæ iuuenum conuerſio nomen immutauit inſulis, & ubi Plotæ dicebantur, Strophades dictę ſunt. nam Strophe græce, latine conuerſio dicitur. Hæc ego de iſtis legiſſe memini. quid autem habeant ſub uelamine fictiones, detegendum eſt. Dicit ergo Ouidius hos poſt pueritiã pennas habuiſſe, pro quibus ego intelligo barbam & uelocitetem, quæ in adoleſcentia hominibus ueniũt. Circa autem allegoriã pulſarũ ab his Harpyiarũ, dico quod diuino munere omnes boni naſcimur,

k & prima

& prima mortalium coniunx bonitas, ſeu innocentia eſt, ſed tandem grandiores effecti ut plurimum abiecta innocentia deprauamur, & tunc ſecunda ſuperinducitur uxor, cũ quis cõcupiſcibilis appetitus iudicio ſe trahi permittit. quod in quàm pernicioſos deducat ſaltus, Phineus teſtis eſt, qui auri cupidine occupatus, dum auaritiæ credit, quæ ſecunda uxor illi fuit, filios priuat luminibus. Filii autem noſtri laudabiles actus ſunt, quos tũc priuamus lumine, cum illos obſcœnis operibus deturpamus. Quid enim turpius agere poſſumus, quàm bonam mentem abiicere, ut diuitias acquiramus? Quod teſte Seneca philoſopho, facete Demetrius petenti cuidam libertino dixit, Facilem ſcilicet ſibi ad diuitias uiã, quo die pœnituiſſet bonæ mentis. Sic & nos cæci efficimur, quando ob cenſus deſiderium nimiũ in rapinas & turpia lucra delabimur. Apponuntur enim talibus Harpyiæ fœdæ uolucres atq; rapaces, quas ego mordaces auarorũ curas & ſollicitudines intelligo, à quibus ideo auaris ſurripi dicuntur dapes, quia dum talibus detinentur cogitationibus, in tam grandem ſui obliuionem auari ueniunt, ut etiam aliquãdo cibum ſumere efficiantur immemores. ſeu dum auri cumulum augeri ſatagunt, ſibiipſis cibos extenuant, & ſua miſeria fœdos faciunt. Argonautę qui apud hunc hoſpitantur, quoniam illuſtres omnes iuuenes fuere, & uirtute conſpicui, loco ſalubrium conſiliorum ſumendi ſunt, quæ etſi ægre ſuſcipiantur à talibus, ſuſcipiuntur tamen aliquãdo, & ſuſcepta loco muneris retribuunt boni inquiſitionem, quæ ſecundum Fulgentiũ pro Zete & Calai intelligitur. Hæc autem boni, ideſt ueritatis inquiſitio agit, ut canes Iouis, ideſt mordaces curę, & alienis bonis continuis inhiantes pellantur, uſq; ad Strophadas, ideſt uſq; ad cõuerſionem animi perquirentis bonum. quæ cõuerſio eſſe non poteſt, niſi omiſſis uitiis & concupiſcentiis in uirtutes quis greſſus dirigat ſuos, & tunc remanet à ſordibus deſideriorum turpiũ immunis menſa Phinei. Sanè Leontius longe breuius huius ſenſum expedit. Dicit enim hiſtoriam hanc, talem Phineum ditiſſimum fuiſſe regem Arcadiæ, & auarum, & mortua Steneboe coniuge, ex qua Palęmonem & Phineum ſuſceperant filios, ſuperinduxit Arpalicem Boreę filiam, & ſororem Zeti & Calai, cuius precibus ipſe filios excæcauit. quod ſcientes piratæ, qui Plotas inſulas incolebant, quaſi in deſtitu-
b tum auxiliis & odioſum ſuis ob ſcelus commiſſum in filios uenere, & obſederũt eum, & machinis erectis uſq; in regiam putrida ſordeſq; iacebant. Tandem uenientibus Zete & Calai uocatis cum longis nauibus, eum liberauerunt obſidione, piratasq; uſq; ad Strophadas repulere.

a *Fabulã Phinei deſcribit Apollonius Argonautic. lib. 2. Fuit autem filius Agenoris, ut Hellanicus ait, ut Heſiodus, Phœnicis & Caſſiopeæ, nepos Agenoris, frater Cilicis, Dorycli & Atamini. Hic igitur rex Thraciæ, ut Flaccus, uel Paphlagoniæ ut alij, uxorem duxit Cleopatram ex qua genuit Orythum, & Crambin, ut Sophocles, uel ut alij Mariandinum & Thynum, quibus ſuperinducta nouerca factum eſt, ut nouercæ calumnijs adductus Phineus illos excæcarit: quapropter & ipſe excæcatus à Dijs, & Harpyæ cõtra eum miſſæ, ut hic dicitur. Tametſi uariæ ab alijs cauſſæ afferuntur, cur excæcatus fuerit. Nam quidam excæcatum uolunt, eo quod optaſſet potius diu uiuere quàm uidere, alij quod inſidiatus fuiſſet Perſeo, alij quia Phrixo uiam monſtraſſet in Colchum. Apollonius uero, quia uaticinando euulgaſſet Deorum ſecreta, excæcatum dicit. Occiſus autem eſt, ut Dionyſius tradit ab Hercule, cum is in ſolitudine liberos Phinei offendiſſet, comperiſſetq; eos calumnijs nouercæ eiectos fuiſſe, adduntq; alij maiorem natu filium, patrem apud Herculem accuſaſſe: quamobrem cum pater eum in mare præcipitaturus eſſet, ab Hercule prohibitũ & occiſum eſſe. Hæc à cõmentarijs Apollonij referuntur. lib. 2. Harpyias autem immiſſas illi à Sole Didymus dicit, eo quod cum Iuppiter pro pœna illi optionem eligendi uitam uel cæcitatem dediſſet, reſpondit ſe nolle Solem intueri. Vide comment. Odyſſ. M.*

b *Occiſi autem Calais & Zetes ab Hercule dicuntur, ſiue quia nauem Argo uerſus Myſiam reuerti prohibuerant, ſiue quia cum eo in partitione munerum, quæ Iaſon principibus Argonautarum diſtribuerat, diſſenſerant, ſiue quia pater eorum Boreas tempeſtate circa Cô inſulam penè Herculem oppreſſerat. Vide comment. Apollon.*





De Arpalice Boreæ filia & Phinei coniuge. Cap. LX.

ARpalices ut dicit Leontius, filia fuit Boreæ, ex qua matre non dicit. Hæc Phineo regi Arcadiæ nupta fuit, ut ſupra proximo patet, & infeſta priuignis.

*Flaccus autem non Harpalicem ſororem Boreadum ſed Cleopatram uocat, eamq; primam uxorem Phinei fuiſſe indicat, cum ait: Nempe adſunt, qui monſtra fugent Aquilonia proles, Non externa mihi, nam rex ego diuitis Hebri Iunctaq; ueſtra meo quondam Cleopatra cubili. Cui & comment. Apollonij aſſentit, qui lib. 1. dicit, Phineum Cleopatram Orithyæ & Boreæ filiam primam uxorem duxiſſe, ſecundam uero Idæam filiam Dardani, quæ liberis Cleopatræ infenſa, excæcare eos tẽtauit: ſeu quod alij dicunt, patrem Phineum calumnijs impulit, ut ille eos excæcaret. Didymus ſecundam uxorem Eurytiam uocat. In Odyſſ. M.*

De Zephyro uento & Aphrico & Coro collateralibus eius filiis Aſtræi. Cap. LXI.

ZEphyrus uentus eſt occiduus, qui à latinis uocatur Fauonius, complexione frigidus & humidus, temperate tamen. Hyemes autẽ reſoluit, & germina floreſq; producit, & dicitur zephyrus à zeph, quod latine uita ſonat. Fauonius autẽ, eo quod foueat germinãtia, uel faueat germinibus. Flat enim ſuauiter & placide, & à meridie uſq; in noctẽ, à principio ueris uſq; ad æſtatis finem. A dextris eius Aphricus ponitur, qui tempeſtuoſus fulmina & tonitrua generat. A ſiniſtris autem eius Corus, qui ut Beda dicit, in oriente nubiloſum aerem facit, cum ſerenum faciat in occiduo. De Zephyro recitatur talis fabula. Nympham ſcilicet fuiſſe nomine Chlorin à Zephyro dilectam, & in cõiugem acceptam, eiq; ab eo in munus amoris atq; uiolatæ pudicitiæ omne ius in flores conceſſum. Eamq; ex Chlora Floram uocauit. Præterea refert Homerus in Iliade hunc Thyello a cõpreſſiſſe Harpyiam, & ex ea Xantum, & Balium Achillis equos ſuſcepiſſe. Harũ fabularum intentio talis eſſe poteſt. Dicit Lactantius in libro diuinarum inſtitutionũ Floram *Lib. 1. cap. 20.* fœminam magnas ex arte meretricia quęſiſſe opes, quarum moriens Romanũ populũ ſcripſit hæredem, parte ſeruata, quæ ſub annuo fœnore præſtaretur. ex quo ſcilicet fœnore uoluit, ut ſuus natalis dies ſingulis annis æditione ludorum celebraretur, qui ludi Florales, & ſacra Floralia, à Flora nũcupata ſunt. quod quia ſenatui tractu temporis flagitioſum uiſum eſt, quum timore plebis retractare nõ poſſet, ab ipſo meretricis nomine argumentum ſumi placuit, ut rei pudendæ dignitas adderetur, & inde finxerunt Floram floribus præeſſe, eamq; oportere ludis placare, ut fruges cum arboribus, aut uitibus bene proſperéque florerent. Quem colorem ſecutus Ouidius Nymphã non ignobilẽ Zephy- *Faſtorum, 4.* ro nuptã ait, & dotalicio munere ut floribus pręeſſet accepiſſe à ſponſo. Qui ludi ut dicit Lactantius, memoriæ meretricis conueniunt. Nam omni laſciuia & uerborum licentia, quibus omnis obſcœnitas effunditur, poſitis flagitante populo à meretricibus ueſtimentis, quæ ludis in illis mimorum fungebantur officio, celebrantur. Ex Thyello autem Harpyia equos ſuſcepiſſe, neſcio quid uelit Homerus, niſi id forte, quod apud Oliſbonã extremũ Hiſpaniæ in occiduũ oppidũ equas facere cõſueuiſſe apud Pliniũ ſecũdũ legimus. Quas dicit Plinius in cõcupiſcentiã prolis ſuſcipiendæ uenientes hiulco gutture cõſueuiſſe flantes Zephyros ſuſcipere, & ex eis cõcipere, & parere uelociſſimos equos, breui tamen æuo ualentes, & ſic forſan ex equa cui nomen erat Thyello, quæ impetus ſeu procella interpretatur, factũ eſt, uel ut ſupra de equis Dardani ex borea conceptis diximus.

a *Iliados Π. Cæterum Homerus non Thyello, ſed Podargen nominat.* ξάνθον καὶ βαλίον τὼ ἅμα πνοιῇσι πετέσθην τοὺς ἔτεκε ζεφύρῳ ἀνέμῳ ἅρπυια ποδάργη. *Super quo loco cõmentarius inquit.* τινὲς δέ φασιν ἅρπυια ποδάργη ἣν ἡ ὄνομα φορβάδος λευκοὺς πόδας ἐχούσης. *Idẽ non Thyello inter Harpyias, ſed Aello Ocypeten & Podargen nominat.*

De Aloo Titanis. x. filio. Cap. LXII.

ALous ut ait Theodontius, filius fuit Titanis & Terræ, cui coniunx fuit, ut etiam Seruius aſſerit, Iphimedia, quam cum uiolaſſet Neptunus, duos ex eo peperit filios, Othum & Ephyaltẽ, quos Alous educauit, ut ſuos, & cum ix. digitis, ut dicit Seruius, ſingulis menſibus creſcerẽt, parantibus Gigantibus

bellum aduerſus ſuperos, nec ob ſenium Alous ad illud poſſet accedere, hos miſit geminos adiutores, de quibus ubi de filiis Neptuni dicemus.

*Duxit præterea Alous ſecundam uxorem Eribœam, ut apparet ex commentario Homeri.*

De Pallene .xi. Titanis filio., qui genuit Mineruam. Cap. LXIII.

a PAllenem ſeu Pallantem unũ fuiſſe ex filiis Titanis dicit Paulus, inſulamq́; in Aegeo mari tenuiſſe, & à ſe denominaſſe Pallenem, hominẽ immanẽ & ſuperis aduerſum plurimũ, cuius Lucanus meminit dicens. Pallenea Ioui mutauit fulmina Cyclops. Hunc dicit idem Paulus à Minerua in bello aduerſus Iouẽ facto occiſum, & ob id eam Palladẽ denominatã. Et alibi dicit idem Paulus, eum ob eius ſæuitiã ante bellum à Ioue fulminatũ. Sanè Theodontius ei dicit fuiſſe filiam nomine Mineruam, à qua cum illi conaretur uirginitatem ſurripere, occiſus eſt.

a *Hunc Heſiodus Aſtræi, Perſæq́; fratrem facit, dicitq́; ex Styge eundem genuiſſe, Aemulationẽ, Cõtentionem, Vim, Potentiam, & neſcio quos alios. In Theogon.*

De Minerua Pallantis filia. Cap. LXIIII.

MInerua ut ſupra proximo patet iuxta Theodontium, filia fuit Pallantis, à ſe ob uirginitatem tuendam occiſi. Hęc ut Tullius dicit ubi de naturis deorũ, Inter plures alias Mineruas. 5. fuit, eiq́; ait ab antiquis pinnata apponi talaria, ſeu quia occiſo patre uelox fuerit ad fugam, ſeu ob aliã cauſam factũ ſit.

De Runco & Purpureo xii. & xiii. filiis Titanis. Cap. LXV.

*alias Porphyrion.* a RVncus & † Purpureus, ut aſſerit Priſcianus in maiori uolumine, filii fuerũt Titanis & Terræ, quorum ait Neuium poetam meminiſſe aientem. Inerant ſigna expreſſa quomodo Titani bicorpores magniq́; Atlantes Runcus atq; Purpureus filii terras pro terræ &c. Et Horatius in Odis, ait. Aut quid minaci Porphyrion ſtatu. De his autem aliud legiſſe non memini. b *Lib. 3. Od. 4.*

d *Fuit & Alcyoneus Purpurei (ſic enim à Neuio appellatũ aiũt Porphyrionẽ) frater, cuius mẽ. Clau. 3. de rapt. proſ. Alcyoneus per ſtagna pedes Tyrrhena cucurrit. Hos anteſignanos gigantũ fuiſſe ferũt, illiſq́; à matre datũ, ut donec eam tangerent, inuicti forent. Mineruæ tamẽ cõſilio ſublimes domiti ſunt, ex his Alcyoneus Herculis telis confoſſus eſt, ut eſt apud Lycophronẽ, cuius filiæ, quas ſeptem numerant ob patris mortem in mare præcipitãtes ſe, ab Amphitrite in Alcyones mutatæ ſunt, ut quibuſdã placet. Harum nomina Egeſander hæc ponit, Phoſoniam, Authen, Methonen, Alcippen, Pallenen, Aſterien & Drimo. Hæc Ian. Parrhaſ. in Claud.* b *Ex quo loco dubito an hic quoq; pro Runco Rhœtus legendũ ſit, Ita enim apud Hor. ſequitur. Quid Rhœtus, euulſiſq́; truncis Enceladus iaculator audax. Eſt tamẽ & Runcina Dea ueterũ Roman. quæ rũcationi præerat, hoc eſt euellendis & extirpandis inutilib. herbis.*

De Lycaone .xiiii. Titanis filio qui genuit Caliſthonem. Cap. LXVI.

LYcaonem Arcadiæ regem dicit Theodontius, quod nuſquã alibi legi, filiũ fuiſſe Titanis & Terrę, ſeu ob ſplendorem regiũ, ſeu ob inſigne aliquod facinus, ſeu quod potius credo, quia nequã fuit homo & deorũ ſpretor atq; uilipenſor, ſicut plurimũ legimus fuiſſe Titanes. Ex eo aũt talẽ refert Ouidius fabulã. *Lib. 1. Meta.* Cum aſcendiſſet in cælũ mortaliũ clamor quoniã omnia male agerentur in terris, uoluit Iuppiter experiri pręſentia, & forma hominis ſumpta deuenit in regiam Lycaonis, egitq́; ut aduerterent populi, quia deus eſſet in terris. qui cum ſacris operã darent, à Lycaone riſi ſunt omnes. Qui tamen ut experiretẽ, nũquid ut dicebatur, hoſpes ſuus Iuppiter eſſet, cõſpiraſſetq́; in nocturnã eius necem, nec peregiſſe potuiſſet, ad aliud facinus repente intendit animũ, & occiſo ex obſidibus Moloſſorũ uno, undis partim, partimq́; prunis excoqui iuſſit, & illũ comedendũ Ioui appoſuit. Qui cum cognouiſſet ſcelus, ſpreuiſſetq́; cibum, ignem in regiam Lycaonis iniecit, & abiit. Lycaon aũt territus, abiit in ſyluas & in lupum uerſus, morem rapinæ priſtinum ſeruare cœpit, in greges ſæuiens ſanguinis auiditate. Sub hac fabula hiſtoriam eſſe talem dicebat Leontius. Fuit olim inter Epiros, ex quibus aliqui poſtea à Moloſſo Pyrrhi filio Moloſſi dicti ſunt, & Pelaſgos, qui poſtea Arcades, controuerſia, de qua cum in concordiam itum eſſet, petiit Lycaon



Lycaon, qui tunc præerat Pelaſgis, ut ſibi in robur initæ concordiæ daretur ſaltem obſes unus ab Epiris, eo quod ab eis fuiſſet primitus exorta diſcordia. Cui à Moloſſis uſq; ad certum tempus iuuenis unus ex nobilioribus cõceſſus eſt. Qui cum non remitteretur in termino à Lycaone, per legatos gentis ſuæ requiſitus eſt. Lycaon autem, ſeu quia ſuperbe requiſitus uideretur, ſeu ob aliam cauſam turbatus, eo quod peſſimus eſſet homo, & inflati animi, reſpondit legatis ſe in ſequenti die obſidem redditurum, iuſſitq́; in mane ſequenti ſecum in conuiuio eſſent, & clàm obſide occiſo atq; decocto, legatis aliiſq́; conuiuantibus iuſſit apponi. Erat forte inter eos epulans iuuenis adhuc Lyſania, is qui poſtea Iuppiter dictus eſt, homo ea tẽpeſtare apud Arcades exiſtimationis permaximæ, qui cum membra humana nouiſſet, eiectis menſis turbatus atrocitate facinoris proſiliuit in publicum, & in Lycaonem ſibi fauentibus popularibus omnibus eueſtigio conſpirauit, & congregatis uiribus eum traxit in pugnam, ſuperatumq́; regno priuauit. Lycaon autem deiectus exul & inops cum paucis fugit in ſyluas, & cœpit itineribus inſidiari & rapto uiuere, quod fabulæ locum dedit, quod in lupum uerſus ſit. nam ſi rite uelimus inſpicere, nulli dubiũ eſſe debet, quin quàm cito ad auaritiam & rapinã mentẽ apponimus, humanitate exuti, lupum eueſtigio induamus, atque tamdiu perſeueramus in lupum, quamdiu talis appetitus perſeuerat in nobis, humana tantum reſeruata effigie. Dicebat inſuper idem Leontius, alios affirmare Lycaonem in uerum lupum fuiſſe conuerſum, aſſerentibus talibus in Arcadia lacum fore, quem ſi quis tranſnataſſet, ilicò trãsformabatur in lupum, & ſi à carnibus abſtinuiſſet humanis, & anno .ix. trãſacto lacum eundem iterum tranſnataſſet, ei forma priſtina reddebatur. *Mem. huius rei Plin. lib. 8. cap. 22.* Quod ſciens Lycaon, & plurimum iram Iouis timens atq; ſuorum, & ob ſuam perfidiam ignorans quò ſatis tutam poſſet habere latebram, ad expectandum abſq; ſuſpicione uitæ rei exitum, lacum tranſnatauit, & uerus lupus effectus inter alia eiuſdem ſpeciei animalia habitauit in ſyluis, relicta filia unica uirgine Caliſthone. Præterea ſcribit Plinius in lib. naturalis hiſtoriæ, bellorum inducias huius Lycaonis inuentum fuiſſe, ludorumq́; gymnicorũ in Arcadia. *Lib. 7. cap. 56.*

De Caliſthone filia Lycaonis, & matre Arcadis. Cap. LXVII.

CAliſtho filia fuit Lycaonis, ut ſatis per Ouidium patet. Hęc ut ſcribit Paulus, d iam patre fugato inter rerum tumultum adhuc uirgo, regiam exiuit, & aufugit ad nemora, ubi ſe uirginibus Dianæ dicatis ſociam iunxit, apud quas à Ioue in habitu transformato Dianę oppreſſa eſt, & cum turgeſcente utero appareret crimen, pulſa peperit Arcadem. De quibus ambobus plene infra ubi de Arcade dicetur, & ea potiſſime, quę à Leontio de fictione relata ſunt. Sane hæc pluribus eſt appellata nominibus, nam græce Arctos dicitur, quod latine ſonat urſa. Pręterea & Helice dicitur à gyri circuitione, nam græce helici dicuntur gyri. Nuncupatẽ etiam Cynoſura, quod nomen ante fuerũt duo nomina. Cynos ſcilicet, quod ſonat latine canis. Nam imago cæleſtis, quæ poſtea urſa dicta eſt canis dicebatur, & forte adhuc apud quoſdam dicitur. & uros, quod latine bos ſylueſtris ſonat. nam & eodem nomine dicta eſt, propter eleuatam caudam ad ſemicirculi formam, quod magis ad ſylueſtrẽ bouem ſpectat, quàm ad canem faciat, aut urſam. Nam ſicut dicitur, fert ſylueſtris bos caudam eleuatam, ut ſemicirculũ facere uideatur. Appellatur & Phœnix, ſic uolente Thalete inuentore, qui Phœnix & ipſe fuit, ſeu quia Phœnices, qui inſtructiſſimi fuere nautæ, ea in nauigatione primi ſunt uſi. Dicitur & Septentrio, quod etiam Arcadi, ſeu maiori urſæ nomen eſt, eo quod à ſeptem denotetur ſtellis, nam trion ſeu teron ſtella interpretatur. b

*Fab. deſcribit Ouid. lib. 2. Meta. additq́; Iunonem à Tethye precibus impetraſſe, ne Caliſto & filius poſtquam ſydera facti eſſent, Oceano ceu cætera ſolent, lauarẽtur, quod ad altitudinem cæli et loci ubi eæ ſtellæ ſitæ ſunt pertinet. Sunt tamen, qui hæc duo ſydera quæ arcti appellantur, Nymphas & Iouis nutrices fuiſſe dicant. De quibus uide Higinium, qui uarias multorũ authorũ de his ſententias collegit. Cæterum confundit hoc loco Bocatius nomina, & quæ Vrſæ minoris propria ſunt, ea maiori attribuit. Nam Caliſto ſeu Vrſa maior proprie his nominibus appellatur. Elice fortaſſe ea ratione qua hic dicit,* d

*quod maiori, quàm minor Vrſa gyro circũagitur. Nam & Homerus* ἕλικας & εἰλίποδας *boues ab inflexione crurũ, ut pluribus uidetur, appellauit.* ἅμαξα, *quod currus figuram refert. Sic enim Iliad.* Σ. ἄρκτον θ᾽ ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσι. *Cynoſura aũt & Phœnice minoris Vrſæ nomina ſunt, quod ſydus ex Arcade Caliſtûs filio factum eſt. Cynoſura autem non à bobus: nam ea barbara compoſitio foret, ſed quod* κυνὸς οὐρὰν, *hoc eſt caudam canis inflexam refert (ſic enim exponit commentari. Homeri quoq;) dicitur. Phœnice, uel quod à Thale qui Phœnix natione erat (ut Higinio placet. Nam alij ad Mileſium referunt) poſtea inuenta ſit, uel quia Phœnices ſecundũ eum curſus & naues regant, cum reliqui Græci, ſecundum Vrſum maiorem nauigent, ut eſt apud Aratum & Ouid. in Triſt. Magna minorq; feræ, quorum regis altera Graias, Altera Sidonias, utraq; ſicca ratis.*

b *Non uidetur Bocatius Gellium uel Varronem legiſſe, alioqui triones non ſtellas, ſed boues reddidiſſet. Septẽtriones enim dicũtur, quod ſeptẽ ſtellæ figurã iũctorũ Trionũ, ideſt, boum referũt, ſeu quia ita ſunt ſitæ, ut ternæ ſtellæ ꝓximæ quæq; inter ſe faciãt trigona ideſt triquetras figuras. Vi. Gel. li. 2. c. xxi.*

## De Gigantibus ex ſanguine Titanorum procreatis. Cap. LXVIII.

GIgantes, ut Paulus & Theodontius teſtantur, nati ſunt ex ſanguine Titanorum & terra, quod etiam teſtari uidetur Ouidius in maiori uolumine, ubi dicit. O bruta mole ſua cũ corpora dira iacerent. Et infra per ſex uerſus. Hos Theodontius dicit pedes anguium habuiſſe, & bellum mouiſſe Ioui, ut patres fecerant. *Lib. 1. Meta.* Verũ nil auſos, donec Aegla ſpecioſiſſima mulierũ, & coniunx Panis à terra matre eorum cęlaretur in ſpecu. qua occultata extemplo in deos fecere impetum, atq; eos adeo terruere, ut in Aegyptum uſq; formis mutatis expellerent, de quibus ſic dicit Ouidius. *Lib. 5. Meta.* Emiſſum´q; ima de ſede Typhoea terræ Cęlitibus feciſſe metum, cũctos´q; dediſſe Terga fugæ, donec feſſos Aegyptia tellus Ceperat, & ſeptem diſcretus in hoſtia Nilus. Huc quoq; terrigenam ueniſſe Typhoea narrat, Et ſe mentitis ſuperos cælaſſe figuris. Dux´q; gregis dixit fit Iuppiter, unde recuruis Nũc quoq; formatus Libys cum cornibus Hammon. Delius in coruo eſt, proles Semeleia capro, Fele ſoror Phœbi, niuea Saturnia uacca, Piſce Venus latuit, Cyllenius ibidis ales &c. Verum in aliquibus Theodontius & Ouidius diſſentire uidentur, cum Theodõtius dicat à gigantibus hoc factũ, & Ouidius dicat Typhoeum ex imo terræ ueniſſe atq; feciſſe. Præterea & in formis deorum. Nam dicit Theodontius Iouem in aquilam uerſum, Cybelem in merulam, Venerem in anguillam. a Pana autem ſe in fluuium ferè totum deieciſſe. Superiorem uero partem quæ remãſit in ripa, in hircum mutatam dicit, quæ intrauit fluuiũ, in piſcem, ex qua figura poſtea Iouem capricornum ſignum feciſſe dicit. Tandem Iouem aſſerit oraculo habuiſſe, ſi uib ctoriam uellet, clypeũ ex Aegla Panis coniuge tegeret, & caput ſuũ Gorgone. Quo facto præſente Pallade fugati ſunt, atq; obruti gigantes, & apud inferos à Ioue detruſi. Multa his dictis ſuperdicenda ueniunt, ſi fictionũ uelimus ambages reſoluere. Sed ante omnia non omnino fictum eſt fuiſſe gigantes, ideſt homines forma, ſeu ſtatura ultra modum cæteros excedentes, imò conſtat eſſe ueriſſimum, & liquido his diebus apud Drepanum Siciliæ oppidum fortuitus demonſtrauit euentus. Nam cum in radicibus montis, qui ſupereminet Drepano, haud longe ab oppido, nonnulli agreſtes ad conſtruendã paſtoralem domum fundamenta foderent, apparuit cauernę cuiuſdam introitus. quem cum uiſuri quidnam intus eſſet, faculis incenſis foſſores intraſſent auidi, antrum ſummæ altitudinis atq; amplitudinis inuenere. per quod incedentes in oppoſitum introitus ingentis magnitudinis ſedentem uiderũt hominem, ex quo terrefacti repente fugam arripientes exiuere antrum, nec ante tenuere curſum, quàm in oppidum deueniſſent occurrentibus quid uiderant nunciantes. Mirabundi autem ciues uiſuri quidnam mali hoc eſſet, incenſis funalibus armis´q; ſumptis, quaſi in hoſtem unanimes exiuere ciuitatem, & ultra trecentos intrauere ſpecum, uiderunt´q; non minus quàm primi ſtupidi quem retulerant uillici. Tandem proximiores facti, poſtquam non uiuum eſſe hominem norunt, uiderunt ſedentem quendam in ſede, & ſiniſtra manu innixum baculo tantæ altitudinis atq; groſſitiei, ut excederet quemcunq; prægrandis nauigii malum, ſic & hominem inuiſæ



inuiſæ atq; inauditę amplitudinis, nulla ex parte corroſum aut diminutũ. Et cum ex eis unus porrecta manu tetigiſſet ſtantẽ malum, eueſtigio malus ſolutus in cinerem corruit, remanſit´q; ueſte nudatus baculus alter plumbeus ad manũ uſq; tenentis aſcendẽs. & ut ſatis aduerterunt, plumbũ erat ad augendũ grauedinẽ malo infuſum, quod poſtea ponderantes aſſerunt qui uiderunt fuiſſe ponderis. 15. † cantariorum Drepanenſium, quorum uniſquiſq; põderis eſt libratum communiũ centũ. *Centenariorum, f.* Demum hominis ſtatura tacta æque corruit, & in puluerem omnis ferè uerſa eſt. Quem quum nonnulli tractarent manibus, tres dentes adhuc ſolidi comperti ſunt mõſtruoſæ grandiciei. ponderis autẽ erant trium rotulorũ, ideſt centum communiũ unciarum. Quos Drepanites in teſtimonium comperti gigantis, & ſempiternam poſteritati memoriam, filo alligauere ferreo, & ſuſpẽdere in quadam ciuitatis eccleſia in honorẽ annunciatæ uirginis edita, & eiuſdem titulo inſignita. Præterea & partem cranei anteriorẽ inuenere firmiſſimã adhuc, & pluriũ frumenti modiorũ capacẽ. Sic & os alterius cruris, cuius etſi ob annoſitatẽ nimiã in putredinem pars deueniſſet, perceptũ tamẽ in reliquo eſt ab his, qui totam hominis altitudinẽ ad menſurã cuiuſq; minimi oſſis nouere, eum fuiſſe magnitudinis ducẽtorũ cubitorũ uel amplius. Suſpicatum´q; eſt à quibuſdã ex prudentioribus hunc fuiſſe Erycem loci potentiſſimũ regem Butis & Veneris filiũ ab Hercule occiſum, & in eodẽ monte cõditum. Quidã autem arbitrantur Entellum, qui olim in funebribus ludis ab Aenea pro Anchiſe patre editis pugno taurũ occiderat. Alii uero unũ ex Cyclopibus, & potiſſime Polyphemum, de quo multa Homerus, & poſt eum Virgilius, ut patet circa finẽ tertii lib. Aeneidos. Fuere igitur ingentis ſtaturę gigantes, quod & ſacra teſtatur pagina, ex quibus etſi nõ huius tam mirandæ magnitudinis fuerint, duo ſaltem in eadẽ nuncupanẽ, Nembroth ſcilicet, qui turrim in deũ excogitauit, & Goliath Philiſteus à Dauid funda & lapidibus ſuperatus. Hos tales Ioſephus uir alioquin circũſpectus & eruditus exiſtimauit, ut ipſe in libro antiquitatis Iudaicę ſcribit, ab angelis dei mulieribus mortalibus coeũtibus procreari. quod edepol ridiculum eſt, cum ingentium corporũ cauſa ſint ſydera cæli´q; reuolutio certa, qua etiam ęuo noſtro factum eſt, quod aliqui ferè caput omne, uel amplius procęritate excederent etiam magnos corpore uiros. Sanè de his ego poetas nunc puto locutos, ſi mites fuerunt homines & humane uiuentes. Sed de his de quibus uidetur intelligere in Saturnaliorum lib. Macro. *Mythologia. Lib. 1. c. 24.* ubi dicit. Gigantes autem quid aliud credendũ eſt fuiſſe, quàm hominum quandã impiam gentem, deos negantem, & ideo exiſtimatam deum pellere de cæleſti ſede uoluiſſe. Horum pedes in draconũ uolumina deſinebant, quod ſignificat nil eos rectum, nil ſuperum cogitaſſe, totius uitæ eorum greſſu atq; proceſſu in inferna mergentes &c. Huiuſmodi ergo homines ex ſanguine Titanorum & terra productos fuiſſe, non debet extraneum apparere homini erudito, cum perſæpe ſimilis oriatur ex ſimili, & ob hoc Titanorum ſuperborum hominum rite ſuperbos omnes homines ſi non ex ſanguine, ſaltem ex moribus ſeu uitio filios poſſumus nũcupare. Quorum etiam nulla rectius dici mater poteſt quàm terra, iam à Macrobio ratione monſtrata. tales ſcilicet nil ſuperum, ideſt cæleſte, nil ſanctum, nil iuſtum cogitant, omnis uitæ eorum progreſſus ad terrena & inferiora demergitur. Attamen hos tales, ſeu quos tales appellamus, bellum habuiſſe cum Ioue homine Cretenſium rege non omnino fabuloſum eſt. c Conſtat enim ex hiſtoriis antiquis, Iouem duo inſignia geſſiſſe bella. primum cum Titanis, ut parentes uinculis detentos liberaret. ſecundum cum ipſo patre ſuo Saturno, mortem eius teſtante Lactantio, moliente, & hoc giganteũ bellum dictũ eſt, & ſecundum quoſdam apud Phlegram Theſſaliæ agrũ cõflictum eſt, & uictus atq; ſuperatus Saturnus. d Quod autem oraculo Aeglæ corio clypeum tegere illi imperatũ ſit, & caput ſuũ Gorgone, & Aegles à terra in ſpecu abſcõdita. intelligo quia ſubſidio gregũ & armẽtorũ in quibus cõſiſtebant ſubſtãtiæ ueterũ, quæ per Aeglã, quod idem ſonat q̃d capra, intelligunẽ & agrorũ fructus, quos accipio pro Gorgone, ſumptus bellorũ maximi ſubſtẽtati ſunt. et ſic Iouis clypeũ tectũ, id eſt defenſionẽ habitã, et caput coopertũ, id eſt cõſiliis ad

 opportuna

opportuna fulcitũ. His autem ceſſantibus ſcilicet fructibus ſubſtantiarum Aegle dicitur abſcondita, & tunc audét hoſtes in hoſtes inſurgere quaſi aduerſus inermem. Tantum his exiſtẽtibus & Pallade, quę pro militari diſciplina intelligenda eſt hic, in uictoria itur. Quod autem in infernũ merſi ſint, humiliari atq; deiici ſuperborum proteruiã oſtendere uoluere fingentes. Huic tamen bello gigantum multa ſuperadduntur hic non appoſita, eos ſcilicet montes montibus impoſuiſſe ut in cælum aſcenderent, & alia quædã feciſſe, quę referenda ſunt ad actus bellantium. Erigunt quidem arces & imponunt montibus turres, ut cælum, ideſt regnum hoſtis occupent, quę omnia tandem à uictore deiiciuntur, ut à Ioue factum eſt. De hoc gigantum bello atq; superùm uidebatur Varro aliter opinari. Dicebat enim hoc fuiſſe cum ceſſaſſet diluuium, dicens aliquos in diluuio cum utenſilibus omnibus confugiſſe in montes, qui laceſſiti poſtea bello ab aliis, qui de aliis deſcenderant montibus tanquam ſuperiores uenientes facile repellebant. Vnde fictum eſt ſuperiores deos eſſe, inferiores uero terrigenas. & quia ex uallibus ad ſummũ tendentes, præmiſſo pectore quaſi reptare uidentur more ſerpentum, inde dictum eſt eos ſerpentum habuiſſe pedes. Quod autem metu Typhœi in Aegyptum mutatis formis aufugerint dii, aliud ſentit, quàm hiſtoria uel mortalitas. Nam pro Typhœo, qui terræ fuit filius, terra ipſa intelligenda eſt, & potiſſime ea pars, quæ à nobis ſeptentrionalibus incolitur, à qua dii, ideſt Sol, per quem (ut Macrobio placet in libro Saturnaliorum) reliqua deorum multitudo intelligenda eſt, tunc fugiunt quãdo ab ęquinoctio autumnali uerſus antarcticum polum ſol incipit declinare, quia tunc elõgatur à terra ſol, ſcilicet à regione noſtra qui ſeptentrionales ſumus, & tendit in Aegyptum, ideſt in auſtrum ſeu ad regiones auſtrales. Deos autem formas mutaſſe, forte potius ad ornatum fictionis appoſitum eſt, quàm ob aliam cauſam. Nam ut dicit Auguſtinus ubi de ciuitate dei, Non omnia quæ geſta narrantur, aliquid etiam ſignificare putanda ſunt, ſed propter illa quæ aliquid ſignificant, & ea quæ nihil ſignificant attexerunt. Solo enim uomere terra proſcinditur. ſed ut hoc fieri poſſit, etiã cætera aratri mẽbra ſunt neceſſaria. Et ſoli nerui in citharis atq; huiuſmodi uaſis muſicis aptantur ad cantum. ſed ut aptari poſſint, inſunt & cætera. In compagibus organorum, quæ non percutiuntur à canentibus, ſed ea quę percuſſa reſonant, huic connectuntur. Hæc Auguſtinus. Et ob id eſto ad intentũ minime ſpectaret, ne uideamur euitaſſe laborem, quid in illis formis ſenſiſſe potuerint, annectamus. Dicit ergo Ouidius, Iouem mutatum in arietem, ut in hoc Iouis naturam demonſtret.

*Aries.* Eſt autem aries manſuetum & benignum animal, nemini ſi in quiete ſua permittatur infeſtum. Præterea utile plurimum. nam ad procreandam prolem maximo pecudũ gregi ſolus ſufficit, & inſuper nõ ſolum uir gregis eſt, ſed dux etiam. nam ſi abſit paſtor, ipſe ſe paſtorem pecori pręuium offert, illudq; itinere recto reducit in caulas. Quæ Ioui cõuenire uidentur in alia multa. Eſt enim planeta benignus & mitis, niſi coniunctione alterius deprauetur &c. Eſt ſimiliter utilis, quia maturos fœtus mulierum mouet ad exitum & emittit in lucem, omneſq; iuuat ut ipſum nomen ſonat. ſic & dux gregis, ideſt rex & dominus deorum, ut omnis gentilitius error affirmat. Solem autem ideo in coruũ uerſum reor, ut æque ex proprietatibus ſolis demõſtretur una.

*Coruus.* Coruum autem habere uim quandam præſagiendi credidere ueteres, & ideo quia ſol diuinationis dictus eſt deus, ut ubi de Apolline dicetur, eidem coruum conſecrauere, qui ut dicit Fulgentius, ſolus inter aues habet. lxiiii. uocis mutationes, quam ob cauſam auguribus antiquis erat in auguriis captandis auis gratiſſima.

*Capra.* Bacchum in capram mutatũ, hyemali tempori conuenit. nam uinum ideſt Bacchus à frigore hyemis coactum in ſe uires colligit ſuas. & cum minoris uideatur uirtutis quàm ſit, agente frigore facilius potatur à ſtultis. Verũ poſtquam potatũ eſt, calore auctum ſtomachi extẽditur, & more hirci ad ſublimiora tendit, agitq; ut calefacti homines animoſiores efficiantur, & ad celſiora cõtendant. Quod autẽ luna

*Feles.* in Felem, ideſt in damam mutata ſit, ut eius deſignetur uelocitas dictum eſt, cum ſit dama uelociſſimum animal, nec illi ad defenſionẽ ſui telum aliud quàm fuga cõceſſum

ſit



ſit à natura, & ſic luna inter planetas uelociſſima eſt. Iunonẽ autem in candidã mutatã *Vacca.* uaccam ideo uoluere, quia uacca fertile ſit animal, & ſic terra, quam Iunonẽ aliquando uolunt. & ideo candida, quia niuibus hyeme tegatur. Quod Venus piſcis effecta ſit, eius *Piſcis.* grandis humiditas, ſeu quod humiditate uigeat Venus oſtẽditur. Mercurius autem ibis *Ibis.* factus dicitur, eo quod ciconia ſociabilis auis ſit, ex quo Mercurii conuenientia cum omnibus deſignatur, & uti ſerpentum hoſtis ciconia eſt, ſic aſtutiarũ diſſipator Mercurius. Secundum autem Theodontium Iuppiter in aquilam uerſus eſt, ut per aquilam, quę altius cęteris auibus uolat, eius ſublimes intelligantur effectus. Cybelem uero in merulam ideo uerſam puto, quia cum terra ſit, & merula ſit auis uolans continue circa terram, ut terra per merulam deſignetur. Per anguillam autem in quã Venerem uerſam dicit, eius Veneris lubricum accipiendũ eſt. Per Pana autem in hircum in ſuperiori ſui parte uerſum, & in piſcem in inferiori, intelligo orbem totum cui natura rerum, ideſt Pan pręeſt, & qui ſuperiori parte ideſt terra, quæ aqua ſuperior eſt, & hircos & animalia cætera paſcit: in inferiori autẽ parte ideſt aqua, ideo piſcis fingitur, quia piſces producat & nutriat. Sed cum iam omnis Titania proles expedita ſit, libello huic finem etiam faciemus.

*Addunt alij Pana concham marinã perſonuiſſe ſub initium eius prælij, & hoſtibus Titanibus eo ſonitu, terrore, qui inde πανικὸς dicitur iniecto, moram tam diu feciſſe, dum reliqui Dij ad pugnã ſeſe expedirent. Quidam etiam in uniuerſum fugaſſe hoſtes Pana tradunt: de qua re cõpioſe Politianus in Miſcel. Cap. 28. & Eraſm. in prouerbio Panicus caſus. De hac re uide Higinium, uariant enim authores, cum quidam Aegipanem cum quo Iuppiter in Creta nutritus fuit, eſſe uelint.* a

*Alij non pellem Aegles, ſed corium capræ Amalheæ id fuiſſe aiunt, quo Iouis ſcutum intectũ fuit, & hinc αἰγίδα uocatam, & Iouem ipſum Aegiochum: uide comment. Homer. Iliad. O. ſuper dictione αἰγίς, Et Lactant lib. 1. de falſ. Rel. Cap. 21.* b

*Gigantomachia ab Heſiodo in Theogonia & Claudiano, à quo tamen cœpta duntaxat non abſoluta eſt, & Ouidio in. 5. Meta. deſcribitur. In qua præcipuam operam nauarunt Hercules, Pan, Bacchus, & Pallas. Militaria dona retulerũt Aſini Sileni, qui ob hoc inter ſydera collocati, ut eſt apud Aratũ, & Ara, in qua confœderatio deorũ facta eſt, quæ ipſa quoq; in cælum relata. Deinde Styx, quæ meruit, ut Dij deinceps per eam iuſiurandum facerent, & Panis tumultus, ac figuræ terrificæ, unde poſtea Capricorni ſydus in cælo conſtitutum eſt. Gigantum ſedes ait Didymus, in Tarteſio fuit, unde & in bellum proceſſerunt. Deinde autem uicti in tartarum depulſi ſunt, ibiq; imperium in eos Saturno datũ eſt. Præterea Ophion ex ijs quidã fuit, cui Iuppiter ſaxum ingens ſeu montem impoſuit, qui ab eodẽ Ophioneus dictus eſt. Idem author.* c

*Nobilis & Phlegreus campus ex hac pugna, in eo enim commiſſa dicitur, ut etiam Solinus teſtatur Cap. 14. qui ait enormia adhuc oſſa ibi uideri, quoties nimbis torrentes excitantur.* d

*Gigantum multa ac uaria nomina collegit, Ian. Parraſius in. 3. lib. de Rapt. Proſ. Claudian, cuius uerba huc appoſui. Gigantũ qui terra matre nati dicuntur, præter quos ante diximus, nomina hæc ſunt. Cinnus Cæi frater, à quo Theſſaliæ ciuitas Cinna, ut placet Stephano. Almops Neptuni & Athamantidos Helles filius, à quo Macedoniæ pars Almopia, cuius in Caſſandra Lycophrõ meminit. Polybotes, in quem Neptunus eius montis qui Prion apud Con inſulam dicitur, abrupti fruſtũ pro telo coniecit, unde Nyſiros inſula nata creditur: & quem Proſerpina ſuſtulit Beſbicos, à quo cognominis inſula prope Cyzicum, ut inquit Agathocles. Itẽ Celadon, quem. 1. Gigãtidos Dionyſius celebrat, & Athos à quo Thraciæ mõns Athos, ut Nicander in Europæ 5. refert. Quumq; à ſingulis penè Gigantibus appellationẽ loca ſortita ſint, facile adducor, ut inde quoq; Mimanti nomẽ hæſiſſe credã. Recenſentur in Gigantomachia à Claud. Pelorus, Damaſor, Echion, & Palleneus. &c. Hæc ille. Cæterũ de Mimante, de quo hic dubitat, nos ſupra ex Didymo in. 3. Odyſſ. adnotauimus. Fuit & Aſius ex Gigantibus, quem Mercurius, quia Bacchum capram in Bardynen fluuium Syriæ deieciſſet, captum atq; domitum excoriauit.* e

Libri quarti finis

Et Iouis in quinto ſoboles ſed Dardanus extra;






# GENEALOGIAE DEORVM GENTILIVM LIBER QVINTVS.

NONDVM plene finieram ſuperbam Titanis prolem in medium trahere, & ecce qui adeo circa principium impetuoſe ab imo uſq; commouerant æquora, quaſi in antrum Aeoli reuocati imperio abiiſſent, uenti quieuere omnes, & turgidum hactenus uelum, languidum exhauſtum'q; adhæſit malo. Quod ego perſpectans aduerti ilico, quia eſſet paululum quieſcendum, nec mirum, quod ſi fulminando Iuppiter fatigatus eſt de me, ſcribendo ſceleſti generis elatos mores poterit arbitrari diſcretus. Progredior igitur in littus, conſcendo tumulum uiſurus, quò nam me libens liquiſſet ſpiritus, dum'q; in circum oculos uoluo, Atticum ſub pedibus habere ſolum cognoui, auidus'q; in circuitu cuncta paſſim uidere, non ordine certo intuebar, quinimmo ut memoria repræſentabat præterita, ſic nunc huc, nunc illuc oculos impellebam. & ſummos primo aliquandiu Arcadum montium conſideraui uertices, & nemoroſa decliua, mecum dicens, Hos incoluit Mercurius puer, per illa ducebat Diana choros, diſcurrebat Atlas & paruus adhuc Parthenopeus conſueuit agitare ceruos, in illis Caliſtho latuit uirgo. Inde repente reuolutus in littus aſpexi, non dicam Athenas, ſed earum dum ferè conſumptum paruum'q; ueſtigium intuerer, niſi noſtræ mortalitatis inſana iudicia, quibus decepta uetuſtas, dum illas futuras perennes arbitraretur, primo deos in litem nominis imponendi traxit. Inde eas uocauit eorum ſententia immortales. nunc paucis elapſis ſeculis, ruinis ſuum finem ueniſſe teſtantur. In mortem profecto nos & noſtra corruunt omnia celeri paſſu. Attamen quantuncumq; exinanita ciuitas, immo potius ciuitatis buſtum eſſet, memorari cœpi quanta philoſophorum, atq; poetarum luce, quanto ſtudiorum omnium decore, quanta regum ducum'q; gloria, quanta inſignis potentia, quanto uictoriarum fulgore ſplendida iam dudum fuerit, & exhorrui uidens omnia ſub turpi ruinarum tam templorum quàm ædium tumulo deiecta iacere. Ab hac tandem me conſideratione retorſit biceps ferè in conſpectu poſitus Parnaſus plurimo celebris carmine, & uatum redolens laureis, atq; uetuſtiſſimum & ſuaue muſarū hoſpitium, quem dum quadam mentis ueneratione cōſpicerem, & deſerto fonti Caſtalio compaterer, uidi antiqui hoſtis decipulam ueterem, antrum ſcilicet Apollinis Delphici, ex quo prodeuntes ambages, & perplexa reſponſa in ſe, tanquam in charibdim cuncta ſorbentem, & in barathrum perditionis perpetuę dimittentem, tandiu gentilium infelices animas contraxere. tamen mutum & elinguem non aureis ornatum ſtatuis, nō precioſis coruſcum lapidibus, ſed uaria ferè totum ſerpentium radicum circumplexione contectum, ſic ſacro uolente lumine, quod non implicitis uocibus, ſed ſanctorum, qui à ſeculo ſunt prophetarum eius futuris, ſacra myſteria expectatæ ſalutis eleganti patefecit eloquio. Ab hac in Thebas Bœotias haud longinquas loco ſe flexit intentio, quas apud dū inter ruinarū tumulos, & ingentia ueterū ędificia turpi lapſu ſqualētia, Bacchi & Herculis oculo mentis exquiro cunabula, terrus odor tabis illiſi in ſaxum Learchi, truncati Penthei, diſcerpti Actęonis, & germanorum uulnerū me in partē impulit alterā. Et in Lacedęmoniā uſq; protendens aciem, nē dum Agamēnonias arces, & execrabilem decorē Helenæ, ſacras'q; Lycurgi leges cernerē, & imperii pręgrādis inſignia, ſed uix locus ubi cōſederit oculus alter Græciæ cognoſcere potui, & ob id in excedentē ferè ſydera Corinthiam arcē oculos dedi, Lacedęmonis memor, & Siſyphi. Sed quid multa? Dum ſic diſtrahor clementiſſime princeps, ſenſi reſtaurari uires, quas pridianus labor obtuderat,

& me

& me ad cœptum reuocari iter ab aura tenui, quamobrem omiſſo tumulo, quaſi futuri itineris præmonitus, paruam reintraui naiculã, & eius inuocato nomine, qui iamdudum in ſuaue uinum inſipidas uertit aquas in Chana, ſecundi Iouis inſignem ſcripturus prolem, flatibus uelum dedi.

De Ioue ſecundo Cæli nono filio, qui genuit filios quindecim, quorum prima Diana, ſecundus Apollo, tertius Tityus, quartus Bacchus, quintus Amphion, ſextus Zethus, ſeptimus Calathus, octaua Paſythea, nona Egiales, decima Euphroſyne, undecimus Lacedæmon, duodecimus Tantalus, tertiuſdecimus Hercules, quartadecima Minerua, quintus decimus Arcas. Cap. I.

SVpra de Celo libro tertio dictum eſt, cuius fuiſſe filium Iouem ſecundũ teſtatur Tullius in libro de naturis deorum, eumq́ dicit in Arcadia natũ, ex qua tamen matre non dicit. Huius & ſi credã grandia fuiſſe facinora, abſq́ quibus non potuiſſet tam inſigne meruiſſe cognomen, pauca tamẽ ad nos uſq́ phama, ſeuueterũ monimenta duxere. & ſi qua forſan peruenere, non ſatis certum eſt an ſua, an potius primi, uel tertii fuerint Iouis. Verum quæ pauca huius fuiſſe Theodontius aſſerit, explicabo. Vult igitur Theodontius hunc inſignem fuiſſe hominem, primo apud ſuos, & ibidem ob appoſita à Lycaone Arcadum rege in conuiuio humana membra, Lycaonem uiciſſe prelio, regnoq́ priuaſſe, & tunc primo cœpiſſe uocari Iouem ob iuſtam de iniquo rege ultionem ſumptam. Hunc tamen Leontius Lyſaniam ſupra, ubi de Lycaone, uocat, quem primum fuiſſe Iouem, & Athenienſium regem diximus. Et ob id quid dicam non habeo, niſi ut iſtas adeo inter ſe diſcrepantes opiniones prudentior me, ſi queat in concordiam redigat. Poſt hæc dicit Theodontius hunc ſe Athenas tranſtuliſſe, & ibidem in culmine fuiſſe permaximo. Et ob ſtupratam Latonã, aduerſus Ceum ingens habuiſſe bellum, eoq́ ſuperato maxima cum gloria Athenas rediiſſe, Iouiq́ primo bouem immolaſſe, & multa ad laudabilẽ ciuitatẽ ſpectantia apud Athenienſes inſtituiſſe, quibus agentibus cauſis, Iuppiter communi hominum conſenſu uocatus eſt. de tempore non conſtat. Sunt tamen qui credant eum Cecropem Athenienſium regem primum fuiſſe, ſed ab hoc uulgata diſcordat opinio, cum Cecrops fuerit Aegyptius, & Iuppiter Arcas. Alii uero antiquiorem dicunt, nec tamen ullus præfixum tempus apponit, & ideo omittamus.

De Diana prima Iouis ſecundi filia. Cap. II

DIana omnium ferè teſtimonio poetarum, Iouis & Latonæ fuit filia, & eo-
a dem partu cum Apolline ędita, ut ſupra ubi de Latona monſtratũ eſt. Hanc ueteres inſignem uirginitate perpetua uoluere, & quoniam ſpreto hominũ conſortio ſyluas inhabitaret, uenationibusq́ uacaret, eam arcu pharetraq́ accinctam deſcripſere, & nemorum montiumq́ dixere deam, curruq́ uti uoluere, à ceruis albis tracto, & nympharum ſocietate atq́ officiis & obſequio uti. Quod
Lib.5. Claudianus ubi de laudibus Stiliconis oſtendit ampliſſime ibi, Dixit, & extemplo fron-
b doſa fertur ab alpe, & infra per multos uerſus. Præterea hanc uiarum uoluere præſidem, & unà cum luna multis uocauere nominibus. His igitur præmiſſis aduertendum eſt, quæ per ea ſentienda ſunt. Fuit hæc profecto fœmina Iouis hominis & Latonæ filia. & poſſibile eſt eam uirginem quandam fuiſſe, ut nonnullæ ſunt omnino hominum abhorrentes conſortium, & ſic uirginitate perpetua claruiſſe, & uenationibus dediſſe operam. Et cum hæc lunæ conuenire uideantur, quæ ſuo frigore habet ueneres frenare concupiſcentias, & nemora, montesq́ nocte ſuo luſtrare lumine, ei ad lunã ſpectantia tanq́ ſi ipſa luna eſſet, iniunxere, ſeu ipſam potius inſipidi credidere, eo modo, quo ſupra ſępius de quibuſdam aliis dictũ eſt. Et quoniã de his ubi de luna, nil ferè dictũ fuit, paululũ latius proſequemur. Accingitur igitur Diana arcu & pharetra, ut per hoc intelligat̃ luna, & ipſa radiorũ iaculatrix, qui loco ſagittarũ intelligendi ſunt, & ideo ſagittæ, quia nonnunquã nociui atq́ peſtiferi. Nemorũ montiũq́ ideo dea dicta eſt, quia lunę uideat̃ eſſe, plantas



plantas herbasq́ ſuis humiditatibus fœcundare, & in uigorem ſeruare, ac etiam incrementa præſtare. Currus aũt ideo illi additur, non ſolum ut ex hoc cæli circuitio aſſumatur, quod etiam uelocius cæteris planetis peragit, quinimmò ut montium atq́ nemorũ circuitiones uenantium deſignentur. Qui à ceruis ideo trahi dicitur, eo quod à ſylueſtribus animalibus uenantium deſiderium trahi uideatur. Candidi aũt ideo apponuntur, quia albedo inter colores Lunæ à Phyſicis tribuatur. Quod nymphas habet ſocias, accipi debet pro humiditate continua, qua abundat, cum nil aliud nympha ſit quàm aqua, aut complexio humida, ut infra ubi de nymphis clarius apparebit. Quod nymphis ſint officia attributa, ad decorem fictionis appoſitum eſt, ſeu uelimus dicere humiditates obſequium præſtare influentiis lunæ. Viatum ergo præſidem ideo uoluere, quia lumine ſuo nocturnas uincens tenebras illas reddit uiatoribus expeditas, ſeu quia uiæ ſint Dianæ uirgini ſterilitate ſimiles. Dianam uero uocari uoluere, ut dicit Rabanus in libro de origine rerum, quaſi duanam, eo quod nocte & die appareat, & ſic deſeruire uideatur ambobus. Sed Theodontius aliter, ut aliàs dictum eſt. Luna enim planeta iſte uocatur, quando de ſero lucet. Diana aũt dum luce ſua tendit in diem, & tunc eſt uenantibus aptior & uiatoribus. & uirgo illa tunc dicitur, quia poſt excurſum medium cæli circulum, plantis nec affert nutrimentũ ualidum, nec de nouo plantis præſtat utile incrementum, ut facit dum in oppoſitũ fertur diſcedens à Sole. Cynthia aũt dicta à Cynthio monte, in quo præcipue colebatur. De reliquis alibi dictum eſt.

*Propterea & αἱ κανηφορίαι inſtitutæ erant, in quibus uirgines quæ nupturæ erant, pro expiatio-* a
*ne uirginitatis, ne ſcilicet Diana iraſceretur, quia eam deponerent, illi in calathis neſcio quæ dona offerre, & cum pompa in templum deferre Athenis ſolebant, de qua re eſt apud Theocrit. Idyll. 2.*

*Et hinc Triuiam quoq; dictã uult Perottus, tanquã quæ triuijs præſit. Additq; eandem ob cauſam exi-* b
*ſtimatã, quæ treis facies haberet. De qua re & Oui. inquit. Ora uides Hecates in treis uergentia partes, Seruet ut in ternas cõpita ſecta uias. Tametſi græci Mercurio uideantur uiarũ tutelã aßignaſſe quoq;, quẽ & in triuijs tribus capitib. ponebãt, & eas ſtatuas quæ ad diſcrimina uiarũ locantur, ſuo uocabulo ἑρμᾶς uocabant. Item Cõment. Theocr. in Idyll. 2. ἱδρύοντο δὲ inquit, τὴν ἑκάτην ἐν τοῖς τριόδοις ὅτι ἐπὶ τῶν καθαρμάτων, καὶ μιασμάτων ἡ θεός. Et addit, Quidã aiunt Pheræ filiæ Aeoli, & Iouis hanc filiam eſſe, & à matre in triuiũ abiectã fuiſſe. Deinde à paſtoribus Pheretis inuentã & educatam eſſe, & hinc triuium deæ ſacrum putari. Ponebant autem ipſam etiam ante fores, ut inquit Aeſchylus. Δέσποιν' ἑκάτη τῶν βασιλείων πρόδρομος μελάθρων.*

De Apolline ſecundo Iouis ſecundi filio, qui .xvi. inter filias & filios genuit, quorum hęc ſunt nomina, prima Laphita, ſecunda Eurynomes. iii. Mopſus. iiii. Linus. v. Philiſthenes. vi. Garamas. vii. Branchus. viii. Philemon. ix. Orpheus. x. Ariſtheus. xi. Nomius. xii. Actous. xiii. Argeus. xiiii. Aeſculapius. xv. Pſyche. xvi. Arabs. Cap. III.

APollo æque Iouis & Latonæ fuit filius, & eodem enixus cum Diana partu, ut præhabitum eſt, ubi de Latona. De hoc multa narrantur, quæ forſan nõ minus aliena fuere quàm ſua, cum præter eum tres alios fuiſſe Apollines ſcribat Cicero. Verum quoniam omnes in hunc ſeſe inclinant poetę, quaſi ſolus ipſe fuerit Apollo, & ob id quæ aliorum fuerint, non ſatis apparet, in hunc omnia deferre neceſſe eſt. Dixere igitur poſt natiuitatis ſuæ fabulam, hunc diuinitatis & ſapientiæ deum & medicinæ artis repertorem. Præterea dicunt Cyclopes intere-
miſſe, & ob id aliquandiu priuatum diuinitate, armẽta Admeti regis Theſſaliæ pauiſſe. a
Voluere inſuper cum illi citharam donaſſet Mercurius, eum Heliconicis præeſſe muſis, ut eo ſcilicet lyram tangente, muſæ canerent. Similiter & imberbem dixere, atq́ laurum arborem, & hyperboreas gryphes, & coruum & bucolicum carmen illi ſacrum fecere. Multiſq́ illum uocauere nominibus, & plures illi filios aſcripſere. Longa fictionum ſeries hæc eſt, quarum ſi uelimus ſenſum excerpere, ante alia aduertendum eſt, quoniam aliquando eum hominem, ut fuit, aliquando ſolem intelligamus neceſſe eſt. Fuit ergo

hic homo, & ſecundi Iouis filius ex Latona, ut ſæpius dictum eſt. Verum Tullius ubi de naturis deorum, dicit eum Iouis Cretenſis fuiſſe filium, & ab Hyperboreis montibus ueniſſe Delphos. & ſi ſic eſſet, multa fruſtarentur ex dictis ſupra. Verum, ſalua ſemper Ciceronis reuerentia, ego iſtud non credo, cum dicat Euſebius in libro temporũ Apollinem & Dianam ex Latona natos, regnante Argis Stheleno, regniq; eius anno. iiii. qui fuit annus mundi. iii. M. dcc. xi. cum longe poſt per eiuſdem Euſebii ſcripta comprehendatur Iouem Cretenſem fuiſſe. Theodontius uero dicit iſtum Iouis ſecundi fuiſſe filium, &
b apud Arcades regnaſſe, eiſq; nouas adinueniſſe leges, & Nomium fuiſſe uocatum & ob ſeueritatem nimiam legum à ſubditis regno fuiſſe pulſum, & ad Admetum regem Theſſaliæ confugiſſe, atq; ex cõceſſione Admeti quibuſdam ſecus Amphryſum flumen populis imperaſſe, ex quibus nata fabula eſt quod ob occiſos Cyclopes diuinitate priuatus Admeti pauerit armenta. Sane dicit idem Euſebius Apollinem ex Latona natum, nõ eum fuiſſe à quo conſueuerũt antiqui reſponſa ſuſcipere, ſed eum qui ſeruiuit Admeto, & ſic ille ut dicit Tullius, qui Delphos ex Hyperboreis uenit, filius potuit eſſe Iouis Cretenſis. De natiuitate autem huius & contingentibus circa eum, in præcedentibus ubi de La-
Lib. 1. tona, multa dicta ſunt, & longe plura legi poſſent per Macrob. in libr. Saturnaliorũ ſcripta, quæ profecto utilia ſunt, nec tamen multum à ſcriptis deſuper diſcrepantia, & ideo non appoſui. Fuit inſuper hic ut Theodontius aſſerit, primus, qui uires herbarum nouerit, & ad opportunitates hominum earum uirtutes adaptauerit, & ob id nõ ſolum medicinæ repertor habitus eſt, ſed deus, cum ægrotantes plurimi ex ſuis remediis ſanitatem conſequerentur. Et quoniam ipſe pulſuum hominũ concordantias reperiſſet, illi à Mercurio numerorum atq; menſurarũ principe citharam conceſſam dicunt, uolentes intelligere ut per diuerſas uoces ex diuerſo fidium tactu ſurgentes una fit melodia, ſi rite tangantur, ſic ex diuerſis pulſuum motibus ſi rite ordinati ſunt, quod ad medicum ſpectat, fiat ſanitas bene diſpoſiti corporis concordantia. Et quoniam uiſis ægritudinum ſignis, multis mortem, & multis etiam ſoſpitatem prædiceret, diuinationis illi deitas attributa eſt. Et ſic illi laurus & coruus dicati ſunt, cum ut aliàs dictũ eſt, ſi lauri frondes dormientis capiti alligentur, ſomnia eum uiſurum uera prædicent, quæ diuinitatis eſt ſpecies. Sic & coruum, ut etiam dictum eſt, habere. lxiiii. uocum mutationes, ex quibus optime augures futura ſe comprehendere aſſerebant, quod etiam ad diuinationem deſignandam apponitur. Albericus inſuper dicebat ob id fictum eum occidiſſe Phytonem, quia Phyton fidem auferens interpretetur, quæ ablatio fidei tunc dè medio tollitur, cum ueritatis claritas reſeratur, quod per ſolis lumen efficitur, ſed tunc Planeta eſt, nõ homo, per quem etiam ut mathematici aſſerũt, multa futura mortalibus demonſtrantur. Sapientię autem ideo deus eſt habitus propter conſilia, quę ſalubria circa morbos dabat poſcentibus. Prę terea quia ubi de ſole intelligatur, lumine ſuo uitanda demonſtrat, ac etiam imitanda, quod ſapientis eſt. Imberbem autem ſolem planetam dicunt, quia ſemper iuuenis tanquam omni die nouus exoriens. Lyra canere, & muſis præeſſe eum ideo uoluere, quia putauerunt eum cæleſtis melodiæ modulatorẽ & principem, & inter. ix. ſphærarum circuitiones uarias tanquam inter. ix. muſas noticia & demonſtratione eorundem modulos exhibentem. Nunc de nominibus, dicitur Apollo, quod ut ait Fulgentius perdens interpretatur, & ideo Aethiopũ quidam ſunt populi, qui eum ſurgentem totis affectibus exectantur, eo quod feruore ſuo nimio apud eos cuncta diſperdat, & hinc eſt ut dicit Seruius, quod Porphyrius in eo libro quem Solem appellat, dicit triplicem eſſe Apollinis poteſtatem, eum ſcilicet apud ſuperos eſſe ſolem, Liberum patrem in terris, & Apollinem apud inferos, & inde tria inſignia ſimulachro eius ab antiquis appoſita, lyram ſcilicet pro qua cæleſtis harmoniæ imaginẽ uoluere, clypeum, quo eum terræ numen intelligi
c ſenſere, & ſagittas, quibus infernorum deus & noxius iudicatus eſt. Et ob id Homerum dixiſſe uidetur, eundem tam peſtilentiæ, quàm ſalutis autorẽ. Quod etiam ſenſiſſe uidetur Horatius in carmine ſeculari, dum dicit, Cõdito mitis placiduſq; telo Supplices audi





pueros Apollo &c. Vocatur etiam inſuper Nomius quod latine paſtor ſonat, inde ſumptum quod paſtor fingatur Admeti, & ideo tanquam paſtori bucolicum illi carmen conſecratum eſt, quia paſtorale carmẽ eſt. Cynthius autem dicitur à Cynthio monte, in quo diligentiſſime colebatur.

*Item à Ioue illi imperatũ fuiſſe, ut cum Neptuno Laomedonti regi muris Troiæ extruendis operam locaret, eamq; ceu pœnam duobus hiſce impoſitam, quod cum Iunone aduerſus Iouem conſpirauerant, autor Didymus: tametſi Lactantius paulo aliter, qui 1. lib. cap. x. ob amorem Admeti pecus pauiſſe, & Laomedonti operam locaſſe Apollinem dicit.* a

*At uero Commentarius in Homer. de epitheto Nomij ſic inquit:* φασὶ τὸν ἀπόλλωνα κεκλῆσθαι νόμιον διὰ τοιαύτην αἰτίαν. οἱ παλαιοὶ τοὺς λοιμοὺς ἐξ ἀπόλλωνος ἐνόμιζον, πᾶς γὰρ λοιμὸς ἀπὸ τῶν ἀλόγων ἄρχεται, βουλόμενοι οὖν τὸν θεὸν δυσωπεῖν, ἵνα τοὺς λοιμοὺς ἀποστρέψῃ, νόμιον καὶ φύλακα τῶν βοσκημάτων ἐκάλεσαν, ὅθεν ἠδύνατο ὅμηρος εἰπεῖν, ἐβουκόλησεν παρὰ λαομέδοντι, καὶ ἀδμήτῳ ἱπποβόρβησον. οὕτως ἱστορεῖ ἀπολλόδωρος. b

*Sic enim Chryſes orat Iliad. 1.* ἤδη μὲν ποτ᾽ ἐμεῦ πάρος ἔκλυες εὐξαμένοιο τιμήσας μὲν ἐμὲ, μέγα δ᾽ ἴψαο λαὸν ἀχαιῶν ἠδ᾽ ἔτι καὶ νῦν μοι τόδ᾽ ἐπικρήηνον ἐέλδωρ ἤδη νῦν δαναοῖσιν ἀεικέα λοιγὸν ἄμυνον. c

## De Lapitha prima Apollinis filia. Cap. IIII.

LApitha ut Iſidoro placet in lib. etymologiarũ, filia fuit Apollinis. Eſto Papias uirum fuiſſe teſtetur. Ab hac aũt ut Rabanus aſſerit, Lapithę populi Theſſaliæ denominati ſunt. Indicium quidem eſt non parui momenti, hanc ſcilicet inſignem fuiſſe mulierem, poſtquã egregii ab ea denominati ſunt populi. Quod aũt Apollinis fuerit filia, uerum eſſe poteſt tanquam hominis. ſi aũt tanquam ſolis, ob formoſitatẽ, uel ſapientiã, uel augurandi peritiam fictum arbitrari poteſt.

*Inter Lapithas præcipue memoratur Cæneus, filius Elati, cuius fab. ab Ouid. lib. xij. deſcribitur, fuit hic ab initio uirgo, forma uenuſtiſſ. adeò ut Neptunus illius forma tractus cum illa concubuerit, ob quẽ concubitũ illa petijt ut in uirum mutaretur & eſſet inuulnerabilis. quod factum eſt. Cæterũ cum poſtea Cæneus nimium elatus, contemptis dijs, iuberet Lapithas quibus imperabat, per haſtã ſuam iurare, Iupiter eius ſuperbiam ultus eſt. Nam pugnans cum Centauris cum uiolari non poſſet, ita arborũ mole iniecta oppreſſus eſt, ut uiuus ſub terram detruderetur, itaq; periret. Ab huius haſta natum quoq; prouerbium eſſe dicit Apollon. Comment.* καινέως δόρυ. *item eundem habuiſſe filium Coronum. cuius mem. Apollon. libro primo.*

## De Eurynome Apollinis. ii. filia. Cap. V.

EVrynomem Paulus Peruſinus aſſerit Apollinis fuiſſe filiam, eamq; Thalaoni nuptam, ac eidem Adraſtum Argiuorũ regem, & Eurydicem Amphiarai poſtea coniugem peperiſſe.

## De Mopſo. iii. Apollinis filio. Cap. VI.

MOpſus ut dicit Theodontius, filius fuit Apollinis & Hymantis, Iaſoni ſumma atq; fida amicitia iunctus, ut teſtatur Statius, Sæpius in dubiis auditus Iaſone Mopſus. Hic ut placet Lactãtio, diuinãdi peritiſſimus fuit, & Gryneo nemori ubi Apollinis oraculum erat, præfectus ut ait Seruius. Fuit aũt homo æuo ſuo uenerabilis adeo, ut illi poſt mortem templa dicata ſint & ex eorum abditis à petentibus accepta reſponſa. Paulus autem dicit non Hymantis fuiſſe filium, ſed Manthonis filiæ Tyreſiæ Thebani. Hunc præterea dicit Pomponius Mela, Phaſelim ciuitatem in finibus Pamphyliæ condidiſſe. nec multo poſt aſſerit idem Pomponius Manthonem fugientem Thebarum uictores, Clarii fanum apud Lebedos Ionas ſtatuiſſe, Cayſtro fluuio proximum, nec longe ab eo Mopſum eiuſdem filium Calophonem condidiſſe. Euſebius autem dicit Mopſum apud Cilices regnaſſe, regnante Agamẽnone Mycęnis, & ab eo Mopſocrenę & Mopſiſtiæ dicti. dicentibus Manthonẽ huius fuiſſe matrem, aduerſantur dicentes, Manthonem poſt Thebanum bellum in Italiam tranſmigraſſe, & in Ciſalpinam galliam deueniſſe.

De hoc uide lib. 7. inferius.

a *Mopſum Ampyci filium commentarius Apollonij ex Chloride dicit. Ampycum autem Titaronos, hinc alibi Ampycides appellatur. De Manto autem alij referunt, quod Delphos miſſa poſt bellum Troianum, & inde iuſſu oraculi profecta, Rhacio cuidam Lebetis filio ſe coniunxit eiq; nupſit, ita enim iuſſa erat oraculo, ut primum obuianti nuberet, & cum eo Colophona ueniſſe, ubi cum patriæ excidium deploraret, clarum à lachrymis eius nomen accepiſſe. Quinimmo & fontem ex lachrymis eius ibidem natum, & ab ea χρηστήριον Clarij Apollinis inſtitutum eſſe.*

b *Aiunt hunc Mopſum, uictum Calchantem certamine uaticinandi, ad mortem adegiſſe.*

## De Lino. iiii. Apollinis filio. Cap. VII.

Linus ut ſcribit Lactantius, ex Pſammate filius fuit Apollinis, ex quo talem recitat fabulam. Quod cum interfeciſſet Apollo Phytonem ſerpentē, & perquireret cædis actæ piacula, à Crotopo rege Argiuorum in domum ſuſceptus eſt, ubi clam cum Pſammate uirgine & eiuſdē Crotopi filia cōcubuit. quę cum concepiſſet, & tempore debito ſecus Nemeum flumen occulte peperiſſet, filium illum Linum appellauit, eumq; ut placet aliquibus, expoſuit, & ſic repertus à canibus deuoratus eſt. Alii uero dicunt, quia illum paſtori cuidam alendum tradidit, tamen dum quadam die incuria paſtoris paruulus iaceret in herba, à canibus deuoratus eſt, quod Statius teſtari uidetur dicens. Irradiant medio Linus intextus acanto Letiferiq; canes &c. Apollo autem miratus filium fuiſſe à canibus deuoratum, regioni monſtrum immiſit. cuncta deuaſtans, quod poſtmodum Corebus occidit. Arbitror fictioni huic cauſam dediſſe aliquod peſtiferum animal, quod forte eo tempore apparuit, quo puer iſte à canibus diſcerptus eſt. quod cum impium uiſum ſit, eo dictum monſtrū im-
a miſſum. Fuit inſuper & alter Linus, qui & Apollinis filius fuit, & in muſica mirabilis habitus eſt, de quo Virgilius. Non me carminibus uincet nec Thracius Orpheus, Nec Linus, & cætera.

a *Hermodorus autem (quem citat Perottus authorem) Mercurij ex Vrania Muſa filium facit. Hunc Diodor. lib. 4. Herculis præceptorem fuiſſe, & ab eodem occiſum quoq; dicit.*

## De Philiſthene quinto Apollinis filio. Cap. VIII.

a Philiſthenes ut Seruio placet, Apollinis ex Cantilena filius fuit, quē ait Oaxum oppidū in Creta inſula cōdidiſſe, & ex ſuo nuncupaſſe nomine. Vnde Varro. Quos magnos Cantilena partu adducta dolore, Et gemitus cupiens dolorem Oaxida palmis Scindere, & cætera. Si ergo Oaxidem ſuo nomine appellauit, binominis de neceſſitate fuit. Ego exiſtimo eū cantu ualuiſſe, & inde tam Cantilenæ quàm Apollinis filium à poetis fictum.

a *Seruij uerba in 1. Eclogam hæc ſunt, Oaxum oppidum Cretæ inſulæ, conditum ab Oaxe filio Apollinis & Antilenes (ſiue potius legendum eſt Cantilenæ ut uult Bocatius) ut meminit Philiſthenes. Hæc Seruius: quæ an quicquam cum Bocacij fabula hic conueniant, aliorum iudicium eſto. Deinde quæ hic ex Varrone citātur, dici non poteſt, quàm ſint et mutila & corrupta. Videntur autē ij uerſus eſſe, quos Politianus ex Apollonio citat de Oaxide tellure, quo nomine poeta Cretam nominauit, his uerſibus. δάκτυλοι ἰδαῖοι κρηταέες, οὕς ποτε νύμφη Ἀγχιάλη δικταῖον ἀνὰ σπέος ἀμφοτέρῃσι δραξαμένη γαίης οἰαξίδος ἐβλάστησε. Quorum poſtremum (ut teſtatur Politian. in Miſcell.) Varro Attacinus ſic uertit, Et geminis capiens tellurē Oaxida palmis. Vnde coniecturam facio, eos uerſus, qui hic citantur, ſic legendos eſſe. Quos magno Anchiale partus adducta dolore, Et geminis capiens tellurem Oaxida palmis. Præterea Stephanus de Vrbib. Oaxus inquit, oppidum Cretæ eſt, ab Oaxe filio Acallidis, quæ fuit Minois filia. Sed hæc nihil ad Philiſthenem, de quo hic Bocatius fabulatur. Puto hic factum eſſe, quod in multis alijs, ut Bocatius inciderit in corruptos libros, aut ipſe non ſatis intellecta huc tranſtulerit.*

## De Garamante ſexto Apollinis filio. Cap. IX.

Garamas ut Rabanus ait in libro de originibus rerum, filius fuit Apollinis, & ab eo ut idem ait, Garamātes Aethiopiæ populi nuncupati ſunt, & Garama oppidum apud Athiopes cōſtructū. Hunc ego ideo filiū Apollinis fictum reor, quia ibidem imperauit



imperauit, ubi profecto nimio æſtu ſol omnia ferè perimat, quas quia ſedes elegit tanq; ſterilitate & æſtu delectatus, filius Appollinis habitus eſt.

## De Brancho. vii. Apollinis filio. Cap. X.

Branchus ut ait Lactātius, Apollinis filius fuit ex filia Iaucis, & Sucronis cōiuge ſuſceptus, cuius talis eſt fabula ſecundum Varronem in lib. rerum diuin. Cyus quidam Decimus ab Apolline genus ducens, cum peregrinando prāderet in littore, ac deinde forte minus ſobrius proficiſceretur, oblitus Sucronem filium puerum dereliquit. Qui Sucron patre perdito errans peruenit in ſaltum cuiuſdam Iaucis, receptusq; cœpit cum pueris illius captas in paſcua ducere. contigit autem eos cygnum capere, quem cum ueſte texiſſent, pueri pugnabāt inter ſe quiſnam illum patrono muneris loco deberet offerre. Tandem fatigati certamine reiecta ueſte loco cygni compererunt mulierem, quo euentu territi cepere fugam. Verum reuocati ab ea moniti ſunt ut Iauci patrono ſuo dicerēt, ut Sucronem puerum coleret. Illi uero ea quæ contigerant, & quæ audiuerant patrono recitant. Tunc Iaucis miratus, Sucronem habere loco filii cœpit, eiq; filiam ſuam locauit uxorē. Quæ cum prægnans eſſet, uidit per quietem ſolem per fauces ſuas intraſſe & exiſſe ex uentre. Poſt hæc editus eſt filius, quem Branchum uocauerunt, qui cum Apollinis malas deoſculatus eſſet, ab eo captus coronam accepit & uirgam, cœpitq; uaticinari, & ſubito nuſquā comparuit. Poſt hoc illi templum ingens conſtructū, quod Branchiadon nominatur, & Apollini Phileſio ob hanc rem conſecrata ſunt templa, quæ ab oſculo Branchidis, ſiue à certamine puerorum Phileſia nuncupantur. Alibi uero ſcribit Lactantius Branchum fuiſſe Theſſalum adoleſcentem ab Apolline dilectum, quem interfectum acriter dolens ſepulchro ſacrauit, & templo, & ibidem Branchiades Apollo dicitur. In præcedenti fabula, pueri, id eſt ignari cygnum capiūt, id eſt futuri uatis augurium: nam cygnus auis ſoli dicatus eſt, eo quod propinquam ſibi mortem præcognoſcat, & ſuauiſſimo cantu prædicat. Ex augurio autem ſumpto in loquacitatem itur, & ideo in mulierem uerſus fingitur. ex hac loquacitate fit, ut Sucron carior efficiatꝛ patrono, eiusq; deueniat gener, uideatq; in ſomnis coniunx prægnans ſolem per guttur eius intrantem, id eſt cæleſtem influentiam ad producendum procreatum aptum uaticinio, quod per ſolem intelligitur, qui demum uentre egreditur dum naſcitur. qui Apollinis tunc malas deoſculatur, dum delectatione abſq; qua nil perficitur, adhæret ſtudio uaticinandi: & tunc coronā & uirgam ab Apolline ſuſcipit, dum eruditus inſignia doctoratus aſſumit. nam per coronam, quæ capitis ornamentum eſt, præeminentia deſignatur, quam quis per quæſitam ſtudiis ſcientiam conſequitur. per uirgam aūt poteſtas intelligitur exercendi quę ſtudio quæſita ſunt. Eum autem nuſq; comparuiſſe eo fictum eſt, quia morte de medio ſublatus eſt.

*Branchi meminit Statius Thebaid. iij. Lyciæq; parent contendere ſortes, Niliacumq; pecus, patrioq; æqualis honore Branchus, & undoſæ qui ruſticus accola Piſæ Pana Lycaonia nocturnum exaudit in umbra. Vide & Strabonem libr. xiiij. Meminit etiam Branchi inter flumina Lydiæ Calaber libr. 1. βράγχου τ' ἄγκεα μακρά.*

## De Philammone. viii. Apollinis filio. Cap. XI.

Philammon Apollinis & Chiones ut teſtatur Ouidius, filius fuit. Nam *Lib. 11. Metā.* ut ipſe refert, Dædalion Luciferi filius habuit ſpecioſiſſimam filiam, quam cum Apollo & Mercurius eodem tempore dilexiſſent, & in eius iuiſſent concubitum, ex ambobus concepit, & Apollini peperit Philammonē, qui carmine clarus fuit & cithara. Quod aūt fictū eſt, ab euentu ſumptū puto. nam Chione uno partu duos enixa eſt, quorū alter fuit inſignis fur, quē dixerūt genuiſſe Mercuriū, eo quod circa talia uideatꝛ aſtrologis operari Mercurius. Alter uero Citharista fuit egregius, circa quod arbitrantꝛ ſolem operā dare, & ideo Apollinis filiū uocauere.

*Diſſentit ab Ouidio Didymus qui Odyſſ. 7. Philammonis matrem, Philonida, filiam Deionis uocat. Huius filius (ſiue quis alius Philāmon ab hoc fuit) Thamyris fuit, cuius fabulā in Muſis adnotauimus.*

De Orpheo Apollinis filio.ix. Cap. XII.

a Lib.4.Georg. Ouid.lib.10. Meta.

ORpheus Calliopes muſæ & Apollinis fuit filius, ut dicit Lactantius. Huic dicit Rabanus, Mercurius lyram nuper à ſe compertam tradidit, qua tantum ualuit, ut ea mouere ſyluas & flumina ſiſtere, & feras mites facere poſſet. De hoc Virgilius talem recitat fabulam, eum ſcilicet amaſſe Eurydicem nympham, quam quũ ſuo cantu in ſuam traxiſſet gratiam, eam ſibi iunxit uxorem. hanc cœpit amare Ariſtæus paſtor, & die quadã dum ſecus ripas Hebri cum Dryadibus ſpatiaretur, eam capere uoluit, quę fugiens pede ſerpentem inter herbas latitantem preſſit. qui reuolutus in eam uenenato morſu interemit. Quã ob cauſam gemebundus Orpheus deſcendit ad inferos, & lyra adeo dulciter canere cœpit, orans ut ſibi reſtitueretur Eurydice, quod non ſolum miniſtros inferni in ſui pietatem traheret, ſed & umbras in obliuionem pœnarum ſuarum deduceret. Ex quo factum eſt ut illi à Proſerpina Eurydice reſtitueretur, hac lege ne illam (niſi perdere uellet) reſpiceret, donec perueniſſet ad ſuperos. Qui cum iam proximus eſſet, nimio uidendi Eurydicẽ ſuam deſiderio tractus, oculos in poſtergantem flexit. ex quo factum eſt, ut e ueſtigio dilectam iterum perderet. Quam ob cauſam diu fleuit, & celibem deducere uitam diſpoſuit, & ob id ut ait Ouid. cum multas ſuas nuptias poſtulantes reieciſſet, aliiſq́; hominibus celibem uitam ducere ſuaderet, mulierum incidit odiũm, & à celebrantibus matronis orgia Bacchi ſecus Hebrum, raſtris atq; ligonibus cæſus atq; diſcerptus eſt, & eius caput in Hebrum proiectum cum cithara, in Lesbon uſq; deuecta ſunt. ubi cum ſerpens quidam caput deuorare uellet, ab Apolline in ſaxum uerſus eſt. Lyra autem ut dicit Rabanus, in cælum aſſumpta, & inter alias cæleſtes imagines locata eſt. Pulchrę equidẽ & artificioſæ fictiones ſunt, ut incipiamus à prima, cur Apollinis & Calliopes dicatur filius, uideamus. Dicitur autem Orpheus, quaſi aurea phone, id eſt bona eloquentiæ uox, quæ quidem Apollinis, id eſt ſapientiæ, & Calliopes, quæ bonus interpretatur ſonus, filia eſt. Lyra aũt illi à Mercurio data eſt, quia per lyram diuerſa uocum habentem diſcrimina, debemus intelligere oratoriam facultatem, quæ non una uoce, id eſt demonſtratione conficitur, ſed ex multis. & confecta, non omnibus conuenit, ſed ſapienti atq; eloquenti, & bona uoce ualenti. Quę cum omnia in Orpheum conuenirent, à Mercurio menſuratore temporũ eidem conceſſa dicuntur. Hac Orpheus mouet ſyluas radices habentes firmiſſimas & infixas ſolo, id eſt obſtinatę opinionis homines, qui nõ niſi per eloquentiæ uires queũt à ſua pertinacia remoueri. Siſtit flumina, id eſt fluxos & laſciuos homines, qui niſi ualidis eloquentiæ demonſtrationibus in uirile robur firmentur, in mare uſq; defluũt, id eſt in perpetuã amaritudinem. Feras mites facit, id eſt homines ſanguinũ rapaceſq́;, quos ſæpiſſime eloquentia ſapientis reuocat in manſuetudinẽ & humanitatẽ. Hic inſuper Eurydicem habet in coniugem, id eſt naturalem concupiſcentiam, qua nemo mortalium caret. Hanc per prata uagantem, id eſt per temporalia deſideria, amat Ariſtæus, id eſt uirtus, quæ eam in laudabilia deſideria trahere cupit. Verum ipſa fugit, quia naturalis concupiſcentia uirtuti contradicit. & dum fugit uirtutem, à ſerpente occiditur, id eſt à fraude inter temporalia latente. nam apparet minus recte intuẽtibus, temporalia uiuere, id eſt poſſe beatitudinem præſtare. cuius apparentiæ ſi quis credat, ſe in perpetuã duci mortem cõperiet. Sed quid tandem? Cum naturalis cõcupiſcentia ad inferos, id eſt circa terrena omnino lapſa eſt, uir prudens eloquentia, id eſt demonſtrationibus ueris eam conatur ad ſuperiora, id eſt, ad uirtuoſa reducere. Quę tandem aliquãdo reſtituitur, & hoc dum appetitus ad laudabiliora dirigitur. Sed redditur pacto, ne retro ſuſcipiens reſpiciat donec ad ſuperos uſq; deuenerit, id eſt ne iterum in concupiſcentiam talium relabatur, donec cognitione ueritatis & ſuperum bonorũ intelligentia roboratus, ad damnandam ſceleſtorum operum ſpurcitiem, oculos poſſit in concupiſcentiam flectere. Quod autem ob id Orpheus ad inferos deſcenderit, debemus accipere prudentes uiros nõnunq; ratione contemplationis in perituras res, & hominum ignauias oculos meditationis deflectere, ut dum quæ

damna-



damnare debeant uiderint, quæ appetenda ſunt feruentiori deſiderio concupiſcant. Fulgentius aũt longe aliter ſentit. Dicit enim dilectæ ac perditæ & demum reaſſumptæ Eurydices eſſe muſicæ deſignationẽ, cum Orpheus dicatur, quaſi oreophone, quod interpretatur uox optima. Eurydice aũt profunda diiudicatio, & ideo cum in muſicis aliud ſit harmonia phthongorũ, & aliud effectus tonorũ, uirtuſq́; uerborum &c. ut ubi de etymologiis. Sed ut ad ea ueniamus quæ ad Orphei uidentur ſpectare mortem, eſt ſciendũ ut dicit Theodontius, Orpheum primo Bacchi ſacra cõperiſſe, & ea iuſſit apud Thraces choris Menadum, id eſt mulierum patientium menſtruũ, ut illa illo tempore auferret à cõmixtione uirorũ, cum nõ ſolum abominabile ſit, ſed etiam pernitioſum uiris. Quod cum mulieres poſt tempus aduertiſſent, & extimaſſent hoc adinuentum ad turpitudinem earũ uiris detegendam, in Orpheum coniurauere, illumq́; nihil tale ſuſpicantẽ interfecere ligonibus, & in Hebrum fluuium deiecere. Lactantius aũt in libro diuinarũ inſtitutionum dicit de eo ſic. Sacra Liberi patris primus Orpheus induxit in Græciam primuſq́; celebrauit in mõte Boetiæ Thebis, ubi Liber natus eſt, proximo. qui cum frequenter citharæ cantu perſonaret, Citheron appellatus eſt. Ea ſacra etiam nunc Orphica nominantur, in quibus ipſe poſtea dilaceratus & carptus eſt, &c. Quod caput eius & cithara in Lesbon delata ſit, dicebat Leontius fabulã non eſſe, quia ſic phama ferebat Lesbium quendam ex auditoribus ſuis ea ſecum deuotionis cauſa Lesbon uſq; portaſſe. Quod ſerpens qui caput Orphei deuorare uolebat, in lapidem uerſus ſit, intelligo pro ſerpente annorum reuolutiones, quæ caput, id eſt nomen Orphei, ſeu ea quæ ingenio Orphei cõpoſita ſunt, cum in capite uigeant uires ingenii, cõſumere, ut reliqua faciũt, conatæ ſint. Sed in ſaxũ ideo uerſus dicitur ſerpẽs, ut oſtendat̃ nil illi poſſe tẽpus obſiſtere. Quod quidem hucuſq; nõ potuit egiſſe, quin adhuc famoſus exiſtat cum cithara ſua, cum poetis ferè antiquior reputet̃. Præterea ſunt qui uelint (inter hos Plinius in libro hiſtoriæ naturalis) huius inuentũ fuiſſe auguria ex cæteris animalibus ſumi, quæ primo tantũ ex auibus ſumebant̃. Aequo modo opinati ſunt quidã eum primũ citharã excogitaſſe, quantumcunq; Amphioni aut Lino attribuant alii. Fuit enim ex gente Sithonia Thraciæ natus, quę ut Solinus de mirabilibus mũdi affirmat, in æuum uſq; ſuũ in†maximũ ſui decus ſumebat. De tempore eius nõ uidetur ambigi. Multi enim teſtant̃ quod inter Argonautas Colchos cum Iaſone acceſſerit, ut Statius. De hoc tamen ſcribit Lactantius in lib. diuinarũ inſtitutionũ. Et fuit per eadem tempora quibus Faunus, ſed quis ætate præceſſerit poteſt dubitari. Siquidẽ per eoſdẽ annos Latinus Priamuſq́; regnarũt. Item patres, eorũ, Faunus & Laomedon, quo regnante Orpheus cum Argonautis ad Ilienſium littus acceſſit. Hæc Lactantius. Euſebius aũt in libro temporũ dicit, eum fuiſſe regnãte Athenis Aegeo, quæ quidem ſatis conuenire uidentur. Leontius aũt dicebat, hunc non eum fuiſſe qui Orgica adinuenit, cum illum aſſerat longe antiquiorem eſſe.

† Nominis inde Vide Solin. cap.15.

a *Sunt qui Orpheũ Oeagri & Polymniæ filiũ dicant. Hic cum Argonautis quoq; in Colchũ nauigauit, ideo aſſumptus, quod iuxta uaticiniũ Chironis, Sirenes præteriri nõ poterãt, niſi præſente Orpheo, ut Cõment. Apollonij nugatur. Pherecydes uero nõ Orpheũ, ſed Philãmona cum Argonautis fuiſſe tradit. Herodorus autem duos fuiſſe Orpheos, & alterum in Colchum nauigaſſe uult.*

*Orphei fabulam recenſet & Perottus in dictione lyra ſeu chelys, additq́; cauſas ob quas mulieribus Thracenſibus adeò inuiſus factus fuerit. Mem. & Silius lib.2.*

De Ariſtæo Apollinis.x.filio, qui genuit Actęonem & Iolaum. Cap. XIII.

ARiſtæus filius fuit Apollinis & Cyrenes filiæ Pænei fluminis, ut teſtatur Virgilius in perſona Ariſtæi in Georgicis dicens, Mater Cyrene mater quem gurgitis huius Ima tenes, quid me præclara ſtirpe deorum, Si modo quem perhibens pater eſt Thymbræus Apollo, Inuiſum fatis genuiſti &c. Quod etiam Iuſtinus in epitomate Pompei Trogi confirmat, talem hiſtoriam recitans. Quod Cyrenęus ſcilicet rex†Coramis inſulæ filiũ habuit Ariſtæũ, cui nomen Battus, propter lingủ obligationẽ. Verũ cũ Cyrenæus ad oraculũ Delphos propter dedecus

lib.4.

† Theræ Iuſt. habet.

 adoleſcen-

adoleſcentis filii nondum loquentis, deum deprecaturus ueniſſet, habuit reſponſum, quo iubebatur filius Battus Aphricam petere, Cyrenem urbem cõdere, ibi enim linguæ uſum accepturum. Quod ob ſolitudinem †Coramis inſulæ omiſſum eſt, quaſi non haberent unde colonos in Aphricam deducerent. Tandem tractu temporis peſte compulſi adeo paucos miſere, ut uix nauis compleretur una. Hi Aphricam uenientes, montem Cyram loci amœnitate & ubertate fontium capti occupauere. Ibi Battus ſolutis linguæ nodis, dux eorum primo loqui cœpit. Quamobrem oraculi promiſſis certi urbem condidere Cyrenem. Porrò ſic à poſteris fictum eſt, Cyrenem eximiæ pulchritudinis uirginem à Pelio monte Theſſaliæ ab Apolline raptam, perlatamq; in eius montis iuga, cuius collem occupauerant qui filium ſecuti ſunt, & ab eo repletam. iiii. peperiſſe filios, Ariſtæum, Nomium, Eutocum, & Ageum. In hac nil ferè fictionis eſt, niſi ubi Pænei dicit pro Hypſei regis Theſſaliæ filia fuit, à quo miſſi ſunt qui perquirerent, quónam abiiſſet. Qui ea comperta & loci amœnitate detenti, in eiſdem terris aiunt cum Cyrene remanſiſſe. Ex his tantum pueris tres aiunt adultos in Theſſaliam rediiſſe, & auita regna recepiſſe. Inter quos dicũt Ariſtæum in Arcadia late regnaſſe, eumq; primum apis & mellis uſum & lactis & coaguli tradidiſſe, atque trapetis oleas preſſiſſe, oleum educere, & eius uſum oſtendiſſe, ut refert Plinius de naturali hiſtoria. Præterea ſciens factus, ſyderis ſolſtitialis ortus primum inueniſſe. quibus conſideratis non abſurde Virgilius fabulam Ariſtæi de recuperatione apium in fine georgicorum deſcripſit. Hunc inſuper uolunt Autonoem Cadmi filiam in coniugem accepiſſe, & ex ea ſuſcepiſſe Actæonem. Sane ut Saluſtio placet, matris cõſilio relictis Thebis, Cæam inſulam nullis adhuc hominibus inhabitatam abiit, illamq; tenuit. eſto reliquerit poſtea, & cum Dædalo in Sardiniam abierit, in qua ut dicit Solinus de mirabilibus mundi, urbem condidit. quid inde ex eo contigerit, legiſſe non memini.

*Theramenis ſic enim Iuſtinus.*

*Cap. 9.*

*Require lib. 13. Iuſtin. Nam hic omnia corruptiſſima leguntur, quæ tamen inde ſumpta uidentur.*

### De Actæone filio Ariſtæi. Cap. XIIII.

a ACtæon filius fuit Ariſtæi ex Autonoe coniuge, ut Statius teſtatur & Ouidius, qui eum etiam ſcribit Hyantium appellatũ, ubi dicit, Cum iuuenis placido cõpellat Hyantius ore. b Etſi ſunt qui dicant hoc illi nomen à puella ſepulta eo in loco in quo natus eſt, fuiſſe. Hic ut oſtẽdit idem Ouidius, uenator fuit, & cum die quadam uenatione feſſus in uallem Gargaphiæ deſcendiſſet, eo quod in ea fons eſſet recens & limpidus, & ad eum forte potaturus accederet, uidit in eo Dianam nudam ſe lauantem. Quod cum ægre Diana tuliſſet, ſumpta manibus aqua, in faciem eius proiecit dicens, Vade, & dic ſi potes. Is autem repente in ceruum cõuerſus eſt, quẽ cum canes eius uidiſſent, confeſtim irruerunt in eum, illumq; in montem coactum, atq; dentibus laceratum comederunt. Circa quod figmentum ſic ſcribit Fulgentius. Anaximenes, qui de picturis antiquis diſſeruit, ait in libro. ii. uenationem Actæonem dilexiſſe, qui cum ad maturam perueniſſet ætatem, conſideratis uenationum periculis, id eſt quaſi nudam artis ſuæ rationẽ uidens, timidus factus eſt. Et paulopoſt, ſed cum uenandi periculũ fugeret, affectũ tamen canũ non dimiſit, quos inaniter paſcendo, penè omnẽ ſubſtantiã perdidit. ob hanc rem à canibus ſuis deuoratus eſt.

a *De Actæone aliter Comment. Apoll. in lib. 4. Qui ſic ait, Meliſſus cum Corinthijs multa bene feciſſet, à Phidone enim Argiuorum eos defendit, in magno honore apud eos fuit. Cæterum cum Bacchiades noctu ad ædes ueniſſent, & illis parentes reſiſterent, filius Meliſſi Actæon diſcerptus eſt. Quapropter cum Iſthmia poſt hæc peragerentur, ſtetit Meliſſus ante aram & Corinthijs imprecatus eſt dira, niſi mortem filij ſui uindicaſſent, & ita elocutus in ſubiacens proxime præcipitium ſe demiſit. Corinthij cum uererentur mortẽ Actæonis inultam relinquere, Bacchiadas ex urbe eiecerunt: & hinc Cherſocrates unus Bacchiadũ Corcyram, expulſis inde Colchis, occupauit. Ex quibus intelligis Actæonẽ non Ariſtæi ſed Meliſſi filium, nec à canibus ſuis, pro cerua, ſed à Bacchi orgia celebrantibus laniatum fuiſſe. Communior tamen ſententia Ouidij eſt.*

Hyantius



b *Hyantius non eſt proprium Actæonis, ut ait Bocatius, ſed adiectiuum gentile. Nam Hyantij, populi ſunt Bœotiæ ut eſt autor Stephanus. Iuuenis igitur Hyantius dictus eſt pro Bœotius, poſito appellatiuo pro proprio poetico more.*

### De Iolao Ariſtæi filio. Cap. XV.

IOlaum dicit Solinus de mirabilibus mundi, filium fuiſſe Ariſtæi, & poſt eum in Sardinia dominium tenuiſſe. Supra autem dicit in ſuo uolumine Iolaum filium fuiſſe Iphiclei filii Amphytrionis, & æque in Sardinia imperaſſe, neſcio an idem ſit, uel alius.

*Cap. 9. De altero aũt infra libr. 12. cap. 52.*

### De Nomio. xi. Apollinis filio. Cap. XVI.

NOmius ut ſcribit Iuſtinus in epitoma, filius fuit Appollinis & Cyrenes. Hunc dicit Leontius Apollinem nominatũ (quicquid ſupra dixerit Theodontius) eumq; Arcadibus imperaſſe, eiſq; leges dediſſe. quæ quoniam quoſdam ex optimatibus uidebantur offendere, orta ſeditione inter Arcades, Ariſtæo fauente pulſus eſt, & loco eius regnauit Ariſtæus. Is autem ad Admetum Theſſaliæ regem confugit, & eius armenta ſeptem annis pauit. Tandem uiribus reaſſumptis, Ariſtæum fugauit & Arcadum iterum obtinuit principatum, cum abiiſſet Ariſtæus in Cæam inſulam. & quoniam armenta pauiſſet, Nomius appellatus eſt, quod apud Arcades paſtor ſonat. & hinc dicit fictionem traxiſſe locum, Apollinem ſcilicet ob occiſos Cyclopes diuinitate ſpoliatum, Admeti regis armenta pauiſſe. Ego aũt neſcio quid credam potius, cum & uetuſtate & ignauia librariorum adeo periere codices, ut ſubtractũ ſit, poſſe de quamplurimis ueritatem cernere, & hinc ampliſſimus uagandi locus mendacio relictus eſt, cum ſcribat de antiquis unuſquiſq; quod libet.

*Lib. 15.*

### De Eutoco. xii. Apollinis filio. Cap. XVII.

EVtocus filius fuit Apollinis & Cyrenes, ut ſupra monſtratum eſt. Hunc ſunt qui dicant, deſcendentibus fratribus ex Aphrica & in Græciam uenientibus, Cyrenis remanſiſſe, & his imperaſſe, qui unà ſecum ibidem remanſere.

### De Argeo. xiii. Apollinis filio. Cap. XVIII.

ARgeus ut ſupra à Iuſtino monſtratum eſt, Apollinis fuit filius & Cyrenes. Hic de ſe quod ego nouerim, nil præter nudum nomen poſteritati reliquit.

*Agetis apud Iuſtinum legitur.*

### De Aeſculapio decimoquarto Apollinis filio, qui genuit Machaonem. Cap. XIX.

AEſculapius ut Priſci ferè teſtantur omnes, Apollinis & Coronidis nymphę fuit filius. Dicit enim Ouidius, hanc ex Lariſſa fuiſſe, & Phlegiæ filiam. quam cum ſumme Apollo diligeret, & in eius iuiſſet concubitum, prægnans effecta eſt. Porrò coruus Apollinis auis ad Apollinem detulit, quia comperiſſet eam iuueni cuidam Aemonio commiſceri, quam ob cauſam turbatus Apollo eam ſagittis occidit, & facti tandem pœnitens, cum remediis ſuis illam nequiret ab inferis reuocare, ſecto eius utero, conceptum ex ſe eduxit infantem, eumq; Aeſculapium appellauit, & ut fertur, Chironi Centauro tradidit educandũ. quem cum uidiſſet Ocyroe Chironis filia uaticinii docta, uaticinata eſt quia mortuum hominem ab inferis reuocaret in uitam, & ipſe fulminatus deiiceretur ad inferos, quod effectu non caruit. Aiunt enim hunc arte ſua cum eximius euaſiſſet medicus, Dianæ precibus Hippolytum membris collectis undiq; in uitam reuocaſſe, & priſtinę reſtituiſſe ſanitati. Quã ob cauſam turbatus Iuppiter, eum fulmine interemit, ut liquido teſtatur Virg. dicens, Pæoniis reuocatũ herbis & amore Dianæ. Tum pater omnipotens aliquẽ indignatus ab umbris Mortalem infernis ad lumen ſurgere uitæ, Ipſe repertorem medicinæ talis & artis Fulmine Phœbigenam Stygias detruſit in undas, &c. Quæ hucuſq; dicta ſunt, ut ſatis patet, hiſtoria mixta poeticis eſt. Aſt ut pura conſiſtat hiſtoria, excutiendæ ſunt fictiones. Et ideo coruum accuſaſſe Coronidem, ſic accipiendum arbitror, Apollinem ſcilicet augurandi peritia fornicationem nouiſſe Coronidis, & iratum interfeciſſe prægnantem. Quod autem Hippolytum, ſeu ut placet Plinio, Caſtorem Tyndari filiũ ob raptas

*Lib. 11. Meta.*

*Lib. 7. Aen.*

*Lib. 29. cap. 1.*

Lyncæo

De qua re Oui. 5. faſt. et Lact. cap. 10. lib. 1. Lyncæo & Idæ ſponſas à Lynceo ſeu Ida occiſum in uitam herbis & arte reuocauerit, aliter contigiſſe puto, hos ſeu horum alterum non mortuos, quia à morte in uitam aliquẽ reuocare, ſolius dei eſt. ſed uulnerum immanitate & ob perditum ſanguinem mortuos exiſtimatos, quos cum arte & ſollicitudine ſua in ſanitatem reuocaſſet priſtinam, dictũ eſt, eum illos ab inferis in uitam retraxiſſe. Quod autem ob id à Ioue fulminatus ſit, non eſt credibile. ſed ideo fictum credo, quia poſſibile eſt ob eam curam eum laboraſſe plurimum in exquiſitione herbarum & aliarũ opportunitatum, & ſic præter uires fatigatus in febrem incidiſſe, quæ profecto letale fulmen & ignitum eſt, & ex ea febre defecerit. ſeu forte caſu fulminatus eſt, & opinatum ab ignaris hoc illi cõtigiſſe ob reuocatos ab inferis mortuos, & hinc fabulæ datum principium. Sanè Theodontius negat Apollinem dilexiſſe Coronidem, & ex eo Aeſculapium fuiſſe conceptũ, aſſeritq́ eum ex Aemonio iuuene & Coronide natum. ſed Apollinis filius dictus eſt, altera ex duabus cauſis, ſeu quia mortua matre ante partum, & eius ſecto utero eductus eſt, quod non abſq medici opere fit, per quem fingitur Apollo, quia medicinæ repertor, & ſic Apollinis filius, quia Apollinis opere natus ſit. Seu quia qui ſic naſcuntur, Apollini ſacros fore uoluere ueteres, eo quod ut dictum eſt, Apollinis opere lucem ſortiri uidentur, & ob id aiunt Cæſarum familiam ſacra Apollinis obſeruaſſe, quia primus eorum qui ex familia Iulia Cæſar dictus eſt, ob eam cauſam cognomen adeptus eſt, & factus Apollini ſacer, quod è ſecto matris utero in lucem uenerit. Præterea potuit Apollinis haberi filius, quia clariſſimus euaſerit medicus. Theodontii autem opinio aliqualiter dictis roboratur Lactantii, qui de Aeſculapio in libro diuinarum inſtitutionũ dicit ſic. Hunc Tarquitius de illuſtribus uiris diſſerens ait incertis parentibus ortum, expoſitum, & à uenatoribus inuentum canino lacte nutritum, Chironi traditum didiciſſe medicinam. Fuiſſe autem Meſſenum ſed Epidauræ moratum, &c. Lib. 1. cap. 17. Poſt hæc dicit Lactantius, hunc eum fuiſſe qui Hippolytũ curauit. Cæterum ne ob diuerſitatem relatorũ, ubi minime opportunum eſt, mendaces credantur Lib. 3. ſcriptores, eſt aduertendum, ut placet Tullio de naturis deorum, quia tres fuere Aeſculapii. Quorum primum dicit idem filium fuiſſe Apollinis, eumq́ ſpeculum inueniſſe, & primum obligaſſe uulnus, & hunc ab Arcadibus aſſerit ſumme coli. Secundum uero dicit fratrem fuiſſe ſecũdi Mercurii ex Valente patre atq Coronide matre natum, eumq́ perculſum fulmine interiſſe, & cynoſuris humatum. Tertium uero dicit filium fuiſſe alĳs, Leucippi. Aſippi & Arſinoæ, eumq́ primum alui purgationẽ & dentis euulſionem comperiſſe, eiusq́ ſepulchrum eſſe in Arcadia, non longe à Luſio flumine, circa quod & lucus oſtenditur eius. Et ſic erit poſſibile ex his aliquem ex matris utero cæſum, aliquem ex incerto patre natum atq expoſitũ, nec obſtat omnium parentes à Tullio narrari. Vidi ego in patria nonnunquam ex principibus nutritum hominem, qui infans fuit expoſitus, & demum à nutritore tanquam à patre cognominatus. Sed quid multa? qualiſcunque ſeu quicunq fuerit ex iſtis, tanta ueneratione apud Epidauros habitus eſt, ut etiam Romani iam ferè omni Italia occupata, peſtilentia ægritudinum agitati, quaſi pro ſingulari & certo ſubſidio legatos ad Epidauros mitterent oratores, ut illis de opportuno remedio ſubuenirẽt, permitterentq́ ut Aeſculapium tanquã ſalutare ſubſidium Romam deferrent, conceſſumq́ ut in forma ſerpentis diabolo operante, Romam in naui deueherent, illicq templum inſigne in inſula Tyberis conſtruerẽt, & loco ſalutaris dei diu colerent. Dato illi impune Dionyſius Syracuſanus nouacula auream abſtulerit barbam. Aeſculapius autem dure agẽs interpretatur, quod forſan nomen labori ſuo circa curam Hippolyti conforme fuit.

De Machaone Aeſculapii filio, qui genuit Aſclepium. Cap. XX.

MAchaon dicit Papias, filius fuit Aeſculapii, æuo ſuo inſignis medicus, quod ego utrum credam, neſcio, eum ſaltem fuiſſe medicum, cum ſcribat Iſidorus poſt fulminatum Aeſculapium interdictum fuiſſe medendi officium, ut ait Plinius ubi de hiſtoria naturali. Lib. 29. cap. 1. Cum claruiſſent opera Aeſculapii temporibus Troianis, ſequentia eius in no-



cte denſiſſima latuere ad Peloponneſiacũ bellum, & tunc eam reuocauit in lucem Hippocrates &c. Quod tempus ut dicit Iſidorus fuit annorũ ferè quingentorum. Hinc ego ſumptũ puto quod fictum eſt ſolem ob fulminatũ Aeſculapiũ noluiſſe aliquandiu lucis currũ ducere, ut oſtenderetur ſolis inuentũ ſcilicet medicinã eclypſim paſſum per ſecula plura, & tandem in lucem reuocatam. Ego hunc Machaonem autoritate Papiæ nõ appoſuiſſem, cum eum in multis circa talia minus curioſum ſæpiſſime inuenerim ſcripſiſſe diſſona ueritati. Sed ut ponerem me traxit ſolertia Pauli, qui non ſolum Machaonem Aeſculapii filium ſcribit, ſed & Aſclepium quendã Machaonis filiũ fuiſſe cõfirmat.

*Machaon, inquit Cõment. Homeri filius fuit Aeſculapij & Arſinoes: uel ut alij, Coronidis. Sunt qui Heſiones filiæ Meropis dicant eſſe. Heſiodus autem Xanthiones dicit. Machaonis crebra mentio eſt apud Homerum. Præcipue autem Iliados Λ ubi ipſum Idomenei uerbis commendat, hoc modo, ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. Hic poſtea ab Eurypylo occiſus eſt, quam cædem Calaber lib. 6. deſcribit. Machaonis frater Podalyrius fuit, cuius itidẽ crebra mentio fit apud Homerũ & apud Calabrum circa cædem Machaonis.*

De Aſclepio Machaonis filio. Cap. XXI.

ASclepius (ut dicit Paulus) fuit filius Machaonis, credo Auguſtinũ ſecutus, qui hunc Aeſculapii nepotem uidetur dicere ſcribens, ubi de ciuitate dei, Hermetem Triſmegiſtũ Aſclepio loquentem ſic, Auus enim tuus ô Aſclepi medicinæ primus inuentor, cui templum conſecratum eſt in monte Libyæ circa littus Crocodilorum, in quo eius iacet mundanus homo, id eſt corpus. Reliquus uero uel potius totus in ſenſu uitæ melior remeauit in cælum, omnia etiam nunc hominibus adiumenta præſtans, infirmis numine nunc ſuo, quæ ſolet medicinæ arte præbere. Et paulo infra idem ſequitur Auguſtinus. Ecce duos deos dicunt homines fuiſſe, Aeſculapium & Mercurium &c. Verum ego librum hunc Hermetis Triſmegiſti, quem de Idolo intitulat uidi, nec tamen qualiter Aeſculapius fuerit Aſclepiadis auus per uerba Hermetis pręcedentia atq ſequentia dictis ab Augu. percipere queo, certus tamen quoniã potius ingeniũ deficiat meum quàm accuſari poſſit animaduerſio Auguſt.

De Pſyche. xv. Apollinis filia. Cap. XXII.

PSyche ut dicit Martianus Capella in libro quem de nuptiis Mercurii & Philologiæ ſcripſit, filia fuit Apollinis & Endelechiæ, ex qua Lucius Apuleius in libro metamorphoſeon, qui uulgatiori uocabulo aſinus aureus appellatur, longiuſculam recitat fabulam talem, Regem ſcilicet fuiſſe & reginã, quibus tres fuere filię, quarũ duę maiores natu etſi forma ſpectabiles eſſent, iunior cui Pſyches nomen erat, in tantum pulchritudine cæteras excedebat mortales, ut non ſolum admiratione teneret ſpectantes, ſed infigeret animis ignaris rei miraculo credulitatem ut Venus eſſet, quæ deſcendiſſet in terras, & phama longe lateq uulgata inuiſæ formoſitatis egit, ut non ſolum ciues ſed exteri ad uiſendam Venerem, & ſacris honorandam accederent, templis ueræ Veneris neglectis. Quod ægre Venus ferens in Pſychen accenſa, Cupidini filio ſuo iuſſit ut eam amore feruentiſſimo hominis extremę ſortis incenderet. Interim pater de nuptiis uirginis Mileſium Apollinem conſuluit, Qui reſpondit ut illam in uerticem montis deduceret, ibiq diuina ſtirpe creatum peſſimum & uipereum nanciſceretur uirgo maritum. Quo reſponſo parentes affecti cum lachrymis & mœrore totius ciuitatis, uirginem in prædeſtinatum deduxere culmen, ibiq ſolam liquere. Quæ & ſi ſolitudine & incerto timore futuri coniugis anxiaretur, non tamen diu perſtitit, & uenit zephyrus mitis & ſuaui ſpiritu eam aſſumens, in floridam detulit uallem, in qua cum aliquali ſomno leniſſet ęrumnam, ſurgens uidit gratum oculis nemus & argenteis undis manantẽ fontem, atq palatium nõ ſolum regium, ſed diuinũ, miris ornatũ diuitiis. Quod cum intraſſet, & ingẽtes inueniſſet theſauros abſq cuſtode, & miraretur plurimũ, obſequentiũ uocibus abſq corporibus auditis, intrauit lauacrũ, in uiſis ibi aſſiſtẽtibus obſequioſis, Inde cœna diuinis cõferta dapibus ſumpta, cubiculũ intrãs, conſcendit

conſcendit genialem thorū, & ſoporatæ maritus affuit, qui cum eam ſibi feciſſet coniugem, ueniente luce inuiſus abiit, & ſic ſæpius magna Pſyches conſolatione cōtinuando factum eſt, ut ſorores eiuſdem audito Pſyches infortunio è domibus maritorū ad lugubres parentes accederent, & unà cum eis ſororis infelices nuptias deflerent. At Cupido præſentiens quid inuidia ſororum pararetur Pſychæ, eam præmonuit, ut earum omnino floccifaceret lachrymas, nec in ſuam perniciem pia atq; credula eſſet. Quod cum ſpondiſſet Pſyche, ſe cœpit deplorare captiuam, & quod ſorores uidere & alloqui non poſſet, & uenientem atq; redarguentem Cupidinem precibus in eam ſententiam traxit ut cum eis loqui poſſet, Zephyrōq; iuberet ut eas ad ſe leni deferret flatu. Qui cum feciſſet, cōceſſit etiam ut ex theſauris, quos liberet, aſportare permitteret, ſed earū ſuaſionibus nullo modo crederet, nec ſuam uidere formam alicuius conſilio exoptaret. Tandem complorata domi Pſyche à ſororibus, ſcopulum cōſcendere, & ululatu fœmineo redintegrato à Pſyche auditæ ſunt atq; paucis conſolatæ uerbis, & poſtremo illas Zephyrus Pſyches imperio in uallem detulit amœnam. Ibi à Pſyche feſtiua congratulatione ſuſceptæ ſunt, eiſq; omnes oſtenſæ delitiæ. ex quibus inuidæ factę ſorores ei totis ſuaſere niſibus, ut uiri formam cōaretur uidere. quæ credula eis cum donis remiſſis, nouaculam parauit, & lucernam abſcondit ſub modio, nocte ſequenti uiſura, quiſnam eſſet is cuius uteretur concubitu, occiſura eum ſi eſſet illi forma uerbis ſororum conformis. Intrat igitur more ſolito lectum Cupido, & in ſomnum ſoluitur. Pſyche uero aperto lumine uidit illum mira formoſitate conſpicuū iuuenem, alis pernicibus inſignitum, & ad eius pedes arcum & pharetram ſagittis confertam. ex quibus cum unam mirabunda eduxiſſet expertura aciem, adeo digito impreſſit ſuo ut aliqualis ſcaturiret è uulnere ſanguis, quo facto miro dormientis adhuc amore flagrauit. Dumq; illum ſtupeſcens inſpiceret, fauillula ex lucerna proſiluit in dextrum dormientis humerum. Quamobrem expergefactus Cupido repente fugam arripuit. Verum Pſyche cum illum cepiſſet crure atq; fortiter teneret, tandiu ab eo per aerem delata eſt, donec feſſa eo dimiſſo caderet. Cupido aūt in uicinam cupreſſum euolans, longa querela eam redarguit, ſeipſum damnās quod à matre miſſus, ut illam extremi hominis amore incenderet, & ipſe ſeipſum ob eius pulchritudinē uulneraſſet, & inde euolauit. Pſyche anxia perditi uiri mori uoluit, fraude tandem ſorores ambas, quarum conſiliis in ærumnam uenerat, in præcipitium deduxit. Inde à Venere obiurgata acriter & pediſſequis eius, laceſſita uerberibus, in labores mortali inexplicabiles iuſſu Veneris implicita, opere uiri adiuta perfecit inuicta. cuius poſtremo ad Iouem precibus actum eſt, ut in Veneris deueniret gratiam, & in cælis aſſumpta Cupidinis perpetuo frueretur coniugio, cui peperit Voluptatem. Sereniſſime rex ſi huius tam grandis fabulæ ad unguem ſenſum enucleare uoluerimus, in ingens profecto uolumen euaderet, & ideo cur Apollinis & Endelechiæ filia dicatur Pſyche, quæ eius ſorores, & cur Cupidinis dicatur coniunx, cum paucis ex contingentibus dixiſſe ſatis ſit. Pſyche ergo anima interpretatur. Hæc aūt Apollinis, id eſt ſolis filia dicitur, eius ſcilicet qui mundi uera lux eſt deus, cum nullius alterius potentiæ ſit rationalem creare animam niſi dei. Endelechia aūt ut dicit Calcidius ſuper Thimeo Platonis, perfecta ætas interpretatur, cuius omnino rationalis anima dicitur filia, quia etſi in utero matris illam à patre luminum ſuſcipiamus, nō tamen eius apparēt opera, niſi in ætate perfecta, cum potius naturali quodam inſtinctu uſq; ad ætatem perfectam formamur, quàm iudicio rationis. Aetate uero perfecta agere incipimus ratione. Ergo bene Apollinis & Entelechiæ filia dicitur. Sunt huic duæ ſorores maiores natu, non quia primo natæ ſint, ſed quoniam primo potentia utuntur ſua, quarum una uegetatiua dicitur, altera uero ſenſitiua, quæ non animæ ſunt, ut quidam uoluerunt, ſed huius animę ſunt potentiæ, quarum ideo Pſyche dicitur iunior, quia longe ante eam uegetatiua potentia cōceditur fœtui, & inde tractu temporis ſenſitiua. Poſtremo aūt huic Pſyche conceditur ratio, & quia primo in actu ſunt, ideo primæ dicuntur iunctæ cōiugio, quod huic rationali diuinæ ſtirpi ſeruatur, id eſt amori honeſto,



honeſto, ſeu ipſi deo, cuius inter delitias à zephyro, id eſt à uitali ſpiritu, qui ſanctus eſt, defertur & matrimonio iungitur. Hic coniugi prohibet, ne eum uidere cupiat ni perdere uelit, hoc eſt nolit de æternitate ſua, de principiis rerum, de omnipotentia uidere per cauſas, ſibi quæ ſoli nota ſunt. nam quotiens talia mortales perquirimus, illum, imò noſmetipſos deuiando perdimus. Sorores aūt nonnunq; ad metas uſq; primas delitiarum Pſyches deueniunt, & ex theſauris eius reportant, inquantū penes rationem uiuentes melius opus ſuum uegetatio peragit, & ſenſitiuæ uirtutes clariores ſunt, & longius perſeuerant. Sane inuident ſorori, quod minime nouum eſt, ſenſualitatem cum ratione diſcordem. & dum illi blandis uerbis ſuadere nō poſſunt, ut uirum uideat, id eſt uelit naturali ratione uidere quod amat, & non per fidem cognoſcere, eam terroribus conantur inducere, afferentes eum immanem eſſe ſerpentem, ſeq; eam deuoraturū. Quod quidem totiens fit, quotiens ſenſualitas conatur rationem ſopire & oſtendere animæ cōtemplationem, & cognitarū rerū per cauſam, nō ſolum delectationes ſenſitiuas auferre, ſed labores maximos, & angores minime opportunos ingerere, & nil demum placidæ retributionis auferre. Anima aūt dum minus prudens talibus demonſtrationibus fidem adhibet & quod negat uidere deſiderat, occiſura ſe ſi uoto nō correſpondeat forma, uidet effigiem uiri pulcherrimā, id eſt extrinſeca dei opera. Formam, id eſt diuinitatem uidere nō poteſt, quia deum nemo uidit unquam. & cum fauillula lædit & uulnerat, id eſt ſuperbo deſiderio, per quod inobediens facta, & ſenſualitati credula, bonum cōtemplationis amittit, & ſic à diuino ſeparatur cōiugio. Tandem pœnitens & amans perniciem ſororum curat aſtutia, eaſq; adeò opprimit ut aduerſus rationem nullæ ſint illis uires, & ærumnis & miſeriis purgata, præſumptuoſa ſuperbia atq; inobedientia, bonum diuinæ dilectionis atq; contemplationis iterum reaſſumit, eiq; ſe iniungit perpetuo, dum perituris dimiſſis rebus in æternam defertur gloriam, & ibi ex amore parturit uoluptatem, id eſt delectationem & læticiam ſempiternam.

De Arabe Apollinis filio. Cap. XXIII.

ARabs ut placet Plinio in libro naturalis hiſtoriæ, Apollinis & Babyloniæ fuit filius, quem medicinæ artis dicit etiam repertorē. Puto ego hunc ſeu Babylonem fuiſſe hominem, & ibidem medicinam oſtendiſſe prius, ſeu apud Babylonios didiciſſe, & ad Arabes primum detuliſſe, & hinc Apollinis filius dictus, quia medicus. & Babylonius, quia in Babylonia natus uel eruditus ſit.

De Tityo filio Iouis. iii. Cap. XXIIII.

POſtquam Apollinis longa poſteritas expedita eſt, ut ad Iouis filios reuertamur ordo poſtulat, ex quibus ſeſe ante alios Tityus offert, quem dicit Leontius filium fuiſſe Iouis ex Elara Orchomeni filia, quam prægnantem Iupiter iram Iunonis timens occultauit in terram, ex quo factū eſt ut naſcens puer ex terra natus uideretur, ut Seruius aſſerebat. Quæ quidem terra poſtmodum eum nutriuit, & ſic non mater, ſed nutrix. Is tamen cum ad integram ueniſſet ætatem, Latonam Apollinis matrē amauit, eamq; de ſtupro interpellauit. Quamobrem turbatus Apollo eum ſagittis occidit, & apud inferos religauit, atq; eius iecur uulturibus laniandum appoſuit hac lege, ut conſumptum reſtauraretur ilico, & ſic nunquam uultures à diſcerpendo ceſſarēt, nec ipſe à patiendo. Reſtat nunc huic fictioni uelum eripere, ut quid contegat uideamus. Dicit enim primo Iouem prægnantem abſcondiſſe in terris. Nil enim occultius tegitur, quàm quod infoditur. Et ideo debemus intelligere hanc ſecretiſſime fuiſſe ſeruatam, & hoc timore Iunonis, id eſt maioris potentiæ, cum dea regnorum ſit Iuno. Terram autem aluiſſe Tityum non eſt nouū, cum omnes alamur terra. Quod Latonam Apollinis matrem amauerit, ingentem eius demonſtrat animū. Celſitudinem enim appetit, quæ claritatis mater eſt, ſed ab Apolline, id eſt à regio ſplendore deiectus eſt ad inferos, id eſt apud plebeios, quos penes ſemper curarum plenus, qua-

liter poſſet in gradũ, ex quo deciderat, reaſcendere. Recitat ex iſto Tityo Leontius breuem
hiſtoriam, & dicit hunc apud Bœotios magnum fuiſſe hominem, & uiribus tentaſſe ex
Delpho Apollinem eiicere, à quo ipſe eiectus eſt, & ferè ad priuatam uitam redactus. De
Lib.1 pœna aũt illi appoſita dicit, ubi de ſomnio Scipionis Macrobius ſic, Vulturem iecur im-
mortale tondentem, nihil aliud intelligi uolentes, quàm tormenta conſcientiæ obnoxia
flagitio uiſcera interiora rimantis, & ipſa uitalia indefeſſa admiſſi ſceleris admonitione
laniantis, ſemperq́; curas, ſi quieſcere forte tentauerit, excitantis, tanquam febris renaſcen
tis inhærendo, nec ulla ſibi miſeratione parcentis lege hac, qua ſe iudice nemo nocens
abſoluitur, nec de ſe ſuam poteſt uitare ſententiam. Hoc Macrobius.

a *Vel ut alij Minyos, uide Didymum (ſi modo is Didymus eſt quem nos habemus) in Odyß. 7. Meminit autem & Apollonius Tityi lib. 1. Argon.*

De Baccho ſecundi Iouis filio. iiii. qui genuit Hymeneum, Thyonæum
& Thoantem. Cap. XXV.

BAcchus Iouis filius & Semeles ab Ouidio & reliquis poetis dicitur, ex cuius
origine talis recitatur fabula. Cum amaret Iuppiter Semelem Cadmi filiam,
& ipſa cõcepiſſet ex eo, acceſſit ad eam Iuno formam gerens Beroæ Epidau-
riȩ anus, & inito cum ea colloquio, perquiſiuit nunquid diligeretur à Ioue,
cui dixit Semele arbitrari ſe diligi. Tunc Iuno, non potes filia niſi uno mo-
do cognoſcere, ſcilicet ſi ſtygis interpoſito iuramento, promittat tecũ eo pacto coniungi,
quo Iunoni iungitur. Semele experientiȩ auida, uenienti iuramentũ, & inde munus po
poſcit. Iuppiter aũt dolens eam, ne aduerſus iuramentum ageret, fulminauit, & mortuæ
filium traxit ex utero, ſuóq; appoſuit fœmori, donec tempus perficeretur, quod eum eſſe
in uentre matris opportunitas exigebat. Hunc primo clam nutriuit Ino matertera eius,
poſtmodum nymphis tradidit, quæ etiam ei alimenta dederunt, ut ait Ouidius, eumq́;,
ne à perquirente Iunone inueniretur, hederis occultauere. Huic inſuper alumnũ dicunt
fuiſſe Silenum, qui captus à ruſticis, à Mida Baccho reſtitutus eſt. Hunc præterea curru &
ſociis honorant, de quibus ſic refert Statius. Promouet, effrenæ dextra læuáq; ſequuntur
Lynces, & uda mero lambũt retinacula tygres, Poſt exultantes ſpolia armentalia portãt,
Semineceſq́; lupos ſciſſaſq́; mimallones urſas. Nec comitatus iners, ſunt illic ira furorq́;,
Et metus, & uirtus, & nunquã ſobrius ardor, Succiduíq; gradus, & caſtra ſimillima te-
gni &c. Dicunt inſuper eum primum uitem plantaſſe, ut ait Accius in Bacchis. O Dio-
nyſe pater optime uiti ſator Semela genitus Euchiam. Et hinc uini deum aſſerunt, hede-
a ram ei ſacram, & Vannum & Marſyam in tutelam eius aſcribũt, eiq́; Ariadnam Minois
filiam coniugem copulant. Baculum ab eo repertum, atq; denominatũ affirmat Raba-
nus, ut eo homines uino graues uterent̃. Multis etiam illum nominibus uocãt, de qui-
Meta.4. bus Oui. Thura dabãt Bacchumq́; uocant Bromiumq́; Lyæum Ignigenamq́;, ſatumq́;
iterũ ſolumq́; bimatrẽ. Additur his Nyſæus indetonſuſq́; Thioneus, Et cum Læneo ge-
nialis conſitor uuæ, Nictiliuſq́; Eleuſq́; parens, & Iacchus & Euan. Et quæ præterea per
graias plurima gentes Nomina Liber habes, tibi enim inconſumpta iuuẽta eſt; Tu puer
æternus, tu formoſiſſimus alto Conſpiceris cȩlo tunc cum ſine cornibus extas &c. Addit
& alia nomina Albericus, uocatumq́; dicit Euchium, Briſeum & Baſſareũ. Lactantius
etiam eum uocari dicit Dithyrambum. Dicit inſuper Seruius Orpheũ dicere hunc à gi-
gantibus membratim diſcerptum. quod Albericus affirmat, addens quod ab eis ebrius
ſit inuentus, eumq́; dicit ſepultum, & poſtea ſurrexiſſe integrũ. Pingebãt etiam eum an-
tiqui in habitu muliebri, & nudum atq; puerulum, ei nocturno tempore tibiis & cym-
balis & clamore ſacrum, quod orgia uocabant celebrantes. Præter hæc alia etiam recitan
tur, ſed quoniam non comperta ſunt omnia quæ quæruntur, quæ uideri poſſunt de ap
poſitis uideamus. Primo igitur & ante omnia pro conſtanti uidentur tenere hiſtoriogra
phi, Dionyſium hunc ex Ioue & Semele natum, adeo ut de tempore inter antiquos plu-
rima fuerit uarietas, ex quibus alii Dionyſium, alii Liberum patrem uocant. Et quoniam
non



non conſtat cuius Iouis fuerit filius, ego ſecundo aſcripſi Ioui, eo quod eius æuum me-
lius uideatur cõuenire cum ſecundo quàm cum aliquo aliorũ. Dicit enim Euſebius in li
bro temporũ, à quibuſdam arbitrari Danao Argis regnante Dionyſium in India Nyſam
condidiſſe, & ſuo nomine nũcupaſſe, & eodem tempore eum in India militaſſe, & eius
in exercitu fuiſſe mulieres Bacchas cognominatas ob furorem potius ꝙ ob uirtutem.
Quod quidem fuit circa annos mundi. iii. Mil. dccxxix. Paulo poſt idem Euſebius dicit
regnante Danao Argis, Cadmus regnauit Thebis, ex cuius filia Semele natus eſt Diony-
ſius, id eſt Liber pater, quod ſecundum eius annorũ deſcriptionem, comprehendit̃ fuiſſe
circa annos mundi. iii. Mil. dcclxxvi. nec multo poſt dicit anno. xxxv. Lyncæi regis Argi-
uorum, Dionyſius, qui latine dicitur Liber pater, naſcit̃ ex Semele, quod cõtigiſſe uidetur
anno mundi. iii. Mil. dcccxiiii. inde ſubſequit̃, Acriſio regnante Argiuis, Dionyſius, qui
& Liber pater, aduerſus Indos dimicans Nyſam urbem iuxta Indum flumen condidit,
quod factũ colligitur anno mundi. iii. Mil. dccclxx. Quanta ſit hæc temporũ diuerſitas
ab Euſebio ex cõmentariis ueterũ collecta facile cõprehendi poteſt. noſtrũ aũt eſt per con
iecturas arbitrari, quod uerius potuerit ex dictis tẽpus attribui æuo Bacchi. Ego aũt omiſ-
ſis cauſis me mouentibus arbitror Bacchi dies fuiſſe circa antiquius horũ tempus, ſeu ſal-
tem quod de proximo ſequit̃, eumq́; ea tempeſtate natũ egiſſe quæ ab eo geſta narrant̃.
Sed his curioſioribus derelictis ad figmenta tendamus. Fulminatã Semelem à caſu ſum- *Expoſitio fa-*
ptum credo, eam ſcilicet à fulmine, ſeu ab ignita febre in mortẽ deductam, quarũ utráq; *bulæ.*
à Ioue, id eſt ab elemento ignis emiſſam nõ mirabitur eruditus. Euulſum ab utero mor-
tuȩ matris fœtum, & Iouis fœmoribus applicitũ, notiſſimũ obſtetricibus officiũ deſigna
tur. neceſſe enim eſt, ut caloribus extrinſecis, qui per Iouem debent intelligi, foueatur qui
ante tempus intrinſecis aufert̃. Sed cum ſit hæc expoſitio phyſica, hiſtoriã recitat Pompo-
nius Mela in Coſmographia dicens. Vrbium quas incolunt Indi, ſunt aũt plurimȩ, Ny- Lib.3.
ſa eſt clariſſima & maxima, montium Meros Ioui ſacer, famã hinc præcipuã habent, in
illa genitũ, in huius ſpecu Liberũ arbitrantur eſſe nutritũ. Vnde Græcis autoribus, ut fœ-
mori Iouis inſutũ dicerent, aut materia ingeſſit aut error. Hȩc ille. Albericus aũt addit, di-
cens à Remigio affirmari apud Nyſam Liberi patris haberi crepũdia in teſtimoniũ quod
ibidem altus ſit. quod ſi ſic eſt, exiſtimo potius de altero intelligendũ ſit, ꝙ de eo, qui ex
Semele natus eſt. ex quo etiam ſequi poſſet temporũ diuerſitates à diuerſis Dionyſiis exor
tas eſſe. De hoc em̃, ſi is fuit, dicit Oroſius ſic. Subactã Indiam Liber pater ſanguine ma-
defecit, cædibus oppleuit, libidinibus polluit, gentem utiq; nulli hominũ unquã obno-
xiam, uernacula tantũ quiete contentã. Cæterũ, ut ad ſenſus Phyſicos tectos ſub fabula b
iterũ redeamus, dico quod nõnulli uolunt per Bacchũ uinum intelligi, et ſic Semele pro
uite ſumetur, quæ ex Ioue, id eſt ex calore in altũ humorẽ terræ immixtũ per uitis poros
trahente ſe prægnantẽ, id eſt turgidã facit, & in palmites botroſq́; ſuccos, tanꝙ in conce-
ptum fœtũ emittit. tunc aũt fulminat̃ cum adueniente autũnali calore non in ampliorẽ
maturitatẽ, ſed potius in corruptionẽ & putredinẽ fructũ conceptũ deduceret, ut auferat̃
neceſſe eſt, & fœmori Iouis, id eſt calori alteri applicetur. Quod quidem fit, dum preſ-
ſum ex uuis uinũ, aut igni aut ipſiſmet preſſis bulliendũ cõcedimus iterũ, donec defeca-
tum tali bullitione reddat̃ potui aptũ. Deinde Ino, id eſt uas illud ſeruat occultũ, id eſt
contectũ ne à Iunone inueniat̃, id eſt ne ab aere corrũpatur. Seu prægnantẽ tunc Semelẽ
dicimus ex Ioue, cum uitem agẽte calorẽ turgidã cernimus uere primo. Verũ tunc fulmi
natur, dum æſtiuo calore præter conſuetũ exurit̃. Tunc aũt apertis poris conceptũ emit-
tit in botros, quod fœmori Iouis, id eſt diurno calori applicat̃, ut quam ex matre nõ ha-
buerat, à patre maturitatẽ accipiat. & tunc Ino illud ſeruat occulte, dum à pampinis tegi-
tur, ne ab aere nimis calido offendat̃. & illud tunc nutriũt nymphæ, dum nocturnis hu
miditatibus reſtaurat̃, quod calore diurno fuerat exhauſtũ. Silenus ſenex, eius alumnus
dicitur, eo quod ſenes ferè potu magis quàm cibo ſuſtentent̃. Qui illi à Mida auariſſimo
homine reſtituitur, quia auarus potationibus non delectatur. Curru & ſociis uti ideo à

 poetis

poetis dictū eſt, ut nōnulli ex ſuis demonſtrenꝭ effectus, nam pro curru ebriorū uolubi-
litas aſſumenda eſt. Lynces aūt illi attribuunꝭ, ut intelligaꝭ uinū moderate ſumptū uires,
audaciam & perſpicaciā augere. Tygres aūt ideo currū trahunt, ut ebriorū oſtendaꝭ ſæui-
tia, nemini em̄ parcit onuſtus uino. Sunt præterea temulenti temerarii adeò, ut in quod-
cunq; periculū inconſiderate irruant, quod per femineces lupos, & ſciſſas urſas, quæ in
præda Bacchi deportanꝭ intelligo, quod iraſcanꝭ facile, & inde ueniant in furoré, ſatis li-
quido patet, & ſic non ſobrio comitanꝭ ardore. Meticuloſi etiā ſunt uinolenti, quia per-
dito recto rationis iudicio ſæpiſſime non timenda pauefcunt. Virtus aūt cur currui Bac-
chi iungaꝭ prætactū eſt, ubi de Lyncibus diximus. Succidui gradus ideo inter Bacchi nu-
merantur comites, ut ebriorū titubantia deſigneꝭ, quia adeò titubando incedūt, ut cade-
re credanꝭ continue. Superadditur Baccho caſtra eſſe ſimillima regū, nec immerito, nam
ſi cernamus tabernas meritorias, ibidē tabernacula frondiū, cupedinarios, lurcones, edu-
lia & potationes hinc inde, ac tumultuarios rixanteśq; uidebimus, quæ caſtris regū ſimil-
lima ſunt. Bacchū aūt apud græcos primū plantaſſe uitē ſeu uineā, & uinū feciſſe poſſibi-
le eſt, cum longe antea apud Hebræos id feciſſe Noe certiſſimū habeamus. Dicūt tamen
aliqui Bacchū uitē nō plantaſſe, ſed incognitū Thebanis uini uſum introduxiſſe, atq; il-
lud uariis liquoribus immiſcuiſſe, ut amabilius foret, quod quoniā mirabile uiſum eſt,
deus uini apud rudes primo creditus eſt. Hederā prꝭterea Baccho ſacrā dicunt, credo quia
uites hederæ palmites luxuriantes plurimū, & botros uuarum imitenꝭ corimbi, necnon
quia uireat uiriditate perpetua, per quā oſtenditur uini iuuentus continua, nunq̃; enim
quantū ad uires ſeneſcit uinū. Hac etiā poetæ coronari conſueuere, eo quod Baccho ob
facundiā ſacri ſint, & ad perpetuitatē carminū demonſtrandā. Vānus aūt illi ſacer eſt my-
ſtica ratione. Ait aūt Seruius Liberi patris ſacra ad purgationē animæ pertinere, & ſic ho-
mines eius myſteriis purganꝭ, ſicut uanno frumenta purganꝭ. Fuere tamen qui uoluere
hæc purgamina uiuentibus hominibus fieri per extremā ebrietatē, quæ ſacrū Bacchi eſt,
aſſerentes ſi quis in tantam ebrietatē procederet, ut in uomitū uſq; ueniret, poſt præteritū
cerebri ſtuporē, animū exutis curis tedioſis atq; eiectis, remanere tranquillū. Cui opinioni
Seneca philoſophus in libro, quem de tranquillitate animi ſcripſit, adhꝭſiſſe uideꝭ. Mar-
ſyam in ſuā tutelā ideo poſitū uoluiſſe reor, quia audax imò temerarius in Apollinē fuit.
per quam temeritatē uinolentorū loquacitatē in quoſcunq; tendentē intelligo, quā in cō-
ſpectu rudium ſꝭpe prudentes ab ignaris confundi uident, non aduertentiū, quia nullo
talium oratio incedat ordine, ſed more Satyri, uti Marſyas fuit, huc illuc ſaltitādo proce-
dāt, tandem in cōſpectu eruditorū nudatus Marſyas, id eſt patefacta calefactorū præſum-
ptione in flumen uertiꝭ, id eſt in lapſum, quaſi nil dixerint talium ſermo ſoluaꝭ. Quod
ad Ariadnā coniugē ſpectat, in ſequentibus ubi de ea ſcribeꝭ. Hunc aūt à gigantibus fuiſ-
ſe diſcerptū, et inde ſepultū, ideo dictum reor, quia ab Euſebio in libro temporū ſcribitur
quod regnāte Athenis Pandione anno ſcilicet mundi. iii. Mil. dcccxcvi. Marco Varrone
poeta teſte, hic Liber pater aduerſus Perſeū pugnans in prælio occiſus ſit, eiuśq; uideri ſe-
pulchrum apud Delphos iuxta Apollinē aureū. Et hoc quantū ad hiſtoriā dictū ſit. Sed
fictioni ſuperadditur à quibuſdam, eum ſcilicet quantūcunq; diſcerptū ſepelierint, inte-
grum ſurrexiſſe. Quod ego arbitror debere intelligi, quod ex pluribus ingurgitationibus
ab elatis calore uini bibonibus factis, unà cōſurgat ebrietas, per quam Bacchū uiuere, &
aliquid agere ſatis patet. Dicebat tamen circa hoc Albericus Bacchū animā mundi intel-
ligendū, quamuis membratim per mundi corpora diuidaꝭ, tamen ſe reintegrare uidetur
de corporibus emergens, & ſe reformans, & ſemper una eadeḿq; perſeuerās nullas ſim-
plicitatis ſuæ patiens ſectiones. Hæc ille. Aſt ego puto hunc Bacchum Alberici, ſolem in-
telligendum Macrobii, in quem ipſe Macrobius transfert deorum omnium deitates. Pi-
ctus aūt in habitu muliebri eſt, quia in expeditione aduerſus Indos ſecum habuit mulie-
res, ut prædictum eſt, uel quia continuatæ potationes eneruent uires, debileśq; reddant
ad ultimum potatores. Nudus uero ideo pingitur, quia ebrius omnia pandat ſecreta, uel
quia



quia multos iam ad inopiā & nuditatē deduxerit, uel quia calores potationes ingerant.
Puer quidem dicitur, quia non aliter ſint laſciui ebrii quàm pueri, quibus nōdum inte-
ger eſt intellectus. Reſtat nunc de nominibus uidere. Dicitur igiꝭ primo Bacchus, quod
idem ſonat quod furor, eo quod uinū & potiſſime nouū tam feruētis furoris eſt, ut nul-
lo queat clauſtro contineri, & immoderate ſumentes ut prædictū eſt, faciat etiā furioſos.
Dicitur etiā Bromius à bromin, quod eſt conſumere. Modeſta quidē boni uini potatio c
conſumit ſuperfluitates ciborū, et digeſtionē adiuuat, ut phyſicis placet. ſed immoderate
ſumptū humiditatē bonā deſiccat, & neruorū hebetat uires, adeò ut plurimū ingurgita-
tores tremulos effœtośq; reddat. Vocaꝭ inſuper & Lyeus à lyen, quod eſt tractus, tractim
enim bibitur. uel dicitur Lyeus à ligo gas. modeſte aūt ſumptū diſperſas uires colligit au-
get́q;. immoderate, ſenſus ligat & rationē. Vel ſecundū Fulgentiū Lyeus dicitur, quia leni-
tatem præſtat, ſumus enim poſt aliqualē potationē magis exorabiles. Nuncupaꝭ & igni-
gena, ſeu quia ex igne genitus ſit, ſeu quia ignē, id eſt calorē generat. uidemus enim capi-
ta potantiū fumantia, eośq; ob calorē ueſtimenta quandoq; deponere. Appellatur etiam
ſatus iterū, et ob id eum uocari Dithyrambū, quod idem ſonet, dicit Lactātius. Quod aūt
iterū natus ſit, ſupra monſtratū eſt, & inde merito bimater. Nyſeus præterea à Nyſa ciuita-
te in qua coliꝭ, uel à Nyſa uno ex uerticibus Parnaſi eidem cōſecrato, uocatus eſt. Thyo-
neus quod intonſus ſonat, ideo diciꝭ, quia uites ex quibus oritur lōgos habēt palmites,
uel quod melius puto, ad ſuā pueritiā oſtendendā, quia intonſi ſint pueri. Conſitor uue
diciꝭ à uite à ſe primo plātata. Nyctilyus uero uocitaꝭ, quia noctē, id eſt tenebras ſenſibus
ingerat. Elleus ab Ellea ciuitate, in qua potiſſime colebaꝭ. Hiachus aūt ea de cauſa nomi- d
natus eſt, quia homines hiare facit. Euhan interiectio eſt laudātis Bacchū, et ſonat bonus e
puer. Bryſeus ideo dictus, ut ait Albericus, quia primus uinū ex uua preſſit, uel Bryſeus,
quaſi hirſutus, id eſt ſuperbus. hinc aūt eum apud ueterē Græciā duas habuiſſe ſtatuas,
unā hirſutā Bryſeim uocatā, alterā uero lenē Leneā uocitatā. Baſſareus aūt appellatus eſt f
à ſpecie ueſtiū, quibus miniſtræ eius utebāꝭ in ſacris, & ab eiſdē miniſtræ Baſſarides nū-
cupatꝭ. Liber aūt pater diciꝭ, quia hominibus libertatē uideaꝭ inferre. nam potati ſerui etiā
ebrietate durāte, arbitranꝭ ſe fregiſſe uincula ſeruitutis. Liberat prꝭterea à curis, & in agen-
dis ſecuriores facit, pauperes ab opportunitatibus reddit immunes, deiectos extollit etiā
in ſublime. Et dicit Albericus, quod cum inter initia condendarū ciuitatū diis cꝭteris pro
auſpicibus cœptorū fierent ſacra, Libero patri fiebant, ut libertatē futuræ patriæ conſerua-
ret. Præterea ciuitates imperantibus orbi Romanis aut ſtipendiariæ erant, aut fœderatæ,
aut liberæ. In liberis aūt ciuitatibus in ſignū libertatis ſimulacrū Marſyꝭ habebant, quem
ſupra diximus in tutela eſſe Liberi patris. Inſuper mos fuit Romanis liberā togam adole-
ſcētibus in feſtis Liberalibus exhibere ad ſignificationē liberioris uitæ in poſterū cōceſſæ.
Cuius quidē ſacra dicit Seruius à Iulio Cæſare Romā primo translata, in quibus hircus
immolabaꝭ, & hoc ideo, quia aliquando capellæ palmites uitiū creſcentes uaſtaſſent. Di-
cit enim. M. Teren. Varro, ubi de agricultura, eidem tanq̃; repertori uitis hircos immola-
ri, ut pœnas capite pendant. Ego aūt huius ſacra nō puto à Iulio primū Romā translata,
ſed eius Liberi patris, de quo intellexiſſe uideꝭ Tullius dum ubi de naturis deorū ſcripſit.
Hunc dico liberū Semele natū, nō eum, quē noſtri maiores auguſte ſanctéq; cenſent Li-
berum &c. Quem ego arbitror iuxta ſententiā Macrobii ſolem, quē arbitrati ſunt rerum
omniū patrē, & hinc Liberū patrem dictū. & ſic etiā intellexiſſe Virgiliū puto, Lumina la-
bentem cælo quæ ducitis annū Liber & alma Ceres &c. Non enim Bacchus labentē an-
num cælo ducit, ſed ſol. Et hæc quidē ea duo fuerunt numina, quæ Etruſci potiſſime co-
luerunt. Sed quicunq; hic fuerit Liber, oſtendit Auguſtinus in libro de ciuitate dei, ei à pri-
ſcis obſcœna celebrata ſacra, & inter alia dicit, quod eius in honorē pudenda uirilia cole-
bantur in publico, adeò ut in feſtis diebus Liberi membrū uirile eleuatū ex cōpitis defer-
retur in urbem uerbis flagitioſiſſimis, omni cōceſſa licentia, inde per forū tranſuectū, &
in locū eidem deputatū depoſitū, oportebat ut honeſtiſſima omniū materfamilias illi
coronam imponeret, Inſuper & Dionyſius appellaꝭ Bacchus, de quo ubi de Dionyſio:

a *Marſyas hic Satyrus fuit, ab initio magna cõſuetudine cum Cybele coniunctus, cum qua, poſtquã ea ex dolore, quẽ ob mortẽ Atyos, dilecti adoleſcentis ceperat, inſanire cœpit, paßim circũuagatus quoq; eſt. Sed cum ad Dionyſiũ in Nyſam urbẽ ueniſſent, ibi inuento Apolline, qui tum citharæ inuẽtiõe & arte in magna æſtimatione erat, & cum eo certamine inito, cum ille tibijs, hic cithara & poſtea ore quoq; caneret, uictus, atq; ab eodẽ uiuus excoriatus eſt. Quem tamen Ouidius in fluuiũ Marſyã, qui in Phrygia eſt mutatũ dicit. Fabulam deſcribit Ouidius lib. 6. Meta. & Diodorus Siculus in 4. Ant. geſt.*

b *Steſichorus, ut citatur à Comment. Homeri Iliad. penultimo, hoc quoq; fabulæ Bachi addit, Ait cum aliquando Vulcanum in Naxo inſula hoſpitio accepiſſe, & ob id pro munere Baccho Vulcanum amphoram donaſſe. Poſtea aũt cum Lycurgus Bacchũ perſequeretur, et ipſe ad mare ueniſſet, ibiq; à Thetide hoſpitio acceptus fuißet, eandem amphorã Thetidi Bacchum donauiſſe, quæ poſtea in ea, oßa cineresq; Achillis filij tumulauit.*

c *Ego uero magis à ſonitu & tumultu ſic dictũ puto nam βρόμον Græci uocant crepitationẽ ignis ardentis. Porrò Lyeum ἀπὸ τοῦ λύειν, quod ſoluat curas, Nyſeũ ἀπὸ τοῦ νύττειν quod pungere eſt. Dythyrambus ἀπὸ τοῦ δὶς ἐς θύραν ἀναβαίνειν, Thyoneus ἀπὸ θύειν quod eſt impetũ facere, furere. Nyctilyus, quod membra noctu reſoluat à νὺξ & λύειν. Iacchus ἀπὸ τοῦ ἰάκχειν, quod eſt clamare, Bryſeus à βρύειν, quod eſt inundare, madefacere.*

d *†Eleus, quo nomine Bacchũ uocabant, quod mitis & lenis eſt, ἔλεος enim Græcis miſericordia eſt.*

e *Bonus puer nõ Euhan, ſed Euhyms ſonat, εὐὰν enim bacchantiũ uox eſt, qua Phryges Bacchũ uocãt*

f *Ea aũt erat demiſſa ad imos pedes, alij Baſſareũ à βάζειν uocant, quod clamare ſignificat.*

## De Hymeneo filio Bacchi. Cap. XXVI.

a Hymeneũ dicit Albericus filiũ fuiſſe Bacchi & Veneris, et ſequit̃ autoritatẽ Remigii, ob id habitũ, quia ex nimia petulãtia libido ſoleat excitari. Hymen aũt græce dicit̃ mẽbrana, quæ eſt proprie muliebris ſexus, in qua puerperia fieri dicunt̃, inde Hymeneus nuptiarũ deus dictus eſt. Sanè Lactan. ab hiſtoria tractũ dicit ſcribẽs, quia Hymeneus puer fuerit Athenienſis mediocri genere natus, qui cum annos puerilis ætatis excederet, nec dum uirũ poſſet implere, ea pulchritudine fuiſſe præditũ dicit̃, ut fœminã mentiret̃. Iſtum cum una ex ciuibus ſuis uirgo nobilis adamaſſet, is quia nuptias deſperabat, puellã tamen uerſa uice diligebat extreme, & animo ſaltẽ aſpectu ſatisfaciebat ſuo. Cumq; nobiles fœminę cum uirginibus ſacra Cereris Eleuſinæ celebrarẽt, ſubito aduentu piratarũ raptæ ſunt, inter quas etiã Hymeneus, qui illò à ſe dilectã ſecutus fuerat. Cum igit̃ per longinqua maria prædã piratæ uexiſſent, ad quandã tandẽ regionẽ deuoluti, & ibi ſomno oppreſſi, ab inſequentibus interempti ſunt omnes. Hymeneus aũt relictis uirginibus euolauit Athenas, pactus à cõſanguineis dilectæ ſuæ nuptias, ſi illis filias nuper raptas reſtitueret, quas ubi pro uoto reſtituit, exoptatã accepit uxorẽ. Quod coniugiũ quia felix fuerat, placuit Athenienſibus nomen Hymenei miſceri nuptiis. Sunt tamen, qui dicant eum die quadã nuptiarũ ruina oppreſſum, & piationis cauſa id adinuentũ, ut nomen eius celebraret̃ in nuptiis, quod omnino Seruius damnat. Ego aũt eum ob id Bacchi & Veneris filiũ dictum reor, quia propter duo fiant nuptię, ſeu duo interueniãt in nuptiis, feſtũ et carnalis copula. Per feſtũ Bacchus intelligẽdus eſt, ut per Vir. patet, dũ dicit, Adſit lætitiæ Bacchus dator &c. Per Venerẽ aũt carnalis copula, cũ ad eã ſpectare uideat̃, ad procreandã prolẽ marẽ et fœminã copulare, & ex his duobus cõficiunt̃ nuptię, ſeu Hymeneus, q pro nuptiis intelligẽdus eſt.

d *Aſclepiades aũt Calliopes & Apollinis filiũ Hymeneũ facit, & fratrẽ Orphei. Cuius ſententiã uidetur & Claudianus ſequi cum ait: Hunc Muſa genitũ legit Cytherea, ducẽq; Præfecit thalamis. Catullus aũt nõ Calliopes, ſed Vraniæ matris facit, in epithalamio ubi inquit. Collis ô Heliconij cultor Vraniæ genus &c. Qui Veneris filiũ dicunt, uidentur autoritatẽ Capellæ ſequi, apud quẽ legitur ô Hymenee decens Veneris qui maxima cura eſt, ſed fallũtur. Nã apud eundẽ expreßius legitur, Tu quẽ pſallentẽ thalamis, quẽ matre camœna Progenitũ perhibẽt. et plura in hãc ſententiã Ianus Parrha. in 2 Clau. de rap. Proſ. Eadem hiſtoria refertur à Cõment. in Iliad. Home. lib. 18. quanq̃ is Hymeneũ Arginũ iuuenem in itinere, cum Athenas nauigaret, puellas Atticas quæ à Pelaſgis rapiebãtur, liberatas dicit. Dicitur aũt Hymeneus, uel ab Hymene pellicula, uel à ναίειν, quia ſimul ſponſus ſponſaq; habitare incipiant.*

## De Thyoneo Bacchi filio. Cap. XXVII.

Thyoneũ Bacchi filiũ dicit Oui. & de eo breuẽ recitat fabulã. Dicit enim, quod cum bouẽ fuiſſet furatus, & ob id opprimeret̃ à ruſticis, inuocato forte patris auxilio, factũ eſt, ut à Baccho Thyoneus in uenatorẽ conuerteret̃, & bos permutaret̃ in ceruũ. Arbitror ego hunc fuiſſe furẽ, & potatis optime ruſticis, bouẽ ſuum repetentibus facile oſtendiſſe eis, & ſe uenatorem, & bouem ceruum fuiſſe.



## De Thoante Bacchi filio, qui genuit Hypſipylem. Cap. XXVIII.

Thoantẽ Bacchi filiũ fuiſſe carmen Ouidii demonſtrat dicentis. Tum primũ ſeſe trepidus ſub nocte Thyoneus Detexit nato portãs extrema Thoanti Subſidia &c. Paulus aũt eum ex Ariadna Minois filia ſuſceptũ teſtat̃. Sed miror qualiter hoc fieri potuerit, cũ Thoas, ut infra monſtrabit̃, genuerit Hypſipylem, quæ tempore Thebani belli, nutrix Opheltis Lycurgo Nemeo ſeruiebat, et Ariadna anteq̃ Baccho nupſerit, à Theſeo rapta eſt poſt Hippolytũ ſuſceptum, qui paulo ante initium ſuſcepti belli Thebani in Italiam abiit, & ſic longe antiquior Thoas fuit, quàm Ariadna. Is quidẽ, ut teſtatur Statius, iam ſenex cum Lemniades, apud quos rex fuit, à fœminis ſuis communi conſilio occiſi ſunt, à filia Hypſipyle, facto rogo ſaluatus eſt, & in Chium inſulam nocte tranſmiſſus. Meta. 7. a

a *Hæc aũt decreti & furoris illius cauſa fuit, ut ait Aſclepiades, quod cum Lemnij intermiſiſſent ſacra Veneris, hæc irata ob id deſiderium uiris tale immiſit, ut relictis uxoribus, trans mare in Thraciam nauigarent, ibiq; cum Thracen. fœminis rem haberent, itaq; Lemniæ mulieres furore percitæ cõmuni cõſilio decreuerunt uiros omnes occidere, feceruntq; omnes, præter unã Hypſipylẽ, quæ patrẽ clam naui ablegatum, ſeruauit. Hinc & Lemnium malum prouerbio dictum eſt.*

## De Hypſipyle Thoantis filia. Cap. XXIX.

Hypſipyle filia fuit Thoantis, teſte Statio, dum dicit. Cui regnũ genitorq; Thoas & lucidus Euan Stirpis auus &c. Hæc aũt, ut idem refert Statius, cum adhibuiſſet cõſenſum publico mulierũ Lemniadũ conſilio de occidẽdis maſculis ſuis, & ſuis legibus uiuere, ea nocte, qua ſcelus à cęteris fœminis perpetratũ eſt, Thoantẽ patrẽ naui impoſuit, eumq; Baccho patri cõmendauit, & in inſulã Chium tranſmiſit, & cõſtructo in regiam rogo, ſe patrẽ interemiſſe monſtrauit, eiusq; loco homicidis mulieribus imperauit, qua regnãte, ut oſtẽdit Statius, factũ eſt, ut tendẽtibus cum Iaſone Argonautis in Colchos ad Lemni littus appellerent, & ſeu quia nõ reciperent̃, ſeu quia ultores criminũ acceſſiſſent, ui inſulam cepere, & ſic ſuſcepti inter alios Iaſon ab Hypſipyle receptus eſt, & eius amicitia uſus, ſociis orantibus & exigente tempore, reditu proximo nauem cõſcendens, eam prægnantem reliquit, quæ poſtea geminos peperit, Thoantẽ ſcilicet & Euneum, & cum minime reuerteretur Iaſon, & caſu cognitum foret à Lemniadibus, eam Thoanti pepercíſſe patri, regno pulſa eſt, & à piratis capta in littore in ſeruitium regis Nemeæ deducta eſt. Qui eidem Opheltem paruũ filium alendum exhibuit, quæ dum operi uacaret, uenientibus Argiuis in Thebanos in Nemea ſylua ſiti pereuntibus, ab his qui aquæ exploratores uenerant, ſeu ab ipſo Adraſto rege comperta & interrogata eſt. Quæ e ueſtigio Langiam fluuiũ oſtendit, ubi ſitim poſuere reges, & qui illos ſequebant̃ populi, Cumq; quę nam eſſet exploraſſent, & ea caſus recitaſſet ſuos, cõtigit ut medio ex agmine Thoas & Euneus iuuenes filii eius proſilirẽt matre cognita, eiusq; ſolarentur dolores. Sed dum ipſa fortunas ſuas recitat, alumnũ oblita, quẽ inter herbas floresq; ludentẽ liquerat, infelici euentu cõtigit, ut is à ſerpente caudæ repercuſſione occideret̃. Quãobrem turbatus exercitus eſt. Verũ Lycurgus ægre filii necem ferens, dum in eam impetu ageret̃, ab Adraſto reliquisq; regibus, et à filiis ſuis ſeruata eſt. Quid tandẽ ex ea cõtigerit nuſq̃ legiſſe memini.

Lib. 5. Theb.

Flaccus de Lemniad. & Apoll. lib. 1. Argon.

ὑποθέσις ἐν ὑπνος Iliad. x

## De Amphione rege Thebarũ 5 Iouis 2 filio, q 7 genuit filios, & totidẽ filias. Cap. XXX.

Amphion fuit filius Iouis & Antiopę, ut in Odyſſea teſtat̃ Homerus. Ex cuius creatione, ubi de Antiopa ſcribitur, fabula recitat̃. Dicit tamẽ Ouidius quod ibidem non ſcribitur, à Ioue in taurum uerſo oppreſſam Antiopã, & grauidam factam. Et alibi dicit, Addidit ut Satyri cælatus imagine, pulchrã Iupiter implẽrit gemino Nycteida fœtu & cætera. Homerus præterea ubi ſupra

dicit, Iouem tres ex Antiopa ſuſcepiſſe filios, Amphionem ſcilicet & Zethum atq; Calatum. Hos præterea uolunt expoſitos à matre pulſa à Lyco rege Thebarum ob ſtuprum cum Epapho, ſeu Ioue cõmiſſum, & grandes tandem à paſtore quodam nutriti inſurrexiſſe in Lycum, & eum occidiſſe, atq; Dircen coniugẽ eius, et demum pulſo Cadmo ſene apud Thebas regnaſſe. Ex iſtis aũt ſecundũ Seruiũ Amphion muſicę artis adeò peritus fuit, ut iuxta Lactan. à Mercurio citharã meruerit, cum qua Thebanos muros conſtruxit, b ut Seneca poeta in tragœdia Herculis furentis dicit. Cuius'q; muros natus Amphion Ioue Struxit canoro ſaxa modulatu trahens &c. Eum'q; Lydios modulos inueniſſe ſcribit Plinius. Huic inſuper cõiunx fuit Niobe Tantali filia, ex qua ſecundũ Home. in Iliad. xii ſuſcepit filios, ſecundũ uero Latinos poetas, et Ouidiũ potiſſime, ſuſcepit xiiii. quos cum ob ſuperbiam Niobes ab Apolline & Diana uidiſſet occiſos, ſeipſum gladio interemit. Nunc aũt declarandæ fictiones ueniunt. Dicunt igitur hunc à tauro Ioue, ſeu Satyro genitũ, quod fictũ puto ad feruorẽ libidinis opprimentis demonſtrandũ, cum ſcribat alibi Antiopã uiolenter oppreſſam. Theodontius tamen dicit, Amphionẽ & fratres nõ Iouis ſed Epaphi fuiſſe filios ex Antiopa, & ob hoc Lyco Thebarũ Aegyptiorũ rege Antiopam repudiatã. in quem Lycum iam adulti iuuenes inſurgentes eum interfecere, & aufugerũt in Græciã, & à Cadmo ſuſcepti eum ſenem regno priuauerũt, & ſe Iouis dixere filios. Floruit enim, ut dicit Euſebius in libro temporũ, in muſicis Lynceo regnãte Argis. Eum aũt cithara mouiſſe ſaxa in muros Thebanos cõſtruendos, dicit Albericus nil aliud fuiſſe, q̃ melliflua oratione ſuaſiſſe ignaris, atq; rudibus & duris hominibus & ſparſim degentibus, ut in unum cõuenirent, & ciuiliter uiuerent, & in defenſionẽ publicam, ciuitatem mœnibus circundarent, quod & factũ eſt. Quod aũt à Mercurio citharã ſuſceperit, eſt q̃d eloquentiam ab influentia Mercurii habuerit, ut Mathematici aſſerunt.

Iliad. ultimo

Lib. 6. Meta.

a *Homeri uerſus in Odyß. hi ſunt* τὴν δ᾽ μετ᾽ ἀντιόπην ἴδον ἀσωποῖο θύγατρα. ἣ δὴ καὶ διὸς εὔχετ᾽ ἐν ἀγκοίνῃσιν ἰαῦσαι. καί ῥ᾽ ἔτεκεν δύο παῖδας ἀμφίονά τε ζῆθόν τε οἳ πρῶτοι θήβης ἕδος ἔκτισαν ἑπταπύλοιο. *De Calato nulla fit mentio, quãobrem haud ſcio an itidem hic, ut infra de liberis Crethei, atq; Aeſonis lib. 13. factum ſit.*

b *De Amphione ſic Pherecydes, Phlegyes inquit, Gortinã habitantes, peßime ac plane latronũ more uiuebant, itaq; & finitimos incurſabãt, multosq; iniuria afficiebãt. Amphion igitur, Thebanis inde plurimum timidis, muro Thebas circũdedit, ſaxaq; cantu lyræ ſic demulſit, ut ultro ad ædificationem eius muri cõcurrerent. Planeq; tuti undiq; Thebani erant illo uiuente. At uero poſt mortem illius Phlegyes iterũ duce Eurymacho in Thebanos impetu facto urbem ceperunt, ibiq; multa nefanda perpetrarunt, donec ad ſummum ab Apolline deleti ſunt.*

## De. xiiii. filiis Amphionis. Cap. XXXI.

AMphioni ex Niobe ſeptẽ fuere filii, & filiæ totidẽ, quorũ hæc fuere nomina, Archemorus, Antegorus, & Tantalus, necnon & Phadimos, Sipolos & Xemarchus, atq; Epinitos, Demũ filiæ ſic dictæ ſunt, Aſticratia, Pelopia, & Cheloris, & poſt has Cleodoxe, ac Ogune & Phytia, atq; Nerea. Horum ludẽtes maſculi dicit Ouid. ob ſuperbiã Niobis in Latonã obloquentis ab Apolline occiſi ſunt, fœminæ aũt à Diana, Niobe matre uidente. Sanè Oui. diſcrepat in aliquibus nominibus à Lactantio. Nam pro Archemoro, Antegoro, Xemarcho atq; Epinito ponit Ouid. Iſmeneũ Alphenorẽ, & Damaſiconẽ & Ilioneum. Ex his aũt neſcio quẽ Homer. uocabat Amaleum. Qui hos dicit ſic occiſos nouem annis ſepulchro caruiſſe, tandem cõuerſis à Ioue populis in lapides, eos cõtexiſſe. Eſto alibi dicat eos in Siphylo monte cõditos extitiſſe. Quod aũt iſti tam repente perierint peſte factum credo, cum ſit exterminator Apollo, & hinc contigiſſe deficientibus hominibus defeciſſe qui illos ſepelirent, qui mortui homines, et in lapidẽ, id eſt puluerẽ cõuerſi, eos etiã reſolutos texere, aut texiſſe creditũ. Vel, quod melius dictũ puto, populos lapideos factos, id eſt malis duratos, illos ad inuentis urnis, ut ait Homerus, apud Siphylũ ſepeliſſe, nõ enim aliquando ob pietatem nimiam poſſumus quod debemus. Seu aliter potuit cõtigiſſe, hos imminente peſte populari ritu ſepultos, & nouẽ annis neglectos demũ regio more lapideis urnis immiſſos.

De Zetho



## De Zetho ſecũdi Iouis filio. vi. qui genuit Ithilũ & Thyin. Cap. XXXII.

ZEthus filius fuit Iouis & Antiopes, ut ubi de Amphione tantũ dictum eſt. Hunc dicit Lactantius ſuper Achilleide, & Seruius ſimiliter ruſticum fuiſſe hominem, eſto cum fratre regnauerit.

## De Itylo & Neide filiis Zethi. Cap. XXXIII.

ITylus, & Neis, ut teſtatur Homerus in Odyſſea, filii fuerunt Zethi regis ex Aedone coniuge. Itylum autem per errorem nocte Aedon mater interfecit, putans eum Amalea Amphionis filium. Inuidebat quidẽ uxori Amphionis, eo quod ſibi ſex eſſent filii maſculi. Quæ ut ait Leontius, crimen ſuum cognoſcens optauit mori, miſeratione tamen deorum in carduelem uerſa Itylum deflet. De Thyi autem nudum ſupereſt nomen.

*In ueteribus exẽplis de Ithilo & Thyi caput hoc inſcribitur, pro quibus nos reſtituimus de Itylo et Neide, non aliquo Homeri loco adducti: neq; enim ut dicam quod res eſt, cum multo ac magno negocio de ijs quæſiſſem, de altero quicquã apud Homerũ inuenire potui. De Itylo quidem ſic legitur Odyß. τ.* ὡς δ᾽ ὅτε πανδαρέου κούρη χλωρηῒς ἀηδὼν, καλὸν ἀείδησιν ἔαρος νέον ἱσταμένοιο, δενδρέων ἐν πετάλοισι καθεζομένη πυκινοῖσιν. ἥ τε θαμὰ τρωπῶσα χέει πολυηχέα φωνήν, παῖδ᾽ ὀλοφυρομένη ἴτυλον φίλον ὅν ποτε χαλκῷ κτεῖνε δι᾽ ἀφραδίας κοῦρον ζήθοιο ἄνακτος. *De Thyi autem nuſquã, quod ſciam. Verũ in cõmentarijs, ſic tradit Didymus, ſiue quiſquis is fuit, qui ſcholia illa in Odyſſeam cõpoſuit.* τῇ νυκτέως ζεὺς μίγνυται, ἐξ ἧς γίγνονται ζῆθος καὶ ἀμφίων. οὗτοι τὰς θήβας οἰκοῦσι πρῶτοι, καὶ καλοῦνται διὸς κοῦροι λευκόπωλοι, γαμεῖ δὲ ζῆθος μὲν ἀηδόνα τὴν τοῦ πανδαρέου, τῶν δὲ γίνεται ἴτυλος καὶ νηΐς. ἴτυλον δὲ ἡ μήτηρ ἀηδὼν ἀποκτείνει διὰ νυκτὸς, δοκοῦσα εἶναι τὸν ἀμφίονος παῖδα *(quem alio loco idem autor* ἀμανέα *ſeu* ἀμανδέα; *utrũq; enim ſcriptum eſt, uocat.)* ζηλοῦσα τὴν τοῦ προειρημένου γυναῖκα, ὅτι αὐτῇ μὲν ἦσαν ἓξ παῖδες, αὐτῇ δὲ δύο. ἐφορμῇ δὲ ταύτῃ ὁ ζεὺς ποίνην, ἡ δὲ εὔχεται ὄρνις γενέσθαι, καὶ ποιεῖ αὐτὴν ὁ ζεὺς ἀηδόνα, θρηνεῖ δὲ ἀεί ποτε τὸν ἴτυλον, ὥς φησι φερεκύδης. *Hæc ille. Hunc igitur locũ Bocatius ex Leontio uerſum, ſeu quod minus intellexit, ſeu uitio librarij factum id eſt, uidetur corrupte huc tranſtuliſſe, & quæ ab illo ex cõmentarijs Homeri uerſa erãt, hic tanquã ex ipſo autore ſumpta, huc quanquã mendoſe, etiã appoſuit. Natusq; ita nobis bonus iſte Thyis ex Naide, & perinde atq; Geneus, Neptuni munere, ex fœmina in uirũ mutatus eſt, quẽ nos tamen ſuo loco atq; generi, non ex Homero ut dixi, ſed ex interprete eius reſtituimus. Quod aũt ſuperiori capite legitur de filijs Amphionis, ex his neſcio quẽ Homerus uocabat Amalea, neq; id uitio caret: non enim ab Homero, ſed ab interprete eius, quem (ut ex alijs quoq; coniecturã facio) Leontius in latinũ uertit: neq; Amaleus, ſed Amaneus, ſeu Amandeus nominatur. Cæterũ de tertio filio Antiopes Calato de quo ſequẽs caput inſcribitur, ne ueſtigiũ quidẽ, neq; apud ipſum Homerũ, neq; apud eius Cõmentarios, quos quidẽ nos hactenus habuimus, inueniri arbitror. Quanquã meũ hoc loco iudiciũ neminẽ ita mouere debet, quo minus ipſe amplius, ſi quid, melius atq; rectius quod ſit, inuenire poßit, quærendo & inueſtigando contendat.*

## De Calato ſecundi Iouis filio. vii. Cap. XXXIIII.

CAlatus filius fuit Iouis & Antiopes, ut Homerus in Odyſſea deſcribit, de quo nil præter nomen legiſſe memini.

## De Paſythea & Aegiale & Euphroſyne gratiis ſecũdi Iouis filiabus. Cap. XXXV.

PAſythea & Aegiale & Euphroſyne, quæ gratiæ ſeu Charites appellantur, ut placet Lactantio, Iouis & Autonoes fuere filiæ. Has dicunt Veneris eſſe pediſſequas, affirmãt'q; quia ſe lauent in Acidalio fonte, qui in Orchomeno Bœotiæ ciuitate eſt, & inde nudas incedere, & inuicem uinctas, ac ex eis duas facie ad nos eſſe cõuerſas, cum tergũ tertia uertat. Quid autem in hoc ſenſerint ueteres, excutiendum eſt. Cum enim gratia ſemper in bonũ ſonet, merito Iouis dicuntur filiæ, cuius effectus ſemper in bonum tendũt. Et cum coniunctionũ omnium ex attributa potentia cauſatrix Venus ſit, ut ſupra dictum eſt, illi merito obſequũtur, cum ſemper uideat aliquali gratia præcedente quis in unionẽ, ſeu amicitiam ire alterius, utputa ratione beneficii impenſi, uel cõplexionis et morũ conformitate, ſeu ſtudiorũ ſimilitudine

b dine & huiuſmodi. Et ideo ut placet Fulgentio, Paſithea quæ gratiarũ prima eſt, interpretatur attrahens, eo quod ante alia quacunq; moueamur cauſa, ad aliquã rem deſiderandam attrahimur. Secũda aũt Egyales interpretatur demulcens, & hoc ideo, quia niſi delectaret in proceſſu, quod appetiuimus ante, non iretur in perſeuerantiã amicitiæ, imò diſſolueretur ilico, & idcirco ut demulceat & delectet neceſſe eſt, quod attraxerat ante. Tertia aũt Euphroſyne appellatur quod retinens ſonat, ut per hoc intelligatur in uacuũ quis in delectationẽ alicuius rei attrahi, atq; ſe attractũ delectari, niſi quis opere ſuo teneat quod attraxerat & delectat. Et hinc potes aduertere duas in te gratias uenientes. Tertiam uero à te in illas ineuntem, & ſic duæ in nos faciem, tertia tergum uertit. Vel aliter, ſi quid enim in hominem gratum miſeris, ab eo in te duplum, ſeu maius redire uidebit, & ob id dicit Ilioneus Didoni apud Vir. Ne te certaſſe priorẽ pœniteat, quaſi uelit intelligi, ſi nobis boni aliquid feceris, et uiuat Aeneas, duplicatũ ab eo recipies. In Acidalio aũt fonte ideo balneari dicunt, quia acida græce, latine cura eſt. & hoc ideo fictũ, ut ſentiamus quia dum trahimur, dum mulcemur, dum retinere conamur, uariis curis angimur. Nudas aũt eas incedere nõ ob aliud uoluere, niſi ut uideremus in captãdis amicitiis nil fictũ, nil fucatũ, nil palliatũ interuenire debeat, quinimò ſimplici & pura mente, atq; aperta in hoc debemus incedere, nam q aliter exquirũt, amicitiarũ mercatores potius q̃ factores dici poſſunt

a *De Gratijs & earundẽ mythologia uide Perottũ in dictione gratia, neq; enim hic uacat omnia adſcribere, & illic digniora leges, quàm quæ hic ſcribuntur.*

b *Heſiodus alijs nominibus & matrẽ & filias uocat, dicẽs:* τρεῖς δέ οἱ εὐρυνόμη χάριτας τέκε καλλιπαρήους ὠκεανοῦ κούρη πολυήρατον εἶδος ἔχουσα Ἀγλαΐην καὶ εὐφροσύνην θαλίην τ᾽ ἐρατεινήν.

De Lacedæmone. xi. ſecundi Iouis filio, qui genuit Amiclatẽ. Cap. XXXVI.

LAcedæmon, ut ſcribit Dictys Cretenſis eo in libro, quem de expeditione Græcorũ in Troianos cõpoſuit, filius fuit Iouis ex Taygeta filia Agenoris Phœnicum regis. Eſto Euſebius in libro temporũ dicat eum filium fuiſſe Semeles patre non nominato, eum'q; Crotópo Argiuis regnante Lacedæmonem condidiſſe ciuitatem.

De Amyclate filio Lacedæmonis, qui genuit Argulũ. Cap. XXXVII.

AMyclas, ut prædictus Dictys aſſerit, filius fuit Lacedæmonis. Eſto ſint libri, in quibus legatur, Lacedæmonem fœminam fuiſſe, & ex ea Amyclatem natum, ego tamen hominem fuiſſe puto.

*Amyclæ filius fuit Hyacinthus quoq;, ſed eius ex quo Daphnẽ puellã Philarchus æditã ſcribit, ex matre Diomede, ut addit interpres Nicãdri, & ſic locũ Ouidij intelligi uolũt, Te quoq; Amyclide poſuiſſet in Aethere Phœbus, nõ pro gentili Amyclidẽ ut uulgo accipiendũ putant. Hic ab Apolline ualde amatus eſt, ſed ab eodẽ per imprudentiã quoq; occiſus, cum diſco ludentes, ille in Hyacinthi caput, ab Apolline iactus incidiſſet: quãobrem dolens Apollo eum in florẽ eiuſdẽ nominis uertit: fabula eſt apud Ouid. li. 10. Meta. Hic Amyclas etiam Leucippũ ſuſtulit, patrẽ Arſinoes puellæ quæ alio nomine Coronis dicta Apollini Aeſculapium genuit, autorem citat Ianus Parrhaſius Ariſtidem.*

De Argulo filio Amyclatis, qui genuit Oebalum. Cap. XXXVIII.

ARgulus, ut idem Dictys dicit, filius fuit Amyclatis, quẽ Theodontius dicit primũ iunxiſſe apud Acheos quadrigam, ſed timeo ne ſimilitudine ferè nominis deceptus ſit. Is enim qui primus quadrigam iunxit in Græcia Arogylus dictus eſt, & id adinuenit regnante Argis Phorbante, qui diu ante Argulum fuit.

De Oebalo Arguli filio, qui genuit Tindarũ & Icariũ. Cap. XXXIX.

OEbalus, ut dicit Dictys & Theodõtius, filius fuit Arguli, quẽ regnaſſe dicit Paulus apud Laconas, quos à ſe Oebalios nominauit. Huic duos fuiſſe filios comperimus, Tindarum ſcilicet & Icarium.

De Tindaro Oebali filio. Cap. XL.

*Tindareũ alij pleriq; uocant non Tindarũ.*

TIndarus, ut Dictys ſcribit & Theodõtius, filius fuit Oebali, illi'q; ſucceſſit in regno, ex quo & ſi nil aliud habeamus, hoc ſaltem legimus, eum Ledam habuiſſe coniugem. quæ ſi non ex eo, ex Ioue tamen, eius in regia Caſtorem & Pollucem, & Helenam & Clitemneſtram peperit. dato ſint, qui Caſtorem, & Clitẽneſtram non Iouis, ſed Tyndari filios dicant. Ego omnes quatuor Tyndari fuiſſe arbitror, ſed abſit ut auferam tam pudiciſſimo deo liberos, quos illi liberalis dicauit antiquitas.



De Icario Oebali filio, qui genuit Erigonẽ, Iphthimã, & Penelopẽ. Cap. XLI.

ICarius, ut dicit Leontius, Oebali fuit filius. Hunc Lactantius dicit comitem fuiſſe Liberi patris, & ab eo accepiſſe, uti uinum exhiberet mortalibus. Qui cũ paſtoribus, ſeu ſecundũ alios, meſſoribus ſuis exhibuiſſet, & hi, ſeu quia ultra debitũ, ſeu quia inſueti potaſſent, ebrii facti, et inde exiſtimãtes ſibi uenenum exhibitũ, Icariũ apud Marathonẽ uenationi uacantẽ interemerũt. Quẽ dicit Seruius à cane ſuo diu ſeruatũ. Tandem ut dicit Theodontius, cum canis fame impulſus domũ rediſſet, eiq; Erigone uirgo Icarii filia panẽ dediſſet, & ipſe ilico ad cadauer reuerteretur domini, Erigone eum ſecuta patrem occiſum cõperit, cuius tandem precibus Icarius in cælum aſſumptus eſt, & in Bootem conuerſus, & cum eo canis, qui† aſſyrius nuncupatur. Poſſibile eſt, cum in octaua ſphæra in antiquis aſtrologis multæ ſint imagines, quædam ſtellarũ deſignatione figuratę, ex his aliquas in conſolationem remanentium poſt Icariũ nomine Icarii & canis ſui denominatas. Verũ ego non credo hunc eum Icarium fuiſſe, qui Oebali filius fuit, aut Penelopis pater.

a

*Ei cani Mera nomen fuit.*

b

*aliàs, Sirius.*

c

a *De Icario Penelopes patre Didym Odyſſ. O. ſic tradit,* ἰκάριος ὁ οἰβάλου γαμεῖ δωροδόχην τὴν ὀρτιλόχου, ἢ κατὰ φερεκύδην, ἀστεροδίαν τὴν εὐρυπύλου τοῦ τηλέστορος. πυθόμενος δὲ λαέρτης περὶ τῆς πηνελόπης ὅτι καὶ τῷ κάλλει καὶ ταῖς φρεσὶ διαφέρει πάντων τῶν καθ᾽ ἑαυτὴν γυναικῶν, ἄγεται αὐτὴν τῷ παιδὶ ὀδυσσεῖ πρὸς γάμον, ἣ τοσαύτην εἶχεν ἀρετὴν ὥστε καὶ τὴν ἑλένην τὴν ἐκ διὸς οὖσαν τῷ τῆς ἀρετῆς ὑπερβάλλει. ἱστορία παρὰ φιλοστεφάνῳ καὶ φερεκύδῃ.

b *Id ſacrum Aletidas uocarunt, quod Erigonem patrem perſequentem cum cane, ignotam & ſolitariam, mendicam appellabant, quas Græci* ἀλήτιδας *uocant. Præterea autem (addunt alij) caniculam exorientem æſtu eorum loca & agros, fructibus orbaſſe, & ipſos morbo affectos cum dolore Icaro pœnas dare coegiſſe. Quamobrem rex illorum Ariſtæus, Apollinis & Cyrenes filius à patre petiſſe dicitur, ut malorum remedium aliquod indicaret, qui iuſſit illum à Ioue petere ut per quadraginta eos dies, quibus canicula furit æſtu, uentos daret, qui flatu æſtum leuarent: quod ille faciens à Ioue impetrauit Eteſias, quas alij inde dictas uolunt, quia certo tempore quotannis flare ſolent, alij quia à Ioue poſtulati & conceſſi ſunt. Erexit & Ioui templũ Ariſtæus idem ex eadem cauſa quod uocauit* διὸς ἰκμαίου, ἕνεκα τοῦ τοὺς ὄμβρους γίνεσθαι. *De hoc ſacro uide ſequenti capite plura.*

c *Higinius non Sirium, hoc eſt maiorẽ canem, ſed minorẽ eſſe uult, qui procyon dicitur, eo quod ante maiorem canem oriatur. Sirius autem dictus eſt uel à* σειροῦν *quod eſt* κενοῦν, *eo quod exhauriat nos æſtu ſudantes, uel* σείριος *quaſi* ζείριος, ἀπὸ τῆς ζέσεως, *uel* ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι αἴτιον εἶναι. τοὺς γὰρ κύνας διασεσηρέναι καὶ χάσκειν ποιεῖ. *Vide Comment. Apoll. lib. 2.*

d *Bootes qui & Arctophylax dicitur. Bootes autem ideo dicitur, quia circa exortum eius ſyderis* βουλατοῦσι καὶ ἀροτριῶσι: *aut quia Icarius ſolebat curru circumuehi, cum uini rationem doceret quãuis ſint qui Arcadem Caliſtûs filium in Bootem mutatum uelint. Sed communior ſententia eorũ qui Arcadem Vrſum minorem & Icarium Bootem factos putant. Cæterum quod ad fabulam præſentem pertinet, alius Icarius, Erigones, alius uero, Penelopes pater eſt. Nam hic Lacedæmonius, ille Athenienſis fuit, ut ex ipſo fabularum contextu facile animaduerti poteſt.*

De Erigone filia Icarii. Cap. XLII.

ERigone filia fuit Icarii, ut Lactantius affirmat, & Seruius, quę cum Baccho placuiſſet, ab eo in ſpecie uuæ, ut ait Ouid. decepta eſt atq; oppreſſa. Hæc tamen, ut dicit Seruius, cum ductu canis in Marathoniã ſyluam patrẽ à ruſticis occiſum cõperiſſet, fleuiſſet'q; diu, tandẽ doloris impatiens in arbore laqueo ſe ſuſpendit. ſed ſeu corporis põdere nimio, ſeu laquei uel rami debilitate factũ ſit, in terrã cecidit. Cuius tamẽ miſerti dii eam inter ſydera tranſtulerũt, fecerũt'q; ex ea in Zodiaco ſignũ illud, q̃d adhuc uirginẽ appellamus. Tractu tamẽ tẽporis, cum ſecundũ Lactan. umbra eius regionẽ illã infeſtaret, ad eius iram mitigandã compertũ eſt ex

*Lib. 6. Meta.*

cæra

cera humanã formare ſpeciem, & in eadem arbore appendere, & à paſtoribus canibusq́; diem illam celebrari facere, ex quo Virg. Tibiq́; oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu. Sane Seruius aliter. Dicit enim quod cum poſt aliquantũ temporis Athenienſibus eſſet morbus immiſſus talis, ut etiam uirgines furore quodam compellerentur ad laqueum, eſſetq́; ab oraculo reſponſum ſedari poſſe peſtem illam, ſi requirerentur Erigones & Icari cadauera. Qui illa quæſiuere diu, & cum reperiri non poſſent, ad oſtendendam deuotionem ſuam Athenienſes, quaſi in elemento alieno etiam quærere uiderẽtur, ſuſpendebant in arboribus funes, ad quas ſe tenentes homines hàc atq; illàc agitabantur, ut quaſi per aerem illorum cadauera petere uiderentur. Sed quia plurimi cadebant, inuenere formas ad ſui oris ſimilitudinem, & eas pro ſe ſuſpenſas mouebant. Vnde oſcilla dicta ſunt ab eo, quod in his cilarentur, id eſt mouerentur ora, & eo modo peſtis purgata eſt. A Baccho aũt eam in ſpecie uuę deceptam, ideo dictũ credo, quia poſſibile fuit inſuetam, dum uuas comederet, ebrietatem incidere.

*Vide Seruiũ in 2 Georg.*

*Plura de Icario et Erigone uide Higiniũ de ſyderibus. Et Cõment. Homer. Iliad. X. de cane Orionis.*

De Iphthima filia Icarii. Cap. XLIII.

IPhthima filia fuit Icarii, ut in Odyſſea teſtatur Home. dicẽs. Iphthimę puellæ magnanimi Icarii, quæ Eumelo nupſit, domum fratris habitanti.

*Odyß. 4.* Ἰφθίμῃ κούρῃ μεγαλήτορος ἰκαρίοιο τὴν εὔμυλος ὄπυε &c.

De Penelope filia Icarii, & uxore Vlyſſis. Cap. XLIIII.

a PEnelope filia fuit Icarii, ut in Odyſſea teſtatur Homerus, dum dicit, filia Icarii ualde ſapiens Penelope. Hæc quidem, ut ſatis uulgatum eſt, nupſit Vlyſſi, & ex eo Telemachum filium peperit. Poſtea cum iuiſſet Troiam Vlyſſes, & inde diu poſt Troiam deletam erraſſet, multa paſſa eſt, tam ob pudicitiam ſuam tu b tandam, quam procatores plurimi ſollicitabant, quàm ob timorem inſidiarum aduerſus Telemachum à procatoribus poſitarum, & dolorem non redeuntis Vlyſſis. Tandem eis ſeruatis, uirum rehabuit. in quem tandem finem iuerit, non ſatis certum habeo. Dicit tamen Leontius Lycophronẽ græcũ poetam dicere, Penelopem cõcubitum omnium procantium paſſam, & ex uno eorum genuiſſe quendam filium, cui Pana nomen fuit. Quod cum in reditu cognouiſſet Vlyſſes, ſtatim abiit ad inſulam Gortinam, & ibidem obiit. Quod abſit, ut credam pudicitiam Penelopis à tot, tamq́; egregiis celebratã autoribus, ab aliquo fuiſſe maculatam, quicquid Lycophron loquatur maliloquus

a κούρη ἰκαρίοιο περίφρων πηνελόπεια. *Verſus eſt frequens in Odyßea.*

b *Inter cætera Penelopes hoc quoq; narratur, quod cum à procis nimium infeſtaretur, pollicitam eſſe cõnubium, quamprimũ telam abſoluiſſet. Vt igitur quàm longiß. rem extraheret, quicquid interdiu texerat, id noctu reſoluebat, donec re à procis comperta, à tela prohibita eſt, de quo ſic* μυθολογοῦσι *Græci,* πηνελόπη, φασὶν, ἡ φιλοσοφία, ἱστὸς ἡ ἐπίθεσις τῶν προτάσεων, ἐξ ὧν αἱ συλλογιστικαὶ συμπλοκαὶ, ἀνάλυσις ἡ οὕτω καλουμένη παρὰ τοῖς φιλοσόφοις, ἣν οὐκ ἐπαίδευσιν οἱ παχεῖς καὶ ἀπάταλοι μνηστῆρες, διὸ καὶ παύουσιν αὐτὴν κύβοις αὖθις ἐπιρρίψαντες ἑαυτούς. Θεῖον γὰρ ἔργον τὸ τοιοῦτον διὸ καὶ ἡ πηνελόπη λέγει ἐξῆς, θεὸν ἐμπνεῦσαι αὐτῇ τὰ κατὰ τὸν τοιοῦτον ἱστόν. θεράπαιναι δὲ ἡ προστεθεῖσα τῇ φιλοσοφίᾳ συλλογιστικὴ μέθοδος, δαΐδες δὲ, αἱ τῆς γνώσεως.

*Inter Icarij filios & Elatus numeratur, qui ducta uxore Erimede Damaſicli filia, Tænarũ genuit, à quo & urbi & monti nomen factum eſt. Vide Comment. in lib. Argon.*

De Tantalo duodecimo Iouis ſecundi filio. Cap. XLV.

LAcedæmonis expedita proſapia, ad reliquos Iouis ſecundi filios redeundũ eſt, ex quibus duodecimũ Tantalum dicit Theodõtius Iouis fuiſſe filium. Fuit enim is antiquiſſimus Corinthiorum rex, & pius homo, atq; deorum menſis ſæpe accubuit. Quod ideo fictum puto, quia celſiſſima ſit arx Corinthiorum, adeo ut ſi quis eam aſcendat, in cælum uideatur conſcendere, & eſſe cum ſuperis.

De Hercule



De Hercule. xiiii. ſecundi Iouis filio, qui genuit Carthaginem. Cap. LVI.

HErcules hic à Cicerone in libro de naturis deorũ cognominatur. iiii. & ab eodem dicitur Iouis filius ex Aſterie ſorore Latonę ſuſceptus. Hunc præterea ſumme à Tyriis coli dicit, & ex eo Carthaginem filiam genitam.

De Carthagine. iiii. Herculis filia. Cap. XLVII.

CArthago, ut proximo ſupra monſtratũ eſt, Herculis quarti fuit filia, quam nos Carthaginẽ nuncupamus, quę ideo Herculis filia dicta eſt, quia à Phœnicibus, qui Herculem ſumme colebant, poſita eſt Herculis dei ſui auſpicio.

De Minerua ſecundi Iouis filia. xiiii. Cap. XLVIII.

MInerua nõ ea cui cognomen Tritonia fuit, Iouis ſecundi fuit filia, ut ſcribit Tull. de naturis deorum, quam idem Tullius inuentricem aſſerit fuiſſe bellorum atq; principẽ, & ob id à nõnullis Bellona appellata eſt, & ſoror Martis, & auriga, ut teſtari Statius uidetur dicens. Regit atra iugales Sanguinea Bellona manu, longáq; fatigat Cuſpide &c. Nec ea fuit hæc, quam ueteres uirginem & ſterilem aſſeruere, quinimò, ut idem dicit Tullius, ex Vulcano Cæli filio antiquiſſimo Apollinem primum peperit. Præterea ut dicit Leontius, hæc eſt, quam armis inſignem finxere, oculis toruam, haſtamq́; gerentem longiſſimam cum cryſtallino clypeo, & hoc magis ad oſtentationem inuenti à ſe belli, quàm ob aliquod aliud ſignificatum. quod ego non credo, quinimò inſignia illa ad aliquod myſterium oſtendendum appoſita omnia puto. Nam cum omnes aſſiduis infeſtemur bellis, armatã fingi puto, ut doceamur prouidos uiros ſemper in armis conſiſtere id eſt conſiliis, quibus ad emergentia poſſint obſiſtere. Quod oculos habeat toruos, oſtendit ſapientem de facili capi non poſſe, cum utplurimũ exterioribus actibus longe aliud ſe oſtendat agere quàm gerat animo, uti toruus alibi reſpicit quàm intuentem eius faciem arbitrentur. Haſta aũt illi dicatur longiſſima, ut noſcamus prudentem uirum etiam longinqua cognoſcere, & ex longinquo ictus infigere, atq; à ſe inſidiantes repellere. Cryſtallinum aũt ideo illi clypeum attributum eſt, ut appareat in tranſparenti cryſtallo atq; ſolido corpore ſapientem uirum æque ſimul & hoſtis uidere opera, & ſeipſum remediis opportunis protegere. Huic inſuper dicit idem Lactantius, cum Neptuno de impoſitione nominis ciuitati Athenarum fuiſſe certamen, illudq́; præſentibus diis in Ariopago agitatum, actumq́; eorum ſententia, ut quis eorum terra percuſſa laudabiliorem produxiſſet effectum, is ciuitati nomen imponeret. Ob quam rem Neptunus percuſſo tridente ſolo, equum produxit. Minerua autem haſta proiecta produxit oliuã. Quæ quoniam utilior uiſa ſit equo, Minerua deorum iudicio ciuitatem è ſuo nomine nuncupauit Athenas, nam Minerua à græcis Athena nominata eſt. Quid hic figmenti ſit, ſic Albericus exponit. Dicit enim Cecropi cõditori qui & huic Mineruæ contemporaneus fuit, & iuxta Theodontiũ pater, fuiſſe aliquandiu ambiguum, an illa à commoditate maris quo etiam plurimum ualebat, an cõmoditate terræ, qua etiam plurimũ abundabat, denominaretur. quã maris cõmoditatẽ per equum deſignare uoluere, quia & mare uehat ut equus, & equus ut mare uelox ſit, & nõnunquã impetuoſus, & furore nimio plenus, ut mare. terram uero oliuam, ſeu quia locus oliuarum abundans ſit, ſeu quia pingue ſit ſolum & fertile. Tandem cum cerneret circũſpectus homo maris cõmoda uariis ex cauſis poſſe ſubtrahi, & terreſtria qualiacũq; eſſe continua, à terreſtribus perpetuis denominandam cenſuit, atque uocauit Athenas, quod latine immortales ſonat. Ego autem puto, cum maritima ciuitas ſit Athenę, diſſenſionem hanc inter nautas & mecanichos homines, oſtendentibus nautis rem plurimũ augeri nauigiis, quæ per equum intelligenda ſunt. Mechanici autem contrà artibus & agricultura ciuitates ſuſtentari & augmentari, quę per oliuam demonſtrantur, cum eius ſit liquor mitis & ampliatus. quamobrem à diis, id eſt à iudicibus in hoc datis pro Mechanicis ſentẽtia lata eſt, et hic optime Neptunus inductus eſt, pro Mechanicis aũt Minerua, quæ artium omnium ferè repertrix fuit. Poſſet quis hic obiicere Iouem primũ regem

n Athenarũ

Athenarũ dictũ longe antiquioré Cecrope, & hic Cecropé conditoré dicimus Athenarũ. Hanc obiectioné paucis abſoluit Leontius, dicit enim non de nouo ædificatas Athenas à Cecrope, ſed mari propinquiores factas, & hac tempeſtate ſponte ſua oliuã in arce natã.

*Cõment. Homer. Iliad. i. ſic Pallada inquit, epitheto Mineruã uocant, ſiue à πάλλειν, hoc eſt uibrando haſtam, belli enim dea eſt, ſiue quod Pallantem unum ex Gigantibus occidit, ſiue etiam quia ex cerebro Iouis proſilijt, ſiue διὰ τὸ παλλομένην τὴν καρδίαν τοῦ διονύσου προσκομίσαι τῷ διί.*

De Arcade. xv. filio ſecundi Iouis, qui genuit Ionium. Cap. XLIX.

ARcas Iouis fuit filius & Caliſtonis nymphæ, ut clare teſtatur Ouid. Huius enim mater poſt Lycaonem patrem è regno pulſum à Ioue, ut refert Paulus, ſe choris Dianæ ſociauit, & in uenationibus uitam agens, cum ætate ualeret & forma, à Ioue dilecta eſt, ut dicit Ouid. ab eodem ſub ſpecie Dianæ inter umbras nemorum decepta & oppreſſa eſt. Quæ cum concepiſſet, & iam excreſceret uterus, à puellis ſociis ad lauacrum euocata eſt, ſe lauante Diana. Hæc autem timens ne crimen appareret ſuum, ſi ueſtimenta deponeret, lauari renuebat. tandem à uirginibus nudata, cum turgidum uentrem Diana uidiſſet, confeſtim eam à conſortio ſuo repulit, quæ poſtea Arcadem peperit. Quod facinus cum cognouiſſet Iuno, irata in eam, illam diu traxit crinibus, & tandem transformauit in urſam. Arcas aũt cum grandis eſſet, eam ſibi incognitam & ad ſe uenientem uoluit occidere. aſt ipſa pauida, ut ait Theodontius, in Iouis templum, cuius ſemper erant apertæ ianuæ, nec propterea aut fera, aut auis intrabat ulla, aufugit, in quod & Arcas ſecutus eſt. quos cum uellẽt incolæ occidere, à Ioue prohibiti ſunt, & mutato æque in urſum Arcade, ambos in cælum tranſtulit, & circa polum arcticum locauit. Caliſto aũt urſa minor dicta eſt, ubi maior uocatus eſt Arcas. Iuno autem ex hoc turbata, quod pellex in cælum ſuſcepta eſſet unà cum filio, acceſſit ad Tethydem magnam nutricem ſuam, orauitq́; ne has urſas more aliorum ſyderum ſuis undis lauari pateretur, quod Tethys ultro ſe facturam promiſit, & ſeruat uſq; in hodiernum. Sub hac fictione, ut plurimũ latet hiſtoria. Nam ſuperato à Ioue Lycaone, Caliſto filia aufugit ad uirgines Pani Lyceo ſacras, & cum his emiſſo perpetuæ uirginitatis uoto contigit, ut audito à Ioue, ſua formoſitate caperetur, & incideret in deſiderium potiundi, & cum ſe in habitum ſociarũ trãsformaſſet, clam nocte acceſſit ad illam, & cum uariis ſuaſionibus in ſuum deſiderium traxiſſet, eam uitiauit atq; pregnantem fecit. Poſtremo cum partu crimen appareret Caliſtonis, eueſtigio cum maximo dedecore ſuo, nil ulterius timore Iouis audentibus uirginibus ſacris, unà cum filio clauſtris excluſa eſt. Quæ ob ruborem clam receſſit in ſyluas, & in eis latuit diu incognita. Sane cum adoleuiſſet filius, eſſetq́; ingentis animi, nec poſſet perpeti matris imperiũ, eam uoluit occidere. Quæ timore percita ſyluas linquens confugit ad Iouem, qui eam in gratiam filii reconciliauit, permiſitq́; ut in patrium poſſet redire regnũ, iuitq́;. Quamobrem cum Arcas ferox iuuenis Pelaſgos in ditionem redegiſſet ſuam, Arcades illos ex ſuo nomine appellauit. Arcades autem Caliſtonem, quam mortuam putabant, ob diuturnã latebram urſam appellauere, cum urſus, ut aiunt phyſiologi, certam anni partem in cauernis moretur dormiens. & à nomine matris urſum etiam filium uocauere, quos ambos poſtea in gratiam Arcadis, poetæ in cælum tranſlatos dixere, & ex canibus eius in locis in quibus hos locauerũt, diu ante ab Aegyptiis figuratis fecere urſos. Quod aũt à Tethyde Iunonis alumna lauari in oceano non permittãtur, ſumptum eſt ab eleuatione poli, qui in regione noſtra adeò eleuatus eſt, & hæc ſydera adeò illi propinqua, ut circuitione cæli, ſicuti reliquæ quæ occidendo mergi uidentur oceano, mergi non poſſint. imò earum circa polum integrum circuitioné uidemus. Hunc Arcadé ſcribit Euſebius ſubegiſſe Pelaſgos anno mundi. iii. Mil. dccviii.

De Ionio filio Arcadis, qui genuit Nicoſtratam. Cap. L.

IOnius fuit, ut ait Theodontius, & poſt eum Paulus, Arcadis filius ex Selẽne nympha ſuſceptus, homo æuo ſuo bellica arte & potiſſime nauali peritiſſimus adeò, ut littora



littora ferè omnia Peloponnenſia, & uſq; ad mare Siculum ſuę ditioni ſubigeret, & à ſuo nomine Ionas et Ioniũ cognominaret mare. qui in tam grandẽ uenere pręeminentiam, ut ſibi totius Græciæ quartã partẽ ſubeſſe dicerent, & Ionicis litteris atq; grãmatica uti cogerent. Sanè Leontius negat hoc cognomen genti mariq; inditũ à Ionio rege, affirmans diu ante illis fuiſſe ab Ione Inachi filia, cui maximũ in partibus illis fuit imperium appoſitum, quod etiam alibi ipſemet teſtatur Theodontius. Fuit ergo Ionii, ut Theodontius dicit & Leontius, filia unica nomine Nicoſtrata.

De Nicoſtrata filia Ionii & matre Euandri. Cap. LI.

NIcoſtrata, Theodontio & Leontio aſſerentibus, filia fuit Ionii Arcadum regis, quæ cum ſecundũ prædictos, Pallanti cuidam Arcadũ uiro nobili nupſiſſet, ſeu ſecundũ alios, eius nurus exiſteret, ex Mercurio poſtea Euandrũ Arcadiæ regem cõcepit. & cum Græcarũ litterarum eſſet doctiſſima, adeò uerſatilis fuit ingenii, ut ad uaticinium uſq; penetraret uigilanti ſtudio, & famoſiſſima uates euaſit. Et cum quærentibus nõnunq; expromeret futura carmine, Nicoſtratæ abolito nomine, Carmenta nũcupata eſt. Quæ cum Euander putatiuũ patrem ſeu uerum potius occidiſſet caſu, ut quidam uolunt. ſeu ut aliis uidetur, ſeditione ſuorũ è regno pulſus auito, magna filio fugienti uaticinio promittens, cum eo ad Italiam deuenit, & oſtia Tyberis intrans in Palatino monte conſedit. Et cum ſylueſtres cõperiſſet incolas, nouos litterarũ characteres adinuenit, eosq́; earum cõiunctiones ſonosq́; edocuit. Quæ etſi ab initio. xvi. tantum fuerint, aliis à poſteris ſuperadditis, eis in hodiernum uſq; utimur. Cuius rei rudes admirati non hominem ſed deam potius arbitrati ſunt, & cum eam adhuc uiuentem diuinis celebraſſent honoribus, mortuæ ſub infima Capitolini montis parte, ubi uitam duxerat, ſacellum ſuo nomini condidere. Et ad eius perpetuandam memoriam à ſuo nomine loca adiacentia Carmentalia uocauere. Quod quidẽ nec Roma iam grãdis aboleri paſſa, quinimò ianuam ciuitatis, quam ibi exigente neceſſitate ciues conſtrui fecerant, Carmentalé per multa ſecula uocauere. Supererat, ut omnis Iouis ſecũdi poſteritas eſſet appoſita, Dardanum qui ex filiis eius unus fuit, & omné ipſius proſapiam apponere. Verum quoniam uolumen hoc quintum finem poſcere uidebatur, & illa eſſet longiuſcula, uiſum eſt hic terminum figere, & Dardanũ prolemq́; ſuam ſequenti uolumini reſeruare.

Libri quinti finis.

Dardanus & proles ſexto ſua ſcribitur omnis.






# GENEALOGIAE DEORVM GENTILIVM, LIBER SEXTVS.

Defecerat in faucibus Tyberis leuis cimbulæ impetus, ubi dũ ocioſus, & nouas uires, & nouos expectarem pariter flatus, quadã loci ueneratione tractus cœpi adiacentia cuncta conſpicere. Erat ibi uidere Laurentis ueteris, Lauiniiq; ruinas, & Priſcorũ Latinorũ cunabula. Inde longã Albam à fœta ſuẽ denominatã, ſyluis obſitam atq; uepretis, nullum ferè de ſe præter nomen præſtante ueſtigium. Aſt ulterius paululum aurea olim Roma fulgebat ueteri potius ſplendore, q̃ lumine nouo. Quam dum toto intuerer animo, in mentem priſci uenere reges, uenere & proceres, ſublimes´q; duces inſignes uirtute plurima, & militari diſciplina, atq; ſanctiſſima paupertate ſpectabiles. Venere triumphi conſpicui, ſubactæ´q; undiq; nationes, & gloria ſingularis imperii, qua ſola mortales cæteros ſuperauit, & ob quam orbis totius & frena regere & uocari meruit caput. Dum´q; mecũ mirabundus perquirerẽ, quiſnam tantæ molis genitor, quis dici primus potuerit parẽs, Terra, an Titanus uel Neptunus potius educere ingentia corpora cõſueti, Tuſcus Dardanus ſubintrauit memoriam, eum´q; uictorioſi populi uetuſtiſſimũ auũ memini. Nec ex longinquo uidebatur littus, ex quo nauẽ ſoluerat iturus in Aſiam uſq; tam inclytæ poſteritatis inſemina proiecturus. quãobrem ne omiſſa uideatur proles tanta claritate conſpicua, Tuſci fluminis relictis oſtiis ueterem ſecutus aquæ ſulcũ, ut occulta fide maiorũ monumenta cognoſcerẽ, Zephyro fauente in littus uſq; Mæoniũ contendi, ut abinde eo præſtante qui aquas ſeiunxit ab arida, tam grandis, tam´q; admirabilis imperii per ſuas ſucceſſiones, auos uetuſtiſſimos recenſerem, & in ultimum uſq; inclytæ poſteritatis deducerem ſucceſſores.

De Dardano. xvi. Iouis ſecundi filio, qui genuit Erichthonium. Cap. I.

Oſtenſum eſt in præcedentibus Iouem ſecundũ cæli fuiſſe filiũ, cuius poſteritatis quoniã ſeries in præcedenti uolumine ferè omnis deſignata eſt, ſolo reſeruato Dardano, in hoc libello eius ſobolem deſcribemus, eo præaſſumpto, quem ueteres Iouis teſtantur filium ex Electra Atlantis filia, & Coriti regis coniuge ſuſceptũ, ex quo de faſtis ait Ouid. Dardaniũ Electra quis neſcit Atlantide natũ, Scilicet Electrã cõcubuiſſe Ioui &c. Hunc aiunt Priſci inter cæteros filios Iouem præcipue dilexiſſe. Sed quid uelit fictio paucis aduertamus. Conſtat aũt ſententia Pauli Dardanũ Coriti regis fuiſſe ex Electra coniuge filiũ, ſed ad nobilitandã poſteritatẽ Ioui attributũ, cui etiã moribus erat conformis. Nam natura mitis homo fuit & religioſus, ut idem ait Paulus. Huic Iaſius fuit frater. Eſto ſint qui addant Italum, & Sicanũ atq; Candauiam ſororẽ, & cum Corito ſola ciuitas Coritus eſſet de ſuo nomine dicta, & ea erat quæ hodie opinione Pauli aliquibus additis litteris uulgo Corneto uocat̃. Venerũt eo mortuo de ſucceſſione in diſcordiã fratres natu maiores, Dardanus, & Iaſius, qua cõmotus Dardanus, qui tẽpore poſterior erat, Iaſiũ interemit. Quã ob cauſſam cum turbatos ciues cerneret, cum parte populi nauẽ cõſcendit, & longa actus nauigatione, primo in Samothraciã, quę tunc Samos erat, ſedes habuit, ut teſtat̃ Vir. dicens, Atuncos ita ferre ſenes, his ortus in agris Dardanus Idæas Phrygiæ penetrauit ad urbes, Threiciã´q; Samũ, quæ nunc Samothracia fert̃, Hinc illũ Coriti Tyrrhena à ſede profectũ &c. A Samo aũt eam in Aſiæ partẽ abiiſſe, quę Helleſponto cõtigua eſt mari, & eam quã occupauit oram de ſuo nomine Dardaniam nuncupaſſe, quam apud regnauit, oppido eiuſdem nominis conſtructo, quod cõtigiſſe uiſum eſt Euſebio circa. xxxv. Moyſis annũ regnante Argiuis Steleno, qui mũdi fuit annus. iii. M. dccxxvi. Ibidẽ aũt, cum annis regnaſſet quinquaginta, uti idem dicit Euſeb. in lib. temp. Erichthonio filio relicto ſuperſtite diẽ clauſit Lib. 5. Aeñ.

*Tota progenies Dardani uſq; ad Priamum & Aeneam denumeratur ab Homero Iliados Υ ſeu li. xx, à Diodoro autem etiam bella & res geſtæ adduntur lib. 5.*

De Erichthonio Dardani filio, qui genuit Troium. Cap. II.

ERichthonius filius fuit Dardani. Hunc Paulus arbitratur ex Candauia Dardani coniuge & ſorore natum. Hic aũt Dardano patri ſucceſſit, & cum regnaſſet annis xlvii. Troio filio derelicto, defunctus eſt.

De Troio Erichthonii filio, qui genuit Ganymedẽ, Ilionẽ & Aſſaricũ. Cap. III.

*Ab Home. & omnibus alijs Ilus uocatur.*

TRos ſeu Troius filius fuit Erichthonii, ut carmine patet Oui. Huius Erichthonius Tros eſt generatus ab illo. Hic patri ſuccedẽs, cum uir eſſet armorũ, ampliato regno ex ſuo nomine regionẽ, quæ uſq; tunc Dardania dicebat̃, appellauit Troiam. Huic bellũ fuit aduerſus Tantalũ Phrygiæ regẽ ob raptũ ſibi ab eo Ganymedẽ filiũ, quẽ præter †Ilionem & Aſſaricũ genuit, quibus ſuperſtitibus diem obiit.

De Ganymede Troi filio. Cap. IIII.

GAnymedes Troi regis fuit filius ſpecioſiſſimus adoleſcens, de quo ſic Vir. Intextuſq; puer frõdoſa regibus Ida Veloces iaculo ceruos curſuq; fatigat, Acer anhelanti ſimilis, quẽ præpes ab Ida Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger uncis, Longæui palmas ne quicquam ad ſydera tendunt Cuſtodes, ſæuitq; canum latratus ad auras &c. Hunc in cælum raptũ dicit Ouid. & pincernã Iouis factum, & aquarii ſignum. Cuius fictionis intentum paucis iudicio ſuo Fulgentius explicat dicẽs. Iouis pugnãtis nauali certamine, exiſtentiſq; in naui, cuius aquila erat inſigne, bellicã prędã fuiſſe Ganymedẽ. Euſebius aũt in li. temporũ nõ à Ioue raptũ, ſed à Tantalo Phrygię rege dicit, quod ſcriptũ aſſerit à Phandro poeta, & ob hoc ortũ bellum inter Troiũ & Tantalũ, & hinc uidet̃ fruſtrari Ouidii dictũ. Sanè ſecundũ Leontiũ nõ fruſtrat̃. Dicit enim Tantalũ ad Iouis Cretenſis gratiã promerendã, quem impudiciſſimum cognoſcebat, ſub ſignis aquilæ uenantẽ, adoleſcentulum rapuiſſe, eumq; Ioui dono dediſſe. Quod aũt deorũ pincerna factus ſit, ideo fictũ eſt, quia inter cæli imagines figuratus forſan ad ſuorũ ſolatiũ eam eſſe dicunt, quã uocamus aquariũ, in quo exiſtente ſole, terra maximis hymbribus irrigat̃, quarũ humidis uaporibus ſydera paſci nõnulli uoluere, & ſic deorũ pincerna factus eſt, fuit aũt regnante Argiuis Prito.

*Quidam non deorum omnium, ſed ſolius Iouis Pincernam eſſe uolunt.*

De Ilione filio Trois, qui genuit Laomedontem. Cap. V.

*al's, Ilium*

ILion, ut Homerus in Iliade, ubi omnis genealogia Troianorũ uſq; ad Hectorem & Aeneam explicatur, ait, filius Trois regis Troianorũ. Hic, ut dicit Euſebius in libro temporum, regnante Athenis Cecrope, Ilionem ciuitatẽ illam inclytam Homeri carmine condidit, & ex ſuo nomine nuncupauit. Hæc enim eſt, quæ decennalem Græcorum obſidionem paſſa eſt, & ab eis deleta. Condita aũt eſt circa annũ mundi. iii. M. dccc xcv. Ilio aũt unicũ legimus fuiſſe filium Laomedontem, quem ſuperſtitem moriens dereliquit.

*Homerus, ut ſupra annotauimus non Ilionem ſed Iliũ uocat, ſic enim inquit,* Τρωὸς δ᾽ αὖ τρεῖς παῖδες ἀμύμονος ἐξεγένοντο Ἶλος τ᾽ ἀσσαρακός τε, καὶ ἀντίθεος γανυμήδης.

*al's, Ili*

De Laomedonte †Ilionis filio, qui inter mares & fœminas octo genuit filios, quorum hęc ſunt nomina, Antigona, Heſiona, Lampus, Clytion, Icetaon, Tithonus, Bucolion & Priamus. Cap. VI.

LAomedon rex Troiæ filius fuit Ilionis, ut ſcribit̃ in Iliade ab Homero. Hunc dicunt ueteres uoluiſſe Ilium muris circũdare, & cum Apolline & Neptuno conueniſſe, ut ipſi muros facerent mercede promiſſa, & obſeruandi iuramento præſtito. Qui cum feciſſent, nec ſibi promiſſum ſeruari cernerent, omnis Troia à Neptuno aquis repleta eſt, & Apollo inſuper miſit peſtem. Quamobrem anxius Laomedon de remedio oraculum conſuluit, cui reſponſum, oportere quotannis uirginem Troianam ceto marino ſcilicet monſtro exponere. Quod ſorte apud



apud Troianos fiebat. Tandem Heſionæ Laomedontis filiæ ſors contigit. Quæ cum in ſcopulo religata monſtrum expectaret, aduenit Hercules, qui cum Laomedonte pactionem fecit, uidelicet ſi liberaret à monſtro filiam, ſibi equos diuino ſemine procreatos, a quos conſtabat Laomedontem habere, largiretur. Attamen cum Hercules uirginem liberaſſet, noluit Laomedon ſeruare promiſſum. Quamobrem, ſeu ut aliis placet, quia dum ille puerum perditum quæreret, à Laomedonte portu Troiano prohibitus eſt, & ideo cum amplioribus copiis ueniens Ilium expugnauit, & Laomedontẽ occidit, & omnia eius uertit in prædã. His appoſitis quid ſibi uelit fictio uideamus. Volũt enim apud Troianos pecuniam fuiſſe in ſacra Neptuni, atq; Apollinis reſeruatã, quam Laomedon iureiurando præſtito ſe non ſolum eandem reſtituturũ, ſed inſuper ex propria largiturum in prædictis ſacris, in ædificationẽ murorũ ciuitatis expendit, nec tandem petentibus pecuniam reſtituere uoluit. Sane adueniente poſtea aquarũ inundatione, & poſt eam non ſatis à ſole digeſtam, ut fit, aer infectus aquarum putredine peſtem intulit. quę duo quoniã ad Apollinem & Neptunum pertinere uidentur, adinuentum eſt ea ob periuriũ à deceptis diis immiſſa. Quod uirgines monſtro appoſitæ ſint reſponſo oraculi, cum ſic illos deciperet perſæpe diabolus, poſſibile puto. & hinc hiſtoriam habere cætera arbitror. Fuere huic filii filiæq; plures, quanquam ſolus Priamus eſſet ei in regno ſucceſſor.

*De Heſiona et Hercule Val. Flac. li. 2. Ar.*

*De equis Laomed. eſt apud Hom. lib. 5. Iliad. eoſq; pro rapto Ganymede à Ioue Troi datos eſſe dicit Hellanicus fabulã paulo aliter recenſet, ſumma tamen eòdem redit, Vide Cõment. Hom. in Iliad. Υ.* a

De Antigona Laomedontis filia. Cap. VII.

*Ouid. 6. Meta.*

ANtigonam filiam fuiſſe Laomedontis teſtatur Seruius, quam dicit, eo quod fortiſſima eſſet, auſam ſe pulchritudine præferre Iunoni, ob quam cauſam irata Iuno eam uertit in ciconiam. cuius figmẽti talis poteſt reddi ratio. Dicit Leontius quod capto ab Hercule Ilio, & occiſo Laomedonte, omnes Laomedontis filii, exceptis Heſiona & Priamo, qui capti fuerunt, clam aufugerunt, quò illos fortuna detulit. Antigona autem inter arundineta Scamandri latuit pluribus diebus, & hinc ego fabulæ locum datũ puto, quia quæ ſuperbia ſua ſe, regnante patre, præferebat pulchritudine cæteris, à fortuna regnorum domina uices uertente eò deducta ſit, quò conſueuere ciconiæ uictum quærere, & ſic ipſa donec ibidem fuit, quaſi in ciconiam uerſa uiſa eſt.

De Heſiona Laomedontis filia, & Teucri matre. Cap. VIII.

HEſiona filia fuit Laomedontis, quæ cum primo, ut ſupra dictum eſt, fuiſſet à monſtro marino ab Hercule liberata, poſtmodũ ab eodem Hercule, deiecto Ilio & occiſo Laomedonte, capta eſt, & Thelamoni, quoniam primus muros conſcendiſſet ciuitatis, in partem prædę cõceſſa eſt. Qui eam Salaminam detulit, & cum fruſtra ſæpius à Priamo repetita eſſet, Thelamoni Teucrum peperit. *De hac re Apollon Gram. ut citatur à Cõmentatore Homeri Iliad. 8.*

De Lampo, Clytio, & Icetaone filiis Laomedontis. Cap. IX.

LAmpus, Clytius, & Icetaon filii fuere Laomedontis, ut in Iliade dicit Homerus ſic aiens. Laomedon uere Tithonõ genuit, Priamumq;, Lampumq;, Clitiumq;, Icetaonemq; ramum Martis, ex his tantũ tribus nil præter nudum nomen habemus.

*Verſus Homeri ſunt hi Iliados. Υ.* λαομέδων δ᾽ ἄρα τιθωνὸν τέκετο πρίαμόν τε λάμπον τε κλυτίον θ᾽ ἱκετάονα τ᾽ ὄζον ἄρηος.

De Tithono Laomedontis filio, qui genuit Memnonem. Cap. X.

TIthonus, ut ſupra proximo Homeri carmine mõſtratum eſt, filius fuit Laomedontis, qui cum eſſet forma decorus iuuenis, ut dicit Seruius, ab aurora dilectus, & raptus eſt, ex qua filium aiunt Memnonẽ ſuſcepiſſe, & cum longiſſimã optaſſet uitã, & obtinuiſſet, poſtremo in cicadam uerſus eſt. Hunc autem ab aurora raptum, nil aliud puto, niſi quia deſiderio captus, auditis forſan per quæ ſperabat imperium, poſſe nanciſci, patria dimiſſa, ad orientales migrauit.

populos, à quibus nobis aurora conſurgit, & ex eis ſubegit plurimos, eiſq; imperauit. Quod aũt in cicadam uerſus ſit, cur fingatur nonnullæ poſſunt rationes oſtendi. Prima quarum eſt, quia uti rore matutino, qui in aurora cadit, cicadæ aluntur. ſic & iſte ſumptibus orientalium, qui ſub aurora ſunt, alebatur. Præterea quia cicadæ nigræ ſunt cum uirides naſcantur, ſic & iſte qui albus natus eſt, agente feruore ſolis, eius regionis, ad quã tranſitum fecerat, incolarũ ritu niger effectus eſt. Poſtremo quia ſenex audita morte Memnonis filii, & ſuorum deſolationem in querulam ſenectutem lapſus ſit, & inde mortuus, uti cicadæ faciunt, quæ potius conqueri, quàm cantare uidentur, & demum poſt longam querelam crepantes obeunt.

a διὰ γὰρ ἄγνοιαν οὐκ ᾔτησατο ἀθανασίαν σὺν ἀγηρασίῃ.

b *Fabula refertur & in Cõmentarijs Homer. Iliad. Λ. & Verg. 4. Aen. Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras Titoni croceum linquens aurora cubile. Didymus eò refert fabulam quia Titonus aſtronomus fuerit. 5. Odyß.*

De Memnone Titonis filio. Cap. XI.

*Lib. 15. Meta.*

MEmnon Oui. teſte, filius fuit Titoni ex aurora ſuſceptus, hunc dicunt cum maxima orientaliũ populorũ copia ſubſidio ueniſſe Priamo, & in pugna ab Achille occiſus eſt, De quo fabuloſe dicit Oui. quod dum rogo impoſitus ureretur, oratione auroræ matris à Ioue in auem mutatus eſt, & cum eo multæ aues ex fauillis pyræ prodiſſe, quę cum ter pyrã cum ingenti clamore circuiſſent, ſeſe diuiſere, & tam diu inter ſe decertauere, donec mortuę occubuere. Quas aues Memnonias appellatas dicit Ouid. Hæc fictio à conſuetudine quadã circa pyram Memnonis ſeruatam à ſuis, & à quadam contingentia mirabili ſumpſit originem. Vetuſtiſſimus mos orientalium fuit, cariores amicos regis, mortuo uelle cum cadauere regis comburi, & ad hoc, ſeu aduerſum cõcurrentes, ut circa Memnonis corpus factum puto, ſeu aliter in mortem uadunt, & regio imponunt rogo. Præterea dicit Solinus de mirabilibus mundi ſic. At iuxta Ilium Memnonis ſtat ſepulchrũ, ad quod ex ſempiterno ex Aethiopia cateruatim congregatæ aues aduolant, quas Ilienſes Memnonias uocãt. Cremutius autor eſt, has eaſdem anno. v. in Aethiopa cateruatim congregari & undiq; uerſum, quæ uſq; quaq; ſint, ad regiam Memnonis cõuenire. Hæc ille. Poſſumus ergo ex dictis aſſumere fortuitu contigiſſe aues illas eò tunc ueniſſe, ubi regium Memnonis funus agebatur, & circuiſſe uolatu locum, & inde à ſimplicibus creditũ eos qui ſe morti dederant, in honorẽ regii funeris in fauillas, & ex fauillis in aues eſſe mutatos. Memnonem aũt in auem uerſum nil aliud deſignare reor, quàm uiri celebrem famam, quæ poſt eius mortẽ euolauit, longe lateq; agentibus orationibus & præconiis populorum ſuorum. Hunc Memnonem aiunt quidam Suſim inſigne oppidum Perſiæ, quod Suræ fluuio imminet, conſtruxiſſe.

*Memnonis fabulã ad hiſtoriam refert Diodor. lib. 5.*

*Totam Memnonis fabulam deſcribit Calaber lib. 2. additq; præter hæc uulgata, cruorem Memnonis in fontem quoq; mutatũ eſſe quem Paphlagoniũ, inquit, accolæ uocant,* ὅστε καὶ αἱματόεις φέρειν ἐπωνίσεται αἶαν ὁππότε μέμνονος ἦμαρ ἐν λυγρὸν φρενὶ κεῖνος κάτθανε.

De Bucolione Laomedontis filio qui genuit Aeſapum & Pedaſum. Cap. XII.

BVcolion filius fuit Laomedontis, ut in Iliade teſtatur Homerus dum dicit, Bucolion aũt filius generoſi Laomedontis &c. De hoc autem nil habemus ulterius, niſi quod genuerit filios duos, Aeſapum & Pedaſum.

*Homer. Iliad. 6* βῆ δὲ μετ᾽ αἴσηπον καὶ πήδασον, οὕς ποτε νύμφη νηῒς ἀβαρβαρέη τέκ᾽ ἀμύμονι βουκολίωνι, βουκολίων δ᾽ ἦν υἱὸς ἀγαυοῦ λαομέδοντος πρεσβύτατος γενεῇ, σκότιον δέ ἑ γείνατο μήτηρ.

De Aeſapo & Pedaſo filiis Bucolionis. Cap. XIII.

AEſapus et Pedaſus filii fuerũt Bucolionis, ut in Iliade ſcribit Hom. ſic dicẽs: Fuit aũt ad Aeſapiũ & Pedaſum, quos quondã nympha Nais Abaruarea genuit laudabili Bucolioni. hi quidẽ ſtrenui iuuenes in pugna aduerſus Gręcos fuere, ſed tandem ab Euríalo quodam Græco pugnantes occiſi ſunt ambo, ut idem teſtatur Homerus.

De Priamo



De Priamo Laomedõtis filio, qui ex Hecuba cõiuge. xix. genuit inter filios & filias, & ex aliis mulieribus inter mares & fœminas genuit. xxxi. ex quibus. l, nomina tantũ xxxviii. cognouimus, quæ hæc ſunt. Prima Creuſa. ii. Caſſandra. iii. Iliona. iiii. Laodice. v. Lycaſte vi. Medeſicaſtis. vii. Polyxena. viii. Paris. ix. Hector. x. Helenus. xi. Chaõ. xii. Troilus xiii Deiphobus. xiiii. Polydorus. xv. Polydorus. xvi. Lycaõ. xvii. Aeſacus. xviii. Antiphyſus xix Iſus xx. Teucer. xxi. Democoontes. xxii. Echemon. xxiii. Chromius. xxiiii. Gorgition. xxv Cebryon. xxvi. Phorbas. xxvii. Doryclon. xxviii. Pammon. xxix. Antiphon. xxx. Agauon xxxi. Hippothous. xxxii. Aganon. xxxiii. Lacoontes. xxxiiii. Miſtor. xxxv. Iphates. xxxvi. Teſtorius. xxxvii. Tymœtes. xxxviii. Polites. Cap. XIIII.

PRiamus Laomedõtis regis fuit filius adeò notus inter mortales, ut uix uſquã notior alter ſit. Eo quidẽ adhuc puero exiſtente ab Hercule Ilion ciuitas deleta eſt, & occiſus Laomedon, & ipſe cum multis aliis captus, quẽ Hercules uicinis precium pro eo dantibus, illis reſtituit, & à redemptione Priamus appellatus, ut Ser. placet. Hunc tamen ſemidirutã patriã reſtauraſſe cõſtat, uoluntq; ſcriptores multis eam aduerſus hoſtiles impetus uallaſſe. Nam dicit Ser. eum ſic egiſſe, ut pro rato haberet ſecundũ Plautũ, tribus ſtantibus rebus, eam capi nõ poſſe, uita ſcilicet Troili, Palladii cõſeruatione, & Laomedontis ſepulchro integro, quod in porta Sceæ fuit. Secundũ aũt alios longe plura ad eam capiendã opportuna Gręcis fuere, ut ſcilicet de Aeaci genere aliquis intereſſet, & inde Pyrrhus admodũ puer in bellũ uocatus eſt, ut Rheſi regis equi tollerent, antequã Xanti aquã guſtaſſent, & ut Herculis intereſſent ſagittę, quas miſit Philoctetes, cum ipſe nõ poſſet afferre morte præuẽtus. Priamus ergo Laomedonte mortuo regnauit, cui cum cuncta pro uotis ſuccederẽt, capta Hecuba filia Ciſſei regis Thraciæ in cõiugem, & ex ea multis ſuſceptis filiis, & ex aliis mulieribus etiã quã pluribus, in tam grandem regnũ ſuũ ampliauit ſplendorẽ, ut non ſolũ Troiæ rex, ſed totius Aſiæ uideret. Sane dum Paris filius eius pro capta Heſiona ſorore Priami ab Hercule, Helenã Menelai cõiugem rapuiſſet, & deduxiſſet in Troiam, nulliſq; poſſet induci ſuaſionibus, ut illam repetentibus Græcis reſtitueret, eos cum mille nauibus in littus Troianũ deſcendẽtes uidit, & Ilion etiã obſidẽtes, & circũ igne ferróq; cuncta uaſtantes, & perſępe filios ſuos & naturales & legitimos, & auxiliares reges occidentes, & poſtremo cęſum uidit Hectorẽ, & curru Achillis trahi, ad cuius redimendũ cadãuer dicit Hom. in Iliad. circa finẽ, nocte Mercurio duce iuiſſe, & flexis genibus Achillẽ oraſſe. Eſto dicat Seruius longe aliter fuiſſe, eum ſcilicet nocte ad tentoriũ Achillis acceſſiſſe, eumq; dormientẽ inueniſſe, adeò, ut eum occidere potuiſſet, ſed excitare potius uoluiſſe, atq; oraſſe, & obtinuiſſe petitum, & ab Achille uſq; Troiam poſtmodũ proſecutũ. ſed hæc ab Hom. oppreſſa, ne qui laudũ Achillis erat præco, uideret dedecorũ ſuorũ recitator. Pręterea uidit Priamus Palladiũ ſubtractũ, equos Rheſi eductos, Troilũ cæſum & Paridẽ, & ultimo Ilion capi, & filias captiuas deduci & igne cuncta cremari, & in regiã uſq; ſuã, poſt Politẽ filiũ fugientẽ Neoptolemũ penetrantem, & in ſinu ſuo infelicẽ filiũ occidentẽ, ſeq; obiurgantẽ trãſfodi gladio. Sanè dicit Ser. de morte Priami uarie opinari, cũ dicãt alii eum à Pyrrho in domo regia captũ, & ad tumulũ uſq; Achillis tractũ, ibiq; cõfoſſum & buſto caput abſciſſum, atq; pilo impoſitũ & circumlatũ. Alii dicũt ad Hercei Iouis aram, ut diximus, quod opinari uidet Vir. Fuerũt enĩ huic ut ipſemet Achilli narrat in ultimo Iliad. lib. filii quinquaginta inter mares & fœminas, ex quibus dicit ſe. xix. ex coniuge ſuſcepiſſe, reliquos uero ex mulieribus aliis in atriis ſuis cõmorantibus.

De Creuſa prima filia Priami & Aeneæ cõiuge. Cap. XV.

CReuſa filia fuit Priami & Hecubæ ut teſtatur Seruius, fuitq; Aeneæ coniunx ut ſæpe per Vir. patet, eiq; filium peperit Aſcaniũ. Hanc in excidio Ilii ab Aenea cum patre & filio fugientem perditam dicit Virgilius. ſed nõnulli eam ab ipſo ex pactione cum Græcis facta occiſam uolũt, ne quis in ſuã libertate ex ſemine Priami ſupereſſet. Quod ſatis caute tetigiſſe uidetur Vir. ubi Aeneam exquirentem eam deſcribit, & illius umbram loquentem Aeneæ inducit atq; dicentem, Non ego Mirmidonũ ſedes Dolopumue ſuperbas Aſpiciam, aut Graiis ſeruitũ

matribus ibo, Dardanis & diuæ Veneris nurus. Sed me magna deùm genitrix his deti-
net oris &c. Et ſic patet, poſtquam à nemine captam ſe dicit, ſed detineri à matre deùm,
quæ terra eſt, ibidem mortuam derelictam atq; infoſſam.

### De Caſſandra. ii. Priami filia. Cap. XVI.

CAſſandra filia fuit Priami & Hecubæ, formoſa uirgo. Quam cum amaret
Apollo, eiuſq; concubitũ peteret, petiit Caſſandra munus, quod illi Apollo
ſe daturũ iuramẽto firmauit. Petiit ergo ut uates fieret, & facta eſt. Volẽs aũt
Apollo quod petierat, ipſa negauit. Quãobrem turbatus Apollo, cum au-
ferre nequiret quod dederat, egit ut nulla præſtaret fides uaticiniis ſuis, & ſic
factũ eſt. Nam cum ex raptu Helenæ quid futurum eſſet Troianis prædiceret, non ſolum
a nõ credita, ſed à patre & fratribus ſæpiſſime uerberibus caſtigata eſt. Hęc aũt Corebo Mi-
gdonio iuueni deſponſata fuerat, Virg. aſſerente. Tandem cum nondum nuptias cele-
b braſſet, capto Ilio, & ipſa infelix à Græcis capta eſt, ut idem dicit Virg. Verũ Ilio diruto,
& præda inter principes diuiſa, miſella in ſortem contigit Agamemnoni, & quæ illi fata
ſeruarentur à coniuge prædixit, ut Seneca poeta teſtatur in Tragœdia Agamẽnonis. Sed
λ more ſolito nil ſibi creditũ eſt. Ex quo ut in Odyſſea teſtatur Homerus, factum eſt, ut in
cõuiuio ab Aegiſtho & Clitemneſtra & Agamemnon occideretur, & ipſa iubente etiam
Clitemneſtra perimeretur. Quod aũt de Apolline fictum eſt, ab euentu ſumptũ uidetur.
Studuit enim uirgo ut uaticinio inſtrueretur, & eo quod optime proficeret, ab Apolline
diuinationis deo diligi uiſum eſt, dictumq; illi ab eo conceſſum quod labore quæſiue-
rat. & quoniam fides dictis eiuſdem nõ præſtabatur, quod figmenti ſupereſt additũ eſt.

a *Homerus autem Iliad. N. Othryoneũ quendam nominat, cui Priamus Caſſandram deſponderat, ſic
enim de Idomeneo inquit* πέφνε γὰρ ὀθρυονῆα καβησόθεν ἔνδον ἐόντα, ὅς ῥα νέον πολέμοιο μετὰ
κλέος εἰληλούθει. ᾔτεε δὲ πριάμοιο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην Κασσάνδρην ἀνάεδνον, ὑπέσχετο
δὲ μέγα ἔργον. ἐκ Τροίης ἀέκοντας ἀπωσέμεν υἷας ἀχαιῶν. τῷ δ' ὁ γέρων πρίαμος ὑπόσχετο καὶ
κατένευσε δωσέμεναι, ὁ δὲ μάρναθ' ὑποσχεσίῃσι πιθήσας.

b *Hanc dicitur Aiax Oilei in templo Mineruæ compreßiſſe, quapropter irata dea tempeſtatẽ Græcis
redeuntibus, circa Caphareum montem immiſit, qua multi perierunt, inter quos etiam ipſe Aiax fuit,
alij diſiecti, ut quidam multis annis poſt in patriam uix redierint.*

### De Iliona. iii. Priami filia & Polymneſtoris regis Thraciæ cõiuge. Cap. XVII.

ILiona, ut Ser. placet, filia fuit Priami, & ut aſſerit Paul. ex Hecuba, hęc ratiõe ueteris ho-
ſpitii, & inſignis amicitiæ ut ait Ser. Polymneſtori regi Thraciæ matrimonio iũcta eſt.

*Mem. Virg. 1. Aen. Præterea ſceptrum Ilione quod geſſerat olim Maxima natarum Priami, &c.*

### De Laodice. iiii. Priami filia, & Helicaonis coniuge. Cap. XVIII.

LAodices Priami fuit filia, & Helicaoni filio Antenoris regis Thraciæ nupta, quam
uocabant Troiani Laodicem galoo, hæc autem teſtatur Homerus, in Iliade dicens.
Quam Antenorides habebat rex Helicaon Laodicem Priami filiarum ſpecie opti-
mam. Hanc Hecubæ ego filiam fuiſſe puto.

*Verſus ſunt Iliados. 3.* γάλοω μὲν ἡ γαλόῳ ἀντηνορίδαν δάμαρτι τὴν ἀντηνορίδης εἶχε κρείων
ἑλικάων λαοδίκην πριάμοιο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην. *Γαλόῳ autem non eſt proprium ut hic pu-
tat Bocatius, ſed Laodice reſpectu Helenæ* γάλοιος, *hoc eſt, glos dicebatur. Et Iliados ſexto* λαοδίκην
ἐσάγουσα θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην.

### De Lycaſte. v. Priami filia, & coniuge Polydamantis. Cap. XIX.

LYcaſte, ut aſſerit Paulus, filia fuit Priami pulchritudine inſignis adeò ut captus ex ea
Polydamas Antenoris & Theano ſororis Hecubæ filius, illam ex concubina ſuſce-
ptam ſumeret in uxorem.

### De Medeſicaſti. vi. Priami filia & Polyppi coniuge. Cap. XX.

a MEdeſicaſte filia fuit Priami naturalis, nec habetur ex qua matre. Quæ quidem nu-
pſit Polyppo Mentoris filio, ut in Iliade teſtatur Homerus. Habitabat aũt Pideon
antequã uenirent filii Achiuorũ. Filiam autem Priami notham habebat Medeſicaſtin.

Huius



Huius Medeſicaſtes uirum ſcilicet Polyppum in certamine à Teucro Thelamonis filio
occiſum dicit Homerus.

*Naturalem hic notham uocat.* Non aũt Polyppo ( *quod hoc loco apud Homer. epitheton eſt* ) *ſed* a
*Imbrio nupta fuit. Verſus ex Iliad. N. ſunt hi* ἴμβριον αἰχμητὴν πολυΐππου μέντορος υἱόν· ναῖε δὲ
πήδαιον πρὶν ἐλθεῖν υἷας ἀχαιῶν κούρην δὲ πριάμοιο νόθην ἔχε μηδεσικάστην.

### De Polyxena. vii. Priami filia. Cap. XXI.

POlyxena uirgo filia fuit Priami & Hecubę, ut perſępe teſtatur Euripides in tra-
gœdia, cui titulus †Polydorus. Hæc inter cæteras Troianas formoſior fertur, al's, Hecub.
ob quam formoſitatem infortunio ſuo ab Achille dilecta eſt, quo amore in
mortẽ fortiſſimi iuuenis Hecuba proditorie uſa eſt, non exiſtimans per Achil-
lis uulnera ſanguinem innocuæ uirginis ſe fuſuram. Hanc quidem poſt Ilion euerſum,
ut Seneca tragicus teſtatur in Troadę, Pyrrhus Achillis filius ad placandos patris manes
popoſcit, atq; poſt longum iurgium, ſic ſuadẽte Calchante uate, conceſſa eſt. Quam or-
natam ritu uirginum nuptias celebrantium ad Achillis tumulum truculentus deduxit
iuuenis, & quoniam ab imagine Achillis petitam dicebãt, ut dicit Euripides in præalle-
gata tragœdia, ibidem interemit.

### De Paride octauo Priami filio, qui genuit Daphnidẽ & Ideum. Cap. XXII.

PAris, qui alio nomine Alexander dictus eſt, filius fuit Priami & Hecubæ, ex
quo talis ante alia recitatur hiſtoria. Dicit enim Tullius ubi de diuinatione
ſcribit, Hecubæ prægnanti, ea ſcilicet prægnatione, ex qua poſtea natus eſt
Paris, per quietem uiſum facem parere Troiam omnẽ comburentem atq;
diſſipantem. Ob quod ſomnium anxius Priamus Apollinem conſuluit,
qui reſpondit naſcituri filii opera Troiam omnem periturã. Quamobrem Priamus He- a
cubæ naſciturum iuſſit exponi. Hecuba autem eum ſpecioſiſſimũ filium perſpexiſſet, mi
ſerta tradidit eum quibuſdam, qui illum paſtoribus regiis alendum traderent, & ſic ſub
Ida à paſtoribus educatus eſt, & cum adoleuiſſet Oenones nymphæ Ideæ contubernio
uſus, duos ex ea ſuſcepit filios. Præterea cum inter quoſcunq; litigantes eſſet æquiſſimus, b
in maximã iuſticię famam euaſit, adeò ut litigantibus de formoſitate Pallade, Iunone &
Venere, propter aureum pomum à diſcordia ęis in conuiuium proiectũ, in quo, detur
digniori, erat ſcriptum, à Ioue ad eum pro ſententia remiſſæ ſunt. Quæ, ut aiunt illi, ſub
opacis nemorũ umbris loco, cui Meſaulon dicebatur, remotis ueſtibus ſeſe Paridi mon-
ſtrauere. Eiq; dixit Pallas, ſi eam cæteris pulchriorẽ diceret, ei rerum omnium cognitio-
nem daturam. Sic & Iuno regnorum & diuitiarũ dominium. Venus autem pulchrio-
rem orbis mulierem ſpopondit. Qua tractus cõcupiſcentia, ſyluanus iudex Veneri debẽ-
ri pomum iudicauit. Tandem ut dicit Serui. hic Paris ſecundum Troica Neronis fortiſſi-
mus fuit, adeò ut in agonali certamine, quod agebatur Troię, ſuperaret omnes, & ipſum
Hectorem. Qui cum iratus, quia uinceretur, in eum ſtringeret gladium paſtorẽ putans,
dixit ſe eſſe germanum, quod allatis crepundiis probauit, cum adhuc ſub habitu lateret
paſtorali. Et ſic uidetur quod cognitus receptus fuerit in domum patriam. Inde compo-
ſitis. xx. nauibus, à Priamo ſub ſpecie legationis ad repetendã Heſionã in gręciam miſſus
eſt, ubi aliqui uolunt, & hos inter Ouid. ut in epiſtolis eius patet, à Menelao hoſpitio ſu-
ſceptus & honoratus eſt. Alii uero arbitrantur in Græciã ueniſſe, abſente Menelao, & ad
famam pulchritudinis Helenæ tractus Spartã petiiſſe ciuitatem, & eam expugnaſſe an-
no regni Agamemnonis primo, non exiſtentibus ibi Caſtore & Polluce, qui ad Agame-
mnonem perrexerant, & ſecum Hermionam Helenæ & Menelai filiam duxerant. Et ſic
ciuitate capta Helenã renitentẽ rapuiſſe, & om̃es theſauros regios abſtuliſſe, quod ſatis ele-
ganter tangit Vir. dum dicit. Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter &c. Et ob
hoc uolũt q hanc opinionẽ tenẽt, Helenã poſt captũ Ilion meruiſſe à uiro recipi. Ex qua
rapina bellũ decennale Græcorũ aduerſus Troianos ſuſceptũ eſt, in quod refert Homer.
Paridẽ ab Hectore fratre increpitũ deſcẽdiſſe ſemel, et ſingulare certamẽ aduerſus Menelaũ
ſumpſiſſe,

ſumpſiſſe, in quo cum apertiſſime uinceretur, à Venere eum prælio ſubtractū dicit, adiiciens impulſu Mineruæ Pandarum in Menelaum ſagittaſſe atq; eum uulneraſſe, & ſic quod erat ſingulare, in uniuerſale certamen deuenit. Poſtremo iam Hectore & Troilo
c peremptis ab Achille, cum ipſe arcu & ſagittis, quibus plurimum ualebat, Achillem frau de Hecubæ ad deſponſandam Polyxenā in templū Thymbrei Apollinis nocte & ſolum euocatum occidiſſet, & ipſe à Pyrrho Achillis filio occiſus eſt. Paucis quippe fictionibus
d hæc hiſtoria interlita eſt, quas enucleare uolentes primo iudicium Paridis uideamus, in quo ſententia Fulgentii, meo iudicio ſequenda eſt. Dicit enim tripartitam mortalium uitam eſſe, quarū prima theorica dicitur, ſecūda practica, tertia philargica, quas nos uulgarioribus uocabulis contemplatiuā, actiuam, & uoluptuoſam nuncupamus, de quibus Ariſtoteles uti de cæteris optime facit, differit in primo ethicorū. Has Iuppiter, id eſt deus, ne uideatur aliquam reprobando arbitrium liberum cuiquam ſurripere, ad iudicium Paridis, id eſt cuiuſcūq; hominis remittit, ut ei liceat quam maluerit approbare, & ſibi ſumere. Quid aūt ſumenti uoluptuoſam ſequatur, exitu Paridis demōſtratur. Quod autem à Venere ſubtractus ſit, ad eius declarandā ignauiam dictū eſt, ut appareat quod iners tantū uacaret Venereis. Pandarum autem à Minerua impulſum ideo dictum eſt, ut oſtenderetur aſtutia Troianorum, qui uidentes deficere Paridem, ut eum morti ſubtraherent, non ſeruatis pactionibus in Menelaum fecerunt inſultum.

a *Græcorum quidam hanc Helenæ raptæ cauſam narrat, Cum Lacedæmonij graui peſte tenerentur, Menelaum de remedio Apollinem conſuluiſſe: Deū aūt reſpondiſſe, ut* τεύκρων δαίμονας, *hoc nomine Ilienſes prius dicebantur, placarent. Menelaū ergo cum Ilium ueniſſet, imperata feciſſe, & inde Delphos profectū de liberorū procreatione deum conſuluiſſe. Sed cum eodem tempore & Paris eodem de uxore ducenda conſulturus ueniſſet, oraculum ſic reſpondiſſe.* Τίπτε δύω βασιλεῖς, ὁ μὲν Τρώων, ὁ δ' ἄρ' ἀχαιῶν Οὐκ ἔθ' ὁμοφρονέοντες, ἐμὸν δόμον ἐσανέβητε ἤτοι ὁ μὲν πώλοιο γόνον διζήμενος εὑρεῖν Αὐτὰρ ὁ πῶλον ἑλεῖν, τί νυ μήσεαι ὦ μεγάλε ζεῦ. *Et ſic utrinq; diſcedentibus oraculo tractum Paridem, ad Helenam rapiendam.*

b *Quidam aiunt & filium Corythum ſeu Helenum ex Helena genuiſſe Paridem. Didym. in 4. Odyſſ.*

c *Calaber aūt Achillem non à Paride, ſed ab Apolline ſagitta, in acie & campo Troiano interfectū eſſe, lib. iij. Παραλ. ſcribit. Ipſumq; Paridem poſtea à Philoclete ſagittis interfectū eſſe, & poſt obitum eius Helenam Deiphobo nupſiſſe. Didym. in 4. Odyſſ. ſcribit.*

d *Dictus aūt Paris eſt à* παρεῖναι, τὸ παρελθεῖν, *eo quod mortem præterierit ſeu effugerit, poſtea Alexander uocatus ab eo quod* ἠλέξησεν, *id eſt, iuuit auxilijs patriam.*

De Daphnide & Idæo filiis Paridis. Cap. XXIII.

Daphnis & Idæus ut Paulus affirmat, filii fuere Paridis ex Oenone nympha Idæa ſeu Pegaſea, cuius amicitia uſus dum paſtor eſſet ſuſcepit, de quibus nil memoratu dignum comperiſſe memini.

*Fuit aūt & alius Daphnis Mercurij filius in Sicilia natus, qui primus carmen bucolicū inueniſſe dicitur, de quo Diodorus, & Silius Italicus lib. 14.*

De Hectore Priami filio. ix. qui genuit Aſtyanactem. Cap. XXIIII.

Hector præ cæteris corporea uirtute inſignis, uatum omnium carminibus celebris, iuuenis phama inclyta, in nouiſſimum uſq; diem forte uicturus, filius fuit Priami regis & Hecubæ, hunc in coniugē ſumpſiſſe Adromacham filiam Eetionis Thebarū Ciliciæ domini teſtatur Homerus, ex qua iam orto Græcorum bello filium ſuſcepit nomine Aſtyanactem, eſto ipſe Camandrum appellaret. Huic igitur & ſi militaris diſciplinæ plurimum ineſſet, tam grandis erat animi audacia & corporis robur, ut poſt occiſum Proteſilaū primū in littus Troianū ex Græcis è nauibus proſilientē, Troianorū aciem perſæpe præſentia ſua non ſolum aduerſus Græcos ad ſubſiſtendū patientē faceret, ſed ad inſiliendū redderet audacē. Et quod mirabilius erat, ipſe ſolus ſæpiſſime Græcorū turmas aggredi auſus eſt, & ui diſgregare phalāges, adeóq; omne agmē cogere, ut ſolus eſſet terror Achiuis omībus. Hic aduerſus Aiacē

Thelamoniū



Thelamoniū ut ait Hom. ſingulari pugnauit certamine, nox tamē ſuperueniēs nō minus Aiaci grata quàm ſibi, diremit duellū. à quo more priſco cū diſcederet, gladiū illi dono dedit, quo ſe Aiax poſtmodū interemit. & ab eo ſuſcepit baltheū, quo ornatus ab Achillē occiſus eſt, & poſt currum tractus ut ait Seruius. Tandem cum multos etiā Græcorum principes morti dediſſet, Patroclū Achillis amicū & ſuis inſignem armis occidit, Achillē exiſtimans ſuperaſſe, & armis nudatū inſignibus, pompa inclytus ingenti Troiam intrauit, ſuæ necis irritamento glorioſus. nec multo poſt cum Achille congreſſus, ſeu feſſus Hector, ſeu multū præualeret Achilles, ab Achille ſuperatus occubuit, & non ſolū armis ornatúq; reliquo à uictore ſuperatus eſt, uerum & curru cum baltheo ab Aiace conceſſo tractus circa Ilion Priamo etiā proſpectante eſt, & ad naues uſq; Græcorū deuectus. Quas penes Seuerus iuuenis, nōdum poſito amici occiſi dolore, nudum cadauer per dies. xii. inſepultum ſeruauit, donec nocte redempturus miſerabilis pater Priamus ueniret, ut ſcribit Homer. Verum eodem Homero teſte, iuſſu Iouis ab Apolline cadauer inſigne ne corrumperetur, ante funus ſacris liquoribus perlitum eſt. Priamo autem reſtitutū Iliadum lachrymis & mœrore publico, & ſolenni cerimoniarum ueterum pompa tumulatū eſt, eiuſq; cineres aurea in urna ſeruati. In hac hiſtoria nil fictū eſt, præter quod ab Apolline ſit cadauer curatum, quod factum eſt à medico iuſſu Achillis. Dicebat Leontius & hoc non honorificentiæ cauſa, ſed expectatione pecuniæ, qua ſperabat cadauer redimi, ſi integrum ſeruaretur, uti factum eſt. multis enim ſuſceptis muneribus poſcenti Priamo reddidit. Huic unum tantum legiſſe filium memini; Aſtyanactem ſcilicet. Verū iudicio aliorum, plures fuere, cum dicant Euſe. & Beda, unuſquiſq; eorum in libro quem temporū ſcripſere, Hectoris filios poſt lapſum temporis Ilium recepiſſe, Heleno eis ſubſidium præſtante, ac poſteros Antenoris ex Ilio pulſos, regnante Latinis Aſcanio Aneę filio. Inſuper Vincentius Gallicus hiſtoriographus uelle uidetur, Francorū reges hodiernos à filiis Hectoris antiquiſſimam originem habuiſſe, aiens à Francone quodam Hectoris filio cum in extremam Germaniā aufugiſſet, Sicambriam ciuitatem conditam, & tractu temporis huius Franconis ſucceſſores ripas obſeruātes Danubii in occiduū deſcendiſſe, ac Marcomanno Priami filio & Samione ex poſteris Antenoris ducibus, Gratiani Cæſaris Auguſti tēpore, tranſuadato Rheno eas in partes ueniſſe, quas ſemper poſtea tenuere, ſibiq; ex eis ducibuſq; reges conſtituēre, & in poſteritatem longam atq; fulgidam deuenere. Quod & ſi multum non credam, abſit ut omnino negem, cum omnia ſint poſſibilia apud deum.

*Hectori autem poſt mortem etiam diuini honores decreti ſunt. Nam cum Thebani longis malis urgerentur, & oraculū propterea ſuper remedio cōſuluiſſent, reſponſum eis eſt, ut Hectoris oſſa, ex Troade ad ſe tranſportarent: quo facto, à malis liberati ſunt; & Hectori ob id diuini honores inſtituti. Hiſtoria eſt apud Ariſtodemum, ut citatur à comment. Iliad. N.* a

De Aſtyanacte Hectoris filio. Cap. XXV.

Aſtyanactes ut ſæpiſſime in Iliade teſtatur Homerus & Seneca poeta in Troade tragœdia, unicus fuit Hectoris filius ex Andromacha natus eidem poſt inchoatum bellum inter Troianos & Gręcos, ut ſatis per Virgilium ſumi poteſt, ubi deſcribit Andromacham Aſcanium alloquentē. quod etiam ex tragœdia Senecæ præallegata colligitur. ubi dum ab Vlyſſe quęreretur in mortem (ut paruulorum moris eſt) confugit ad matrem. Sed tandem ui agente græcis expoſcentibus redditur ante quàm naues à Sygeo ſoluerent, ut quidam uolūt, è turri deiectus eſt. ut alii, ſaxo illiſus, & ſic mortuus, ne ulla Priami generis libera ſupereſſet poſteritas, hunc Homero teſte, Hector ut plurimum uocabat Camandrium.

*Iliad. ζ.* τόν ῥ' ἕκτωρ καλέεσκε καμάνδριον, αὐτὰρ οἱ ἄλλοι, Ἀστυάνακτ' οἶος γὰρ ἐρύετο ἴλιον ἕκτωρ.

De Heleno. x. Priami regis filio. Cap. XXVI.

o Helenus

HElenus Priami fuit filius & Hecubæ, uaticinio inſignis, ut de eo loquens teſtatur Virgilius dicens. Troiugena interpres diuũ qui numina Phœbi, Qui tripodas Clarii, lauros, qui ſydera ſentis, Et uolucrũ linguas, & prępetis omnia pennæ Fare age &c. Huic ſunt qui dicant à Græcis indultum, quia captus eis opportuna ad Troiam capiendam reuelaſſet. Ipſe tamen Ilio deiecto Pyrrho Achillis filio nauigationem prohibuit, prædixitq́ꝫ futurã peſtem nauigantibus. Quamobrem nõ ſolum à Pyrrho ſeruatus eſt, ſed ab eo in Epirum deductus, & ibidem illi parte regni conceſſa, cum Hermionem rapuiſſet Horeſti, Andromacham olim Hectoris coniugem quam loco uxoris tenuerat, illi coniunxit cõiugio. & tandẽ cum Pyrrhus ab Horeſte occiſus fuiſſet in templo Apollinis, ut dicit Seruius, Moloſſum Pyrrhi filium quem illi Andromacha pepererat, & eius regnũ ſeruauit. Qui quidem Helenus cum regnum ſuum Chaoniam de nomine fratris appellaſſet, ibidem ad inſtar Troiæ ciuitatem ædificauit, in qua Aeneam profugum ſuſcepit, & honorauit, & donatis muneribus interceptum dimiſit. Quis tamen illi fuerit finis, non legi.

*Helenus atq; Caſſandra gemini, ut quidam tradũt, fuere, de his talis fabula refertur, Eos infantes in templo Apollinis Thymbrei colludẽtes obdormiuiſſe. Cumq́; ibi per obliuionẽ à cuſtodibus, qui ex ebrietate negligẽtiores tum erãt, (Nã ſacra γενέθλια puerorũ celebrauerãt) relicti, ac poſtero die eodẽ loco ab illis requiſiti eſſent, ſerpentes circũ ora puerorũ uiſos ac deprehenſos eſſe. Ob quam rem cũ famulæ exclamare cœpiſſent, eoſdẽ rurſum aufugiſſe, et ex eo tempore Helenũ & Caſſandrã uaticinari cœpiſſe. Vide comment. in Iliad. H.*

De Chaone Priami filio. xi. Cap. XXVII.

CHaon ut dicit Seruius, filius fuit Priami ex qua matre nõ dicit. hunc inſuper ait ab Heleno in uenatione inaduertenter occiſum, & ob id quaſi in perditi fratris ſolatiũ regni portionem, quæ Heleno fuerat à Pyrrho cõceſſa, ab eodem Heleno Chaoniã nominatam.

De Troilo. xii. Priami filio. Cap. XXVIII.

TRoilus fuit Priami regis filius & Hecubæ, ut ſatis abſqꝫ teſtimonio notum eſt. hic autem adhuc adoleſcẽtulus auſus aduerſus Achillem pugnam arripere, ab eo occiſus, ut patet liquido per Virgilium, ubi, Parte alia fugiens amiſſis Troilus armis.

De Deiphobo. xiii. regis Priami filio. Cap. XXIX.

DEiphobus filius fuit Priami ex Hecuba, qui cũ multa in hoſtes egiſſet, dum ſe tutum arbitraretur occubuit. nam inter tumultum capti Ilii, dormiẽs inſidiis Helenæ quam poſt mortem Paridis coniugem duxerat, occiſus & turpiter laceratus fuit, ut apud Virgil. refert Aeneas, qui illum inſignia uulnerũ ſeruantem apud inferos deſcribit ibi, Atqꝫ hinc Priamidem laniatũ corpore toto, & infra per plures uerſus.

De Polydoro. xiiii. Priami filio. Cap. XXX.

POlydoros ego duos fuiſſe Priami filios comperio. nam unum ex Hecuba ſuſcepiſſe in tragœdia, quæ † Polydorus intitulatur, pleniſſime aſſerit Euripides. Alterum uero ex Laothoes filia Altai ſuſcepiſſe dicit Homerus in Iliade, eumq́ꝫ in pugna occiſum ab Achille. Nos aũt de primo proſequamur. Fuit ergo iſte Priami filius & Hecubæ, quem ut dicit Euripides, Priamus filiis ad futuros euentus cum maximo auri põdere miſit in Thraciam ad Polymneſtorem regem antiquum hoſpitem, & amicum atqꝫ generum ſuum, ut eum aleret, & cum auro ſeruaret. Sanè cũ iam in Græcos lætiori uultu proſpicere uideretur fortuna, cũ illa Polymneſtor animum uertit, & auri cupidus Polydorum in littore ſpatiantem telis aggreditur, & fruſtra fidem implorantẽ occidit, cadentiq́ꝫ tumulum ſuperiniecit, cui ſupercreuere mirti uirgulta. Hæc autem à Virgilio ſcribuntur ibi, Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno, & infra per plures uerſus. in quibus etiam refert qualiter uirgulta ex his quædam fortuitu ab Aenea diſcerpta emiſere ſanguinem, & demum uerba quibus ut fugam arriperet, Aeneam præmonuit. Huius extremæ partis nil aliud regit figmentum, quàm quod mirteta quibus amica ſunt littora, ad inſtar iaculorũ emittũt uirgulta.

*Hecuba.* a c



gulta. Sanguis uero emiſſus mortis uiolentam ſpeciem deſignat. Sic & uerba hominũ conſciorum relata, per quæ comprehenditur iniquitas occiſoris, & monetur quis apud tales moram non eſſe trahendam.

*Eſt tamẽ & alia de hoc opinio, nempe Græcos per Thraciam uenientes hunc cepiſſe. Priamum autem redimentem filium, Græcis pro eo dediſſe urbem, quæ poſtea ab euentu Antandras dicta eſt, qua accepta illos tamen Polydorum lapidibus obruiſſe. Vide Seruium in. 3. Aeneid.* a

De Polydoro. XV. & Lycaone. XVI. filiis Priami. Cap. XXXI. a

POlydorus hic alter à ſuperiori & Lycaon filii fuerũt Priami & Laothoes, ut ſatis apud Homerũ Lycaon oſtẽdit Achilli dicẽs, Te precor Achille miſerere mei, *Iliad. φ.* b ituris enim tuus ſeruus ſum quò miſeris, te penes in conuiuio fui, dum me in uiridario cepiſti, & in Lemnon tranſmiſiſti, duodecima dies abiit poſtquã ad Ilionem redii, & in tuas manus iterũ reduxit me deus, me iuuenem uides, quem genuit Laothoe filia Altai ſenis, qui Lelegẽſibus dominabatur. Huius autem filiã Priamus habebat, & alias. ex iſto autẽ duo nati ſumus, tu aũt ambos iugulabis. Certe primũ inter pedeſtres domuiſti Polydorum deo ſimilem, & percuſſiſti lancea. Nunc autem mihi infortunium paras, tuas effugere manus non poſſum. ſed hoc in animo ponas quæſo ne me interficias. non enim ex uno uentre cum Hectore ſum, qui tibi ſocium interfecit &c. Verũ Achilles nil iuuantibus precibus, eum ignominioſis obiurgans uerbis, in Scamandrum flumẽ impulit, & in eodẽ miſere periit. Patet ergo ex uerbis huius, Polydorũ hũc alium à Priamo fuiſſe, qui ut teſtatur Home. plurimũ diligebatur à Priamo, eo quod iunior filiorum eſſet. & ob id non permittebat illũ in pugnã deſcẽdere. uincebat enim hic celeritate pedũ quoſcunqꝫ coętaneos, & mirabilem de ſe præbebat indolem. Verũ quadã die neſciente Priamo armatus deſcendẽs in hoſtes, incidit in Achillẽ, qui lancea eum percuſſit, & fractis obſtaculis armorũ infelicẽ euiſcerauit. Sed ipſe uiſceribus manu collectis dũ abiret debilitatus occubuit, nec potuit Hector in eius ſalutẽ ueniẽs eũ è manibus mortis ſubtrahere.

*De Polydoro Homer. Iliad. xx. ſic.*

*αὐτὰρ ὁ βῆ σὺν δουρὶ μετ' ἀντίθεον πολύδωρον Γριαμίδην, τὸν δ' οὔτι πατὴρ εἴασκε μάχεσθαι Οὕνεκα οἱ μετὰ πᾶσι νεώτατος ἔσκε γόνοιο καὶ οἱ φίλτατος ἔσκε, πόδεσσι δὲ πάντας ἐνίκα.* d

*De Lycaone Iliad. 21. Verba Lycaonis ſunt ad Achillem. μινυνθάδιον δέ με μήτηρ.* b

*γείνατο λαοθόη θυγάτηρ ἄλταο γέροντος ἄλτεω, ὃσ λελέγεσσι φιλοπτολέμοισιν ἀνάσσει πήδασον αἰπήεσσαν ἔχων ὑπὸ σατνιόεντι τοῦ δ' ἔχε θυγατέρα πρίαμος, πολλὰς δὲ καὶ ἄλλας Τῆς δὲ δύω γενόμεθα, σὺ δ' ἄμφω δειροτομήσεις ἤτοι τὸν πρώτοισι μετὰ πρυλέεσσι δάμασσας Αντίθεον πολύδωρον, ἐπεὶ βάλες ὀξέι δουρί, Νῦν δέ τε ἐνθάδε μοὶ κακὸν ἔσσεται &c. Dignus autẽ totus locus qui memoretur propter caſum quo Homerus Lycaonẽ bis in Achillis manus perueniſſe fingit.*

De Aeſaco. 17. Priami regis Troiæ filio. Cap. XXXII

AEſacus fuit filius Priami & Alyxothoes Dymãtis filię, ut dicit Ouid. Quãuis eſt illũ proles enixa Dymãtis Aeſacõ umbroſa furtim peperiſſe ſub Ida, Fertur Alyxothoe &c. Hic ante bellũ Troianũ diu natus eſt, & mortuus paulo ante initium, ex quo talem recitat Ouidius fabulam. Erat huic ciuitas exoſa & libens nemora colebat & rura, contigit una die ut uideret Heſperiẽ uirginem capillos pectentẽ ſuos atqꝫ ſiccantẽ, & eius caperetur formoſitate. quẽ cum uidiſſet *Lib. 11. Meta.* Heſperie ad ſe accedentẽ, cõfeſtim fugam arripuit. hic uero dum illã feruenter ſequeretur, & contigiſſet ut uirgo fugiens ab angue inter herbas latente morderetur, & moreretur ex morſu, acri dolore concuſſus in deſideriũ mortis incidit, & ex ſcopulo proximo ſe in mare pręcipitẽ dedit, cuius miſerta Thetys eũ mutauit in mergũ nondũ ſic uocitatũ. Ipſe tamen uitam ſpernens dum ſæpe mergeretur moriturus in undas, mergi nomẽ ſortitus eſt. Hũc Priamus & filii, facto illi tumulo flenere diu, eo quod ſi uita manſiſſet, Hectore non uidebatur inferior uiribus. Eum aũt in mergũ ideo uerſum dicit Theodõtius, quia uiuus deſcendit ad ima & ab aquis mortuus in altũ reductus eſt. Ego autẽ puto ideo in mergũ uerſum creditũ ſeu dictũ, eo quod qui nare non norunt, ſi in aquas cadunt ante

quam moriant̃, & merguntur, & in altũ ſępe redeunt more mergi. Seu forte ſic cõtigit, ut dum in aquas cecidiſſet Aeſacus, & remanſiſſet in fundo, mergus qui ante aquas intrauerat, tunc eas exiens euolauit. & hinc ſumptum Aeſacum in mergum uerſum.

De Antipho. 18. & Iſo. xix. filiis Priami. Cap. XXXIII.

ANtiphus & Iſus Priami fuere filii, uerũ Antiphus ex Hecuba ſuſceptus eſt, cum naturalis Iſus exiſteret, ut auctoritate cõſtat Homeri, qui in Iliade de ambobus ſic ait. Ille aũt iuit Iſonq́; & Antiphon interfecturus filios duos Priami nothũ & legitimum, ambobus in uno curru exiſtentibus. ſed nothus frena regebat, Antiphus autem tranſibat &c. Reſtat igitur quod Iſus erat nothus, qui frena regebat. Hi tamen ambo, ut erant, ab Agamemnone in pugna una hora occiſi ſunt, & ob id iunctos appoſui.

*Iliad. Λ.* αὐτὰρ ὁ βῆ ῥ' Ἶσόν τε καὶ Ἄντιφον ἐξεναρίξων υἱὲ δύω Πριάμοιο νόθον καὶ γνήσιον, ἀμφω ἐν ἑνὶ δίφρῳ ἐόντας. &c.

De Teucro. xx. Priami filio. Cap. XXXIIII.

TEucer ut affirmat Barlaam, filius fuit Priami ex nympha ſuſceptus Antiodona. nec eſt hic is à quo Teucri appellantur Troiani. nam ille longe fuit antiquior, & filius Scamandri Cretenſis, qui ob penuriã frugum relicta Creta uenit in Phrygiam, & cum Dardano & Erichthonio regnauit. Hunc tamẽ dicit Barlaam bello non interfuiſſe, cum paulo ante dum in Bebritiis ſyluis uenaretur, ab ingenti urſo laceratus fuiſſet.

De Democoonte Priami. xxi. filio. Cap. XXXV.

DEmocoontes filius fuit Priami, ex qua tamen matre non habetur, ſed naturalem ſatis per Homerum apparet in Iliade dicentem de eo ſic, Sed filiũ Priami nothum percuſſit Democoontẽ. Hic ab Vlyſſe occiſus eſt in pugna, ut in textu ſequitur Homeri, & hoc in uindictam Leuci ſocii Vlyſſis occiſi ab Antiphone filio Priami.

*Iliad. Δ* ἀλλ' υἱὸν Πριάμοιο νόθον βάλε Δημοκόοντα ὅς οἱ Ἀβυδόθεν ἦλθε παρ' ἵππων ὠκειάων.

De Echemone. xxii. & Chromio. xxiii. filiis Priami. Cap. XXXVI.

EChemon & Chromius Priami fuere filii naturales, de quibus in Iliade ſic dicit Homerus, ubi filios Priami duos cepit Dardanidis in uno curru exiſtentes Echemona & Chromionẽ. hos enim duos, ut ſatis per ſequentia Homeri uerba patet, Diomedes peremit in pugna.

*Iliad. Ε* ἔνθ' υἷας Πριάμοιο δύω λάβε Δαρδανίδαο εἰν ἑνὶ δίφρῳ ἐόντας Ἐχέμμονά τε Χρόμιόν τε.

De Gorgythione. xxiiii. Priami filio. Cap. XXXVII

GOrgythion ex Caſtianira Priami fuit filius, ut in his teſtatur Hom. & hunc certe fefellit. hic autem irreprehenſibilẽ Gorgythiona filium amplũ Priami per pectus percuſſit telo. Hũc ut poſtea ſequitur in textu, Priamus ex Caſtianira in Aeſima ciuitate propinqua Troiæ ſuſcepit, qui poſtea in certamine apud Troiam à Teucro Thelamonis filio confoſſus occubuit.

*Iliad. Θ.* καὶ τοῦ μὲν ῥ' ἀφάμαρθ', ὁ δ' ἀμύμονα Γοργυθίωνα υἱὸν ἐῢν Πριάμοιο κατὰ στῆθος βάλεν ἰῷ, τόν ῥ' ἐξ Αἰσύμηθεν ὀπυιομένη τέκε μήτηρ καλὴ Καστιάνειρα, δέμας εἰκυῖα θεῇσι.

De Cebrione. 25. Priami filio, Cap. XXXVIII.

CEbrion filius fuit Priami ut per Home. apparet in Iliade dicentem. Cebrionẽ nothum filium glorioſi Priami. Iſte Cebrion ut idem Home. in Iliade dicit, in pugna penes Troiam à Patroclo ſaxo ictus interiit.

*De Cebrione lib. 8. Iliados eſt, & item in ſequentibus, quæ aũt hic citantur, Iliados. 16. ſunt, ibi enim de Patroclo Homerus ſic ait* βάλε δ' Ἕκτορος ἡνιοχῆα Κεβριόνην, νόθον υἱὸν ἀγακλῆος Πριάμοιο.

De Phorbante. 26. Priami filio qui genuit Ilioneum. Cap. XXXIX.

PHorbas filius fuit Priami & Ephitheſiæ filiæ Staſippi Migdonii ut dicit Paulus, quem adeo ſenem tempore belli fuiſſe ſcribit, ut potius frater quàm filius Priami uideretur, & ob inſitam armorum uirtutem non obſtantibus annis etiam prohibente Priamo, in certamen ſæpius deſcendit, & tandẽ à Menelao gladio



gladiio obtruncatus eſt. eſto dicat Seruius, & in teſtẽ inducat Homerũ, hunc Phorbantem nunquam pugnaſſe quin ſibi fauiſſet Mercurius, quod ego miror in Iliade non inueniſſe, dato credibile ſit, non omnes qui in certaminibus illis pugnauere ab Home. poſitos. Quis autem huic fuerit finis, legiſſe non memini.

*De Phorbante Homeri Cõment. hanc quoq; fabulam refert, fuiſſe eum ſuæ ætatis robuſtiſſimũ, coegiſſeq́; omnes, qui in eum inciderant, ceſtibus ſecum pugnare, pugnanteſq́; interfeciſſe, eoq́; tandem arrogantiæ deueniſſe, ut etiam deos ad certamen prouocaret. Quapropter Apollinem ſuperuenientem illum deuictum certamine occidiſſe. Vide Hom. in lib. penult. Iliad.*

De Ilioneo Phorbantis filio. Cap. XL.

ILioneus Phorbantis fuit filius ut aſſerit Paulus, quod etiam teſtatur Seruius. Quantus uel qualis hic in armis fuerit apud Troiam, non legi. Verum ut per Virgilium patet, eloquentia ualuit plurimum. Nam ipſe fuit qui ſecutus Aeneam poſt Ilii excidium Didonem pro ſalute ſua atq; ſociorum orauit, & eloquio placauit, & cum iam in Italiam ueniſſet Aeneas, ad Latinum regem princeps legationis fuit,

*De Ilioneo Homer. lib. 14. Iliad.* ὁ δ' οὔτασεν Ἰλιονῆα, υἱὸν Φόρβαντος πολυμήλου, τόν ῥα μάλιστα Ἑρμείας Τρώων ἐφίλει καὶ κτῆσιν ὄπασσεν.

De Doryclo Priami filio. XXVII. Cap. XLI.

DOryclus teſte Homeri naturalis Priami fuit filius. dicit enim in Iliade ſic, Aiax Troianis inſultans accepit, ideſt occidit Doryclum Priami nothum filium.

*Iliados. Λ.* Αἴας δὲ Τρώεσσιν ἐπάλμενος εἷλε Δόρυκλον Πριαμίδην, νόθον υἱόν.

De Pammone. XXVIII. Antiphono. XXIX. Agathone. XXX. Hippothoo. XXXI. & Agauo. XXXII. filiis Priami Cap. XLII.

PAmmonem, Antiphonon, Agathonem, Hippothoum & Agauũ filios fuiſſe Priami his carminibus in Iliade demõſtrat Homerus. Irato ſene hic autem filios proprios clamabat iniurians Helenum Parimq́; Agathonemq́; glorioſum, Pammonem Antiphononq́; & uoce bonum Politẽ, Deiphobumq́; & Hippothoum, & diuum Agauum. hos quidem omnes in hac parte dicit Homerus iturus nocte Priamus ad Achillẽ redempturus cadauer Hectoris iratus clamabat ad præparandos ſibi currus & alia opportuna, ex quibus cõcepti matribus ſeu quid ex eis poſtmodum cõtigerit, nec dicit Homerus, nec alibi memoratos inuenio.

υἱάσιν οἷσιν ὁμόκλα νεικείων, Ἕλενόν τε Πάριν τ' Ἀγάθωνά τε δῖον, Πάμμονά τ' Ἀντίφονόν τε, βοὴν ἀγαθόν τε Πολίτην, Δηΐφοβόν τε καὶ Ἱππόθοον, καὶ Δῖον ἀγαυόν. *Iliad. ultimo.*

De Laocoonte. xxxiii. Priami regis Troiæ filio. Cap. XLV.

LAocoontem Priami fuiſſe filiũ, & Apollinis ſacerdotem, undecumq; habuerit Papias affirmat. Ex quo quidem mentionẽ facit Virgilius dicens, Primus ibi ante omnes magna comitante caterua Laocoon ardens ſumma decurrit ab arce, &c. Dicit quidẽ Virgilius, quod hic percuſſit haſta equũ paratum à Græcis, & ob id à duobus draconibus duos filios ſuos paruulos deuoratos, & ipſe demum ab eiſdem captus & circumflexus, tamen utrum fuerit occiſus non ſatis apparet, nec aliud inde dicit.

De Meſtore. xxxiiii. Priami filio. Cap. XLIIII.

MEſtor filius fuit Priami, ut in Iliade oſtẽdit Hom. ubi cõqueritur Priamus, quod omnes filii ſui qui optimi erãt, in armis occiſi ſunt, & inter alios nominat iſtum Meſtorem. *Iliad. ult.*

De Iphate. 35. & Teſtorio. 36. filiis Priami. Cap. XLV.

IPhates & Teſtorius ut dicit Paulus, filii fuerunt Priami, quos illi uno partu Periuia Idea nympha enixa eſt, quam ipſe furtim iuuenis in uenatione cõpreſſerat. Cuius quidem rei teſtimonio utitur Homeri. eſto quo in libro nõ ſcripſerit. Addit inſuper eos ineuntes una acriter pugnam apud Ilium ab Antiloo Neſtoris filio trucidatos.

De Thimœte.37.Priami filio. Cap. XLVI.

THimœtem dicit Seruius Priami & Aryſbę fuiſſe filium, ubi aduertendū Thimœtem, ut teſtatur Ephoriō, uatem fuiſſe, qui cum dixiſſet die quadā naſci puerum per quem Troia poſſet euerti, contigit ut ea die quæ à Thimœte prædicta fuerat, parerent æque Thimœtis cōiunx & Hecuba. Quamobrē ad euitandum pręſagium Priamus Thimœtis natum filium uxoremq; iuſſit occidi. Et hinc tractu temporis factum eſt, ut Thimœtes iniurię memor aduerſus patrem ſentiret in proditionem ciuitatis. quod ſatis uidebitur ex uerbis Virgilii concipi dicētis, *Aeneid. 2.* Pars ſtupet innuptę donū exitiale Mineruæ, Et molem mirantur equi, Priamusq; Thimœtes Duci intra muros hortatur & arce locari, Siue dolo, ſeu iam Troiæ ſic fata ferebāt &c. Alii uero uolunt Thimœtem filium nō fuiſſe Priami, ſed Aryſbę uirum, ex qua Priamus filium ſuſcepit, quem mox cum matre fecit occidi, ut ſupra dictū eſt, & Thymœtem poſtea tam ob mortem coniugis quàm ob perpetratum in ea à Priamo adulterium aduerſus patriam cum Græcis ſenſiſſe.

De Polite.38.Priami filio, qui genuit Priamum. Cap. XLVII.

POlites filius fuit Priami, ut carmine Virgil. ſumitur, ubi dicit. Ecce autem elapſus Pyrrhi de cæde Polites Vnus natorum Priami &c, Nec multo poſt ſi quis leget, aduertet facile Hecubæ etiā fuiſſe filiū. Hic autem Polites cum multa egiſſet in bello pro patriæ defenſione, tādem ciuitate capta à Pyrrho Achillis filio in ſinu Priami patris ſpectante Hecuba infelix occiſus eſt.

*Politis mem. Homer. Iliad. N.* τὸν δὲ πολίτης αὐτοκασίγνητος περὶ μέσσῳ χεῖρε τιτήνας, ἐξῆγεν πολέμοιο. *Cum loqueretur de Deiphobo à Meriono uulnerato.*

De Priamo Politis filio. Cap. XLVIII.

*Aeneid. 5.* PRiamus filius fuit Politis ſecundum Virgilium in Aeneide dicentē. Vna acies iuuenum ducit quam paruus ouantem Nomen aui referens Priamus tua clara Polite Progenies auctura Italos &c. Hunc Aeneas paruulum ex excidio ſecum deduxerat Aſcanii filii ſocium.

De Aſſaraco Troiuli regis Troiæ filio, qui genuit Capin. Cap. XLIX

INfelici Laomedontis Troiuli regis filii prole in finem uſq; deducta, ut ad Aſſaracum eiuſdem Troiuli regis filium retrotrahamus calamū neceſſe eſt, ut uetuſtiſſimos Romani nominis proauos, & Dardani prolem integram deſignemus. Fuit igitur Aſſaracus Troiuli regis Troiæ filius, ut ubi de faſtis teſtatur Ouid. dicens. Huius Erichthonius, Tros eſt generatus ab illo, Aſſaracum creat hic &c. Geſtorum huius Aſſaraci nulla extant monimenta, ſic omnia uetuſtas abſorpſit, ſed propagatæ ſobolis claritas non minus illum reddit illuſtrem quàm infortunium ingens deiecti Ilii reddiderit. Nam uti ex audacia nimia Iliadum generis deſolatio ſubſecuta eſt. ſic ex humanitate prolis Aſſaraci, Roma rerū domina conſtructa, & Cæſarum familia propagata, fulgentis apud mortales gloriæ teſtimonio ſempiterna.

De Capi filio Aſſaraci qui genuit Anchiſen. Cap. L.

CApin Aſſaraci fuiſſe filium etiam ubi ſupra teſtatur Ouidius. Tros eſt generatus ab illo, Aſſaracū creat hic, Aſſaracusq; Capin, &c. Et huius Capis ſicut & Aſſaraci facinora æque aboleuit antiquitas, in lucem tamen modo referuato, quod Anchiſen genuerit generoſæ ſucceſſionis gentis Iuliæ parētem inclytum, & inclytæ pietatis filii teſtimonium ſempiternum.

De Anchiſe filio Capis, qui genuit Hippodamiam & Aeneam Cap. LI.

ANchiſes filius fuit Capis ut idem Ouid. ubi ſupra genealogiā Aeneæ cōtinuans dicit ſic. Aſſaracū creat hic Aſſaracusq; Capin. Proximus Anchiſes &c. Hunc ſunt qui dicant ante Troianū bellū ciuitate relicta nemora & ſolitudines coluiſſe armentis intentum & gregibus, circa quæ ut plurimū fuere diuitiæ antiquorum. Qui cum apud Simoentem uacaret fluuium, à Venere





dilectus eſt, & eius eſt amicitia atq; cōcubitu uſus, adeo ut ex illa ſuſceperit Aeneā filium. Conſtat tamē & coniugē habuiſſe, cum ex ea dicat Homerus filias ſuſcepiſſe. Eum cæcū fuiſſe dicit Seruius, & ob id Troianorum conſiliis non interfuiſſe. Cęcitatis cauſam nonnulli dicunt fuiſſe, quia ſe cum Venere concubuiſſe iactaſſet, & inde ab eadem luminibus fuiſſe priuatū. Capto autē Ilio & incenſo, uolente eum ſecum trahere Aenea, ut teſtatur Virgilius, potius quàm abire uellet cōſtat mori diſpoſitū. uerū dum flāmulā abſq; læſione capiti Aſcanii inſidentē uidiſſet, capto omine fauſto, filio obtēperaſſe legitur. Male tamē cōueniunt opiniones Vergilii & Seruii, quorū alter cæcū dicit, alter flāmulā uidiſſe aſſerit. Abiit autē cum fugiente filio, ab ipſo Aenea humeris per ignes & mille uolantia tela ſubtractus, & nauibus uſq; Drepanū Siciliæ oppidū deuectus eſt, & ibidē ſenio mortuus, & in monte Erycis ſepultus, & hoc ſecundū Virgilium. Alii tamen aliter ſentiunt. nam Cato in Italiā uſq; ueniſſe cōfirmat. Sed Seruius dicit Varronē dicere oſſa Anchiſæ iubente oraculo à Diomede direpta & aſportata, demum cum multa mala perferret ab eodem Diomede cum Palladio reſtituta. quod quidē Virgilius ipſe tangit dum iratam Didonem aduerſus Aeneam loquentem deſcribit atq; dicentē, Anchiſę cineres manesq; reuelli &c. quaſi uelit dicere, non ego hoc feci, ſicut Diomedes. Præterea uidetur uelle Seruius hanc ob cauſam à Virgilio in perſona Aeneæ dictū, Iterum ſaluete recepti Nequicquā cineres animæq; umbræq; parentis &c. Quaſi ſemel ex Troia ſuſcepti ſint, & à Diomede iterum direpti. Vbi tamē per hæc mortuus ſit, cōprehendi non poteſt, ſed uidentur uerba Seruii eò pendēre, ut apud Troiam ante captā urbē obierit. Suſcepiſſe autem Anchiſem ex Venere filium qualiter intelligam infra ubi de Aenea ſeruandum duxi. Quod autem ob iactationem ab ea cæcatus ſit, ſic intelligendum exiſtimo. Conſueuere nōnulli iuuenes inter præcipuas felicitates ſuas, frequentes enumerare coitus, & plurium mulierum amicitias, quaſi ex hoc uelint quod eorum formoſitas ueniat commēdanda, eo quod à multis aut deſiderentur, aut ſuſcipiātur fœminis, ſic & robur extollatur, quod in coitum ualentes perſeuerantesq; appareant. ex quo quidem crebro coitu perſæpe ægritudines oriuntur, & plurimū uirtutes debilitantur corporeæ, & uiſiua potiſſime. Nam certiſſimum eſt nonnullos nō ſolum in breuem uiſum, ſed in cæcitatem integram ob coitum deueniſſe. & præcognito ob iactationes defectu dicuntur & merito à Venere obcæcati. Sic & Anchiſæ contigiſſe potuit, quia ueniens in defectum uiſus ob iactatos coitus eueniſſe dictum ſit. Sanè ne uideatur Seruius à Virgilio diſcrepare, potuit in Anchiſe eſſe uiſiuam uirtutem debilitatam adeo ut aut non diſcerneret, quæ in conſpectu eſſent, aut non niſi ex proximo uidere poſſet, quos tales ueteri quadam conſuetudine loquendi cæcos dicimus. Eſto & ſolis radios & ignis uideant flammas. & ſic potuit Anchiſes cæcus eſſe, ut dicit Seruius, & flammulam uidere nepotis, ut dicit Virgilius. Huic præter Aeneā fuere ex coniuge filiæ, ex quibus ſola Hippodamia nominatur.

De Hippodamia Anchiſæ filia. Cap. LII.

HIpppodamia ut in Iliade placet Homero, filia fuit Anchiſæ, & antiquior filiarum, ut appareat eum alias habuiſſe filias. *Iliados. N.* Hæc formoſa plurimum, fuit parentibus dilectiſſima, quæ tamen fuerit mater, non habemus. Eam tamē in cōiugē tradidere Alcathoo Troiano, qui poſtea ab Idomeneo Cretēſi in pugna apud Troiam occiſus eſt. De reliquis aūt filiabus nec Homerus ipſe nec alter, quem ego legerim aliquid refert.

De Aenea Anchiſæ filio, qui genuit Iulū Aſcaniū & Syluiū Poſthumiū. Cap. LIII.

AEneam filium fuiſſe Anchiſæ & Veneris & poetæ ueteres prædicant & moderni. Hic tamen & ſi plurimum extollatur Homeri carmine, tanta tamē carminis Virgilii ueneratione armis & pietate cantatur inſignis, ut non ſolum barbaris, ſed latinis cæteris præponatur à Græcis. Sic fert fortuna rerum. Habuit Achilles Homerum, & Aeneas Virgilium tanta potentes eloquentia, ut reſpectiue illaudati cæteri uideantur mortales. Eſto æuo noſtro tertius exurgat Scipio

Afri. non minori gloria, maiori tamē iuſticia delatus in æthera uerſu uiri celeberrimi Franciſci Petrarchæ nuper Romæ laurea inſigniti. Tanta enim facundia & lepiditate ſermonis in medium trahitur, ut ferè ex tenebris longi ſilentii in ampliſſimam lucē deductus uideatur. Aeneas igitur, ut pauloante ſcriptum eſt, ex Anchiſe & Venere apud Symoentem fluuiū natus eſt, & iam ætate prouectus Creuſam Priami & Hecubæ filiam uxorem habuit, ex qua filium ſuſcepit Aſcaniū. Et ut quidam ſcribunt, Paridi eunti in Græciam, & in raptu Helenæ ſocius fuit. Tandē cum iam Græci obſidione Ilionē cinxiſſent, & illum crebris certaminibus expugnare conarētur, ſæpe in pugnam deſcendit. ſed inter alias uices ſemel aduerſus Achillem congreſſus, cum eſſet in diſcrimine maximo, ut in Iliade dicit Homerus, allocutus eſt Neptunus deos, & deprecatus ut Aeneam morti ſubtraherent, ne omnis Dardania proles occumberet. Quod à Iunone, quæ plurimum erat Troianis aduerſa, ut ipſe faceret conceſſum eſt, & ſic Neptuno tunc agente è manibus Achillis ſubtractus eſt, ut ibidē tangit Homerus, Italiæ reſeruatus. qui etſi multa clara facinora apud Troiam egerit, ſecundum tamen quoſdam proditionis patriæ macula notatus eſt, & inter alia trahitur in argumētum, quod incolumis cū filio & nauigiis & parte copiarum abire permiſſus ſit, cum ferè in cæteros ſit ſæuitum. Alii tamen dicunt hoc illi permiſſum loco muneris, quia legatorum Græcorum ad Priamum uenientium hoſpes fuerit aſſiduus, & quia ſemper in conſiliis Troianorum damnoſum dixerit Helenam detineri, ſuaſeritq; reſtitui. Sed qualitercunq; factum ſit, Virgilius dicit, quod capta Troia cum ipſe fruſtra in defenſionem patriæ laboraſſet, ſumptis diis penatibus ſibi ab Hectore per quietem commendatis, & patre ſene & filio paruulo, matre dea monſtrante uiam deuenit ad littus. & ibi. xx. nauibus ſumptis, cum quibus iamdudum Paris in Græciā iuerat, intrauit mare, & in Thraciam traiecit, ubi à Polydoro cuius in littore tumulum inuenit monitus, ut auarum littus effugeret, condidit ciuitatem, quam de ſuo nomine nuncupauit Aeneam, de qua Titus Liuius libro. xl. ab urbe condita dicit Aeneam ciuitatem propinquā Theſſalonicæ ab Aenea Troiano olim conditā, de qua ipſe idem Titus Liuius ſic. Proficiſcuntur à Theſſalonica Aeneam ad ſtatutum ſacrificium, quod Aeneæ conditori cum magna cerimonia quotannis faciunt, &c. Et inde cum nauibus iterum reintraſſet oraculo uetuſtiſſimas auorum ſedes petiturus in Cretam abiit, & ibidē pulſo iam Idumeneo rege à Cretenſibus, quaſi ad ſedes ueniſſet auorum, eo quod inde Teucer Scamandri filius fuerit, qui unà cum Dardano imperauerat Dardaniis, conſtitit. Verum & inde peſte pulſus factus certior, quia Dardanus fuiſſet Italus, Italiam petere diſpoſuit. & inde in Chaoniam uenit, & ab Heleno uate de futuris edoctus Siciliam petiit, & apud Drepanum ut Virgilio placet, Anchiſem perdidit, & reaſcenſis nauibus tempeſtate in Aphricā delatus eſt, ut ait Virgilius, cum alii negent, ubi à Didone regina ſuſceptus cum ſeptem iam erraſſet annis, cum qua aliquandiu fuit eius amicitia uſus & lecto, ſi hoc Virgilio credendum eſt. Inde autem ſuperū monitu diſcedens iterum uenit in Siciliā ad Aceſtem, & ludis Anchiſæ anniuerſarium celebrauit magnifico ſumptu, & Aceſta ciuitate condita & parte ſuorum ibidem derelicta, dum Italiam peteret, Palinurum magiſtrū claſſis perdidit. Inde uenit in Baianum ſinum, & ductu Sybillæ deſcendit ad inferos, & ad Elyſios uſq; campos penetrauit. & comperto patre Anchiſe, omnem ſuam poſteritatē eo monſtrante cognouit. Inde ad ſuperos rediens perſolutis Meſeno tubicini funeralibus Caietam nauigauit, ubi Caieta nutrice defuncta ciuitatem poſuit, eamq; nutricis nomine appellauit. Porrò in Italiam, id eſt ad oſtia Tyberis appulit, uſq; quo dicit Seruius illi non defuiſſe Veneris uiſionem, quam cum amplius non uidiſſet, arbitratus eſt ſe ad prædeſtinatum locum ueniſſe, & debere conſiſtere. Vbi primo Euandri regis amicitiam habuit, & inde Latini regis Laurētum, qui illi Lauiniam filiam Turno Rutulorum regi ante promiſſam iuxta reſponſum oraculi dedit in coniugē. quam ob cauſam à Turno grandi bello laceſſitus eſt, fultus tamē auxiliis Euandri Arcadis & Tuſcorum in odium Mezentii regis Agelliæ regnum obtinuit cōiugis, De morte autem eius diuerſimode opi

nati



nati ſunt antiqui, cum dicat Seruius Catonē dicere iuxta Laurum Lauiniū, cum Aeneæ ſocii prædas agerent, prælium cōmiſſum, in quo Latinus occiſus eſt ab Aenea, qui tamē Aeneas in ipſo prælio non comparuit. Aſcanius poſtea Mezentium interemit. Alii dicūt quod uictor Aeneas cum ſacrificaret ſuper Numicum fluuium, lapſus eſt, nec eius cadauer inuentum eſt. quod Virgilius eleganter tangit, ubi Didonē moriturā eum execrantē inducit, atq; dicentem, At bello audacis populi uexatus & armis, Finibus extorris, complexu auulſus Iuli Auxilium imploret, uideat indigna ſuorum Funera, nec cum ſe ſub leges pacis iniquę Tradiderit, regno aut optata luce fruatur, Sed cadat ante diem, mediaq; inhumatus arena. Hoc precor. &c. Præterea ſunt qui dicunt eum occiſum à Turno, uoluntq; à Virgilio ſub artificioſa fictione deſcribi, ubi medio in ardore certaminis oſtēdit Iunonem mortem Turni timere. & inde ut illum è pugna ſubtrahat, effigiē dicit Aeneæ ſumpſiſſe, in quem confeſtim dicit Turnum conuerſum, & Aeneam fugientem dicit in naues, quæ in Numico erant flumine, & in eas uſq; ſecutum à Turno. quod uolunt ſecundum hiſtoriæ ueritatem non Iunonē fuiſſe in Aeneam mutatā, ſed ipſum Aeneam qui arma Turni fugiens ab eodem apud Numicum occiſus eſt, quod & in ſuperioribus carminibus pro parte patet. nec alibi potuit tacuiſſe Virgilius, dum in eodē libro Venerē inducit orantem Iouem atq; dicentē, Incolumē Aſcanium liceat ſupereſſe nepotē, Aeneas ſanè ignotis iactetur in undis, Et quacunq; uiam dederit fortuna ſequatur, &c. Vbi ſi inſpiciamus, cum iam nō ſit amplius Aeneas, Venus quæ hucusq; fuerat ſollicita de eo, orat tunc pro nepote Aſcanio. Et Ouidius in maiori uolumine iſtud idē tenere uidetur, dū dicit, Littus adit Laureus ibi tectus arūdine ſerpit, In freta flumineis uicina Numicius undis. Hunc iubet Aeneę quæcunq; obnoxia morti Abluere, & tacito deferre ſub ęquora curſu. Corniger exequitur Veneris mandata ſuiſq; Quicquid in Aenea fuerat mortale repugnat &c. Et hoc idem arbitrari uidetur Iuuenalis, dum dicit, Alter aquis, alter flāmis ad ſidera miſſus, &c. Intelligit enim de Aenea & Romulo, quia Aeneas in aquis periit, ut prędictum eſt. Romulus autem apud Capream paludem fulminibus & turbine ſubtractus eſt. Qui ambo apud Romanos præcipua deitate honorati ſunt. Nam & ipſe Aeneas quocunq; modo ſubtractus ſit, ab indigenis deus habitus, & Iuppiter indigetes appellatus eſt. Huius quidem hiſtoria aliquibus figmentis immixta eſt, quorum uidere rationē ordo exigit.

Mythologia.

Aeneam igitur Veneris fuiſſe filium non æquo modo ab omnibus acceptū eſt. Quidam enim uolunt in natiuitate Aeneę Venerem cæli dominam fuiſſe, & ad eam demonſtrationē futurorum ſucceſſuū pertinuiſſe. & huius dominii opere multa Aeneę contigiſſe, quæ ex induſtria à Virgilio ſub figmentis abſcōdita ſunt, quæ ad præſens elucidare non eſt incœpti huius intentio. Alii uero eum natum uolunt ea hora qua Venus ineunte matutino tempore ſurgit. & ideo eius filium dictū uolunt, quaſi uideatur eum in lucē dum ſurgeret eduxiſſe. Alii uero adeo formoſam fuiſſe matrē eius exiſtimant, ut perdito proprio nomine Veneris nomen adepta ſit, ex quo dixiſſe Virgiliū putant, Coniugio Anchiſe Veneris dignate ſuperbo. Alii autē intra priorē declinantes opinionē, arbitrantur ideo eum Veneris dictū filium, quia non ex cōiugio ſed ex cōcupiſcibili coniunctione natus ſit, ſumētes incongruū uideri, tanti hominis incognitā matrē fore, ſi Anchiſes extitiſſet coniunx. Sed ad illecebrē celebris uiri notam cōtegendā, deam illi ueteres finxiſſe matrē. Ego quidē uerū puto matrē eius ob aliquod meritū Venerē cognominatā, quoſdam arbitrari prædixi. Nec obſtat eius uerū nomē fore incognitū, nam nec Priami, qui tantus fuit rex, nec etiam Agamemnonis, nec multorum aliorum inſigniū regū atq; uirorū. Et abſit ut credā, quod ſpurio paſtoris Priamus tam grandis rex filiā Creuſam dediſſet in coniugē. Quod aūt Neptuni precibus ex Achillis pugna ſubtractus ſit, nō quod aiebat Leontius uerū credo, ſcilicet quod agente conſtellatione contigerit, quinimò potius puto, quia circa naualia, quæ ad Neptunum ſpectare uidentur, inquantum deus dicitur maris, potuerit aliquid contigiſſe, propter quod exigente opportunitate reuocatus Achilles Aeneæ certamē omiſit. Quod autē à Iunone hoc permiſſum ſit Neptuno, arbitror ad futura proſpexiſſe fingentem, eo quod Italico regno reſeruaretur Aeneas. & ob id

regnorum

regnorũ dea ſalutẽ futuri regni curati permiſit. A Polydoro aũt in littore ſepulto ideo monitus dicitur, quia eius infortunio inſpecto cognouit, ſi cõſtiteret Thraces illi futuros hoſtes, & ideo inde fugiendũ fore. Quod aũt Venus uſq; in agrũ Laurentum ſe lumine ſuo ducẽ illi exhibuerit, & eo ibidẽ exiſtente non cõparuiſſe ulterius, conſtellationi agenti in concupiſcibilẽ appetitũ attribui poteſt. Nã tamdiu nauigando proceſſit, quamdiu diſtulit inuenire quod placuit, quo inuento ceſſauit impellẽtis ducatus. Quod ad inferos iuerit, intelligendũ puto eum egiſſe quod olim ferè familiare fuit maximis gentiliũ regibus, uelle ſcilicet ab immũdis ſpiritibus, per ſceleſtũ illud nigromantiæ ſacrum de futuris certificari. quod quidẽ in ſinu Baiarũ apud lacũ Auernũ, qui talibus erat locus aptiſſimus, facturus acceſſit, & occiſo Miſeno, ſuo ſanguine litaſſe inferis & ceremõiis aliis deteſtãdis egiſſe, ut aliquis ex infandis ſpiritibus ui cantaminum prouocatus ad ſuperos ueniẽs, & ſumpto phantaſtico corpore corã cõparuerit, & ad interrogata reſpõderit, & forte illi nõnulla de futurorũ ſucceſſu prędixerit. Deificatio aũt ſua nil aliud eſt quàm inſipientium ridẽda fatuitas. Credo enim eum in Numico flumine uectũ, & in mare deuolutum, & Thuſcis piſcibus eſcam fuiſſe Laurentibus.

*Græcus quidam ſic de Aenea.* τροίας ἁλούσης αἰνείας ἀγχίσην παραλαβὼν τὸν πατέρα ἔφυγε, ναυαγίῳ δὲ περιπεσὼν περὶ τὸν ἄθω, ἀνῄει σὺν τῷ πατρί. καὶ ἀγχίσης μὲν πρὸς τῷ καλαύρῳ ὄρει πλησίον ἀνθέμου ποταμοῦ τελευτᾷ. θάψας δὲ αὐτὸν αἰνείας ὅπου καὶ νῦν τάφος ἐστὶν ἀγχίσου λεγόμενος ἐν πυάνῃ, κατὰ βούλησιν τῆς μητρὸς ἀφροδίτης πόλιν ἔκτισε τὴν ἀπ᾽ αὐτοῦ αἰνειάδα προσαγορευθεῖσαν. τελευτήσαντος δὲ τούτου, ὁ ἐξ αὐτοῦ γενόμενος παῖς, λάθρᾳ ἐπὶ τὴν πατρῴαν παραγενόμενος καὶ πόλιν ἀναστήσας, παραλαβὼν τε τὸν στρατὸν μετῴκησεν εἰς ἰταλίαν.

De Aſcanio Aeneæ filio, qui genuit Iulum, Syluium & Romam. Cap. LIIII

AScanius ut Virgilio placet, non ſolum Aeneæ filius ex Creuſa ſuſceptus fuit, ſed & fugæ & laborũ in regno quęrendo ſocius, ut ipſe per omnẽ Aeneidã diffuſe teſtatur. Sanè Titus Liuius, cui ad ueritatẽ hiſtorię cura fuit impenſior, non plene affirmat Creuſę, an Lauinię fuerit filius, cũ dicat. Nondũ maturus imperio Aſcanius Aeneæ filius erat, tamen id imperiũ ad pubetẽ ætatem ei incolume manſit, tãtiſper tutela muliebri, tanta indoles in Lauinia erat, res Latina & regnũ auitũ paternũq; puero ſtetit. Haud nihil ambigã, quis enim rẽ tam ueterẽ pro certo affirmet? hiccine fuerit Aſcanius, an maior quàm qui Creuſa matre Ilio incolumi natus, comesq; inde paternæ fugæ, quẽ Iulũ eundẽ Iulia gens autorẽ nominis ſui nuncupat. Is Aſcanius ubicũq; & quacũq; matre genitus, certè natũ Aenea conſtat, &c. hæc Titus. Euſebius uero in libro temporũ, Aſcaniũ Creuſæ filium arbitratur, & aliũ ex Lauinia natũ Syluiũ Poſthumũ appellat. Aſcanius autẽ apud Troiam matrẽ perdidit, & cum patre aduerſus hoſtes, ut per Virg. late patet, ſtrenuũ ſe geſſit, eiq; plura fuere nomina, ut Seruius aſſerit. nam præter Iulũ & Ilum, quibus uocatus eſt, ut dicit Virg. At puer Aſcanius, cui nũc cognomẽ Iulo Additur, Ilus erat, dum res ſtetit Ilia regno &c. Hic etiã Dardanus & Leodamas appellatus eſt ad extinctorũ fratrũ ſolatiũ. Et ſic patet Aeneã alios ex Creuſa pręter Aſcaniũ ſuſcepiſſe filios. De nominibus tamẽ huius dicit Serui. ſciendũ hoc primum Aſcaniũ ab Aſcanio Phrygię flumine dictũ, ut, tranſq; ſonantẽ Aſcaniũ. Deinde Ilũ dictũ à rege Ilo, unde & Ilium. Poſtea Iulũ occiſo Mezentio à prima barbæ lanugine, quæ in tẽpore uictorię naſcebaẽ. hic tamẽ Aſcanius, ut paululũ Virg. ſequamur, adhuc paruulus futuri imperii portentũ ſuſcepit. nam diſceptãtibus patre & auo de futura fuga, flãmula quædã nullã inferens lęſionẽ eidem in uertice capitis conſtitit, conſtitit etiam parentibus illam extinguere conantibus, demum, ut dictum eſt, fugę comes multos cum patre labores tulit. Et cum Aeneas rebus eſſet abſolutus mortalibus, & ipſe ſucceſſor regnum ſumpſiſſet, bellum à patre inchoatum uictoria terminauit. Nam alii illum occidiſſe Turnum, alii Mezentium dicunt. Verum dicit Seruius, ſecundum canonẽ hiſtorię hoc habet fides, Aeneã cum patre ad Italiã ueniſſe, & propter inuaſos agros cõtra Latinũ Turnũq; pugnaſſe, in quo prælio periit Latinus. Turnũ poſtea ad Mezentium cõfugiſſe, eiuſq; fretum auxilio



auxilio bella renouaſſe, quibus Aeneas Turnuſq; pariter rapti ſunt. Migraſſe poſtea in Aſcaniũ & Mezentiũ bella. ſed eos ſingulari certamine dimicaſſe, & occiſo Mezẽtio Aſcanium Iulũ cœptũ uocari, ut pauloante dictũ eſt. Hic autẽ, ut ait Euſebius, cum .30. annis regnaſſet apud Lauiniũ, Albã cõdidit, & Syluiũ Poſthumũ fratrẽ ſuũ ſumma pietate educauit. Alii amplius hoc recitãt, aſſerentes eum ab amicis redargutũ, quod Lauiniã nouercam, quę ob timorẽ eius cõfugerat in ſyluas in exiliũ, detinere uideret, quam ipſe reuocauit, eiq; paternum reſtituit regnum, cum ipſe iam ad Albam tranſitũ facere diſpoſuiſſet. Ipſe tamen procreauit filiũ, quem eo quod caſu in ſyluis natus ſit, Iulium Syluiũ appellauit, à quo familiã Iuliam ortam nonnulli uolunt. Tandem tum inter Lauinium & Albam quam condidit .38. regnaſſet annis, in mortem ueniens, quia filium propter ętatem paruulum regendis ciuibus non cerneret aptum, Syluium Poſthumũ fratrem ſuũ regni reliquit hæredem.

De Iulio Syluio Aſcanii filio. Cap. LV.

IVlius Syluius ſecundũ Titum Liuium, filius fuit Aſcanii, & quia in ſyluis caſu natus ſit, Syluius cognominatus eſt, & ab eo Iulia gens proceſſit, cũ patri Aſcanio in regno ſucceſſerit. Euſebius tamẽ in libro temporũ eum Aſcanii fuiſſe filium dicit, ſed quoniam eo moriente paruus eſſet, nec regno uideretur idoneus, Syluio Poſthumo fratri ſuo regni ſucceſſionem reliquit.

De Rhoma Aſcanii filia. Cap. LVI.

RHoma filia fuit Aſcanii, ut Scribit Solinus de mirabilibus mundi, dicens, Agathoclem ſcribere, nomen urbis Romæ ab hac Rhoma Aſcanii filia & Aeneę nepte initiũ habuiſſe, cum ſcriberet Eraclides quod cum capta Troia quidã Achiui ubi nunc Roma eſt, deueniſſent, & ibidẽ captiuæ cui Rhoma nomẽ erat, cõſilio ſedes ſumpſiſſe, & ab eadem locum denominaſſe.

*De origine urbis, & Aeneæ in Italiam aduentu, et tota eius progenie, quæ hic deſcribitur, Iuſtin. lib. 43. Liuius. lib. 1. Deca. 1. & Ouidius quarto faſtorum.*

*Dardanon Electra quis neſcit Atlantide natum?*
*Scilicet Electram concubuiſſe Ioui?*
*Huius Erichthonius Tros eſt generatus ab illo:*
*Aſaracum creat hic: Aſaracuſq; Capyn.*
*Proximus Anchiſes: cum quo commune parentis*
*Non dedignata eſt nomen habere Venus.*
*Hinc ſatus Aeneas: pietas ſpectata per ignes*
*Sacra, patremq; humeris, altera ſacra tulit.*
*Venimus ad felix aliquando nomen Iuli:*
*Vnde domus Teucros Iulia tangit auos.*
*Poſthumus hinc, qui, quod ſyluis eſt natus in altis,*
*Syluius in Latia gente uocatus erat.*
*Iſq; Latine tibi pater eſt: ſubit Alba Latinum:*
*Proximus eſt titulis Epytus Alba tuis.*
*Ille dedit captæ repetita uocabula Troiæ:*
*Et tuus eſt idem Calpete factus auus.*
*Cumq; patris regnum poſt hunc Tyberinus haberet:*
*Dicitur in Thuſcæ gurgite merſus aquæ:*
*Iam tamen Agrippam natum, Remulumq; nepotem*
*Viderat: in Remulũ fulmina miſſa ferũt.*
*Venit Auentinus poſt hos: locus unde uocatur,*
*Mons quoq;: poſt illum tradita regna Procæ:*
*Quem ſequitur duri Numitor germanus Amuli,*
*Ilia cum Lauſo de Numitore ſati.*
*Enſe cadit patrui Lauſus: placet Ilia Marti:*
*Teq; parit gemino iuncte Quirine Remo.*
*Ille ſuos ſemper Venerem, Martemq; parentes*
*Dixit: & emeruit uocis habere fidem:*
*Néue ſecuturi poſſent neſcire nepotes:*
*Tempora dis generis continuata dedit.*

De Syluio Poſthumo Aeneæ filio, qui genuit Aeneam Syluium. Cap. LVII

SYluius Poſthumus ſecundum Virgilium Aeneæ ex Lauinia fuit filius. Hic poſt mortem Aeneę natus eſt, & ideo Poſthumus quod eſt generale nomẽ naſcentium poſt humatum patrem. Syluius autem ut placet multis, dictus eſt, eo quod Lauinia mortuo patre Latino, atq; Aenea uiro, & occupato ab Aſcanio regno, eius metuens imperiũ in ſyluas prægnãs ſeceſſit, & ibidẽ latuit atq; peperit, & ideo natũ in ſyluis Syluiũ appellauit. Sanè ut ſupra dictũ eſt, Aſcanius reuocata nouerca in patriũ regnũ fratrẽ Syluiũ fraterna educauit affectione, & cũ moreretẽ, exiſtẽte Iulio Syluio paruulo adhuc, eundẽ Syluiũ fratrẽ ſuũ regni reliquit hęredẽ, qui Aeneã Syluiũ genuit. Porrò Britões eorũ puto barbariã nobilitare cupiẽtes, huic filiũ unũ addunt

addunt dicentes eum Brutũ quendam etiam genuiſſe ex nepte Lauinię matris ſuę, cuius in natiuitate aiunt mathematicum dixiſſe, quia occideret utrumq; parentem. ex quo factum eſt, ut partu ſuo moriretur mater, & ipſe tandem cum adoleuiſſet, in uenatione patrem inaduertenter occidit. Quam ob cauſam pulſus Italia aiunt eum in Leogræciã inſulam Græcię abiiſſe, & reſponſo accepit ſibi deberi extremi occidui inſulam. Qui Pandraſi regis Græci filia in coniugem ſumpta, cum ſociis per trienniũ nauigans unà cum Cornineo Troiano ſuperato, Gophetio Aquitanorũ rege, Albionam inſulam, quam incolebant gigantes ſuperaſſe, eam'q; ex ſuo nomine Britaniam nuncupaſſe, & à Cornineo Cornubiam, & inde aiunt eum Brutum alium genuiſſe cognomẽto Viridem ſcutum, & hinc alium inſulæ regem genitum, & inde alium, & in innumerabilẽ procedũt prolem, quæ quoniam mihi nec uera nec uериſimilia uiſa ſunt, omittenda cenſui. Poſthumus autem cum annis.38. regnaſſet, Aenea Syluio ſuperſtite filio derelicto, diem obiit.

De Aenea Syluio Syluii Poſthumi filio qui genuit Latinum Syluium. Cap. LVIII.

AEneas Syluius Syluii Poſthumi tertii Latinorum regis filius patri ſucceſſit, de quo quidem Virgilius meminit. Et qui te nomine reddet Syluius Aeneas pariter pietate uel armis Egregius, &c. Hic Latinũ Syluium genuit, & cum annis xxxi. regnaſſet expirauit.

De Latino Syluio Aeneæ Syluii filio qui genuit Albam Syluium. Cap. LIX.

LAtinus Syluius ut dicit Titus Liuius, Aeneæ Syluii fuit filius, & mortuo patre Albanis imperauit, & ab eo coloniæ deductæ ſunt eorum, qui priſci Latini nuncupati ſunt. cum'q; annis.l. regnaſſet, genuiſſet'q; Albam Syluium quem liquit ſuperſtitem, diem obiit. Euſebius uero in libro temporũ dicit ſe apud aliam hiſtoriam inuenire Latinum Syluium quintũ apud Albam regnaſſe, eum'q; filium fuiſſe Lauiniæ & Melampodis & uterinum fratrem Syluii Poſthumi, qui Latinus in ordine regum hic ponitur quartus.

De Alba Syluio Latini Syluii filio, qui genuit Atyn Syluium. Cap. LX.

ALba Syluius Latini Syluii fuit filius, & patri ſucceſſit in regno. cũ regnaſſet annis, xxxix. Ati ſuo relicto filio, rebus humanis ſubtractus eſt.

De Ati Syluio filio Albæ, qui genuit Capyn Syluium. Cap. LXI.

ATys Syluius Albæ fuit filius, quem Euſebius aliquando Aegyptium Syluiũ uocat. hic cum annis. xxix. regnaſſet, Capi filio derelicto diem clauſit.

De Capi Syluio filio Atys, qui genuit Capetum Syluium. Cap. LXII.

CApys Syluius Atis fuit filius. Sunt qui uolunt ab hoc Capuam olim inſignem
Vt Syl. lib. 2. Campaniæ ciuitatem conditã. qui cum annis. 28. regnaſſet, Capeto filio moriẽs regnum reliquit.

De Capeto Syluio filio Capis, qui genuit Tyberinum Syluium. Cap. LXIII.

CApetus Syluius filius Capis, & cum annis. 18. regnaſſet, Tyberino filio derelicto deceſſit.

De Tyberino Syluio Capeti filio, qui genuit Agrippam Syluium. Cap. LXIIII.

TYberinus Syluius Capeti fuit filius & Agrippam Syluiũ genuit, cum'q; annis octo imperaſſet Albanis, amnem quem ante Albulam uocitabãt incolæ, terminum inter Latinos & Etruſcos traiiciens in eum cecidit, & mortuus eſt. Quamobrẽ in hodiernũ uſq; ueteri abolito nomine à Tyberino rege Tyberis nuncupatus eſt fluuius.

De Agrippa Syluio filio Tyberini, qui genuit Romulum Syluium. Cap. LXV.

Agrippa



AGrippa Syluius à Tyberino genitus, ſubmerſo patre ſucceſſit in regno. & cũ quadraginta regnaſſet annis moriens Romulum filium regni reliquit hæredem.

De Romulo Syluio Agrippæ filio, qui genuit Iulium Syluium & Auentinum Syluium. Cap. LXVI

ROmulus ſeu Aremulus Syluius Agrippæ fuit filius. Hic autẽ præſidia Albanorum inter montes poſuit, ubi Roma poſtea cõdita eſt, quod ea tempeſtate impie factum exiſtimatum eſt. & ob id exiſtimauere illius æui homines eum iuſte fulmine ictum atq; exanimatum, cum iam decem & nouem regnaſſet annis, & ex eo Iulius & Auentinus filii fuere ſuperſtites.

De Iulio Syluio Romuli filio. Cap. LXVII

IVlius Syluius, ut ſcribit Euſeb. minor natu fuit Romuli filius, & proauus Iulii Proculi, qui cum Remulo Romam tranſmigrauit, & ibidem fundauit familiam Iuliam ex qua Cæſares effluxere.

De Auentino Syluio filio Romuli Syluii, qui genuit Procam Syluium. Cap. LXVIII

AVentinus Syluius Romuli Syluii filius fuit, eiq; fulminato ſucceſſit in regno, & cũ triginta ſeptem annis regnaſſet, Proca relicto filio mortuus eſt, & eo in monte Romæ, qui poſtea de ſuo nomine ſemper Auentinus uocitatus eſt, ſepulto.

De Proca Syluio filio Auentini, qui genuit Amulium & Numitorem. Cap. LXIX

PRocas ſecundum T. Liuium Auentini filius fuit, & loco patris regnauit annis uiginti tribus. Numitori'q; filio moriens regnum reliquit.

De Amulio Procæ filio. Cap. LXX

AMulius, teſte T. Liuio, minor natu fuit ex filiis Procæ. hic per uim & nephas Numitori, qui tempore potior erat, regnũ ſurripuit. Dicit Plin. de uiris illuſtribus, Procam patrem eorum liquiſſe, ut ambo annuis uicibus regnarent, & cum ad Amuliũ perueniſſet regnum, fratri tranſacto anno reſtituere noluit, quinimmo cũ Numitori peperciſſet, Lauſum filium eius interemit, & Rheam eiuſdem filiam ad ſubtrahendam ſpem prolis ſub ſpecie honoris Veſtæ, perpetuam eius uirginem dedicauit. Sed cum iam ſeptem regnaſſet annis, Rhea geminos peperit, quos in Tyberim deiici iuſſit, & Rheam uiuam infodi. Verum nequeũtibus miniſtris ad alueũ fluminis, eo quod pridianis hymbribus tumuiſſet, deuenire, illos in ripas poſuere. qui à Fauſtulo paſtore comperti & nutriti, cum adoleuiſſent Amulium interfecere, & Numitori auo regnum reddidere.

De Numitore filio Procæ, qui genuit Lauſum & Iliam, & Rheam. Cap. LXXI

NVmitor filius fuit Procæ, & ut iam dictum eſt, à fratre proiectus è regno. qui dum rure priuatus ſeneſceret à nepotibus, Romulo & Remulo occiſo in regnum reſtitutus eſt. quid inde ex eo ſucceſſerit, non habemus.

De Lauſo Numitoris filio. Cap. LXXII

LAuſus, ut prædictum eſt, Numitoris fuit filius, & ab Amulio patruo impie trucidatus occubuit.

De Ilia Numitoris filia, quæ peperit Romulum & Remulum Cap. LXXIII

ILia, quæ Rhea Numitoris fuit filia, & ab Amulio inter ueſtales uirgines truſa, quæ, ut ait Ouidius, dum aquam pro ſacris quæreret obdormiuit, & in ſomnis illi uiſum eſt à Marte opprimi, & ſic geminos concepiſſe. quos dum peperiſſet, uiua infoſſa eſt regis imperio. Fictio quod Mars ſecum cõcubuerit, ubi de Romulo & Remulo declarabitur. Et quoniam qui ex Iulio Syluio nati ſunt ordine nõ habemus, genealogiæ poſterorum Dardani finem facere neceſſe eſt. Hoc modo appoſito, quod ab his natus ſit orbis & urbis fulgor, Caius Iulius Cæſar dictator.

LIBRI SEXTI FINIS

p Oceanum

Oceanum ſobolemq; ſuam dat ſeptimus omnem.






# GENEALOGIAE DEORVM GENTILIVM IOANNIS BOCCATII DE CERTALDO, LIBER SEPTIMVS

## PROOEMIVM

QVi ab Elſa Certaldenſi fluuio & Arno Tuſco eminentiſſime rex, pauloante uela conceſſeram in altum, & per cæca impulſus Syrtium uada Aquilone ſtridente ſæuo, & inde per late patentia ſcabra'q; Aſiæ promontoria, & crebros Euripos Aegei maris impellēte Lybico, necnon & uertiginoſum ſiculum fretum, atq; inter ſonantia tam Illyririci quàm Tyrrheni maris littora, ſpirante noto, nō minori perſæpe timore, quàm admiratione circumactus ſum, tegentibus Poëtarum atris nubibus, hinc Phœbi ſplendidum iubar, inde Arctoi ſydus immobile dum minus crederem à Vulturno raptus, poſtergatis Lygurum Gallorum'q; & Hiſpanorū littoribus, & Calpe Abyla'q; promontoriis omiſſis ad limen uſq; Oceani delatus ſum, & dum circa eius ingreſſum conſtitiſſet cortex, quaſi deliberandi præſtaretur ſpacium in contermi num polis pelagum oculos dedi, dum'q; intuerer prægrande corpus, & incomprehenſibile monſtrum præruptos aquarum in cælum montes, earum'q; atra opacitate ſpelūcas horrendas metirer animo, & indomitas uires, quibus terras concutit, ac incognitos populos & immanes eiuſdem beluas, cogitarem'q; eum fluuiorum omniū hoſpitem, horrui fateor & ſtetere crines, & timore quodā inſolito occupatus uix labantia membra continui, nec multū quin memet ultro in littus potius quàm ad ulteriora progrederer, naufragum dederim, ludum iocum'q; exiſtimans per reſpectum iras fore mediterranei maris. Sed is qui profecto certa ſpes & infallibile ſuffragium rite in ſe credentium atq; ſperantium eſt, uocatus affuit ilico, & igne ſuæ charitatis noxio frigore pulſo proſtratum ſuſcitauit animum, & in uires ampliores ſolitis reuocauit, adeò ut paruo cortice, ingēti tamen pectore auderē immenſum intrare gurgitem, & inſueta ſulcare maria. Et expedita in præcedentibus ferè omni cæli prole, calamum ad longam Oceani poſteritatem ſcribendam arripui gubernaculo tenuiſſimæ cymbæ illi commiſſo, qui arcam Noë ab aquis uniuerſalis diluuii ſeruauit incolumem.

De Oceano Cæli & Veſtæ filio, qui genuit xxiiii. inter filios & filias, quorū hæc ſunt nomina, prima Eurinome, ſecūda Perſa, tertia Aetra, quarta Pleyone, quīta Clymene, ſexta Trito, ſeptima Doris, octauus Protheus, nona Corufice, decimus Nereus, undecimus Acheolus, duodecimus Inachus, decimustertius Peneus, decimusquartus Nilus, decimusquintus Alpheus, decimusſextus Crinius, decimuſeptimus Tyberis, decimusoctauus Axius, decimusnonus Aſopus, uigeſimus Cephyſus, uigeſimusprimus Meander, uigeſimaſecunda Phillira, uigeſimustertius Sperchius, xxiiii. Sol. Cap. I

OCeanum Cæli & Veſtæ fuiſſe filium uoluere Theologi, qui arbitrati ſunt ex cælo, ſeu ex terra, ſeu ex ambobus omnia à primæuo producta, quod nec credidit, nec tacuit Ionicorum philoſophorum princeps Mileſius Thales apud priſcos autoritatis non minimæ, quinimmo eidem Oceano non minus inſipide quàm reliqui fecerint diuinam mentem eſſe inſitam, & ab eo cuncta producta, ſeu eum cauſam dantem exiſtimauit, eo forte motus, quia in omnibus ceſſante humiditate cerneret, & uitam de neceſſitate ceſſare, & æquo modo abſq; humore nil penitus gigni uel naſci poſſe, & ſic non genitum Oceanum, ſed patrem Deorum rerum'q; omnium aſſerebat, cui aliquādo adhæſiſſe uidetur Homerus, & potiſſime ubi

in Iliade introducit Iunonem dicentem, Oceanum Deorum nationem & matrem Thethym. Et ſic etiam nonnunquam hos ſecutus Virgilius, ait, Oceanumq́ patrem rerum. Plinius autem ubi de hiſtoria naturali elementum iſtud aquarum extollens dicit, Quippe hoc elementum cæteris omnibus imperat terras deuorãt, aquæ flammas necant, ſcandunt in ſublime, & cælum quoq; ſibi uendicant, ac nubium obtentu uitalem ſpiritum ſtrangulant, quæ cauſa fulmina elidit ipſo ſecum diſcordante mundo. Quid eſſe mirabilius poteſt aquis in cælo ſtantibus? at ille ceu parum ſit in tantam peruenire altitudinem rapiunt fluuios cum piſcium examine, ſæpe etiam lapides ſubuehunt portantes aliena pondera. Eadem cadentes omni terra naſcentium cauſa fiunt. Prorſus mirabili natura ſi quis uelit reputare, ut fruges gignantur, arbores fruticesq́ uiuant, & in cælum migrare aquas, animamq́ etiam uitalem inferre inita confeſſione, omnes quoq; terræ uires aquarum eſſe beneficii, &c. Hæc Plinius, A quo Vitruuius ubi de architectura non diſcrepat aiens, Ex eo etiam qui ſacerdotia gerunt moribus Aegyptiorum, oſtendunt omnes res è liquoribus poteſtate conſiſtere. Ridiculum quippe eſt aquas rerum crediſſe principiũ. Sed quid ego ſuccenſeam talibus, ſi circa inuiſa rerum initia errauerint, cum aduerſus ea, quæ in oculis ſunt ſtolide credant? Viderunt Aegyptii Iſidem morientem, & conati ſunt animis ſuis infigere eam, & ſi non omnipotentem, potentiſſimam fuiſſe, & eſſe deam, non mortalem fœminam. Cretenſes ipſum quem ſepeliuerãt ipſi libidinoſiſſimum hominem Iouem non erubuere cæli & terræ prædicere deum. Sic igitur cæcitate mentis obducti credidere hos eſſe maiores, qui aliquando facti fuerunt, quàm qui illos fecerat aliquando, ſed de hoc aliàs. Qui autem Oceanum rerum putauere patrem ab eo genealogiam cæpere Deorum, quem cum conſtet ſecundum alios habuiſſe patrem iuxta cœpti operis ordinem locauimus eum. Cui ne inter prægrandes Deos inhonoratus incederet, currum, ut dicit Theodontius, ſtatuere, eumq́ à balenis trahi per ingentia maria finxere. Sic & illi tritones tribuere tibicines atq; præcurſores. Et maximos illi phocarum fecere greges ſub cuſtode Protheo, eiq́ maximas nymphas cohortes ſocias obſequioſasq́ fecere, & deſignauere prolem ampliſſimam filiorum, & eum nominibus pluribus uocauere, ſed exenterandæ fictiones ſunt. Curru quidem trahi Oceanum eius circa terræ rotunditatem deſcribit ambitum, qui ideo à balenis duci dicitur, quia à balenis undiq; diſcurratur. Tritones autem eius ob cauſam tibicines præcurſoresq́ dicuntur, quia ſui nominis ſignificatum inceſſabiliter operetur. Nam triton ſecundum quoſdam idem ſonat, quod terram terens, quod aſſidue peragit mare, dum ſeſe continue impellens in littora motu terras terit. & quoniam iſtud abſq; ſono non fiat, tanquam ſonans tibicina nuncupatus eſt, & ideo dictus præcurſor, quia uehementiori impulſus motu ſonus in littus prænuncius eſt futuræ tempeſtatis certiſſimus. Eum habere phocarum greges ideo dictum eſt, quia phocæ ex anteriori parte ſpeciem habeant uitulorum, & armentorum more paſcũtur in terris turmatim. Paſtorem autem Protheum dixere, eo quod harum phocarum abundantiſſimum ſit mare Carpaticum, quod olim fuit ſub ditione Prothei. Nympharum autem illi iunctus & obſequens chorus nil aliud eſt, ut arbitror, quàm multiplices aquarum proprietates, ſeu accidentia continue aquis iuncta, eisq́ agentibus, ſeu in eas impreſſio alia una ſeſe cum eis quaſi obſequioſa imitantia. Vocatur inſuper præter Oceanum Nereus, Neptunus, & mare. Quæ nomina, quoniam nominibus aliorum numinum conueniunt, ubi de illis ſermo fiet, conuenientius exponemus. Oceanus autem quod illi proprium eſt, ut dicit Rabanus à Græcis, & Latinis ideo dicitur, eo quod in modum circuli orbem ambiat. Item quia ut cælum purpureo colore nitet. Ego autem à cya-
*κυανεὸν cæruleum dicitur* nos, quod latine nigrum ſonat denominatum puto, tantę enim profunditatis eſt, ut nulla poſſint in eo tranſparentia apparere.

a *Iliad.* Ξ. εἶμι γὰρ ὀψομένη πολυφόρβου πείρατα γαίης ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα τηθύν. οἵ μ' ἐν σφοῖσιν δόμοισιν ἐΰ τρέφον ἠδ' ἀτίταλλον.





De Eurynome Oceani filia. Cap. II

EVrynome Oceani fuit filia, ut aſſerit Homerus in Iliade, dicens, Eurynome filia retro fluentis Oceani interpretatur, fluctuationis, ſeu uentorum paſtor: nam aquã maris ſemper fluctuat, ut uidemus, & ideo ab exercitio aquarum denominata, & Oceani dicta filia eſt. ſeu ſecundum alios, qui ex aquis oriri uentos uolunt, aqua uentos paſcit, id eſt, materiã præbet ex aqua, & creantur, & uigent, & ſic hęc rite dicitur filia Oceani. Præterea ubi de hac Homerus loquitur, inducit Vulcanum loquentem Tethidi pro *Iliad.18* Achille arma poſcenti, & ut ſe paratum oſtendat, dicit quod cum à matre de cælo proiiceretur, quia claudus ab ipſa Eurynome & Tethide ſuſceptus atq; nutritus eſt, ubi uult intelligamus ignem per humidũ & ſpiritũ ali, qui ſi deficiant ut extinguatur neceſſe eſt.

Εὐρυνόμη θυγάτηρ, ἀψορρόου ὠκεανοῖο.

De Perſa Oceani filia. Cap. III

PErſa filia fuit Oceani, ut in Odyſſea placet Homero, ubi dicit eam à Sole dilectam, eumq́ ex eius concubitu Aetam Colchorum regem atq; Cyrcem ſuſcepiſſe aiens, Soror ſagacis Aetæ. Ambo autẽ orti fuerunt à lucente mortalibus Sole matreq́ Perſa, quã Oceanus genuit filiam. Hanc autem Perſam dicit Leontius ab Heſiodo Hecatem appellatam, quæ cum apud nos Luna ſonet, ſatis poſſumus Aetam apud ſuos clariſſimũ regem illud idem feciſſe quod Saturnus egerat, qui Vranium patrem cælum nuncupari iuſſit, & Veſtam matrem terram, ut nominibus egregiis originem ampliaret ſuã. Sic & Aetam patrem Solem, & matrem Lunam, quæ ideo Oceani filia dicta eſt, quod à littoralibus Oceani fluctibus oriri uideat, ſeu forſan ipſa Perſa ab Oceano patre Aetę uenerat, & ideo Oceani filia dicta, uel imperium habuit penes Oceanum.

*Odyß.K.* Κίρκη ἐϋπλόκαμος δεινὴ θεὸς αὐδήεσσα, αὐτοκασιγνήτη ὀλοόφρονος αἰήταο ἄμφω δ' ἐκγεγάτην φαεσιμβρότου ἠελίοιο, μητρός τ' ἐκ πέρσης, τὴν ὠκεανὸς τέκε παῖδα. *Sed quod hic ait Perſen ab Heſiodo Hecaten uocari, credo deceptũ eſſe propinquitate nominũ. Sic enim Didymus ait ſuper eodem loco,* ἡσίοδος δὲ καὶ τὴν ἑκάτην περσηΐδα λέγει. *Sed quantum ego ſuſpicor Hecate Perſeis, non à matre, ſed à patre Perſe Titano dicitur. Hi enim uerſus ex Theogonia ſunt,* γείνατο δ' ἀστερίην (*Phœbe ſcilicet ex Cæo.*) εὐώνυμον ἥν ποτε πέρσης ἠγάγετ' ἐς μέγα δῶμα φίλην κικλῆσθαι ἄκοιτιν. ἡ δ' ὑποκυσαμένη ἑκάτην τέκε. *&c. Quo loco etiam Heſiodus potentiam Hecates illi à Ioue conceßam multis uerſibus deſcribit. Quanquam ſunt, qui Hecaten hanc Iouis filiam dicunt. Demeter in Orphicis Cereris filiam dicit.* Καὶ τότε δὴ ἑκάτην δηὼ τέκεν εὐπατέρειαν. *Bacchylides Noctis filiam uocat,* Ἑκάτα δαϊδοφόρε νυκτὸς μεγαλοκόλπου θύγατερ. *Muſæus autem Aſteriæ & Iouis, Pherecydes Ariſtei, filij Pæonis, facit. Tanta eſt diuerſitas autorum. Vide Comment. in 3. Argonaut.*

De Aethra tertia Oceani filia & coniuge Athlantis. Cap. IIII

AEthra filia fuit Oceani, ut carmine confirmatur Ouidii, aſſerentis eam ex Athlan- *Lib.5.Faſt.* te Hyadem atq; ſorores peperiſſe, dum ubi de faſtis legitur. Hũc ſtirps Oceani maturis nixibus Aethra Edidit & nymphas, &c.

De Pleione quarta Oceani filia, & Atlantis coniuge. Cap. V

PLeyone filia fuit Oceani & coniunx Athlantis ſecundum Paulum, quod etiam firmat Ouidius in libro Faſtorum dum dicit, Hinc ſata Pleione cum ſtellifero Atlante Iungit, ut fama eſt Pleiadesq́ parit, &c. Pleias enim idẽ eſt quod pluuia, quę eo quod ex uaporibus humidis ex Oceano in altum conſurgentibus cauſetur, ideo filia Oceani dicta eſt. Vxor autem Atlantis, eo quod huiuſmodi uapores ex aquis conſurgentibus, ut plurimum circa culmen Atlantis, & aliorum montium uoluantur, & inſidant incolis pluuias prænotantes. *Ouidius Faſtorum quinto,*

*Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethen*
*Qui terram liquidis, qua patet ambit aquis,*
*Hinc ſata Pleione cum cælifero Atalante,*
*Iungitur, ut fama eſt, Pleiadesq; parit.*

De Climene quinta Oceani filia, & matre Phaëtontis. Cap. VI

CLimene, ut Theodontio placet, filia fuit Oceani & Tethyos, quę cum forma ualeret, Soli placuiſſe uolunt, in cuius concubitum ueniens, ex ea Phaëtontem ſuſcepit & ſorores. Paulus autem dicit eam fuiſſe Meropis Aegyptii coniugem, & apud extremos Aegyptios Aethiopibus imperaſſe cũ uiro, & ex eo Aeridanum, qui & Phaëton dictus eſt, & ſorores concepiſſe. Leontius autem dicit eam filiam fuiſſe Minyi & Euryanaſſæ, & ex Merope uiro peperiſſe Iphiclum & Phylacem & Phaëtontem cũ ſororibus. Circa quas uarietates aduertendum eſt, quod inquantum Oceani dicitur filia, & à ſole dilecta, poteſt intelligi humiditas. Nam Climene interpretatur humiditas, & ſic Oceani tanquam omnium humiditatum fontis merito dicetur filia, quę à ſole diligitur, eo quod ut Tullius recitat, ubi de naturis Deorum, ſol & aſtra reliqua de humiditate paſcũtur, ſeu & melius eo quod ſolis calor in humiditate agens ſuſcitat nebulas, quæ Phytonem conficiunt, ut ubi dé Latona dictum eſt, & arbores etiam quaſdam ex locis paluſtribus elicit, de quibus infra ubi de Phaëtonte & ſororibus latius. Eam autem fuiſſe fœminam & Meropis coniugem ſi uelimus, tunc eam nobilem aliquam in littore Oceani dominã fuiſſe dicemus, & exinde filiationem huiuſmodi cõſecutam, nec aufertur ob hoc quin Minyi & Euryanaſſis in partibus forſan illis imperantibus fuerit filia, ſed à loco tanquam à nobiliori parte denominata.

*Eadem ferè Didymus in Odyſſæa A. refert, niſi quod non ex Merope, ſed ex Philaco Deionei filio, Iphiclum peperiſſe ait.*

De Tritone ſexto Oceani filio. Cap. VII

a Lib. 1. Aenei. TRitonem Oceani & Tethydos filium dicit Theodontius, Seruius autẽ eum Neptuni filium dicit & Salicæ coniugis eiuſdem. Paulus autem eum tritonam uocat, & fœminam aſſerit. Tandem ſeu maſculus, ſeu fœmina ſit, omnes in hoc conueniunt, eum ſcilicet eſſe ſeu Oceani, ſeu Neptuni tibicinem. ſed cum magis in Neptunum uideantur declinari, credo Neptunum & Oceanum unum & idem exiſtimantes, in teſtimonium Ouidium trahunt, dicentem, Nec maris ira manet, poſito'que tricuſpide telo. & infra, Cęruleum tritona uocat, concha'que ſonãti Inſpirare iubet, fluctus'que & flumina ſigno Iam reuocare dato, &c. Et ſic apparet Tritonis officium, & quod maſculus ſit, ut dicit Theodontius. Quod autem Oceani ſeu Neptuni ſit filius, ſatis in hoc oſtenditur, quod ab eorum ſonoro motu cauſetur. Intellexerunt autem Theologi pro Tritone ipſum æſtuantis maris, & in littora ferientis clamorem, cum Triton ſonus ſecundum quoſdam interpretetur. Alii uero bene uoluerunt Tritonis maris ſonum, ſed non eum quem dum ſe ipſum in ſe frangit, ſed illum tantum quem facit littora percutiens, & ideo dixere Tritonem, quaſi terram terens, & inde tam ſecundum primos quàm ſecundum ſequentes uoluere ex illo ſono comprehendi futurum maris maiorem ſolito æſtum, ut ſono illo aduentante, maiori cum impetu dominum ſuum oſtendat Triton, uti & tibicines imperatorum de proximo aduenire Lib. 9. cap. 6 deſignant tibiarum cantu. Sanè Plinius ubi de naturali hiſtoria, uidetur arbitrari Tritones non ſolum ficto nomine Poëtis deſeruire, ſed etiam ueros Oceani piſces exiſtere, dicens de eis ſic, Tyberio principi nũciauit Oliſiponenſium legatio, ob id miſſa uiſum audítum'que in quodam ſpecu concha canentem, Tritonem, qua noſcitur forma. De hoc etiam Lucanus ait,

Torrentem Tritonis adit illęſa paludem.
Hanc ut fama deus quem toto littore pontus
Audit uentoſa perflantem murmura concha, &c.

a *Heſiodus Amphitrites filium facit, ſic enim ait,* Ἐκ δ' Ἀμφιτρίτης καὶ ἐρικτύπου ἐννοσιγαίου Τρίτων εὐρυβίης γένετο μέγας, &c. *In Theog. Aceſander ex Neptuno patre, matre uero Celeno Atlantis filia natum dicit.*





De Doride ſeptima Oceani filia, & Nerei coniuge.
Cap. VIII

DOris ſecundũ Paulum & Theodontium filia fuit Oceani & Tethyos, & Nerei fratris ſui coniunx, atque nympharum mater, ut dicit Seruius. Huius Virgilius in Bucolico carmine meminit, dicens, Sic tibi cum fluctus ſubter labère Sicanos Doris amara ſuam non intermiſceat undam. Hanc aliqui uolunt munus interpretari, eo quod aqua opportuniſſima mortalibus loco muneris à deo exhibita ſit. Alii uero dicunt amaritudinem intelligi, & idcirco Nereo marino deo nuptam, quia amarum ſit mare, ut appareat uti uiro perpetuo iuncta coniunx eſt, ſic & aquæ marinæ amaritudo cõiugio ſtabili iuncta ſit. Oceani autem ideo filia dicta, quia ex aqua Oceani ſole agente amaritudo naſcatur, quæ poſtea mari miſcetur mediterraneo, in quo Nereus dictus eſt.

*Sic Heſiodus,* Νηρῆος δ' ἐγένοντο μεγήριτα τέκνα θεάων πόντῳ ἐν ἀτρυγέτῳ, καὶ Δωρίδος ἠϋκόμοιο κούρης Ὠκεανοῖο τελήεντος ποταμοῖο.

De Protheo ſene octauo Oceani filio, qui genuit Melanthodem & Idotheam.
Cap. IX

PRotheus marinus deus, & inſignis, ut aiunt uates, ut Theodontio placet, filius fuit Oceani & Tethyos. Quod autem uates fuerit poſt Homerum in Odyſſæa teſtatur Virgilius in Georgicis, dicens, Eſt in Carpathio Neptuni gurgite uates Cęruleus Protheus, magnum qui piſcibus æquor, Et iuncto bipedum curru metitur equorum. Et paulo infra, Nouit nanque omnia uates, Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox uentura trahantur. Quippe ita Neptuno uiſum eſt, immania cuius Armenta & turpes paſcit ſub gurgite phocas, &c. Hunc ait Homerus à Odyß. 4 Menelao ab excidio Troiæ redeunte & percontante, quidnam de ſociis perditis contigiſſet, ui coactum ad uaticinium reddendum. Sic & Virgilius dicit ab Ariſteo de reſtau- Georg. 4 ratione apum exquirente. Verum Menelaum docuit Idothea filia Prothei, ubi à Cyrene matre inſtructus fuit de agendis Ariſteus. Et, ut Homerus dicit, eum ante reſponſum uarias dum cogitur ſumere formas, ut dimittatur. ſic & Virgilius,

Fit enim ſubito ſus horridus, atra'que tygris,
Squamoſus'que draco & fulua ceruice leæna.
Aut acrem flammæ ſonitum dabit, atque ita uinclis
Excidet, aut in aquas tenues dimiſſus abibit.

Hũc Theodontius origine ex Pallene inſula, ſeu monte fuiſſe dicit, & apud Aegyptios regnaſſe, ei'que Helenam adhuc uirginem à Theſeo raptam & commẽdatam, atque ad eum tempeſtate impulſum, poſt excidium Troianorum Menelaum cum eadem Helena diuertiſſe. Senem atque circumſpectum uirum, & rerum experientia doctiſſimũ, & eo quod animaduerſione ſua nedum præſentia noſceret, & integram præteritorum haberet memoriam, ſed per coniecturas etiam tranſactorum nonnunquam, ut ſæpe faciunt ſapientes, de futuris prædicebat euentum, & hinc fabulæ locum datum, quod uates fuerit Protheus arbitrantur. Formas uero, quas eum ſumere conſuetum aiunt, & abiicere, eas exiſtimo paſſiones, quibus anguntur homines eius rei ſimilitudinem gerentes, cui poſſunt merito ſimilari. Quæ paſſiones ut amoueantur ab eo, cui conſilium poſcimus, ſi recte uelit præſtare conſilium, neceſſe eſt ut tranquillus remaneat animus ad interrogata. Poteſt inſuper hæc fictio aliter aperiri, Protheum ſcilicet accipi loco diuinationis hydromanticæ, & tunc quod Oceani Tethyos'que ſit filius, poterit non inconuenienter exponi, cum talis diuinatio fiat in aqua, ut ipſum ſonat nomen hydromantia, ab hydros quod eſt aqua, & mantia diuinatio, & omnis aqua ex Oceano & Tethyde eſt. Quod autem uarias ſumat formas eò poteſt dici, quia ſit ſacrilegium iſtud circa flumina, quæ ſui curſus murmure plurimas imitantur formas. Seu forſan in hac operatione ad habendũ quod quęritur, eſt de neceſſitate aquas moueri, quo in motu &

murmur aliquod auditur, & uariæ uidentur formæ, quibus in quietem poſitis uaticiniũ ſumitur. Quod autem paſtorem Neptunni ſeu Oceani dicunt, cauſa ſupra dicta eſt, ubi de Oceano. Currum illi attribuunt ad deſignãdas aquarum illius maris circumuolutiones. Quod autem ab equis bipedibus trahatur, ideo dictum eſt, quia mare illud abundat phocis, quibus & pedes & caput, & totum ferè corpus ab umbilico ſupra eſt inſtar uituli, deorſum uero piſces ſunt, & ſic cum tantum duo ſint illi pedes bipedes equos uocant.

a *De hac re uide lib. 2. Herodotum, qui Protheum regem Aegypti fuiſſe tradit, & tẽpeſtate Paridem cum Helena in Aegyptũ delatos, ibiq; Helenam à Protheo, implorantibus eius opem, qui Paridẽ ex Græcia ſequebantur, detentam, donec poſt bellum Troianum Menelaus ad eundem ueniens uxorem repetitam ſecum reportauit.*

b *De Protheo item Diodorus Siculus lib. 2. rerum Antiquarum, inquit, Regem Aegypti fuiſſe, & arte atq; induſtria effeciſſe, ut crederetur in uarias formas ſeſe mutare, affert tamen & aliam eius fabulæ cauſam, ex conſuetudine regum Aegyptiorum, de quo uide librum citatum.*

De Melanthone filia Prothei. Cap. X

MElantho, ut Theodontius aſſerit, filia fuit Prothei ſenis, cui conſuetudo fuit poſitis ueſtibus Delphines inequitans uagari per maria patris. Quæ cum formoſa eſſet, in gratiam uenit Neptuni, qui in Delphinẽ mutatus, illi applaudens eam in conſenſum ſui traxit, & tranſportatam etiam uiolauit. Aſſerit Barlaam rei huius ueritatem fuiſſe puellam hanc in gratiam ſuam allexiſſe Delphinem, & eam ſolitam nonnunquam dorſo eius inſidere, atq; ab eo per mare deferri, & demum ad locum ubi conſcenderet referri, ad ultimum tamen quacunq; ex cauſa factum ſit, eam in mari necatam. Miraberis forſan ſereniſſime rex fœminam à Delphine illeſam ferri, quod ne fabuloſum putes, de

Lib. 9. cap. 8 quibuſdam libet apponere. Legimus enim Plinio grauiſſimo uiro ſcribente, in Aphrico littore apud Hypponem Diarrhytum Delphinem fuiſſe ex hominum manu cibum ſumentem, ſéq; tractandum manibus præbentem & nantibus alludentem, atq; conſcendentes portantem, & à Flauiano proconſule Aphrycæ unctum unguentis, odore quorũ nouitate ſopitum aliquãdiu more exanimis fluctuatum, ac deinde expergefactum quaſi iniuriam paſſum per menſes aliquos receſſiſſe, qui cum demum rediiſſet, & ferè omnis prouincia ad hoc miraculum ſpectura concurreret, ab Hypponenſibus uenientium amicorum ſumptibus grauatis occiſus eſt. Præterea & Alexandri Macedonis æuo fuit in litto-

Iaßi, ut ex Plinio re * Aſiæ puer adeo à Delphine uno dilectus, ut eo diſcedente eum ſequeretur in littus, & in arenam uſque inuectus expirarit. Similiter ut ſcribit Iaſſo Egeſidemus, puerum Her-

a miam nomine Delphinem ſuper maria equitantem, quem cum repentina procella fluctibus exanimaſſet, à Delphine mortuus in littus reductus eſt, qui cum liquido ſe mortis pueri cauſam fuiſſe fateretur, non in maria retroceſſit, ſed in littore expirauit. Quid multa dicam? nõ eſt nouum neq; inuſitatum Delphinos cum hominibus amicitias habuiſſe. Sed redeuntes unde diuertimus. Sunt qui dicant, quod Melantho albedo interpretetur, quæ ex aſſidua maris fluctuatione oritur, & ſupra Delphines piſcéſq; alios fertur, & à Neptuno, id eſt, à mari uiolatur quod ingurgitatur, & denuo reſtauratur. Ego autem unde hoc ab his ſumptum ſit neſcio, cum ſciam melan Græce nigrum ſonare Latine.

a *Verba Plinij ſic habent loco eodem, In eadem Iaſſo urbe Egeſidemus ſcribit, & alium puerum Hermiam nomine, ſimiliter maria perequitantem cum repentinæ procellæ fluctibus exanimatus eſſet relatum, Delphinumq; cauſſam læthi fatentem, non reuerſum in maria, atq; in ſicco expiraſſe.*

De Idothea Prothei filia. Cap. XI

IDothea Prothei ſenis fuit filia, ut in Odyſſea teſtatur Homerus, dicens, Prothei fortis filia marini ſenis Idothea. Huic enim maxime animum promoui. & paulo infra ubi eam deo Protheo patre ſuo loquentem Menelao regi introducit, atque dicentem, Immortalis Protheus Aegyptius, qui maris totius profunditates ſcit Neptuni famulus. Hunc autem meum fantur patrem eſſe, atq; genuiſſe me. Hanc dicit Homerus obuiaſſe Menelao in inſula Pharos, quæ in conſpectu Aegyptiæ Alexandriæ eſt, in qua uentorum

cõtrarietate



contrarietate inuitus detinebatur, & ei conſilium primo dediſſe, ut ad Protheum accederet, & quid agere deberet oſtẽdiſſe. demum eum ſub choriis phocarum in antro Prothei cum tribus ſociis abſcondiſſe. Idothea, ut quidam uolunt, formoſa interpretatur dea, per quam maris tranquillitatem intelligi uolunt, ea enim tranquillitate factum eſt, ut poſſet Menelaus accedere ad Protheum.

*Odyß. 4.* πρωτέος ἰφθίμου θυγάτηρ ἁλίοιο γέροντος εἰδοθέη. *& paulo poſt,* πωλεῖταί τις δεῦρο γέρων ἅλιος νημερτὴς ἀθάνατος πρωτεὺς, αἰγύπτιος, ὅς τε θαλάσσης πάσης βένθεα οἶδε ποσειδάωνος ὑποδμώς τόνδ' ἐπ' ἐμόν φασιν πατέρ' ἔμμεναι ἠδὲ τεκέσθαι.

De † Corufice Oceani filia nona. Cap. XII *Coriphe*

C † Orufice, ut Ciceroni placet, fuit filia Oceani, quam ipſe aſſerit ab Archadibus Coriam nominari, affirmans præterea eam placuiſſe Ioui, & Iouem ex ipſa ſuſcepiſſe Mineruam, eam ſcilicet quæ quadrigarum fuit inuentrix. Cur autem Oceani dicatur filia, quod nonnunquam de aliis dictum eſt reſponderi poteſt, nobilem ſcilicet fuiſſe mulierem natam circa littora Oceani. Seu uelimus, quod etiam poſſibile eſt, Oceanum hominem inſignem fuiſſe ob aliquam Oceani ſimilitudinem ſic nuncupatum. *Coriphe*

*Sic enim apud Ciceronem legitur libro tertio, Neq; Cicero Coriphen ab Arcadibus Coriam, ſed Mineruam ita uocatam ait.*

*Cæterum hunc locum Ciceronis deprauatum eſſe. Ian. Parrhaſi. in 2. Claud. de rapt. Proſerp. contendit. Nam pro Coryphe Polyphen legit, pro Coria uero, quo cognomine Minerua dicta eſt Hippiam reponit, cum ex Mnaſea Harpocratione, tum quia aliâs ſæpe de Hippia Minerua apud Suidam & Pauſaniam mentio fit, nuſquam ferè de Coria.*

De Nereo decimo Oceani filio, hic genuit nymphas, quæ multæ ſunt, uerum quoniam niſi de quatuor fit ſingularis mentio, earum tantum nomina apponã. genuit ergo Cymodocem, Thetim minorem, Galatheam, & Arethuſam, & alias. Cap. XIII

NEreum marinum deum Oceani & maioris Thethyos filium priſci gentilium uoluere Theologi, eíq; Dorim ſororem ſuam iunxere coniugio, ex qua uolunt nympharũ agmen ſuſcepiſſe. Is enim aqua eſt, uulgo enim Græce Neros aqua dicitur. Oceani & Thyos filius, eo quod omnis aqua progrediatur ex illo. Quod autem alio nomine uocetur, ab illo poteſt eſſe cauſa, quia ſinus ſit maris, & ſic eſt, non eo æuo factus, quo Oceanus factus eſt. Refert enim Pomponius mela Herculis opus fuiſſe Abilam Mauritaniæ promontorium à Calpe Hiſpaniæ monte olim ſeparatum cum perpetuo eſſent iugo coniuncti, & tunc medias in terras Oceanum intraſſe, & ſic Oceanus mediterraneus factus noua potuit quæſiſſe nomina. Introductus autem Nereus cum Doride coniuge, id eſt, aquarum amaritudine multas apud nos genuit nymphas, id eſt, humiditates, quę forſan ante non erant.

De Nymphis in generali. Cap. XIIII

NYmphæ generale nomen eſt quarumcunq; humiditatum, quod ideo dico, quia humiditates ſecundum diuerſitatem rerum, quibus deſeruiũt nomina diuerſa accipiunt, ut in ſequentibus apparebit. Hæ, ut dictum eſt, Nerei & Doridis filiæ dictæ ſunt, eo quod à mari omnis deriuetur humiditas. harum quidem aliæ ſunt marinæ, & appellantur Nereides à Nereo patre. Ex his Homerus in Iliade nominat xxxiii. quas ad concuſſam Thetidem ob mortem Achillis filii ſui conueniſſe dicit, quarum hæc ſunt nomina, Glauce, Thalia, Cymodoce, Niſæa, Spio, Thoë, Cymothoë, Actee, Limnoria, Melite, Iera, Amphitoë, Agaue, Doto, Proto, Pheruſa, Dinamene, Dexamene, Amphinome, Callianira, Doris, Panope, Galathia, Nimertis, Apſeudis, Callianaſſa, Climeni, Ianira, Ianaſſa, Mæra, Orithia, & Amathia. Præterea & alias ſupereſſe dicit. Harum ſi quis haberet ſignificata nominũ, credo aduerteret facile eas proprietates aquarũ maris, & accidẽtia circa eas demonſtrari. Sũt & aliæ quæ dicuntur fluminũ, & hę uocantur Naiades, eo quod Nais interpretetur fluctus uel cõmotio.

& ideo

&ideo Naiades dictæ, quia fluant flumina, & in motu continuo ſint. Ex his Virgilius 4 in Georg. xviii. nominat uidelicet Clymene, Drimo, Xanto, Ligea, Phyllodoce, Niſæa, Spio, Thalia, Cymodoce, Cydippe, Licorias, Clio, Boroë, Ephyre, Opis, Aſia, Deiopea, & *a* Arethuſa. Quas ego exiſtimo fluuiorum uarias deſignare proprietates. Nec obſtat his immixtas eſſe, uel aliis aliquas ex nominatis inter Nereidas, cum debeamus credere nonnullis proprietatibus mare & flumina conuenire. Sunt & aliæ quæ dicuntur fontium, & eę *Napeæ à uallibus montiũ dictæ ſunt* appellãtur napeæ, quaſi napteæ, id eſt aquarum fomites. Nam napta apud Perſas fomes eſt, & ſi non ſit aquarum tranſumptiue aliquando uocabula apponuntur. Sunt enim fontes fluuiorum continuum nutrimentum. Ex his enim numerantur nouem, quibus Caſtalius fons dicatus eſt. quarum nomina non apponam, quoniam muſæ uocantur, & de eis alibi fit ſermo prolixior. Sunt & aliæ quas nemorum dicunt, & hę dryades uocitantur, *Lib.3* eo quod dris arbor ſit ſeu quercus. Ex his Claudianus ubi de laudibus Stilliconis ſeptem nominat, has ſcilicet Leontodame, Nebrophone, Thero, Britomartis, Lycaſte, Erynarce, Opis. Quas ego non dubitem, quin arborum proprietates in generali interpretatæ *b* deſcribant. Sunt & aliæ quas arborum dixere, eaſq; Hamadryades uocauere, quas in ſpeciali arbores, non in generali nemora amantes. Aliæ uero ſunt montiũ, quas dixere Oreades. *Lymnides forte* nam Oros græcelatine mons dicitur. Sic etiam & aliæ † hymnides appellantur, ut placet Theodontio, quas dixit pratorum atq; florum nymphas exiſtere. Has autẽ omnes *Lib.9, cap.5* aliquando mori & deficere dicit Ariſtoteles. Sicut panes faciunt fauniq;. Sanè Plinius in libro naturalis hiſtoriæ Nereidas nõ ſimpliciter aquas, ſeu aquarum proprietates eſſe conſentit, dicens, Et Nereidum falſa opinio nõ eſt, ſquammis modo hiſpido corpore, etiam in quo humanam effigiem habent. Nanq; hæc in eodem littore, ſcilicet Oliſiponẽſium ſpectata eſt, cuius morientis etiam cantum triſtem Accolæ audiuere longe. & diuo Auguſto legatus Galliæ complures in littore apparere exanimes Nereidas ſcripſit. Hæc Plinius. Ad quam opinionem fortius roborandã ſubdit & ipſe Plinius, Autores habeo in equeſtri ordine ſplendentes uiſum ab eis in Gaditano Oceano Marinum hominem, toto corpore abſoluta aſcendere ſimilitudine nauigia nocturnis temporibus, ſtatimq; degrauari, quas inſederit partes etſi diutius permaneat etiam mergi. Tyberio principe contra littus inſularum Lugdunẽſis prouinciæ trecentas amplius beluas reciprocans deſtituit Oceanus miræ uarietatis & magnitudinis, nec pauciores in Santonũ littore, interq; reliquas elephantos & arietes candore tantum cornibus aſſimilatis, Nereidas uero multas. Hæc Plinius. Quod etſi claro homini atq; erudito plurimum credi poſſit, non ſic propterea delitis mulierculis & agreſtibus ignaris aſſerentibus abſque rubore uultus ſe ex fontibus for- *Lamiæ* moſiſſimas mulieres, quas ipſæ lamias uocant prodeuntes uidiſſe. Sunt prætera, ne nos nimis arctemur à ſignificato uocabuli, & aliæ nymphæ, ut ſæpiſſime uocauere Poëtæ, ut puta Cyrce, Caliſto, Climene, & aliæ huiuſmodi multæ, quæ ueræ fuere mulieres, pro quibus nulla ſuperior fictio intelligenda eſt, quinimmo tales ſeu pro talibus accipiendæ & intelligendæ ſunt puellæ uirgines atq; nobiles, & thalamorum colentes umbras, ideo nymphæ dictæ, quia ex flegmatica complexione, quã uigent, tanquam humentes molles & delicatæ ſunt, & tenellæ & in eas tanquam in res aqueas facile omnis poteſt impreſſio. Agreſtes autem fœminæ ut plurimũ exhauſto laboribus, atque feruore ſolis humido hiſpidæ ſunt, & duræ cutis, & ideo nympharum nomen merito perdidere. Et hoc in generali de nymphis dictum eſt.

*a* *Achao non eſt proprium Nereides, ut hic à Boccatio ponitur, ſed diuerſæ dictiones ſunt à Chao, ſic enim Virgilius libro quarto ait, Inter quas Clymene curam narrabat inanem Vulcani, Martiſq; dolos, & dulcia furta, Aq; Chao denſos diuum numerabat amores.*

*b* *Hamadryades nymphas Mneſimachus ait inde uocari, quod ſimul cum arboribus naſcantur, & intereant. Cuius rei talem fabulam Charon Lampſacenus refert, Rhœcum quendam fuiſſe, qui cum rideret, arborem quandam non longe ab eo eſſe ut proſterneretur, miſit filios ſuos, qui illam ſuſtentaculis fulcirent. Quamobrem nympha eius arboris coram ſe offerẽs Rhœco, pollicitaq; gratiam ſe facti illius relaturam,*



*relaturam, iuſsit, ut quod uellet ab ſe poſtularet. Tam illum ut cum ea conuerſare liceat poſtulaſſe, quod illa annuit, ita tamen ut ab alterius mulieris conſuetudine caueret. Fore autem internuntiam utriuſque Meliſſam. Sed cum ille aliquando ludo intentius operam daret, adſtitiſſe Meliſſam, quam cum ibi acerbius paulo increpaſſet, irata illa, factum eſſe ut oculis caperetur. Hæc commentarius Apollonij ex Pindaro de nymphis lib. Arg. 2*

### De Cymodoce filia Nerei. Cap. XV

CYmodoce nympha ex filiabus Nerei una eſt, quam dicit Seruius curſus fluctuum interpretari.

### De Thetide minore Nerei filia & matre Achillis. Cap. XVI

THetis minor nympharum una fuit, de qua dicit Ouidius, quod cum conſuluiſſet *Lib. 11. Meta.* Protheum de ſucceſſibus ſuis, ſic illi fuiſſe reſponſum. Nanq; ſenex Thetidi Protheus prædixerat udæ, Concipe, mater eris iuuenis, qui fortibus armis Acta patris uincet, maiorq; uocabitur illo. Tandem cum eſſet ſpecioſiſſima uirgo à Ioue dilecta eſt, qui tamen à reſponſo territus, ne forſan ex eo ipſa conciperet filium, qui illum regno pelleret abſtinuit. Ipſa autem Peleo filio Aeaci regis nupſit, & ex eo concepit & peperit Achillem filiũ, quem Chironi Centauro nutriendum tradidit, eiq; exiſtenti in Troiano bello cum arma perdidiſſet in morte Patrocli amici ſui à Vulcano noua impetrauit. Cuius fabulæ & potiſſime reſponſi Prothei euidens fortitudo Achillis cauſam dedit, cum poſt factum uaticinium adinuentum ſit. Hanc dicit Leontius Chironis fuiſſe filiam, & Tethyos inſulæ cultricem, nec tantum ob habitatam inſulam maris filiam habitam, & Tethydem appellatam, quantum à moribus filii, eo quod furioſus & impius more maris fuerit, & ideo Tethis, id eſt, furentis dictus eſt filius, & inde nomen ipſa ſortita eſt poſt filii furiam, cum aliud haberet ante.

*Alij hoc uaticinium à Prometheo factum eße in Caucaſo, & ob id Iouis iuſſu Prometheum à uinculis ſolutum uolunt, ut apparet ex Luciano quoq;.*

### De Galathea Nerei filia. Cap. XVII

GAlathea ex nymphis una Nerei filia fuit, ut paucis carminibus oſtendit Ouidius in *Lib. 13. Meta.* perſona eius, dicens, At mihi cui pater Nereus, quam cerula doris Enixa eſt, &c. Ex qua talis extat fabula, Acis pulcherrimus adoleſcens Siculus à Galathea dilectus eſt, cum illam ſumme diligeret Polyphemus cyclops, qui cum non diligeretur, & Acim die una Galatheæ iunctum cerneret, iratus illum ſaxo illiſit, atq; occidit, quem Galathea in fluuium Siculum transformauit. Cuius fabulæ allegoria talis eſſe poteſt. Galathea dea albedinis eſt, per quam albedinem undarum ſeſe frangentium intelligo. Acim autem amat, id eſt, fluuium ſuſcipit, quia flumina omnia in mare uoluuntur. Theodontius autem dicit ſub hac fictione hiſtoriam latitare, aſſerens Polyphemum immanem fuiſſe Siciliæ tyrannum, & cum Galatheam ſingularis pulchritudinis puellam amaret, eamq; per uim obſtupraſſet, cõtigit ut aduerteret hanc cum Aci Siculo adoleſcente miſceri, quam ob cauſam indignatus iuuenem iuſſit occidi, & in fluuium deiici, cuius nomen fluuio poſtea datum ab incolis eſt. Galatheæ autem amore non permittente nil egit.

### De Arethuſa Nerei filia. Cap. XVIII

ARethuſas fuiſſe duas comperi, quarũ altera Nerei & Doris fuit filia, de qua talis fertur fabula. Dicũt enim hanc Elidis fuiſſe nympham, & Dianæ comitem, quam cum feſſam & ueſtimentis nudam, ac ſe in Alpheis undis lauantem, Alpheus Elidis fluuius uidiſſet, confeſtim deſiderio ſui captus illam tenere uoluit, uerum ipſa territa cœpit fugam, & cum ſequeretur eam fluuius, nec iam ſibi uideretur poſſe euadere, orauit Dianam dominam ſuam, ut illi opem ferret, quæ illam nube texit, quam cum circuiret fluuius, Arethuſa timore ſudans, in fontem uerſa eſt. Cuius undis cum ſuas miſcere conaretur Alpheus, ipſa à terra abſorpta eſt, & in Ortygiam uſque inſulam delata, & inde in Siciliam, uſquequo etiam Alpheum eam ſecutum dicunt. In qua fabula monſtrũ deſignatur apparens. Nam certũ eſt Al-

eſt Alpheum Elidis fluuium eſſe, & apud Syracuſas Siciliæ habere exitum. quod proba-
re uidetur Seneca philoſophus, ubi de quæſtionibus naturalibus ſic dicens, Quidã fon-
tes certo tẽpore purgamenta eiectant, ut Arethuſa in Sicilia quinta quaq; æſtate per Olym
pia, inde opinio eſt Alpheon ex Achaia eouſq; penetrare, & agere ſub mare curſum, nec
antequàm in Syracuſano littore emergere, ideóq; his diebus quibus Olympia ſunt, uicti
marum ſtercus ſecundo traditũ flumine illic redundare. Hæc Seneca. Ab hoc igitur euen
tu fabulæ locus adinuentus eſt. Ouidius tamen agit carmine ſuo, ut maius uideatur mi-
raculum, dum dicit in eodem Arethuſa. Pars ego nympharum, quæ ſunt in Achaide di-
xit. Vna fui, &c. Verum hanc, & ſi abſorptam à terra oſtendat, non in Siciliam ueniſſe di
cit, ſed in Orthigiam inſulam erupiſſe. qualiter autem poſtea in Siciliam uenerit non ha
betur, ſed qualitercunq; fuerit, uel uenerit hæc eadem uidetur eſſe, quæ ſe fatetur in Elide
ab Alpheo dilectam. Et ſic per ſubterraneos meatus in Siciliam deueniſſe, ut etiam teſtari
uidetur Virg. illi dicens, Sic tibi cum fluctus ſubterlabére Sicanos. Doris amara ſuam nõ
intermiſceat undam. Et ſic fons & inde fluuius ex Elide in Siciliã uenit, & ob inſecutio-
nem fluminis amor fluminis in fontem præſumptus eſt. Altera uero Arethuſa in Ithaca
b inſula fons eſt, de qua ſic dicit Homerus, Penes Coraci petram ac fontẽ Arethuſam. Leon
tius uero ex hac Arethuſa refert quendam fuiſſe in Ithaca uenatorem, cui Corax nomen,
qui furore impulſus ex petra quadam præcipitem ſe dedit in mare, & ob id petra illa ab
eo Corax denominata eſt, mater autem eius, cui Arethuſa nomẽ, hoc uidens dolore per-
cita in uicinum petræ fontem ſe proiiciens enecta eſt, & ſic de ſe nomen fonti dedit, & ſic
ſunt duo fontes Arethuſa uocati. Solinus aũt ubi de mirabilibus mundi, tertiũ addit aſſe
rens apud Thebas fontem eſſe, cui etiã Arethuſa nomen, ſed apud quas Thebas nõ dicit.

a *Fabulam Ouidius deſcribit libro quinto. Fontis autem mentio etiam apud Diodorum Siculum fit li-
bro ſexto de geſtis antiquis.*

b παρ κάρακος πέτρῃ, ἐπί τε κρήνῃ ἀρεθούσῃ. *Homerus Odyſſ. N. ſuper quem locũ Cõmentat. addit
quatuor eſſe Arethuſas, primam Syracuſis, ſecundam Smyrnæ, tertiam in Chalcide, quartã in Ithaca.*

De Acheloo flumine Oceani xi. filio, qui genuit Syrenas. Cap. XIX

a ACHelous fluuius, ut dicit Paulus, filius fuit Oceani & terrę. Seruius dicit eius
matrem eſſe Tethyem, Theodontius eum Solis & terræ filiũ uocat. Home-
rus in Iliad. non tantum Acheloum, ſed omnes fluuios dicit Oceani filios,
ſic aiens, Neq; profundiſſimi magna potentia Oceani, à quo omnes fluuii
& totum mare, & omnes putei longe fluũt. Terram autem fluuiorum ma-
trem eſſe per Virgilii carmen in Georg. comprehendi poteſt, dum dicit, Iamq; demũ mi
rans genetricis & humida regna, Speluncísq; lacus clauſos lucósq; ſonantes Ibat, & in-
genti motu ſtupefactus aquarum. Omnia ſub magna labentia flumina terra Spectabat,
&c. Cum ergo in uentre terræ ante ortum conſiſtant flumina, & eius ex uentre effluant
bene terra mater dicitur fluuiorum. Quod autem dicebat Theodontius ratione non ca-
ret. Volunt enim Phyſici à tractu ſolis nonnullas aquas in terræ cauernas deduci per hu-
miditatem uaporum ſolis calorem ſequentium, qui in frigidis terræ uiſceribus euaporã-
tes in aquam uertuntur, quę per occultos meatus in ſuperficiem ueniens, erumpit in fon
tem, & quandoq; fluuium conficit. Quod autem de origine huius dictũ eſt, de reliquis
etiam intelligatur neceſſe eſt, ne oporteat replicare quotiens de flumine aliquo ſermo fie-
*Lib. 9. Meta.* ret. Is aũt fluuius, ut ait Ouid. gemino cornu olim erat inſignis tandẽ ob petitã Deianirã
Cœnei regis Calidoniæ filiã in cõiugiũ Herculi deſponſatã, cũ eo in certamen deuenit, &
cũ ſeſe in uarias transformaſſet figuras, ad ultimũ uictus & ſpe cõiugii, & uno cornu pri-
b uatus eſt. Primúmq; præterea Lactantius & Seruius dicunt hunc fuiſſe, qui uinũ poculis
miſcuerit, quod etiam teſtatur Virg. Pocuĺaq; inuentis Acheloia miſcuit uuis. Eúmq; ſy-
renarum patrem eſſe uoluerunt. Quid per hoc ſentiendum ſit exquirentes ſciendũ Ache-
loum fluuium è Pyndo mõte fluere, ut ſcribit Plinius, & ut Vibius ſequeſter de flumini
bus aſſerit, primus fuit, qui terrã erupit, & ut idẽ Plin. ait, Acarnaniã ab Atholia diuidit,
&c per



& per fines Perrhœbiorũ effluens in Maliacũ ſinum effunditur oſtio obiectas habens
inſulas Thynnidas, ex quibus aſſiduo terræ inuectu cõtinenti quaſdã iunxit. Certamen
tamen eius & Herculis, ubi eiuſdem labores in ſequentibus ſcribemus, ut dabitur, expo
nemus. Vinũ aũt poculis miſcuiſſe, nil aliud intellexiſſe ueteres puto, niſi quia primo pe
nes eum in Græcia uineæ plantatæ ſunt, quæ in uſu ante non erant, & ſic ex eo loco pri-
mo uinum propinatum eſt, de Sirenis aũt dicetur in proximo.

*Iliad 21.* ἀλλ᾽ οὐκ ἔστι Διὶ κρονίωνι μάχεσθαι τῷ οὔτε κρείων ἀχελώιος ἰσοφαρίζει, οὐδὲ βαθυ
ρρείταο μέγα σθένος ὠκεάνοιο, ἐξ οὗ περ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα, καὶ πᾶσαι κρῆναι,
καὶ φρήατα μακρὰ νάουσι. *Pindarus fabulæ addit, Acheloum poſtea Amaltheæ cornu Her
culi dediſſe, & ita ſuum recepiſſe, Comment. Iliad. lib. 21 uide. Fabulam exponit Diodorus Siculus, lib. 5.*

De Sirenis filiabus Acheloi. Cap XX.

SIrenas tres fuiſſe Seruius & Fulgentius aſſerunt, & Acheloi atq; Calliopes
muſæ filias, cantantesq́; dicũt alteram uoce, alteram cithara, & tibiis tertiã.
Leontius uero illas dicit fuiſſe quatuor ſic nũcupatas, Aglaopheme, Thelxi
epía, Piſinoe, & Ligía, easq́; filias Acheloi & Terpſichores muſę, quartã tym
pano canere ſuperaddẽs. Has dicit Ouidius ſocias fuiſſe Proſerpinę, eamq́; *Lib. 5.*
raptam diu quæſiſſe, quam cum non reperiſſent, in marina monſtra fuiſſe conuerſas,
ora uirginum habentia, & corpus ad umbelicum uſq; fœmineum, abinde infra piſces
exiſtẽtia, quos alatos Albericus dicit, & eis gallinaceos pedes addit, & retenta modulatio
nis doctrina, qua ante mutationem utebantur, dulciſſimam canunt melodiã. Eas præte
rea dicit Seruius iuxta Pelorum Siciliæ promontorium primo, deinde ad Capream inſu
lam ſeceſſiſſe. Plinius uero dicit Neapolim Calchidenſium, & ipſam Parthenopem à tu-
mulo Sirenis appellatam, & ſic iam quinq; Sirenas habemus. Deinde paulo poſt dicit
idem Plinius Nuceria Surentum cum promontorio Mineruæ Sirenum quondam &c.
Ariſtoteles autem ubi de mirabiliũ auditu dicit, in extremo Italiæ ubi Pelorus ſciſſus ab
Apẽnino iter Tyrrheno mari in Adriaticũ præbet, Sirenicas aiunt inſulas reſidere, eiſdem
ibidem ſacrum conſiſtere templum, in quo plurimum ab indigenis ſacrificiis honoran
tur. quę cum tres ſint, non abſurdum eſt nominum meminiſſe. Vna ex eis igitur Parthe
nopeia appellatur, ſecunda Leucoſia, tertia Ligia nuncupat᷑. Hæc ille. Has autem inſuper
aiunt ſui cantus dulcedine nautas in ſomnum trahere, ſopitos mergere, merſos ultimo
deuorare. quamobrem in pratis inter occiſorum oſſa illas pingebant ueteres, & nõnulli
mortuas dicunt dolore, quod à ſe Vlyſſem prætereuntem trahere nequiuerunt, ut in O-
dyſſea deſcribit Homerus. Hæc de illis legiſſe memini, in quibus quid fingẽtes ſenſerint *μ*
aduertendum eſt. Palefatus ante alios in libro incredibilium ſcribit has meretrices fuiſſe
ſolitas decipere nauigantes. Et Leontius aſſerit uetuſtiſſima haberi fama apud Aetolos
prima Græcorum fuiſſe meretricia, & tantum lenocinio facunde ualuiſſe, ut ferè omnẽ
Achaiam in ſuam uertiſſent prædam. & ex hoc arbitrari fabulæ originis Sirenarum lo-
cum fuiſſe conceſſum. Et ſic ille Aetoliæ fluuius pater eſt dictus, eo quod eum penes pri-
ma ſua ſceleſta cœpere ſeruitia. Et ut intelligamus per labentem fluuiũ patrem, laſciuiã
effluentem concupiſcentiam meretricum, quibus ob blandam ferè omnium facundiã
Calliope, id eſt bona ſonoritas mater aſcribitur. Demũ prima uocatur Parthenopeia à
partheno, quod eſt uirgo. Conſueuere quidem meretrices doctæ uolentes exteros irretire
uirginum ſeu pudicarum matronarum mores fingere, oculos ſcilicet in terram deiicere,
uerba pauca facere, erubeſcere, tactum fugere, petulcis etiam geſticulationibus ludere, &
huiuſmodi, ut ex his arbitrentur inſipidi hoſtem honeſtatis hoſpitẽ eſſe, & incognitum
appetant, quod erat cognitum fugiendum. Secunda dicitur Leucoſia, à leucos, quod eſt
album. Ex quo ſumendum reor oris formoſitatem, & corporis decentiam atq; ueſtium
& ornamentorum ſplendidam apparentiam, quibus comptę incedunt illecebres. Nam
ſi deſint iſta, cum ab ignaris per exteriora iudicentur intrinſeca, non facile deueniet ad in

q tentum

*Λιγεῖα à ſonoritate dicitur*

tentum, cum de ſui natura turpes uilipendãtur & pauperes. Tertia dicitur Ligia ab iligi, quod eſt circulus, ſeu gyrum, ex quo inſipientis captiuitas aſſumenda, quæ adeo irretitos tenet aſtrictos, ut etiam ſi nouerint ſceleſtiſſimas eſſe quas amant, nequeant uolentes uincla diſſoluere. Harum autem cantus uoce, fidibus, & tibiis quid aliud putandi ſunt, niſi melliflua uerba, gemitus, blanditiæ, riſusq́; laſciui, & petulantiæ, quibus carcerati nautæ, id eſt exterriti trahuntur in ſomnum à talibus, ideſt in ſui obliuionem ſeipſos ſpe ſtolida decipiẽtes, donec his ligurienſibus mercimonia omnia, facultates & nauigia dederint, & ſic demerſi non in mare, ſed in ſterquilinio obſcœnæ libidinis deuorentur ab his marinis, immo infernalibus monſtris, quæ eis nudatis atq; repulſis, in pratis, ideſt in deliciis, oſſibus miſerorũ, ideſt exinanitis memoriis nudatorum inſident, ſeu eoſdem in fami ſeruitute premũt. Ab umbilico autem infra ideo piſces eſſe dixere, ut cognoſcamus ad decorem eo uſq; uirgineum corpus, ideſt pulchrum atq; decens mulieribus eſſe conceſſum, ut appareat homo. in umbilico autem omnem libidinoſam mulierum concupiſcentiam eſſe credunt, cui ſoli quod corpori deorſum reſtat deſeruit, ex quo non abſur de piſcibus ſimilantur, qui animalia ſunt lubrica & facile in aquis huc illuc diſcurrẽtia, ſic & meretrices cernimus in coitum diſcurrere uariorũ, quod per alas etiam deſignatur. Eas autem habere gallinaceos pedes ideo uoluere, quia prodige & incõſiderate credentium eis diſpergant ſubſtantias. Socias autem has fuiſſe Proſerpinę ideo fictum puto, quia Proſerpina Sicula abundãtia rerum ſumenda ſit, ex qua ut plurimum libidinis pruritus ſubſequitur, & ciborum ociorumq́; diuitię miniſtrantur. Hæc autem dum ſubtrahitur, ut ſit remanente ob conſuetudinem appetitu, dum perquiritur nec inuenitur, & ob penuriam appetitus acuitur, ſicut à multis in lupanar uſq; quæratur. Dicunt inſuper has incolere inſulas & littoralia loca, quod ideo dictum eſt, quia ſic ſit. Nequeunt enim huiuſmodi fœminæ ubi cognitæ ſunt, aucupium facere, & ideo hæ ex propoſito incolunt loca, ad quæ crebro forenſes adueniant, ut illos poſſint incognitæ laqueare. De his quidem Sirenis deo plenus Iſaias dicit, Sirenæ & dæmonia ſaltabant in Babylonia, quod forſan æuo noſtro in noua Babylone cõtigiſſe uidimus. Sunt autẽ Sirenæ dictæ à ſiron, quod eſt tractus. trahunt enim, ut præmonſtratum eſt.

*Did. in Od. κατὰ μὲν τοὺς πολλοὺς, inquit, Ἀχελώου καὶ στερόπης τῆς πορθάονος αἱ σφῆνες, κατὰ ἐνίους δὲ Ἀχελώου καὶ τερψιχόρης μίας τῶν μουσῶν, ἑλόμεναι δὲ παρθενίαν, ἐμισήθησαν ὑπὸ ἀφροδίτης, καὶ ἔχουσαι πτερὰ, ἀπέπτησαν εἰς τὸ τυρρηνικὸν κλίμα, καὶ νῆσον κατέχον ἀνθεμοῦσαν, ὀνομαζομένην, ὀνόματα δὲ αὐτῶν ἀγλαοφήμη, θελξιέπεια, πεισινόη καὶ λιγεῖα. Odyß. M.*

De Inacho fluuio. 12. filio Oceani qui genuit Ionẽ, Phoroneũ, & Phlegeũ. Ca. XXI.

*Mem. huius Diodor. li. 6.*

INachus Achaię grandis eſt fluuius, irrigans, ut ait Põponius, Argolicos cãpos. Hic ut cęteri, Oceani & terræ dicitur filius, pro quo ſentiatur, uolunt ueteres de Inacho rege Sycioniorũ, à quo denominatus eſt, qui ut Euſebius ait, regnauit, regnante apud aſſyrios Balameo ſeu Xerxe circa annos mundi iii. Mil. ccc. xlvii. qua tempeſtate Iacob natus eſt.

De Ione Inachi filia & matre Epaphi. Cap. XXII.

IO, ut dicit Ouidius, filia fuit Inachi, ex qua talem recitat fabulam, quod cum eſſet formoſiſſima uirgo à Ioue dilecta eſt, qui illam à paternis undis redeuntem atq; iam fugientem, orantemq́;, tenebris ſuperinductis detinuit, & oppreſſit, & cum Iuno ex alto uidiſſet tenebras, ſuſpicata deſcẽdit in terras, & tenebras ſoluit. Quod Iuppiter uidẽs, ne pateret crimẽ, puellam tranſformauit in uaccam, eamq́; laudanti atq; depoſcenti Iunoni ægre dono conceſſit, quæ ilico Argo filio Ariſtidis, cui centum erant oculi bini & bini dormientes uiciſſim, ſeruandam tradidit. cui compatiens Iuppiter miſit Mercurium, ut illam cuſtodia liberaret, qui paſtoris ſumpta forma Argo iunctus eſt. cui dum redderet fiſtulæ rationem, eum tetigit caduceo, & in profundiſſimum ſomnum omnes unà oculos eius aſtrinxit, & inde dormiẽtem gladio interemit. Quod uidens Iuno Argi oculos ſumens

illos



illos caudæ pauonis auis ſuæ appoſuit, & uaccæ immiſit œſtrum, quo infeſtata curſum rapuit, & peragratis locis plurimis non ante deſtitit, quàm ad Aegyptios perueniret, ubi quieuit, & prece Iouis à Iunone eidem forma priſtina reſtituta eſt, & ut uolunt plurimi, Ioui peperit Epaphum, miſitq́; Api nepoti ſuo, & ex Ione ab Aegyptiis Iſis dicta eſt. Cuius fabulæ duplicem eſſe ſenſum puto, naturalem ſcilicet & hiſtoriographum, quorum talem naturalem exiſtimo, ut hic iuxta Macrobii ſententiã pro ſole Iuppiter accipiendus ſit, qui ſol Inachi fluuii filiam amat, id eſt, humani ſeminis uitalem humiditatem, ut in eam agat, fiatq́; quod ait Ariſtoteles, homo hominem generat & ſol. quam quidem humiditatem Inachi iuxta fictionem filiam, tunc tenebris circundat, cũ in utero matris ſuo opere conceptum fœtum auget, & conſeruat, quas quidem tenebras tunc Iuno, id eſt, luna, ad quam ſpectat meatus ampliare corporum, reſoluit, quũ inuocata more ueteri, eo quod dea parturientium haberetur, illum iam maturum deducit in lucem, quẽ iam ſol in uaccam transformauerat, id eſt, ex humiditate humani ſeminis concreta animal fecerat. & ideo in uaccam trãsformatus dicitur homo, quia uti uacca laborioſum & fructuoſum ſit animal, ſic & homo. qui quidẽ uti ad uolatum auis, ſic & ipſe naſcitur ad laborem. quorum autem fructuoſus ſit labor, deus ipſe cognouit. Demum hic iam natus Argo ſeruandus committitur, id eſt, rationi, cui profecto multa ſunt lumina ſemper, & in ſalutem noſtram uigilantia. Sanè Mercurius, id eſt, blanda carnis aſtutia, caduceo, id eſt, ſuaſionibus peſſimis, in ſomnum rationem deducit, atq; interimit, eaq́; ſuperata atq; deiecta Iuno, id eſt, regnorum, præeminentiarum, atq; diuitiarum cõcupiſcentia, uaccæ, id eſt, humano appetitui ſummittit œſtrum, id eſt ſollicitudinis acquirendi ſtimulũ. Hinc miſeri curſum rapimus, uagamur & circumagimur fluctuãtes, quietem eis in rebus quærentes, in quibus ne dum ſit quies, ſed continuus labor ineſt talis, ut anxios nos ad ultimum deducat in Aegyptum, id eſt, in tenebras exteriores, ubi fletus & ſtridor dentiũ. & ni nobis diuino munere ſuffragium præſtetur, Iſis efficimur, id eſt, terra. ſic enim Iſis interpretatur, & à cunctis tanquam res uilis atq; deiecta calcamur. Et hæc quantum ad naturalem & myſticum ſenſum dicta ſint. Ad hiſtorialem autem uidentur ſufficere quæ ſupra de Iſide Promethei filia dicta ſunt, ſi hanc potius quàm illam Aegyptiam Iſidem eſſe uelimus. Theodontius uero & Leontius apertiſſime negant Ionem hanc in Aegyptum transfretaſſe, aut unquam Iſis habuiſſe nomen, quinimmo dicit alter eorum eam apud Ionas regnaſſe, eosq́; de ſuo nomine nuncupaſſe. Quibus etſi multũ Ouidii obſtet autoritas, multum tamen fidei affert inconuenientia temporũ. Euſebio enim teſte in libro temporum Inachus apud Argos regnauit circa annos mundi. iii. M. ccc. xlvii. eumq́; annis quinquaginta regnaſſe dicit Euſebius idem, infra quod tempus Ionem natam neceſſe eſt. Potuit hac tempeſtate Iouem ætheris filiũ eſſe, ex quo & Niobe Phoronei filia natum Apin non Epaphum. Reliqui uero Ioues diu fuere poſt iſtum, ex quibus ſecundus Iſidi Promethei filiæ cõtemporaneus eſt. Nam regnante Argiuis Phorbante Iſis ipſa Promethei filia floruit ætate, & eadem tempeſtate conſtat Argum fuiſſe cuncta cernentem. Inde idem Euſebius in eodem libro anno mundi. iii. M. dc. xlvii. regnãte Cecrope Athenis dicit Ionem Inachi fuiſſe filiam, eidemq́; Iouem immixtum, & eam anno Cecropis quadrageſimo tertio in Aegyptum transfretaſſe. Subſequenter adhuc Euſebius in eodem libro, dicit anno mundi. iii. M. dc. xxix. Danaum Argiuorum regem fuiſſe, & eius filiam Hypermeſtram eandem Iſidem ſeu Ionem eſſe. Poſtremo in eodem uolumine aſſerit anno mundi. iii. M. dcc. lxxxiii. regnante Lynceo Argis, & Athenis Pandione Hypermeſtram, quam Iſidem uocauere, fuiſſe. Quod quidem tempus ſatis competit Ioui Cretenſi, qui Iuppiter tertius fuit. Quibus tam diuerſis hiſtoriographorum opinionibus ferè ſtupefactus, quid teneam de hac Iſide neſcio. Hoc tamen ſcio, quia temporis conformitas Iſidis Promethei cum Ione, & hiſtoria, quæ ſi non uera eſt, uero tamen ſimilis eſt, me magis quàm ad aliquam aliarum trahit. Sanè, ut ad aliqua circa allegoriam huius Ionis per alios dictam reuertar, aliis omiſſis dicunt hanc Ioui in uaccam fingi mutatam, quia in

a naui cuius erat inſigne uacca, in Aegyptum transfretaſſet. Quæ poſtmodum diu, ut dicit
Fulgentius, ab Aegyptiis in ſumma reuerētia habita eſt, & ibi literas Aegyptiis tradidiſſe,
qui primo ſignis loco literarum utebantur, eoſq; terræ docuiſſe culturā, & ut placet Mar
tiano, lini uſum ſementemq; primam ibidem adinueniſſe, atque ſeri feciſſe, & multa eis
etiā cōmoda demōſtraſſe fertur. Eſto Auguſtinus in libro de ciuitate dei, dicat quoſdam
ſcribere eam de Aethiopia in Aegyptum ueniſſe reginam. Præterea eam Api nepoti ſuo,
qui poſt eam, & aliqui ante eam dicūt, in Aegyptū etiā transfretauit, nupſiſſe. Euſe. uero
eā cuidā nupſiſſe Telegono ſcribit, & ex quocūq; habuerit ſeu ex Ioue, ſeu ex Api uel Tele
gono, Epaphū filiū peperiſſe uolunt. hæc inſuper propter cōceſſa cōmoda doctrinis ſuis
dea Aegyptiis ab omnibus habita eſt, & dum uiueret omni diuino cultu honorata, &
poſt mortem, ut ait Auguſtinus ubi ſupra, adeo fuit illis grata, ut capitali crimine reus fie
ret, ſi quis eam fuiſſe hominem diceret.

a *Et hinc Boſphorus dictus eſt, quod ſiue ipſa Io, bos erat, ſiue nauis inſigne id fuit: per eum locū trāſ*
*fretauit. Alij dicunt, inter quos Ephorus eſt, Io à Phœnicib. raptū, & in Aegyptū aſportatū eſſe. pro ea*
*aūt à rege Aegyptiorum bouem tranſmiſſum Inacho, qui quo loco mare tranſuectus eſt, nomen ei de ſe*
*Boſphori dedit. Fuerūt aūt duo Boſphori, alter Thracius, alter Cymmerius: quidā omnes anguſtos ma*
*ris tranſitus* βοσπόρȣς *uocari aiunt. Vide Comment. Apol. in Argon. lib. 2*

### De Phoroneo Inachi filio, qui genuit Aegyaleum & Nioben. Cap. XXIII

a PHoroneus, ut Euſeb. in libro temporū ſcribit, filius fuit Inachi, & ſecūdus apud Ar-
gos tenuit regnū, Belocho regnante Aſſyriis & Sycioniis Leucippo. Fuit quippe ho-
mo inſignis induſtria, & ſapientia cōſpicuus, cuius tēpore primo legū & iudiciorū
Argos clarior facta eſt. Nam ob hoc iuris ciuilis periti dicūt eum locū quē forū dicimus,
in quo ſcilicet iura petentibus reddūt, denominari. Cuius præterea filios Aegyaleū atq;
Niobē fuiſſe dicit Euſeb. Aſſerit inſuper Lactant. hunc primum Iunoni ſacrificaſſe.

a *Ab hoc puto Oui. Iô uocauit Phoronida. Nec ſuperū rector mala tāta Phoronidos ultra Ferre pōt.*

### De Aegyaleo Phoronei filio. Cap. XXIIII

a AEgyaleus, ut teſtatur Euſeb. Phoronei fuit filius. Huic Apis, quē Phoronei filiū qui
dam dicunt (quod etiā idem uelle uidetur Euſeb. dato dicat eū ex Niobe filia Pho
ronei Iouis filium primum, ex mortali fœmina ſuſceptum) poſtquàm Argis re-
gnaſſet, in Aegyptū tranſiens Achaiæ regnū reliquit, ſed cui imperauerit regioni nō dicit.
Euſebiū autem in ſe diſcordantem de Api, quem & Iouis & Phoronei dicit filium, ut ne
tum ſcripſiſſe uideatur, eſt poſſibile duos fuiſſe quibus nomen idem, quorum alter Io-
uis, alter Phoronei fuit filius, & ſic identitas nominis ueritatem hiſtoriæ intricauit. Quod
autē duo fuerint, per Euſebium apparet, quorum unus, ut ipſe ait, Sycioniorū rex fuit,
circa annos mundi. iii. M. cc. xxix. Alter uero apud Aegyptios deificatus eſt anno mundi
iii. M. cccc. lvii. & hunc idem dicit Euſebius regem Argiuorum fuiſſe anno mundi. iii. M
cccc. lvii. & cū Aegyaleum fratrem ſuum regem feciſſet Achaiæ, ad Aegyptum nauigaſſe.
b præterea idem Euſebius ſcribit anno mūdi. iii. M. cccc. xiii. Iouem Niobi filiæ Phoronei
immixtum, & ex eo concubitu natum Apim, quem poſtea Serapim Aegyptii uocauere.
Deus rei huius uideat ueritatem, ego quidem has intricationes non intelligo, nedum ex
plicare queam.

a *Alij Aegyalium Inachi filium ex Melia Oceanitide faciunt, & ab eo Aegyaleam dictam fuiſſe, quæ*
*poſtea Peloponneſus à Pelope uocata eſt. Comment. in I. Iliad.*

b *Euſebius & Spartum quendam numerat inter Phoronei libros, à quo Spartam conditam eſſe dicit.*

### De Niobe filia Phoronei, quæ peperit Apim. Cap. XXV

NIobe, ut Euſebio placet, fuit filia Phoronei, eſto Geruaſius Tileberienſis in li
bro ociorum imperialium aſſerat, hanc matrem Phoronei non filiā, quod
quidem non eſt impoſſibile idem nomen matri & filiæ fuiſſe. Cum hac
autem dicit Euſebius, & poſt eum Lactantius, immixtum Iouem, cū ante
mortalium nulli fuiſſet immixtus, & ex ea ſuſcepiſſe Apim, qui poſt Pho-
roneum



roneum regnauit Argiuis, & ab Aegyptiis poſtmodum Serapis dictus eſt.

### De Phegeo Inachi fluminis filio. Cap. XXVI

PHegeus, ſi Auguſtino credimus, Inachi fuit filius, qui dum adhuc iuuenculus mo-
reretur, ad eius tumulum templum conſtructum eſt & ſacra ordinata, ut & tanquā
deus etiam coleretur. Primus quidem ſacella diis inſtituerat, & honores diuinos im
penderat, docueratq; regni ſui rudes homines tempora per menſes & annos diſtingue-
re. Quibus meritis à ſuis deus habitus eſt.

### De Peneo flumine. xii. Oceani filio, qui genuit Cyrenem & Daphnem. Cap. XXVII

PEneus Theſſaliæ fluuius eſt, æque Oceani, ſicuti & reliqui, filius, celebris quidem
Poëtarum carminibus, & hiſtoriographorum literis, cui duæ fuere filiæ, Cyrene &
Daphne.

*Penei deſcriptio eſt apud Ouidium libro primo, quo loco & reliqui Theſſaliæ fluuij numerantur.*
*Fluuios & nymphas Oceani ac Thethyos liberos numerat Heſiodus in Theogon.*

### De Cyrene Penei filia, quæ peperit Ariſteum & fratres. Cap. XXVIII

CYrene teſte Virgilio filia fuit Penei fluminis, dicit enim, Cyrene ſoror ipſe tibi tua
maxima cura Triſtis Ariſteus Penei genitoris ad undam, &c. Hanc dicit Iuſtinus
ab Apolline raptam, & ei Ariſteum & fratres peperiſſe. Huius autem quæ ſecūdum
ueritatem Penei regis apud Peneum regnantis fuit filia, & fabula & hiſtoria plenè habe-
tur in præcedentibus, ubi de Ariſteo dictum eſt.

*Comment. Apol. negat hanc Penei filiam eſſe, ſed tamen cuius ſit, non ſubdit. Pherecydes ait iuſſu*
*Apollinis à cygnis in Libyam deportatam eſſe. Mnaſeas uero ipſam ſua ſponte in Libyam abijſſe dicit.*
*Aceſtor tradit Eurypilo imperante Libyæ, ab Apolline eò tranſportatam eſſe Cyrenem. Et quum tota*
*ea regio à leone uaſtaretur, propoſuiſſe præmij loco regnum Eurypilum, ſi quis illum interfeciſſet:*
*quod cum nemo auderet, Cyrenem præſtitiſſe, & ita regnum conſecutum eſſe. Peperiſſe autem ex Apol*
*line filios duos à Philarcho, & quibuſdam alijs dicitur, Ariſteum & Autuchum, & hunc quidem Li-*
*byæ præfuiſſe, Ariſteum autem inde digreſſum in Ceo ueniſſe, ibi rationem mellis & oleæ inueniſſe, &*
*ibi inopia frumenti ex æſtu nimio & ariditate facta dicitur ea feciſſe & impetraſſe, quæ de Eteſijs alibi*
*annotauimus. Sed nullus propémodum Græcorum autor eſt, qui cum altero conſentiat, uſqueadeò ſuum*
*cuiq; placet.*

### De Daphne Penei filia. Cap. XXIX

DAphnem Penei fluminis fuiſſe filiam uulgatiſſima fama eſt, & ferè deliræ a
iam aniculæ eam & ſpecioſiſſimam uirginem, & à Phœbo dilectam no-
uere, eamq; dum fugeret, miſeratione deorum in laurum fuiſſe conuer-
ſam, & inde ab Apolline ad ſuas citharas & pharetras ornandas aſſum-
ptam. Qua fabula, ni fallor, non naturalis pro Daphne quidem humidi- b
tas, quæ circa Penei ripam ex ipſo Peneo procedit, ſumenda eſt, quam ideò Apollinem di
xere diligere, eo quod illam feruore radiorum ſuorum in ſublime trahat, eamq; non-
nunquam reſoluit in aërem. & ob id humiditas ut natura fit, quia unaquæq; res fugit &
renuit id, per quod de eſſe ad non eſſe trahitur, ſeſe ad intrinſeca terræ trahit. ibi autem
cum eam in altum trahere nequeat Apollo, agit in eam, & cum abundet regio illa ſemi-
ne laurorum, elicit lauros, & ſic Daphne, id eſt, humiditas Penei filia in laurum uerſa ui
detur. Sed ratio uidenda eſt cur huius frondes ſuis citharis & pharetris dicarit Apollo,
quæ poteſt eſſe talis, Mos Græcorum uetuſtiſſimus fuit, ſecundum qualitates agonum,
quos uarios in ſuis ſolennitatibus peragebant, inter alia munera ſertis frondium hono-
rare uictores. & cum inter cæteros tanquam dignior Pythius celebraretur agon, qui in
memoriam ſuperati Pythonis ab Apolline cura ſolertiori fieret, uictori eiuſdem laureum
decernebatur ſertum. æquo modo Poëtis his potiſſime, qui heroico carmine geſta ma-
iorum perpetuæ commendabant memoriæ, uidebatur enim hos non poſſe ſine Apolli
nis facundia tam ſublimes uerſus componere, & ſicuti per pharetram Apollinis pugiles

& athletas deſignari uolebant, ſic per citharam demonſtrari Poëtas, & hinc tractũ Apollinis citharas & pharetras ornari lauro. Qui mos poſtmodum cum uniuerſali rerum gloria ad Romanos delatus eſt, tantæq́; apud eos fuit exiſtimationis, ut niſi quibus decerneretur triumphus, decerneretur & laurea, Poëtis exceptis, qui ſuperato laudabili labore, meriti uiderentur. Quod uir inclytus Franciſcus Petrarcha, cui iam pridem fuit honor iſte delatus, in epiſtolis teſtatur dicens, Florea uirginibus ſunt laurea ſerta Poëtis, Cæſaribusq́; ſimul, parq́; eſt ea gloria utriſq; . Nec erat decernere cuiquam lauream uulgatæ autoritatis, ſenatus ſolius fuit iſta poteſtas, quam ſibi poſtea ut reliqua ſubripuere principes. Quæ autem ratio tam exquiſiti moris inuentores mouerit, non latet. Dicunt enim Iſidorus & Rabanus, quod laurus à uerbo laudis dicta ſit, cum priſco tempore laudus uocaretur, & inde quia uictores, per quos & ſeruabatur & augebatur reſpublica, & Poëtæ per quos hominum merita miris extollebantur laudibus, frondiũ laudem ſignificantiũ ſerto ornabantur. Viret præterea arbor hæc perpetuo, ut oſtendatur per eius uiriditatem benemeritorum perpetuo uirere famam. & quoniam ſola non fulminetur, ſic talium gloriæ uiriditatem ab inuidiæ fulmine lędi non poſſe. Sacra inſuper hæc arbor Apollini ideo eſt, eo quod occultam quandam diuinationis uideatur habere uirtutem. Nam aiunt ſiquis huius frondes capiti dormientis ſupponat, eum uera uiſurum ſomnia, & ideo Apollini diuinationis deo dicata eſt.

a *Fabulam deſcribit Ouidius libro primo Metamorph. Cæterum Comment. Home. in I. Iliad. non Peneum, ſed Ladonem uocat patrem Daphnes.*

b *Libuit huc adſcribere de lauro Plinij uerba, quoniam elegantia ſunt, libro decimoquinto, Cap. trigeſimo. Ipſa Laurus pacifera, ut quam prætendi etiam inter armatos hoſtes quietis ſit indicium, Romanis præcipue lætitiæ, uictoriarumq́; nuncia additur literis, & militum lanceis piliſq;. Faſces imperatorum decorat: ex his in gremio Iouis Opt. Max. deponitur, quoties lætitiam uictoria nouam attulit. Idq́; non quia perpetuò uiret, nec quia pacifera, præferenda ei utroq; olea, ſed quia ſpectatiſſima in monte Parnaſo, ideoq́; etiam grata Apollini, aſſuetis eò dona mittere iam & regibus Romanis, teſte L. Bruto. Hæc ille, & paulo poſt, Laurus, inquit, quidem manifeſto abdicat ignes crepitu & quadam deteſtatione, intereaneorum etiam uitia & neruorum ligno torquente: Tiberium principem tonante cælo coronari ea ſolitum ferunt contra fulminum metus. Plura uide loco citato. Nam illa non inepte uidebantur huc adduci ad lauri dignitatem intelligendam.*

De Nilo flumine .xiiii. Oceani filio, qui genuit Mineruam, Herculem, Dionyſium, Mercurium, & Vulcanum. Cap. XXX

NIlus fluuius eſt meridionalis Aegyptum ab Aethiopia ſeparans Oceani & terræ filius. Huic ſecundum quoſdam latine nomen eſt Melo, eumq́; noſtri theologi in ſacris libris appellari Geon dicunt. de hoc multa & mirabilia referuntur. Cõpoſuit enim ex eo libellum Ariſtoteles, & Seneca philoſophus ubi de quæſtionibus naturalibus multa dixit, & poſt eum Luca. ſic & ego ubi de montibus & fluminibus, de quo quoniam hic præter ſimplex nomen non ponitur, ſiquis amplius uidere deſiderat, præallegata uolumina quærat, nos autem de filiis eidem attributis proſequamur.

De Minerua Nili filia. Cap. XXXI

Lib. 3 MInerua alia à ſuperioribus, ut dicit Tullius de naturis Deorũ, filia fuit Nili, eamq́; ut ipſe idem teſtatur, Aegyptii Saitem colunt. credo ego hanc prudentia & artificio inſignem fuiſſe mulierem, ideo Nili filiam dictam, quia penes eum forte geſſit imperium.

De Hercule Nili filio. Cap. XXXII

HErcules à ſuperioribus aliis, ut placet Tullio, Nili fuit filius. Hunc autẽ literas Phrygiis conſcripſiſſe, eumq́; dicit Theodontius, qui cum Antæo luctam egit, quem arbitror illuſtrem aliquem fuiſſe uirum Nili accolam, & inde ideo illi filium attributum.

*Et hunc puto eſſe quem Ioſephus ait neptem Abrahæ uxorem duxiſſe, de quo infra lib. 13*

De Dionyſio Nili filio. Cap. XXXIII

Diony-



DIonyſius, ut dicit Cicero, Nili filius fuit, non tamen idem cum reliquis, cum dicat eum Nyſam interemiſſe. quæ autem hæc fuerit Nyſa, ego non repperi, ſunt tamen qui uelint hunc eum eſſe Dionyſium, qui aduerſus Indos habuit bellum, & à Perſeo ſuperatus & occiſus eſt. Hunc præterea nonnulli putant eum eſſe, qui cum Antæo pugnauit, & ob uictoriam habitam Herculis meruiſſe cognomen.

*Fortaſſis ea eſt de qua Diodorus libro quarto, & in cuius antro educatus eſt, & ab ea etiam & Iouc nomen habet Dionyſius, ea fuit Ariſthei filia.*

De Mercurio quarto Nili filio, qui genuit Mercurium quintum & Daphnim. Cap. XXXIIII

MErcurius à ſuperioribus quartus Nili fuit filius, ut legitur apud Tullium de naturis Deorum. Hunc dicit Theodontius Hermetem Triſmegiſtum fuiſſe, pium quidem hominem & plurimis imbutum doctrinis, & tanquam gentilis homo de uero deo mirabiliter bene ſenſit eo in libro, quem de idolo ad Aſclepium ſcripſit. hic apud Aegyptios in maxima ueneratione fuit, adeò ut apud eos nephas fuerit ipſum proprio nomine nuncupare. Credo ob reuerentiam numinis, ne forte in ternominando de eius humanitate & mortalitate ſermo contingeret, & ſic uideretur deitati eiuſdem in aliquo derogari. Nili autem filius dictus eſt ad extollendam fluminis & eius gloriam, uolentes eum inſuper quoſdam ſeu genitos, ſeu attributos habuiſſe filios.

De Daphni Mercurii quarto filio. Cap. XXXV

DAphnis, ut Seruius aſſerit, filius fuit Mercurii, utrũ huius, an potius alterius ignoro. Ego autem quoniam ſub hoc appoſitum comperi, ſic appoſui. Fuit quidem iuuenis forma ſpecioſiſſimus, & ut aiunt, primus in ſyluis paſtor. *De hoc ſupra*

De Mercurio quinto filio Mercurii quarti, qui genuit Noracem.

Cap. XXXVI

MErcurius qui à primo quintus eſt, ut dicit Theodontius, Mercurii filii Nili fuit filius, & cum à patre Cath fuerit nominatus, ob inſignem eius & artificioſam ſcientiam, meruit cognominari Mercurius atque coli. Huic enim cæterorũ Mercuriorũ aſcribuntur inſignia, ac inſuper à Theodon. gallus illius apponitur cingulo. Qui dicit eum, cum illi uideretur à fama proaui atque patris locum præripi, in extremum occiduum abiſſe, & ibi in maxima occidentalium exiſtimatione fuiſſe. & cum illos multa docuiſſet ad mercimonia ſpectantia, & menſuras & pondera mercatorum, deum ab eis nuncupatum fuiſſe, cuius nominis interpretatio à præclaro uiro Franciſco Petrarcha facta optime conuenit cum titulo deitatis. Dicit enim in libro inuectiuarum in medicum ſic, Vnde & Mercurium, quem ſermonis deum uocant, inde dictum uolunt, quod mercatorum Kyrius, hoc eſt, dominus eſſe uideatur. Hæc ille. Gallum autem illi addidiſſe, ut omittamus reliqua, ut nocturnam mercatorum ſolertiam deſignaret, qua eo tempore potiſſime utuntur in componendis mercimoniis, & in reuidendis rationibus, & in itineribus peragendis, & huiuſmodi. Hunc eundem Trophonium, id eſt, conuerſibilem appellant, quod aptiſſime mercatorum eſt, ſe ſcilicet ad mores quarumcunque nationum, ad quas uadunt uertere, & negocia ſua omnia quadam aſtuta ſermonis circumuolutione peragere, & ingenio & ſagacitate tractare. Et quoniam ad occiduos abierit, ab Aegyptiis & Græcis eum abiiſſe ſub terras fictum eſt. De hoc Iulius Celſus in libro belli Gallici à Cæſare confecti dicit ſic, Hũc Galli maxime colunt, & multarum inuentorem artium uolũt, & uiarum atq; itinerum ducem dicunt, & ad quæſtum pecuniæ & mercaturas habere uim maximam arbitrantur. Cicero autem ubi de naturis deorum hunc Mercurium, qui Triphon appellatus eſt, filium dicit fuiſſe Valentis & Coronidis. Leontius autem addit, dicens eum uterinum fratrem fuiſſe Aeſculapii medici fulminati, & ob dolorem fraternæ mortis ad occiduos ſeceſſiſſe. Euſebius uero in libro temporum cum Theodontio concordat, dicens eum fuiſſe filium Triſmegiſti, & regnante Argis Steleno floruiſſe. a

*Videtur hic Bocatius ordinem confudiſſe, nam ſic Ciceronis uerba habent, Mercurius unus Cælo patre, Die matre natus. alter Valentis & Phoronidis filius, is qui ſub terris habetur, idē Trophonius. Tertius Ioue tertio natus & Maia, ex quo & Penelopa Pana natum ferunt. Quartus Hilo patre, quem Aegyptij nefas habent nominare. Quintus quem colunt Pheneatæ, qui Argum dicitur interemiſſe, ob eamq́; cauſam Aegypto præfuiße, atq; Aegyptijs leges & literas tradidiſſe. Hūc Aegyptij Thoyth appellant, eodemq́; nomine anni primus menſis apud eos uocatur. Lib. 3. de natura Deorum.*

De Norace Mercurii quinti filio. Cap. XXXVII

Cap. 9 NOrax, ut dicit Theodontius, filius fuit Mercurii quinti ex Oſchyra nympha Pyrrhenei filia. Quod etiam teſtari uidetur Solinus ubi de mirabilibus mundi, qui æque cum Theodontio dicit hunc Noracem à Tharſalo Hiſpaniæ oppido ueniſſe Sardiniam, ubi cum Sardus Herculis filius uniuerſam inſulam ex ſuo nomine dixiſſet Sardiniam, ipſe oppido conſtructo de ſuo nomine nuncupauit.

De Vulcano Nili filio, qui genuit Aethiopem & Solem. Cap. XXXVIII

VVlcanus, non is qui præfuit Lemno, ſed alter, ut Cicero de naturis Deorum ſcribit, filius fuit Nili. Hunc Opam Aegyptii appellant, eumq́; eſſe cuſtodem Aegypti uolunt. & cum nil aliud de eo legerim, credo eum aliquem inſignem fuiſſe uirum circa fabrefactiones, & architectonicam, & ſecus Nilum imperium habuiſſe, & ob id Nilo in filium attributum.

De Aethiope Vulcani filio. Cap. XXXIX

Cap. 36, lib. 6 AEthiops, ut Plinio placet in libro de hiſtoria naturali, filius fuit Vulcani. & ut idē ipſe ait, cum omnis gens eius regionis, quæ poſtea Aethiopia dicta eſt, appellaret̄ Aetheria, & deinde Athlantia, poſtremo ab iſto Aethiope Aethiopia nuncupata eſt, non paruum equidem argumentum eum potentiſſimum fuiſſe hominem.

De Sole Vulcani filio, qui genuit Phaëthontem, Phaëtuſam, Lampetuſam, & Lampetiam. Cap. XL

SOl, ut ſcribit Tullius, Vulcani Aegyptii fuit filius. & ut idē dicit Cicero, Aegyptii uolunt eius urbem fuiſſe Heliopolim, nam Græce ἥλιος ſol dicitur. Theodontius autē dicit eum in ea ciuitate regnaſſe, & ſplendidiſſimum fuiſſe regem, & Meropem uero nomine nuncupatum, & in cōiugem Climenem habuiſſe, & ex ea Eridanum, quem Phaëthontem uocauere, & alios filios ſuſcepiſſe. Leontius uero putabat eum idem cum Aethiope fuiſſe, & ob ſplendorem occupatæ Aethiopiæ ſolem ab amicis & ſubditis nuncupatum.

De Phaëthonte Solis filio, qui genuit Lygum. Cap. XLI

PHaëthon filius fuit Solis Aegyptii, & Climenes, ut carmine patet Ouidii in perſona Climenis dicentis. Per iubar hoc inquit radiis inſigne coruſcis Nate tibi iuro, quod nos auditq́; uidetq́;, Hoc te quem ſpectas, hoc te qui temperat orbem Sole ſatum, &c. De hoc talem recitat Ouidius fabulam, contigiſſe ſcilicet, quod non cedente Phaëthonte Epapho Iouis & Iſidis filio, ab illo illi dictum ſit, eum Solis non eſſe filium. quam ob cauſam Phaëthon matri conqueſtus ab ea in regiā uſq; Solis deductus eſt, ubi à patre benigne ſuſceptus, petiit quod iam ſe daturum iurauerat donum, ſcilicet ut lucis currum illi ducere permitteret. Quod cum illi Sol diu fruſtra diſſuaſiſſet, inſtanti conceſſit. Ipſe uero non ſufficientibus uiribus ad regendum equos, territus uiſione ſcorpionis dimiſit habenas. Quam ob cauſam equi omiſſo conſueto itinere nunc in cælum aſcendentes, nunc uerſus terram etiam declinantes omnem illam cæli regionem exuſſerunt, & ferè terram omnem multis deſiccatis fontibus & fluminibus incenderunt. quo incendio terra commota orauit Iouem ut auxiliaretur ei. quibus precibus motus Iuppiter, fulminauit Phaëthontem, qui in Padum cecidit, ibiq́; à ſororibus defletus atq; ſepultus eſt, & ſepulchro appoſitum epitaphium tale, Hic ſitus eſt Phaëthon currus auriga paterni, Quē ſi nō tenuit, magnis tamen excidit auſis. Fictio hęc iudicio meo, ſub ſpiſſo cortice hiſtoriā & naturalē rationē tegit. Creditū enim ab anti-

In fine lib. 1 & 2. Meta.



quis eſt, ut in libro temporum aſſerit Euſebius, & poſt eum Oroſius presbyter in chronicis ſuis, incendium quoddam permaximum in partibus Græciæ & orientis fuiſſe, regnante Cecrope primo Athenienſium rege. nec hoc humano opere factum, ſed corporum ſupercæleſtium infuſione emiſſum, & id omnes uocauere incēdium Phaëthontis. Huius enim longe lateq́; uagantis opere factum eſt, ut deſiccarentur fontes, & flumina multa, ſata omnia redigerentur in cineres & areſcerent ſyluæ, & arbuſta quæcunq;, relinquerentur ab incolis urbes, & à populis regiones, & ferè mare feruefcere uideretur omne. & cum menſibus perſeueraſſet pluribus, contigit ut circa medium autumni cadentibus immenſis hymbribus extingueretur. Quæ ſub figmento tali ratione ponuntur. Mythologia Phaëthon ante alia, ut ait Leontius Theſſalus, Latine ſonat incendium. Hic ideo ſolis dicitur filius, quia ſol caloris fons & origo ſit, & ſic cum à ſole cauſari uideatur calor omnis, non incongrue incendii pater fictus eſt. Climene autem Græce, Latine ſonat humiditas. quæ ideo Phaëthontis mater dicta eſt, quia non poſſit perſeuerare calor, niſi congrua ſubſiſtat humiditas, & ſic ab humiditate tanquam à matre filius ali uidetur, & in eſſe perſeuerare. Quod autem Phaëthon petat à patre, ut currum lucis ducat, nil aliud ſentire debemus quàm innatum quoddam etiam inſenſibilibus uegetatiuis creaturis permanendi & augendi deſiderium, ut de inſenſibilibus tanquam de rationalibus loquar, quod etiam de terra rorāte dicere poſſumus. Quod autem inſeritur, eum uiſo ſcorpione timuiſſe, atq; habenas equorum liquiſſe, & eos ultra ſolitum aſcendiſſe, & cæli partem illam exuſſiſſe, & terram æquo modo deſcendentes incendiſſe, ab ordine naturæ continuo ſumptum eſt. Eſt enim in zodiaco ſpacium uiginti graduum à uigeſimo ſcilicet gradu libræ uſque ad decimum ſcorpionis, quod philoſophi uiam uocauere combuſtam, eo quod ſingulis annis gradiente ſole per ſpacium illud, omnia in terris uideantur exuri. Nam areſcunt herbæ, & frondes albeſcunt & decidunt, aquæ ad interiora terræ trahuntur, nec aliquid penitus ea tempeſtate gignitur, & ſic ab effectu cæli pars illa denominatur. Præterea Phaëthontem circa medium autumni fulminatum fingunt, quia eo tempore ex oppoſito ſcorpioni occidente ſole ſurgunt in oriente cum ſigno tauri Pleiades, Orion, & Eridanus aſtra, habentia prouocare pluuias, & exundationes aquarum, à quibus extinguuntur incendia. Quas pluuias uidemus ut plurimum cadentes circa medium autumni, uel ante, & diu perſeuerare, & ſic earum opere omnis terræ ſuperficialis calor extinguitur. Eum autem in Eridanum cecidiſſe ſic ſentiendum puto. Dicit enim Higinius in libro de Aſtrologia Poëtarum, Eridanū à nonnullis nuncupari Nilum, & ab aliis oceanum, pro quibus ingentem aquarum copiam debemus accipere, & ſic intelligere incendia ingenti aquarum copia cadere, id eſt, extingui. & ſic non in Padum ſimpliciter, ut nonnulli minus aduertenter arbitrantur. Quod autem à Ioue fulminatus ſit, ſic intelligendum reor. Intelligunt enim Poëtæ nōnunquam pro Ioue ignem, & aliquando aërem, qui hic pro aëre accipiendus eſt, in quo aſcendentes uapores humidi glomerantur in nubes. quæ ſi impulſu alicuius uenti extollantur uſq; ad frigidam regionem aëris, confeſtim uertuntur in aquas, quas cadentes pluuias dicimus. & ſic fulminatus eſt, id eſt, extinctus à Ioue, id eſt, ab aëre cauſante pluuias. Poſſumus inſuper dicere omiſſa hiſtoria ueteri, æſtiuum calorem à temperie ſuperuenientis autumni extingui, & in nubes deiici. Aſſerit tamen Paulus Peruſinus ſecundum neſcio quem Euſtachium, quod regnante Spareto apud Aſſyrios, Eridanus qui & Phaëthon ſolis Aegyptii filius cum copia ſuorum, duce Nilo nauigiis deuenit in mare, & uentis adiutus in ſinum quem Liguſtinum dicimus, uenit. Ibi cum ſuis longa fatigatus nauigatione deſcendit, & cum ſuaſionibus ſuorum in mediterranea pergeret, genuinum unū ex ſociis ſuis nauſea maris debilitatum cum parte ſuarum nauiū cuſtodem liquit in littore. Qui iunctus accolis loci ſylueſtribus hominibus oppidum cōdidit, & Genuam de ſuo nomine nuncupauit. Eridanus autem ſuperatis montibus, cum in ampliſſimā atq; fertilem deueniſſet planiciem, hominesq́; rudes & agreſtes, feroces tamen comperiſſet, ratus ſe ingenii eorum

nio eorum ſuperaturum ferociam, ſecus Padum conſedit, & ut idem refert Paulus, uidetur Euſtachium uelle Taurinum oppidum ſuum fuiſſe opus, ſed Eridanum nuncupatum. Ibidem autem cum aliquandiu regnaſſet, relicto Ligure filio in Pado periit, à quo Padus Eridanus appellatus eſt. Quem ueteres Aegyptii in memoriam cõpatriotæ ſui inter cæli imagines locauere. & ſic aliqui uidentur arbitrari hoc fabulæ dediſſe cauſam, & potiſſime quod fulminatus ſit Phaëton, & in Padum deiectus. Addebat huic Leontius fratres duos, Iphidũ ſcilicet & Phylacem, eoſq; natu maiores Phaëthonte, de quibus quoniam nil aliud inueni, illos apponere non curaui.

*Heſiodus alterum quoq; Phaëthonta facit Cephali & Auroræ filium, his uerſibus:* Αὐτὰρ τοι κεφάλῳ, φυτήσατο φαίδιμον υἱὸν ἴφθιμον φαέθοντα θεοῖς ἐπιείκελον ἄνδρα, τὸν ῥα νέον τέρεν ἄνθος ἔχοντ' ἐρικυδέος ἥβης παῖδ' ἀταλὰ φρονέοντα φιλομειδὴς ἀφροδίτη ὦρτ' ἀναρειψαμένη, καί μιν ζαθέοις ἐνὶ νηοῖς νηπόλον νύζιον ποιήσατο δαίμονα δῖον.

De † Lygo Phaëthontis filio. Cap. XLII

LYgus, ut ex prædictis patet, filius fuit Phaëthontis, eiq; mortuo ſucceſſit, qui quos habuit in ditione populos, Lygures de ſuo nomine nuncupauit. *al's Lygure*

De Phaëtuſa, Lampetuſa, & Lampetia filiabus Solis. Cap. XLIII

PHaëtuſa, Lampetuſa, & Lãpetia, ut ait Ouidius, filiæ fuere ſolis, & ſecus Padum mortem Phaëthontis flentes in arbores uerſæ electrum lachrymantes ſunt. Cuius figmẽti ſi cauſam exquirimus, nõ arbitror has fuiſſe fœminas, quinimmo diuerſas arborum ſpecies circa Padi paluſtra agente ſole ſponte ſua naſcentium, & circa æſtatis extremum, dum incipit ſolis feruor decreſcere, ſudantium humorem croceum in modum lachrymarum, qui ſi colligatur, atte ſolidatur in electrum. & quia, ut dictum eſt, ſole agente naſcuntur in locis humidis, Solis & Climenes, id eſt, humiditatis filiæ dictæ ſunt, & à ſole Heliades nuncupatæ.

De Alpheo fluuio Oceani filio xv. qui genuit Orſilochum. Cap. XLIIII

ALpheus Oceani & terræ fuit filius, quem Seruius fluuiũ Elidis eſſe dicit, eo quod apud Piſam Elidis ciuitatem effluat. Hunc autem amaſſe Arethuſam nympham, quæ in fontem uerſa eſt, eamq; in Siciliam uſq; ſecutum, ſupra ubi de Arethuſa ſatis dictum eſt. Verum Seruius amoris huius flammas his aperit uerbis. Elis & Piſa ciuitates ſunt Arcadiæ, in qua eſt fons ingens, qui ex ſe duos alueos creat, Alpheũ & Arethuſam, unde fit ut fingatur cõiungi in exitu quos origo non coniunxit. Huius autem filium dicũt fuiſſe Orſilochum.

De Orſilocho filio Alphei fluuii, qui genuit Dioclem. Cap. XLV

ORſilochus filius fuit Alphei fluminis, ut liquido teſtatur Homerus in Iliade dicẽs, Diues in uite uel in pecuniis. Generatio autem erat à fluuio Alpheo, qui ample fluit per terram Pylon, qui genuit Orſilochum multorum uirorum regem. Orſilochus autem genuit Dioclea magnanimum. A Diocle gemelli filii nati ſunt Crethon Orſilochuſq; omnis pugnæ bene ſcientes. Hũc Orſilochum dicit Homerus in Pheris ciuitate, quæ ſecus Alpheum eſt habitaſſe, ex quo patet quæ ſit huius filiationis cauſa,

*Iliad. E.* ἔνθ' αὖτ' αἰνείας δαναῶν ἕλεν ἄνδρας ἀρίστους υἷε διοκλῆος κρήθωνά τε ὀρσιλοχόν τε, τῶν ῥα πατὴρ μὲν ἔναιεν εὐκτιμένῃ ἐνὶ φηρῇ ἀφνειὸς, βιότοιο γένος δ' ἦν ἐκ ποταμοῖο ἀλφειοῦ, ὅς τ' εὐρὺ ῥέει πυλίων διὰ γαίης, ὃς τέκετ' ὀρσίλοχον πολέεσσ' ἄνδρεσσιν ἄνακτα, ὀρσίλοχος δ' ἄρ' ἔτικτε διοκλῆα μεγάθυμον, ἐκ δὲ διοκλῆος διδυμάονε παῖδε γενέσθην, κρήθων ὀρσιλοχός τε μάχης εὖ εἰδότε πάσης.

De Diocle filio Orſilochi, qui genuit Crethonem & Orſilochum.
Cap. XLVI

DIocles, ut ſatis per Homerum oſtenſum eſt, filius fuit Orſilochi, ex quo præter nomen & genus, & quod Crethonem & Orſilochum filios genuerit nõ habeo. Huius meminit Homerus Odyſſ. tertio.

De Crethone



De Crethone & Orſilocho filiis Dioclis. Cap. XLVII.

CRethon & Orſilochus, ut oſtẽſum eſt, fuerunt filii Dioclis. Hi quidẽ inſurgentibus Græcis aduerſus Troianos, unà cum reliquis Græcorum principibus cõiurantes uenere ex Pheris ciuitate ad exterminium Ilii. Ibi autẽ cum ingentis eſſent animi, & plurimum in corporeis uiribus confiderent, die quadam inito certamine auſi ſunt aduerſus Aeneã armis inſurgere, à quo ambo occiſi ſunt, & maximo Menelai & Antilochi Neſtoris filii labore è manibus hoſtium eorum cadauera ſubtracta ſunt.

De Criniſo fluuio. xvi. Oceani filio qui genuit Aceſtem. Cap. XLVIII.

CRiniſus fluuius Oceani & terræ fuit filius. Is quidem per Siciliam fluit, & ex eo talem refert Seruius fabulam. Nam cum Laomedõ promiſſam Neptuno & Apollini mercedem pro ædificatione murorum Ilionis non perſolueret, & Neptunus iratus Troiæ Cete immiſiſſet, ut eam uaſtarent. conſultus Apollo etiam indignatus dicitur contraria reſpondiſſe, ſcilicet obiiciendas eſſe puellas nobiles belluæ, quod cum fieret, Hippotes Troianus nobilis, cum cerneret Heſionam Laomedontis filiam non abſq; ſeditione religatam, timẽs ne ſic Egeſtæ filiæ ſuæ contingeret, clàm illam naui impoſuit, fortunæq; commiſit, uolens potius, ut ſe non uidente à fluctibus ſorberetur, quàm ſe coram deuoraretur à belua. Hæc autẽ uentorum ui in Siciliam delata eſt, ubi Criniſus fluuius eius forte formoſitate captus, in canem ſeu urſum uerſus eam cepit atq; oppreſſit, & ex ea Aceſtem filium ſuſcepit. Cuius fabulæ medium hiſtoria eſt. quod autem circa principium fictum legitur, ubi de Laomedonte exponitur. quod autem in fine eſt, dicit Theodontius per coniecturas oportere ſumi, cum nil traditum inueniatur ab antiquis. Et iccirco dicit poſſibile fuiſſe hanc uirginem minis alicuius potentis circa Criniſum ubi deuenerat, pauefactam eius in amplexus ueniſſe. Nam minantium boatus latratibus canum ſimillimi ſunt. ſeu audaci alicuius complexu, quod ad urſum ſpectare uidetur, uirginem captam atq; oppreſſam fuiſſe. *Seruius in .5. Aeneid.*

De Aceſte filio Criniſi fluminis. Cap. XLIX.

ACeſtes filius fuit Criniſi fluminis ex Egeſta Troiana, ut in Aeneide teſtatur Virgilius dicẽs. Occurrit Aceſtes Horridus in iaculis & pelle Libiſtidis urſę, ¶ Troia Criniſo conceptum flumine mater, Quem genuit ueterum non immemor ille parẽtum &c. Hic iam ſenex primo Anchiſem & Aeneam Italiam petẽtes ſuſcepit hoſpitio, & mortuũ Anchiſem unà cum Aenea in Eryce monte Siciliæ ſepeliuit, demum iterum à Carthagine deſcendẽtem Aeneam, quò illũ uenti impulerant ſuſcepit. ubi Aeneas cõdita inualidis ſociis ciuitate eam à matre Aceſtis uocauit Egeſtam, quæ poſtea Segeſta uocata eſt, & ſub dominio reliquit Aceſtis, quem tam ab Aenea relicti, quàm indigenæ regem ſuum uocauere.

De Tyberi fluuio. xvii. Oceani filio qui genuit Citheonum. Cap. L.

TYberis ſeu Tybris Oceani & terrę filius, hic ex Apennini latere dextro effluens Thuſcos ab Vmbris atq; Campanis, urbẽ etiã Romanã diuidens ſeparat. Cui ego quod contigerit rerum dominiũ intueri circa ſe, toto orbi & carminibus poetarum celeberrimus factus eſt, adeo ut Xanthum atq; Simoentem Græcorum memoria illuſtres ſuperauerit. cui multa fuere nomina; quæ ſi quis appetit, uideat ubi de montibus, & fluminibus ſcripſi. Placuit preterea priſcis hunc Tyberinum filium genuiſſe.

De Citheono Tyberis filio. Cap. LI.

CItheonus † filius fuit Tyberis fluuii & Mantonis filiæ olim Tyreſiæ Thebani uatis, ut in Aeneida teſtatur Virgilius dicens. Ille etiã patriis agmẽ Citheonus ab oris Fatidicæ Mantus & Tuſci filius amnis, Qui muros matriſq; dedit tibi Mantua nomẽ &c. Hunc Seruius dicit in Buco. Bianorem uocari à Virgilio. Sanè Pomponius in coſmographia *al's Ocnus. a b*

graphia de hac Manto ſeu Mantone aliter ſentire uidetur dicens, Aſiaticum littus deſcribens, ibi Lebedos Clarii'q; Apollinis phanum, quod Manto Tyreſiæ filia fugiens uictores Thebarũ Epigonos & Colophon, quam Mopſus eiuſdem Mantonis filius &c. Ex quibus patet nõ in occiduũ ſed in orientem ſolem hanc fugientem ſumpſiſſe iter. Eſt tamen poſſibile eam tractu temporis in Italiam ueniſſe. quod &ſi minime probetur, quis tam claro uati fidem deneget circa ſuæ ciuitatis originem?

a *Tireſiæ fabulam libuit huc adſcribere, quando aliâs in hoc libro tota nuſquam quod ſciam ponitur. Fuit hic uates Thebanus Peneto patre genitus, qui cum aliquãdo in Cythcrone uideret duos dracones coëuntes, obſeruata fœmina ex ijs, occidit illam, quo facto in fœminã & ipſe mutatus eſt. Deinde cum rurſus, poſt ſeptem annos, ut quibuſdam placet, eodem pacto & marem draconẽ interfeciſſet, in priſtinam naturã rediſt. Cõtigit igitur certantibus aliquãdo inter ſe Ioue & Iunone, uiri ne an fœminæ maiorẽ ex Venere uoluptatẽ caperent, ut ille iudex adhibitus ſuper ea quæſtione ſic reſpõderit* οἴην μὲν μοῖραν δέκα μοιρῶν τέρπεται ἀνήρ. τὰς δέκα δ' ἐμπίπλησι γυνὴ τέρπουσα νόημα. *Ob quam ſententiam à Iunone irata excæcatus eſt: alij (ut Callimachus) excæcatũ dicunt eò quod Palladẽ nudam aſpexiſſet. Iuppiter autem in ſolatium uiſus amiſsi,* τὴν μαντικὴν *illi dedit. Callimachus autem qui Palladis cauſa excæcatũ dicit, ei donatũ à Pallade, ob gratiam matris eius Chariclûs, quoniã uiſum reddere non poſſet, baculum ait, quo uelut duce ueſtigijs inoffenſis graderetur: quanquã idem autor in eodem carmine uidetur eum Euerei cuiuſdam filium facere, ſic enim ait Pallas* τίς σε τὸν ὀφθαλμὼς οὐκ ἔτ' ἀποισόμενον ὦ Εὐηρείδα χαλεπὴν ὁδὸν ἄγαγε δαίμων; *De quo tamen pronũciare non auſim. Reliqua qui uolet ex Miſcellaneis Politiani petat Cap. 80. Mortuus eſt in Tilphoſio, quò cum reliquis ciuibus propter bellum confugerat, ibiq; honorifice à ſuis ſepultus eſt, autor Diodor. Sicul. lib. 5. filiam habuit Manto quæ in Delphos miſſa ab Epigonis eſt, unde poſtea in Aſiam cum Rhacio quodã peruenit, templũq; Apollinis Clarij & oraculum inſtituit, de quo alibi annotauimus: hanc tamẽ Diodorus non Manto ſed Daphnem uocat.*

b *Ridiculum Bocatium, qui ex diuerſis partibus unam facit, & quod apud Virg. legitur ciet Ocnus, una dictione legit Citheonus. Ita enim legi debet, Ille etiam patrijs agmen ciet Ocnus ab oris Fatidicæ &c. libro decimo Aeneid.*

De Axio fluuio. xviii. filio Oceani qui genuit Pelagonium. Cap. LII.

AXius fluuius Oceani & terræ fuit filius de quo Homer. in Iliade, procul ab Amydona ab Axio ampli fluctus, Axio, cuius pulcherrima aqua ſpargitur per terrã Paphlagonũ &c. hunc dicit Homerus amaſſe Perhibœam antiquiorem ex filiabus Aceſſameni, & eam oppreſſiſſe, & ex ea Pelagonium ſuſcepiſſe.

*Iliad. Β.* Αὐτὰρ Πυραίχμης ἄγε Παίονας ἀγκυλοτόξους τηλόθεν ἐξ Ἀμυδῶνος ἀπ' Ἀξιοῦ εὐρὺ ῥέοντος, Ἀξιοῦ, οὗ κάλλιστον ὕδωρ ἐπικίδναται αἶαν.

De Pelagonio Axii filio, qui genuit Aſteropæum. Cap. LIII.

PElagonius filius fuit Axii fluminis & Perhibœæ, ut Home. in Iliade teſtatur, ex quo nil aliud legiſſe memini niſi quod Aſteropæum filium genuit.

*Apud Homerum non Pelagonius, ſed Pelegon nominatiuo caſu legitur.*

De Aſteropæo Pelagonii filio. Cap. LIIII.

ASteropæus ut teſtatur Homerus, filius fuit Pelagonii. Qui audax iuuenis atq; robuſtus cum Pæoniis auxilio uenit Troianis, & dum nimis ex uiribus ſuis confideret in. xi. die poſtquã ad Troiam uenerat, Achilli irato ob occiſum Patroclũ occurrere auſus eſt, & primo uerbis eum laceſſere & inde armis contendere, à quo miſere cæſus interiit.

*Iliad. Φ.* τόφρα δὲ Πηλείδης ὁ δ' ἔχων δολιχόσκιον ἔγχος Ἀστεροπαίῳ ἐπᾶλτο κατακτάμεναι μενεαίνων, υἱεῖ Πηλεγόνος, τὸν δ' Ἀξιὸς εὐρυρέεθρος γείνατο καὶ Περίβοια, Ἀκεσσαμενοῖο θυγατρῶν πρεσβυτάτη. *Et paulo poſt.* εἴμ' ἐκ Παιονίης ἐριβώλου τηλόθ' ἐούσης Παίονας ἄνδρας ἄγων δολιχεγχέας, ἥδε δέ μοι νῦν, ἠὼς ἑνδεκάτη, ὅτ' ἐς Ἴλιον εἰλήλουθα.

De Aſopo fluuio Oceani. xix. filio, qui genuit Hipſeum & Aeginam. Cap. LV.

ASopus fluuius, ut aiunt, Oceani & terræ fuit filius. Hic per Bœotiam fluit, ut ait Lactantius, & in Epidamnum effluit, ut ubi de fluminibus aſſerit Vibius. Hunc

præterea



præterea patrem aſſerunt fuiſſe Hipſei & Aeginæ, & quum reſciſſet Aeginam à Ioue uitiatam, adeo ægre tuliſſe, ut furore commotus undis in aſtra bellum moueret, ut ait Statius. *Lib. 7. Theb.* Nam'q; ferunt raptam patriis Aeginã ab undis Amplexu latuiſſe Iouis, furit amnis & aſtris, Infenſus bellare parat nondũ iſta licebãt, Nec ſuperis ſtetit, audaces effuſus in iras, Conſeruit'q; manum, nec quem imploraret habebat &c. Iouem autem commotũ eum fulminaſſe aiunt. Quod idẽ teſtatur Statius dum dicit. Donec ui tonitru ſummotus & igne triſulco Ceſſit adhuc ripis animoſus gurges anhelis Fulmineum cinerem magnę'q; inſignia pœnæ, Gaudet & Aetneos in cælum efflare uapores &c. Fictio fabulæ huius talem contegit ueritatem. Dicit Leontius Aſopum regem fuiſſe Bœotię, & ab eo flumen denominatum, cui cum Iuppiter Arcas Aeginam ſubripuiſſet filiam, cõuocatis uiribus bellum aduerſus eum mouit, & ab eo uictus atq; fugatus eſt. Quod autem fulminatus fuerit, non ſpectat ad regem, ſed ad flumen. quod cum per ſulphureos campos tranſitũ faciat, & undis ſuis ex illis fumum ſuſcitet, apud ueteres iram fulminis cauſauit.

*Commentarius Homeri fabulam Aſopi & Aeginæ ſic recitat: Aeginam, inquit, Aſopi fluuij filiam poſtquam rapuiſſet Iuppiter, uenit Phliuntem, & grauida facta Aegina, ex ea Aeacum genuit. Aſopus autem poſtea filiam inquirens, à Siſypho & locũ, & à quo rapta eſſet, cõperit. Nam Iuppiter ex Phliunte per Chorythum in Oenonẽ, ut autor eſt Pherecydes, fugerat. Aſopus igitur nulla mora facta Iouẽ perſequitur, & cum iam parum abeſſet quin Iuppiter in ipſo furto deprehenderetur, mutata Aegina in inſulam, quæ poſtea nomen ab ea retinuit, ipſe in ſaxum cõuerſus eſt. Itaq; Aſopus cum neminẽ, neq; filiam, neq; raptorẽ cerneret, fruſtrata ſpe domum reuerſus eſt. Cæterũ Iuppiter irato animo ferens proditionem Siſyphi, principio mortem, quæ eum comprehenſum abriperet, ad eum miſit: quam cum ille uiribus melior adhuc, comprehenſam in uincula compegiſſet, miſſus eſt Hercules à Ioue, qui & mortem liberauit, & Siſyphum morti tradidit, & ita Siſyphus ad inferos abreptus, ea pœna damnatus eſt, ut immane quoddam ſaxum perpetuo labore in aduerſum montem ſubuoluat.*

De Hipſeo Aſopi fluminis filio. Cap. LVI.

HIpſeus filius fuit Aſopi fluminis, ut carmine probatur Statii dum dicit. Hipſea quadriiugos clypei ſeptemplice tauro &c. & infra, Aſopos genuiſſe datur &c. Hic autẽ ut idem oſtendit Statius, auxilium tulit Aetheocli aduerſus Polynicem.

De Aegina filia Aſopi, quæ peperit Aeacum. Cap. LVII.

AEgina filia fuit Aſopi fluminis, ut ſupra dictum eſt, quam Iuppiter amauit, dicit *Lib. 6. Metã.* Ouidius, Aureus ut Danaen Aſopida luſerit ignis, &c. Nam in ignem uerſus cam *& 7.* cepit & oppreſſit, & ex ea ſuſcepiſſe Aeacum uolũt, qui poſtea ut idem ait Ouidius, inſulam Oenopiã, in qua regnauit, de nomine matris uocauit Aeginam, quæ in hodiernũ uſq; nomen ſeruat. Quod in ignem uerſus ſit, dum cum Aegina concubuit, arbitror potius à uirtute ſubſecutæ poſteritatis, quàm aliunde ſumptũ. ignei enim uigoris homines fuerunt Aeacides, ut in Achille, Pirrho, & aliis deſcendentibus ſatis uidere poſſumus.

*Aſopi filia Sinope quoq; dicitur, quam Apollo raptam in Pontum traduxit, & ex ea genuit Syrum, unde Syri poſtea appellati ſunt: tametſi alij Martis & Aeginæ, alij Parnaſſes & Martis: quidã aũt nõ ab Apolline uiciatã, ſed ab eo & Ioue perpetuã uirginitatẽ ſortitam, cum illi ſpe concubitus quicquid poſtulaſſet, ei daturos ſe promiſiſſent. In quã ſententia uidetur & Apollonius fuiſſe, qui lib. 2. ſic ait.* αὐτίκα δ' Ἀσσυρίης ἐπέβαν χθονός, ἔνθα Σινώπην θυγατέρ' Ἀσωποῖο καθίσσατο, καί οἱ ὄπασσε παρθενίην Ζεὺς αὐτὸς ὑποσχεσίῃσι δολωθείς. δὴ γὰρ ὁ μὲν φιλότητος ἐέλδετο, νεῦσε δ' ὅγ' αὐτῇ δωσέμεναι ὅ κεν ᾗσι μετὰ φρεσὶν ἰθύσειεν. ἡ δ' ἑ παρθενίην ᾐτήσατο κερδοσύνῃσιν. ὣς δὲ καὶ Ἀπόλλωνα παρήπαφεν εὐνηθῆναι ἱέμενον *&c.*

De Cephiſo flumine Oceani. xx. filio, qui genuit Narciſſum. Cap. LVIII.

CEphiſus filius Oceani fuit & terrę, & per Bœotiã labitur, ut oſtẽdit Lucanus. Bœotii coiere duces, quos impiger ambit Fatidica Cephiſos aqua Cadmeia'q; Dirce, &c. Huius dicunt filiũ fuiſſe Narciſſum, & quod cũ eſſet cæde Zephyri proſtratus, Apollinis miſeratione ſanatus eſt, ut dicit Lactantius. Circa quæ primo aquas Cephiſi ideo uocari

r fatidicas

fatidicas credo, quia penes eum fuerit olim templum Themis. ad quod cum nondum eſſent oracula Phœbi, Deucalion & Pyrrha cõſulturi deam iuerunt, & quia ibi darentur reſponſa, & quid fato futurum eſſet demonſtraretur, ſumpſit aqua cognomen, & quod deæ templi erat, aquę etiam appropriatum eſt. Et forſan præcedentia ſacra reſponſa inſtituto ueteri abſq; aqua fluminis fieri non poterãt, & ſic aliquid uidebatur aqua illius falſæ diuinitatis habere. Quod nece Zephyri proſtratus ſit, poſſet eſſe intentio hæc. Dicit Auguſtinus in libro de ciuitate dei. Meſappum regem ſycioniorum nouum fuiſſe, qui & Cephiſus appellatus eſt, cuius forte regia in parte erat, in qua æſtiuo tempore flante Zephyro ſanitas erat incolis, eo uero ceſſante, ut fit, & aliis superuenientibus uentis corrumpebatur aër, & ſic factum eſt, ut nece Zephyri Cephiſus in infirmitatẽ incideret, à qua beneficio Apollinis ideſt medicinæ, quia medicinæ deus appellatus eſt Apollo, releuatus ſit Cephiſus, & ſanitati reſtitutus. Et ſi hæc regi attribuere uolumus, poſſumus regioni, per quam labitur Cephiſus.

De Narciſſo filio Cephiſi. Cap. LIX.

Ouid. lib. 5. Meta.

NArciſſus filius fuit Cephiſi & Lyriopes nymphæ, ut ſatis oſtendit Ouidius. Cerula Lyriope quam quondam flumine curuo Impleuit clauſæ'q; ſuis Cephiſus in undis &c. Ex hoc ſatis notam fabulã Ouidius refert. Dicit enim, quod nato Narciſſo ad Tyreſiam uatem delatus eſt, ut de ſueceſſu uitæ ipſius haberetur reſponſum. Qui reſpondit percunctantibus puerum uicturũ quamdiu ſe uidere differret. Quod quidem uaticinium primum ab audientibus riſum eſt, ſed tandẽ effectu nõ caruit, nam cum in formoſiſſima adoleſcentia excreuiſſet, uenator factus à Nymphis pluribus amatus eſt, ſed ab Echo Parnaſi nympha potiſſime. Sed cum eſſet in exorabilis, & floccifaceret omnes diligentes ſe, orationibus nympharũ impetratum eſt, quod infra modicum temporis contigit. Nam die quadam cum tam labore uenationis, quàm ęſtu temporis feſſus in recentem uallem ſeceſſiſſet, ſitiens ſe in limpidum reclinauit fontem, & uiſo idolo, quod ante non uiderat, exiſtimans fontis Nympham, repente pulchritudinem probauit, & captus eſt, & cum non poſſet quod arbitrabatur poſſe contingere, cum ſeipſum ſtulta concupiſcentia ligaſſet. poſt longam quærelam ſui oblitus ibidem inedia periit, & in florem ſui nominis miſeratione nympharum uerſus eſt. Hac ex fictione moralis excerpitur ſenſus. Nam per Echo, quę nil dicit niſi poſt dictũ, ego intelligo famam, quæ unumquemq; mortaliũ diligit tanquam rem, per quã conſiſtit. Hanc multi fugiunt & paruipendunt, & in aquis ideſt in mundanis delitiis, non aliter quàm aqua labilis ſeipſos, ideſt ſuam gloriam intuentur, & adeo à ſuis uoluptatibus capiuntur, ut ſpreta fama poſt paululum tanquam non fuiſſent, moriuntur, & ſi forſan aliquid nominis ſupereſt in florem uertitur, qui mane purpureus & ſplendens eſt, ſero autem languidus factus marceſcit, & in nihilũ ſoluitur. Sic & huiuſmodi ad ſepulchrum uſq; aliquid uidentur habere fulgoris, ſepulchro autem clauſo euaneſcit, & in obliuionem perditur unà cum nomine.

De Meandro flumine Oceani. xxi. filio, qui genuit Cyaneen. Cap. LX.

MEander fluuius Oceani & terræ fuit filius. & genuit Cyaneen Nympham. Hunc dicit Liuius, in ſumma cylenatũ arce naſci, & mediam per urbem effluere, idem per Carias & Ionas in ſinum maris deferri, qui inter Pyrenem & Miletum eſt.

De Cyanee filia Meandri. Cap. LXI.

Ouid. lib. 9.

CYanee Meandri filia à Mileto ſolis filio, & dilecta & oppreſſa ei peperit Caunũ & biblidem, ut Ouidius ait, Biblida cum Cauno prolem eſt enixa gemellam.

De Phyllira. xxii. filia. Oceani. Cap. LXII.

PHylliram Oceani fuiſſe filiam dicit Paulus, & à Saturno dilectam ei Chironẽ centaurum peperiſſe.

De Sperchio



De Sperchio. xxiii. Oceani filio, qui genuit Mneſteum. Cap. LXIII.

SPerchius fluuius Oceani & terræ fuit filius. Hic ut ait Homerus ex Polydore filia Pelei, & Boro coniuge genuit Mneſteum, & ut ait Pomponius in ſinu Pegaſo effluit, ei'q; deuouerat Achilles comas, ut ait Lactantius, ſi ſoſpes ab expeditione Troiana remeaſſet in patriam.

*Verſus Iliad. π ſunt hi,* τῆς μὲν ἰῆς στιχὸς ἦρχε μενέσθιος αἰολοθώρηξ, υἱὸς Σπερχείοιο διιπετέος ποταμοῖο, τὸν τέκε πηλῆος θυγάτηρ καλὴ πολυδώρη. Σπερχειῷ ἀκάμαντι γυνὴ θεῷ εὐνηθεῖσα, Αὐτὰρ ἐπίκλησιν βώρῳ περιήρεος υἱῷ. &c.

De Mneſteo filio Sperchii. Cap. LXIIII.

MNeſteus, ut ait in Iliade Homerus fuit Sperchii fluminis & Polydores filiæ Pelei filius, qui cum egregius eſſet iuuenis Achillem ad obſidionem Troianam comitatus eſt.

De Sole. xxiiii. Oceani filio. Cap. LXV.

SOlem aliũ à ſuperis in libro naturalis hiſtorię dicit Plinius auctoritate Gellii Oceani fuiſſe filium, matre non expreſſa. Et hunc dicit medicinę, & mellis fuiſſe inuentorem, quod pluribus hactenus attributum eſt, nec propterea admirandum. Poſſibile enim eſt talium multos uariis in locis repertores fuiſſe, cum ubiq; ingenia meditationes'q; ualeant, & ſic quod apud Græcos credimus Apollinis opus aut Ariſtei, non aufertur quin poſſibile fuerit apud Oceanum naſci aut adueniſſe, qui tantum dum ualuerit ingenio, & eadem experientia comperiſſet, quem loci incolæ ad extollendum nomen eius & genus ſolem uocauere, & Oceani per quem forte nauigio uenerat, dixere filium. Nos autem quoniam omnis Oceani proles explicata eſt, finem faciemus uolumini ſeptimo.

t 2

Finis libri ſeptimi.

Octauum Saturnus habet cum patre ſuorum.






# GENEALOGIAE DEORVM GENTILIVM LIBER OCTAVVS

OBFVSCARI nebulis cælum, & ſolis præclarum deficere iubar, turbari uentis aëra, crebras corruſcationes aperiri, audiri ſyluas, mugire ſolũ, & quodãmodo in cauernis tumultuari, in ſummũ cete maris, & mõſtra reliqua efferri, terriſq; miſceri undas, quærulis uolucribus taciturnitatem imponi, & umbras impelli nemorum, & in latebras ſylueſtres abire feras, ac omnia repente triſtari cœptum eſt. Ego autem mirari, primo demũ tam grandi rerũ permutatione exterritus, in mediis Sperchii faucibus ſolis adhuc inuenta proſpiciens, quod in Oceano minime timueram timere cœpi, ne in antiquum chaos omnia uerterentur. Nec quid agerem ſtabat conſilium. Tandem dum ſic in pendulo eſſem, & ecce ex orientali Oceano quaſi ſeſe ab inferis in altum efferens, tardũ atq; nubilũ ſydus uiſum eſt. Stygia uelatum caligine, quod dum nebulis immixtum intuerer, memor pręceptorũ uenerabilis Andalo, odioſum atq; nociuum Saturni aſtrum fore cognoui. Cuius dum pernicioſos mores in mentem reducerem, ceſſit ilico repentinæ mutationis pauor, & admiratio. Et quaſi eo apparente ſuarum miſeriarum, à noua rerum immutatione præmonitus. Cum ex cęli filiis ſecundum cœpti operis ordinem eſſet extremus, ad explicandam eius ſplendidam prolem, non uno quidem uolumine, prægrandis quidẽ eſt. Sed ex iſtis ſequentibus proximo euocatum me noui. Sanè cum Labyrinthos quatuor fuiſſe hiſtoriæ teſtentur ueterum, Aetruſcum ſcilicet & Aegyptiacũ, Cretenſem atq; Lemniacum, ex his qui errorum & circumuolutionum plenior fuit, non dubitem quin facilius intranti atq; progredienti præſtiterit exitum, quàm præſtaturę ſint infœlices grandæui ſenis, cuius ſermonẽ intraturi ſumus ambages. Nam cum in eum ferè omnis uetuſti erroris inclinetur, & gentilitatis inſania, non erit leue ad exitum deduxiſſe diuerſitates opinantiũ ac diſſonantias errantium, & antiquorũ relationes ambiguas, & in propoſitũ pulſum, ac deuium exulem, atq; agricolam reuocaſſe regem. Non ergo abſq; horrore quodã Oceani littora, prolẽq; relinquo inter aſperos ſcopulos & profundos ad inferos uſq; hiatus, aquarum uertigines plurimas directurus fragilis nauigii prorã, & potiſſime cum mundum ſatis, etiam ſi per fuſcum aërem oculos inpingam, quorſum ſuaſurus ſim, aduertere poſſim. Spero tamen is qui luridas ditis domos & terribiles æterna fuligine peruias factas uictor euacuauit, in optatum exitum aperiet æquor immenſum.

De Saturno .xi. Cęli filio, qui .x. genuit filios, ſcilicet primum Chromim .ii. Veſtam .iii, Cererem .iiii. Glaucam .v. Plutonem .vi. Chironem .vii. Picum viii. Iunonem. ix. Neptunnm .x. Iouem. iii. & ſanè de Ioue, Neptuno & Iunone non in hoc libro, ſed in ſequentibus .v. libris ſcribetur Cap. I.

SAturnus cæli & Veſtæ fuit filius, ut in libro diuinarum inſtitutionum ſcribit Lactantius. Cui ante alia ueteres Opim ſororem ſuam ſacro iunxere cõnubio, eiq; ex ea ſuſceptos plures aſcripſere filios, quos aliqui ferunt deuoraſſe omnes, & eueſtigio euomuiſſe. Nonnulli ſeruatum Iouem opis fraude, & illi loco eius addunt lapidem pręſentatum, quaſi illũ peperiſſet Opis. Volunt pręterea illum cælo patri uirilia abſcidiſſe falce. Quod illi factũ à Ioue dicunt alii. Inde quidã eum regno pulſum ſcribunt à Ioue. Alii uero apud inferos relegatũ. Sunt inſuper qui illũ ſenem, mœſtũ, ſordidum, capite obuolutum, inertem, ſegnemq; & armatum falce deſcribãt. Cur cæli terręq; dictus ſit filius, rationẽ oſtendit Lactantius, ubi in lib. diui. inſtitutionũ in teſtẽ Minutiũ fœlicẽ inducens ait. Saturnũ cum fugatus eſſet à filio, in Italiamq; ueniſſet cæli filiũ dictũ, quod ſolemus hos, quorum uirtutem miremur, aut *Lib. 1. cap. 15. & 14.*

eos qui repentine aduenerint de cælo cecidiſſe dicere. terræ autem quod ignotis parenti-
bus natos terræ filios nominemus. Sunt hæc quidem ſimilia ueri, non tamen uera, quia
cõſtat etiã cum regnaret ita eſſe habitum, potuit ſic argumentari, Saturnum cum poten-
tiſſimus rex eſſet ad retinendam parentum ſuorum memoriam, nomina eorum cæli ter-
ræq; indidiſſe, cum ii aliis uocabulis appellentur, qua ratione & montibus, & flumini-
bus nomina ſcimus impoſita. Hæc Lactantius, Qui alibi dicit. Ennius quidem in Euhe-
mero non primum dicit regnaſſe Saturnum, ſed Vranum patrem, & alibi idem. Appa-
ret ergo non ex cælo natũ eſſe, quod fieri non poteſt, ſed ex eo homine cui Vrano nomẽ
fuit, quod eſſe uerum Triſmegiſtus autor eſt, qui cum diceret admodũ paucos extitiſſe,
in quibus eſſet perfecta doctrina, in his Vranum, Saturnũ, & Mercuriũ nominauit cog-
natos ſuos, &c. Quem Vranũ cælum à Saturno uocitatũ idem teſtatur Lactãtius dicens.
Legi in ſacra hiſtoria Vranum potentem uirum Veſtam habuiſſe coniugem, & ex ea Sa-
turnum atq; Opem, & alios ſuſcepiſſe, qui Saturnus cum regno potens efficeretur, patrẽ
Vranum cælum appellauit, & matrem terram, ut hac mutatione nominũ fulgorem ſuæ
originis ampliaret, &c. De Opi autem coniuge multa ſupra dicta ſunt. Eum deuoraſſe fi-
lios & euomuiſſe demũ, duplicem tangit ſenſum, hiſtorialẽ ſcilicet & naturalẽ. Nam in
ſacra legitur hiſtoria, ut aliás dictum eſt, quia Saturnus ut retineret regnum cum Titano
fratre pactionẽ habuit occidendi omnẽ maſculinã prolẽ, quæ à ſe gigneretur. Verum qui
naſcebantur maſculi clam ab eo à coniuge ſeruabantur, eiq; præſentabantur fœminæ,
& ſic abſumpti uidentur filii, quantum ad Saturnum, & tunc emiſſi cum in ultionẽ ſuã
aduerſus Titanũ cõparuere. Circa autem naturalẽ rationem dicit ſic Cicero. Saturnus aũt
eſt appellatus quod ſaturetur annis. Edere enim natos fingitur, quia conſumit ætas tem-
poris ſpatia, anniſq; præteritis inſatiabiliter expletur, &c. & hoc quantum ad deuoratio-
nem filiorum dictum. De emiſſione autem dicetur de fructibus annuis è terra ſuſceptis.
Nam productæ in tempore fruges ex terra eſto deuorentur, omnes in tempore ab eodem
tempore agente deo anno ſequenti reddũtur. Ob hanc fictionem ab ignaris minime in-
tellectam à nõnullis, creditũ eſt deteſtabilẽ illum ſacrorũ ritum apud quaſdam barbaras
a nationes exortũ, quo ſcilicet Saturno quidã, ne dum alios, ſed natos immolabãt propri-
os, quaſi ad inſtar illius acturi. Macrobius autem dicit in libro ſaturnaliorum, quod Her-
cules geryone ſuperato, ſacrum hoc apud Italos immutauit. Iuſſitq; loco humanorũ ca-
pitum, quibus conficiebatur, oſcilla ad humanã effigiem ex cęra compoſita, Saturni aris
b accenſis luminibus imponerent, quod poſtea diu obſeruatum eſt. Dicunt inſuper nato
Ioue loco eius Saturno à coniuge lapidem oſtenſum, de quo dicit Theodõtius eum ip-
ſum lapidem fuiſſe Iouem. Sed monſtratum Saturno Iouem non ſuum, ſed alterius ho-
minis fuiſſe filium & Lapidem nuncupatũ, quod forſan ſic eſt. Dicit enim Euſebius Da-
nao Argis regnante Lapidẽ quẽdam Cretenſibus imperaſſe, quo tempore iam Cretenſis
Iuppiter ſecundum quoſdam poterat regnare cœpiſſe. De abſciſione genitalium, quam
quidam à Ioue Saturno factam uolunt, ſatis ſupra, ubi de ſecunda Venere dictũ eſt Satur-
num à Ioue regno pulſum certiſſimum hiſtoriographi arbitrantur, facinoris cauſam ſa-
cra declarat hiſtoria in qua legitur, quod cum Iuppiter Saturnum & Opim à Titanibus
captos liberaſſet, comperit forte Saturnus quod regno pelleretur à Ioue, & ideo ad euiten-
dam ſortem Ioui inſidias tetendiſſe, ut illum occideret. Quod cum Iuppiter comperiſſet
contractis ſortibus arma in eum ſumpſit. Qui cum nequiſiſſet reſiſtere, & ut uolunt qui-
dã in phlegra uictus aufugit, quod aũt ad inferos relegatus fuerit à Ioue falſum eſſe ſacra
demõſtrat hiſtoria, in qua ſic ſcriptũ eſt. deinde Titan poſtquã reſciuit Saturno filios pro-
creatos, atq; educatos eſſe clàm ſe, seducit ſecũ filios ſuos, qui Titani uocanť, fratrẽq; ſuũ
Saturnũ atq; Opem cõprehẽdit, atq; muro circũegit, & cuſtodiã his appoſuit. Et poſt hęc
paululũ ſubdidur. Iouẽ ad ultimũ cum audiuiſſet patrẽ atq; matrẽ cuſtodiis circũſeptos,
atq; in uincula cõiectos ueniſſe cũ magna multitudine Cretẽſiũ Titanũq; atq; filios eius
expugnaſſe, parẽtes uinculis exemiſſe patri regnũ reddidiſſe, atq; in Cretã rediiſſe. Hęc ibi.
pro quibus dicit Lactãtius, Liberať Iuppiter ſummi ſceleris crimine, quod patrẽ uinxiſſet
compedibus



cõpedibus perhibetur. Si uero eiuſdẽ Lactantii uelimus opinionẽ ſequi, qui ſuper Theba-
ide Statii dicit. Saturnũ relegatũ à filio apud inferos, tũc dicemus quod cum Saturnus à
Ioue pulſus, ut dicitur in Italiã abierit, quæ Græcia inferior eſt, ideſt occaſui propinquior
ad inferos deſcendiſſe uidetur, & ibidem ideo relegatus, quia in regnũ redire nequiebat,
ſic & exules etiã nonnunquã dicimus relegatos. Quod autẽ mœſtus ſenex obuolutus ca-
pite, tarduſq; & ſordidus ſit, atq; ornatus falce, & planetæ & homini cõueniunt omnia.
Albumaſar aũt in ſuo maiori introductorio dicit, Saturnũ cõplexione frigidũ eſſe & ſic-
cum, melancolicũ, & fœtidioris, quæ ad mœſtũ hominẽ ſpectare uidentur. Dicit pręterea
eum comeſtorẽ prægrandẽ, auarũ, pauperẽ ad inopiã uſq;, malicioſum, inuidũ, ingenio
ualentẽ, seductorẽ, & in periculis audacem, & cõuerſationis paucæ, ſuperbũ, ſimulatorẽ,
iactatorẽ, & cogitatiõis quàm plurimę atq; profundi cõſilii, tardũ ad irã, ſed irreuocabilẽ
ferè, bonũ nemini cupientẽ, populatorẽq; lococũ. Eſt pręterea ſignificator operis ad agri-
culturã ſpectantis, mẽſurationũ terrarũ, atq; diuiſionũ, peregrinationũ longarũ atq; labo-
rioſarũ, carcerũ atq; triſtiarum, mœrorũ, fraudũ, & afflictionũ, deſtructionũ, amiſſionũ
mortuorũ & eorũ reliquiarũ uituperationũ ac latrociniorũ, effoſſorũ etiam ſepulchrorũ
& ueſpillonũ magorũ & uiliũ hominũ, & ſpadonũ. Quę omnia quàm cõformia ſint,
Saturno homini attributis, quoniã facile uidebit occulatus homo, & pro parte in ſequẽ-
tibus etiã tangentur, nõ appono. Sed uidere ſupereſt quantũ Saturno, de quo ſermo cõ-
formia ſint. Mœſtus autẽ fingitur, ut melancolica cõpreſſio, & exilii triſtitia oſtendať. Se-
nex etiã, quia tunc erat dum pulſus eſt, & quia turpis faciei ſint ſenes, & ut plurimũ fœti-
dioris, & quia cõſilio & aſtutia, qua ſumme ualent annoſi, ualuit ipſe. Obuolutũ autẽ
capite ideo uoluere, ut fuſcũ ſyderis Saturni aſpectũ, & fugientis habitũ, & occultã Satur-
niorũ ſagaciam, cogitationes atq; ſimulationes deſignarẽt. Tardũ aũt dixere, quia ob gra-
uitatem membrorũ tardi ſunt ſenes ad inceſſum, tardi ad iram, tardũ & ipſum planetæ
corpus motu. nam ferè in .xxx. annis curſu ſuo orbẽ Zodiaci perficit, quod in longe mi-
nori ſpacio temporis alii faciunt. Sordidũ uero ideo fictũ puto, quia impuros habeat Sa-
turnus præſtare mores, ſeu quia more ueteri regno pulſus, & in miſeria conſtitutus ad Ia-
num ſuſceptorẽ ſuũ ſordidatus acceſſit, ideſt ueſtibus miſeriã prætẽdentibus indutus, ſeu
ut oſtendatur agriculturã exercentes laute uiuere non poſſe, falce autẽ ideo inſignitus eſt, c
ut intelligamus, quia per ipſum omnis agrorũ cultus primo Italis traditus ſit, erat enim
apud nos ante aduentũ eius incognitus, his igitur explicatis, libet apponere quid illi pul-
ſo cõtigerit, quid uiuẽs egerit, quid etiã mortuo à ſuperſtitibus impenſum ſit. Cum ergo
ſuperatus atq; fugatus ubiq; perſequereť à filio, ad ultimũ in Italiã fugit, ut teſtatur Virgili-
us dicens. Primus ab æthereo uenit Saturnus olimpo Arma Iouis fugiens, & regnis exul
adẽptis. In Italia autẽ, ut dicit Macrobius à Iano ſuſceptus eſt. Et genus indocile, ac diſper-
ſum montibus altis Cõpoſuit, legeſq; dedit latiũq; uocari Maluit, his quoniã latuiſſet tu-
tus in oris. Aurea quæ perhibent illo ſub rege fuere Sæcula, ſic placida populos in pace re-
gebat. Apud Italos enim receptus multa oſtẽdit ante non cognita, & inter alia cũ eo uſq;
ex pellibus pecudũ duratis igne pecunia cõficeretur, ipſe primus æra ſignauit, & nomen
ſignantis appoſuit, nũmo inſigens ex parte unà Iani ſuſceptoris ſui caput bifrons, ex alte-
ra uero nauim, eo quod ueniſſet in naui fugiens, & hoc fecit, ut eius aduentus memoria
pſeueraret in poſteros. Hoc tamẽ à poſteris factũ uelle uideť Oui. lib. i. ubi de faſtis ſcribit,
Cauſa ratis ſupereſt Tuſcũ rate uenit in amnẽ, & infra. Aiunt inſuper cum cõcors unà cũ
Iano regnaret & uicina cõmuni opera cõſtructa haberẽt oppida, Saturniã ſcilicet & Iani-
culũ aurea fuiſſe ſæcula, eo quod libera tũc eſſet omnibus uita, nemo ſeruus, nemo alteri
obnoxius, nullũ etiã fertur in eis finibus furtũ factũ, nec ſub illo fuit aliquid alicuius pri-
uatũ. Nec ſignare ſolũ aut partiri limite campũ fas erat, in mediũ quęrebãt. Quamobrem
reſpectu ſecutorum ſæculorum illa aurea dicta ſunt. Et Romani apud ędem Saturni æra-
rium publicum eſſe uoluerunt, ut apud eum locaretur pecunia communis, ſub quo fu-
iſſent cunctis uniuerſa cõmunia. Inſuper ignaros docuit arua colere, ſemina terris dare,

 maturare

matura colligere, & ſuo tempore ſtercoribus agros fœcũdare, ex quo cum ex reliquis officiis, nullum eſſet conſecutus cognomen, Sterculius appellatus eſt, deo tanto atq; tali profecto ſplendidum & inſigne nomen. Demum cum in multis hominum uitam in melius redegiſſet, cõtigit, ut repente nuſquam compareret. Quam ob cauſam excogitauit Ianus, ut Macrobius aſſerit, honorum eius augmentum, ac primo terram omnem ditioni ſuæ parentem ſaturniam nominauit. Aram deinde cum ſacris tanquam deo condidit, quæ Saturnalia appellauit, iuſſitq; eum obſeruari maieſtate religionis, quaſi uitæ melioris autorem, cuius rei ſimulachrum indicio eſt, cui falcem inſigne meſſis adiecit. Huic deo inſertiones ſurculorum, pomorumq; educationes, & omnem huiuſcemodi fertilitatis tribuunt diſciplinas. Et ut idem dicit Macrobius, hunc unà cum coniuge nonnullis per- d ſuaſum cælum & terram eſſe. Saturnumq; à ſatu dictum, cuius cauſa de cælo eſt, & terrã Opem cuius opere humanę uitæ alimenta quæruntur, uel ab opere per quod fructus fruges'q; naſcuntur. Huic deæ ſedentes uota concipiunt, terramq; de induſtria tangunt, demonſtrantes ipſam terram matrem eſſe mortalibus appetendam. Et ſic non deum eſſe Saturnum, ſed etiam cęlum una cum coniuge agentem uolunt. Philochorus inſuper ut appareat non ſolum Italorum hanc fuiſſe inſaniam, dicit Saturno & Opi primo in Attica ſtatuiſſe aram Cecropem eoſq; deos pro Ioue terraq; coluiſſe, ſtatuiſſeq; ut patres familiarum, & frugibus & fructibus inchoatis paſſim cum ſeruis ueſcerẽtur. Sic & Appol- e lophanes comicus dicit in Epico carmine, Saturnum quaſi ſacrum num, nus enim Græce mens eſt, aut Satorem num quaſi diuinum ſenſum creantẽ omnia. &c. Romani autẽ f quibus plurimum curæ fuit nil abſq; ſignificato componere, cum huic deo templum cõſtruxiſſent eius in faſtigio Tritonas ſculpſere, cum buccinis & terris earũ caudas immerſere, uolentes per hoc intelligi, quod ab eius cõmemoratione in noſtrũ uſq; æuum hiſtoria clara ſit, atq; uocalis quæ ante eum muta, & obſcura atq; incognita eſt, quod per infixionem caudarum intelligunt. Et hæc de Saturno dicta ſint.

a *Mem. & Ouidius lib. 5. Faſto. Fama uetus tunc cum Saturnia terra uocata eſt, Talia Fatidici dicta fuiſſe ſenis. Falcifera libata ſeni duo corpora gentes Mittite, quæ Thuſcis excipiantur aquis. Donec in hæc uenit Tirynthius arua, quotannis Triſtia Leucadio ſacra peracta modo.*

b *Quin & Oraculi uerbis adducti id faciebunt, in quo erat.* καὶ κεφαλὰς ἄδῃ καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα, *ubi uocabulum* φωτὸς *primo de homine intellectum, ac poſtea ad lumina relatũ eſt. Vide Cap. 5. & 6. Saturn. lib. 1.*

c *Falx Saturno data eſſe magis eo uidetur, quod tempus, per quod Saturnum intelligimus, omnia demetit, ut etiam Macrob. indicat.*

d *Quæ ad hiſtoriam pertinent de Saturno, uide Diodorum Siculum lib. Geſt. antiquorum primo, & quarto, & item ultimo.*

e *Et ita Græci quoq; interpretantur* κρόνον *quaſi* κορόνοον *&* τέλειον νοῦν, *ut eſt apud Comment. Homer. Iliad. ε.*

f *Reliqua de Saturno, uide. 5. Cap. 1. Satur. & 1. lib. Faſto. Ouid.*

## De Croni prima Saturni filia. Cap. II.

CRonis ſecundum Barlaam filia fuit Saturni, Lactantius uero non fœminã ſed marem dicit, & latine ſerpentarium appellari, & ab Aegyptiis inter ſydera collocatum. Sed cum ſonet latine tempus, ne uideatur quod tempus naſcatur ex tempore pro certa temporis dimenſione accipiendũ puto, & quoniam Græci à Croni Cronica uocant libros geſtorum, quos nos uocamus annales, hanc dimenſionẽ Cronim ueteres annũ intellexiſſe puto, quod etiã anni uetus Aegyptiorũ deſcriptio, Serpẽtarius ſcilicet ſatis uidetur oſtendere. Eſt enim ſerpẽtarius homo ſerpentẽ manibus tenens in ſe in mediũ circuli, adeo reuolutũ, ut deuorare ore caudam uideat. Hoc enim ſigno pro anno utebãtur Aegyptii, antequã eis litterarũ characteres traderent ab Iſide uel Mercurio. & ſic Cronis erit illa temporis dimenſio, quam annũ uocitamus ad hunc annũ deſignandũ, Cẽſorinus in libro, quem de natali die ſcripſit ad

Cerellum



Cerellum, longã deſcribit hiſtoriam, intercalationes annorũ, atq; menſium, & dierum apponens, & diuerſorum inſuper philoſophorum opiniones, quas ego curioſis exquirendas omittam, ut breuitati obſequar, opportuna ſumens tantummodo. Eſt igitur annus duplex, uertens ſcilicet atq; magnus. uertentem olim Aegyptii habuere Bimeſtrem, Trimeſtrem Arcades, decem menſium inæqualiũ ueteres habuere Romani ſub Romulo rege primo, Cui Numa Pompilius duos addidit, ut. xii. eſſet menſium, dierum uero cccliiii. qui antiquiſſimus hæbreorum fuit annus, & ab Iſraëlitis in hodiernum uſq; ſeruatur. Sanè cum multas intercalationes annus talis exquireret, ne ferias meſſium hyemales eſſe contingeret, aut ſacra hyemalia efficerentur æſtiua. Caius Iulius Cæſar conſulatu ſuo. iii. annum ad ſolis curſum æquauit, eumq; dierum. ccclxv. cum quadrante conſtituit, eo quod comperiſſet hoc in ſpacio ſolem ferme Zodiacum omnem circuiſſe, & quoniam quadrantem illum ſingulis apponere annis uidebatur difficile, inſtituit ut quarto anno annus eſſet ſemper dierum. ccclxvi. diem illam Februario menſi addens hac in forma ne auctus uideretur, ut. vi. kalen. Martii bis diceretur, ſcilicet duobus continuis diebus in quibus uenire contingeret, & hic biſextus eſt. Hunc autem annũ Romani à menſe Martio incepere ob Martis reuerentiam, à quo menſe ille denominatus eſt. Alii uero aliter. Magnus autem annus is eſt ſecundum Ariſtotelem, quem Sol & Luna cęteriq; planetæ in eundem punctum unde iuncti omnes diſceſſerint inuicem redeuntes conficiunt, ut ſi omnes ſint in principio ariëtis, & inde curſum cœperint, quandocũq; cõtingat eoſdem in principio ariëtis inuicem reperiri, annus tunc magnus erit perfectus. Hoc fieri diuerſimode putauerunt antiqui, ut idem Cenſorinus oſtendit. Dicit enim Ariſtarchũ putaſſe hunc annum confici ex annis uertentibus. ii. Mcccc. lxxxiiii. Arethem uero Dyrrhacinum ex. v. M. d. lii. Heraclitum & Linum ex. x. M. dccc. Clionem ex. x. M. dcccc. lxxxiiii. Orpheum ex. cxx. M. Caſſandrum ex tricies ſexies centum millibus. hæc ille. Tullius quidem arbitrari uidetur ex. xv. M. annis confici. Sed Seruius ex. xii. M. dcccc. liiii. Senex autẽ uenerabilis Andalo & Paulus geometra Florentinus aſtrologi ambo inſignes ex. xxxvi. M. expleri dicebãt. Ex his quippe apud quoſdam exortus eſt error, aſſerentibus eis ſi contingat ſupercæleſtia corpora in eundem locum unde aliás curſum cœpere reuerti, & reaſſumere curſum, eoſdem de neceſſitate productura effectus, quos alias produxere, & ſic nos iterum, & iterum, & infinitum uſq; hanc in uitam redituros. quod quidem credere ridiculum eſt.

## De Veſta Saturni filia ſecunda. Cap. III.

VEſtam Saturni & Opis Ouidius fuiſſe filiam dicit, Ex Ope Iunonem memorant, Cereremq; creatam Semine Saturni, tertia Veſta fuit. &c, & ſic duę fuere Veſtæ Saturni mater & filia. De his confuſe loquuntur auctores nonnunquam unam ponentes pro altera, & ideo dicentes Veſtam terram eſſe, quia floribus & herbis ueſtita eſt, de matre Saturni dictum ſumendũ eſt. Quando autem eam dicunt uirginem Saturni filia deſignatur, quam ignem eſſe uoluere, ut ait Ouidius. Nec tu aliud Veſtam quàm uiuam intellige flammã Nataq; de flamma corpora nulla uides. Iure igitur uirgo eſt quæ ſemina nulla remittit, nec capit. &c. Hanc dicit Albericus nutricem fuiſſe Iouis, exponenſq; ex igne inferiori cæleſtis alatur ignis. Ego autem contrarium credo, elementum ſcilicet ab elemento quod ſublimius eſt nutriri. Iouem autem à Veſta nutritum ad hiſtoriam pertinere reor, cum ut ſupra dictum eſt Iouem natum Saturni aſpectui ſubtractum, & Veſtæ auiæ ſuæ commendatum, & ab ea clàm nutritum, Dicunt & hanc à Priapo hortorum deo fuiſſe dilectam, quod credibile eſt, cum dicat Ouidius. Nitimur in uetitum ſemper cupimuſq; negatum. Veſtam enim uirginem uolunt, & uirgines obſequio ſuo deputauere Romani, quas ſemper eo quod cautiori ſeruarentur cuſtodia libidinoſi appetiuere, ſeu quia abſq; igne, id eſt calore iaceat Priapus. Huius præterea nunquam uiſam dicunt effigiem, quod dicunt, eo quod incognita ſit: nam ſi flammã uideamus, quam illi dicemus eſſe effigiem? *Ouid. 6. Faſt.*

Dicit

a Dicit inſuper Auguſtinus ueteres nonnunquam & Veſtam dixiſſe Venerem, quod & ſi inhoneſtum uideatur uirginem deturbare meretricis nomine, potuit hæc fictio rationis aliquid habuiſſe. Dicimus enim in uenerem, ſeu libidinem uenientes, in ignem incurrere, ut Virgilius. In furias ignem'q; ruunt, ideſt luxuriam. ergo & hic calor à ſimilitudine Veſta uocari potuerit. Nec omnino erit à toto ſenſu fictionis huius externum cum Veſtã dicamus Saturni filiã, ideſt ſaturitatis, ex qua ſaturitate non minus oritur uenereus ignis quam uirgineus pudor, hanc Romani ſumme coluerunt, & eius in templo obſequentibus uirginibus perpetuum ſeruabant ignem, quem ſemper ſumma celebritate die prima Martii innouabant, & ſacrum iſtud inter alia à Troianis habuerunt.

a *Et hanc unam ex Dijs penatibus eſſe uolunt, quos ſecum Aeneas in Italiam aduexit. Id argumẽto Virgilij, apud quem cum Hector Aeneæ dixiſſet, ſeq; ſuoſq; tibi commendat Troia penates, mox idem adijcit, Sic ait & manibus Vittas, Veſtamq; potentem, Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem. Vide Macrob. Lib. 3. Satur. cap. 5.*

De Cerere tertia Saturni filia & matre Proſerpinæ. Cap. IIII.

*Fab. deſcribitur ab Ouidio lib. 5. Meta. & à Claudiano.*

Ceres altera à ſuperiori, & notiſſima dea frugũ eſt, & Saturni filia atq; Opis, ut ab Ouidio ſupra monſtratum eſt. Hãc aiunt Ioui fratri ſuo placuiſſe, & ex eo concepiſſe Proſerpinam, quam cum rapuiſſet Pluto nec reperiretur à Cerere, dicũt eam accenſis facibus & maximo cum ululatu per uniuerſum orbem exquiſitam. Demum apud paludem Cyanes irata, cum raſtros & a aratra & cætera ruralia inſtrumenta, quæ ad culturam terræ inuenerat fregiſſet, filię cingulum comperit, & ab Arethuſa nympha certior facta eſt, quoniam illam apud inferos uidiſſet. Quæ cum Ioui Plutonis accuſaſſet audaciam ab eo eidem primo ſuaſum eſt, ut papauera comederet, quæ cum feſſa feciſſet in ſoporem ſoluta eſt, & cum expergefacta aſtitiſſet Ioui ab eo habuit ſe filiã retrahere poſſe, ſi nil apud inferos comediſſet, ſed accuſante Aſcalapho, compertum eſt eam tria grana mali punici ex uiridario Plutonis guſtaſſe. Quapropter Iuppiter ad mitigandã triſticiam Cereris ſanciuit, ut ſex menſibus anni Proſerpina cum uiro eſſet, & totidem apud ſuperos cum matre. Narrant inſuper, & inter alios Lactantius, quod cum perquirens Ceres filiam ad Eleuſium regem perueniſſet, cuius uxor erat Hyona, & ea peperiſſet paruulum nomine Triptolemum, quæreretq; illi nutricem, ultro ſe Cererem altricem infantulo obtuliſſe, & cum ſuſcepta eſſet uolens alumnũ facere immortalem, interdum lacte diuino nutriebat, noctu clàm igne obruebat, atq; prę ter quam ſoliti erant mortales creſcebat puer, quod cum miraretur pater, clàm nocturno tempore obſeruauit quid in puerũ nutrix ageret, & cum uidiſſet eum igne obrui, exclamauit, ex quo irata Ceres Eleuſium exanimauit, ac Triptolemo ternum contulit beneficium. nam fruges eius propagandas, & currum draconibus iunctum dedit. Quibus ille uictor orbem terrarum frugibus obſeuit. Poſtquam autem domum rediit, Cepheus rex eum tanquam ęmulum occidere conatus eſt, ſed recognita iuſſu Cereris Triptolemo regnum tradidit, qui ibidem oppidũ conſtituit, quod ex patris ſui nomine appellauit Eleu- b ſium & Cereri ſacra primus inſtituit, quæ theſmophoria Græci nuncupauere. Ouidius uero dicit Triptolemum infirmum fuiſſe puerum, & cuiuſdam pauperis mulieris filiũ, quem Ceres in retributionem beneficii illum curauit, & demum illi currum tradidit, & cum frumento miſit. poſtremo in Scythia à Lynceo rege ferè occiſus eſt. Quem Ceres in animal ſui nominis transformauit. Sunt inſuper qui dicant, & Homerus potiſſime in c Odyſſea, Cererem Iaſionem quendam amaſſe, & ſeſe illi amicitia & lecto iunxiſſe, & Leontius addebat Cererem ex Iaſione Plutonem filium peperiſſe, & tandem Iaſionem à Ioue inuidia fulminatum. Recitantur præterea & alia, nos autẽ ſenſum eliciamus ex dictis. Eſt igitur Ceres aliquando Luna, aliquando terra, & nonnunquã terræ fructus, & perſæpe fœmina, & ideo quãdo Saturni & Opis dicitẽ filia fœmina eſt, & Sycani Sycilię regis cõiunx, ut Theodontius aſſerit. quando autẽ ex Ioue Proſerpinã parit, tunc terra eſt, ex qua prima Proſerpina ideſt Luna naſcitur ſecundũ opinionẽ eorũ, qui ex terra omnis creata arbitrati



arbitrati ſunt. Seu potius ideo credita eſt Luna terræ filia, quia dum ab inferiori hemiſperio ad ſuperius aſcendit uiſum eſt priſcis eam ex terra exire, & ſic illam terræ dixere filiam. Hãc rapit Pluto qui & terra eſt. ſed inferioris Hemiſperii quando poſt diem. xv. incipit ſole cadente non apparere, & hinc fit ut appareat eam tantundem eſſe apud Hemiſperium inferius quantum apud ſuperius, ex quo ſumptum eſt fabuloſum illud. Iouem ſanxiſſe ut anni medium apud inferos cum uiro eſſet, & tantum apud ſuperos cum matre. Seu aliter. Eſt quidem Proſerpina loco frugis habẽda, quę ex iacto ſulcis ſemine, niſi cæli temperies agat, incrementum habere nõ poteſt. Et niſi eiuſdem iuuetur calore, in maturitatẽ uenire non poſſet. Iuppiter autẽ & cęli temperies eſt & calor, cuius opere ſuis temporibus & creſcunt ſegetes & maturitatem ſuſcipiũt. & ſic ex Ioue & Cerere Proſerpina naſcitur. quæ tunc à Plutone, ideſt terra rapitur, quando ſemẽ ſulcis iniectum non redditur, quod aliquando contingit ob nimium frequentatam ſationẽ, ex qua adeo bona terra humore emungitur, ut ex hauſta nequeat dare iniectis ſeminibus nutrimentum. Hinc turbata Ceres, id eſt agricultores, qui terrei dici poſſunt homines, inſtrumẽta frangit ruralia, ideſt fruſtra operata cognoſcit & negligit. & ululatu fœmineo, ideſt agricultorũ quærela, incenſis facibus, ideſt exuſtione agrorum, per quam humores aduerſi, qui ſunt circa terræ ſuperficiem exhalant, & utiles ab inferiori terra euocãtur in altũ, & ſuadetur à Ioue Cereri ut papauera comedat, ideſt ut in quietem uadat. Habent enim papauera ſomni quietẽ præſtare, per quam quietem intermiſſio culturæ intelligenda eſt, ut poſſit terra ob ſintermiſſionem emunctos humores reaſſumere. Redire autem ad ſuperos rapta Proſerpina, ideſt abundantia frugum non poteſt in continenti, quia grana mali punici guſtauerat, per quæ intelligẽda ſunt uegetatiuæ uitæ principia, quæ tunc iniiciuntur, quando ex humore terræ humectatur, & caleſit ſemen iniectum, inde putrefactum proſilit in radices, quarum opere ſegetes uegetãtur. Quę principia ideo per grana mali punici deſignantur, ut intelligatur, quia ſanguini ſimilia ſint, ſicut ſanguis nutrimentum eſt animalis ſenſitiui, ſic & illa principia uegetatiui, & ut placet Empedocli, ſicut in ſanguine uita cõſiſtit animalium ſenſitiuorum, ſic & ſegetum in humore terreſtri. Sed Iouis ſententia, ideſt cæli diſpoſitione agitur, ut poſt ſextum menſem, qui anni dimidium deſignat, ad ſuperos redeat Proſerpina, ideſt ſegetum abundantia, eo quod à die ſationis ſeu à menſe in menſe ſeptimo incipiant ſpicę ſegetum apparere & grana ſuſcipere, & in maturitatem etiam deuenire, quę grana uſq; ad ſationis nouæ tempus apud ſuperos commorantur. Theo- d dontius ex Cerere iſtam uetuſtiſſimã refert hiſtoriam, ex qua uidetur multum cauſæ fictionis ſuperioris aſſumptum, & dicit Cererem Saturni filiam Sicani regis fuiſſe coniugem, & Siciliæ reginam, ingenio clariſſimo præditam, quæ cum per inſulam cerneret homines uagos glandes, & mala ſilueſtria cõmedentes, nec ullis obnoxios legibus, prima in Sicilia terrę agriculturam excogitauit, & adinuentis inſtrumentis ruralibus boues iunxit, & terris ſemina dedit, ex quo homines cœpere inter ſe campos diuidere, & in unum conuenire, & humano ritu uiuere, ex quo à Virgilio dictum eſt, Prima Ceres unco terram dimouit aratro. Prima dedit fruges alimenta'q; mitia terris. Prima dedit leges, Cereris ſunt omnia munus. &c. Proſerpinam uero dicit ſpecioſiſſimam fuiſſe uirginem Cereris reginæ filiam, & ob inſignem eius pulchritudinis famam ab Orco Moloſſorum rege raptam & in coniugem ſumptam. Quod etiam teſtatur in libro temporum Euſebius, uerum de hoc infrà prolixior fiet ſermo. De Triptolemo autẽ ſcribit Philochorus uetuſtiſſimum fuiſſe regem apud Atticam regionem, qui cum tempore ingentis penuriæ occiſo à concurſu populi patre Eleuſio, quia pereunte fame plebe filium aluiſſet abunde, aufugit, & longa naui, cuius ſerpens erat inſigne, abiit ad exteras regiones. & quæſita frumenti copia in patriam rediit, ex qua pulſo Celeo, qui terram occupauerat, ſeu ſecundum alios Lynceo Thrace, in regnum paternum reſtitutus eſt, & non ſolum reſtitutus alimenta tribuit ſubditis, ſed illos docuit facto aratro terram colere, ex quo Cereris alumnus eſt dictus. Sunt tamen qui uelint non Triptolemum ſed

ſed Buzyem quendam Athenienſem Atticis bouem & aratrum competiſſe. Dicit tamen Philochorus Triptolemum multis ſeculis ante fuiſſe quàm fuerit Ceres regina Siculorũ. Quod autem Ceres amauerit Iaſionem dicit Leontius etiam hiſtoriã fuiſſe talem. Cum tempore diluuii Ogigii, Iaſion quidam Cretenſis multum frumẽti cõgregaſſet, illud patientibus penuriam ob diluuium pro libito uendidit, & ſic ex frumento maximã cõflauit pecuniam. Et hinc locus fabulæ datus, quod ex Cerere, ideſt ex frumento Plutonem diuitiarũ deum, ideſt diuitias ſuſceperit. Iaſion autem à Ioue inuidia fulminatus dicitur, quia ab amicis quibus opportunus erat, uiſum eſt, quod ante tempus ſubtractus ſit.

a *Vnde & Cererem Græcis Δηὼ uocari uolunt, ἀπὸ τοῦ δήεις τὸ εὑρήσεις.*

b *Erant & Thalyſia feſta Cereris quæ peragebantur poſt meſſem; ut Comment. Theocriti in Idyl. 5.*

c *Comment. Theocriti Iaſionem Cretenſem regem fuiſſe ait Minois filium, & ut hic dicitur, ex Cerere genuiſſe Plutonem. Didymus autem in Homerum Odyß. 5. ex Hellanici ſententia dicit, hunc Electræ & Iouis fuiſſe, & ut quidam inquit uolunt, poſt diluuium in ſola Creta tritici ſemen inuentũ eſt, tum fabula nata eſt Cererem cum Iaſione cõſueuiße. Ex eiuſdem Hellanici ſententia, & Commentar. Apollonij addit hunc Iaſionem alio nomine Aëtionẽ dictum fuiſſe; ac fulmine tandem à Ioue ictum, eo quod ſimulachrum Cereris contumelia affecißet. De Cerere & Proſerpina Silius lib. 14.*

d *Ceres in Corcyra quoq; aliquandiu egiße uidetur, antequam Phæaces inſulam eam tenerent, ab ea enim & Scheria eadem inſula, & Drepane uocata eſt. Scheria quod à Neptuno flumina cohibita, precante hoc Cerere, ne ex aduerſo inſulæ influentes, eam continenti iungerent. Drepane quod in ea Ceres accepta à Vulcano falce, docuit Titanas metere: quanquam Macris eadem à Macride Dionyſij nutricio, & Corcyra à Corcyra filia Aeſopi, dicta poſtea quoq; fuerit. Sed hæc ἀπροσδιόνυσα. Hæc præter frumentum quod ab ea repertum ferunt, leges quoq; ædidit, quibus iuſte pieq; homines uiuere aßueſcerent, ex quo & legiferam dixerunt, & eius ſacra θεσμοφορίας.*

### De Glauca. iiii. Saturni filia. Cap. V.

*Lactan. lib. 1. c. 14. De Fal. relig.* GLauca Saturni & Opis fuit filia, & ut ſacra narrat hiſtoria, uno partu cum Plutone ædita, & Saturno ſola preſentata, clam Plutone ſeruato atq; nutrito, quę adhuc paruula diem clauſit.

### De Plutone. v. Saturni filio qui genuit Venerationem. Cap VI.

*al's Diespiter. Cauſam explicat, Diodor. lib. 6.* PLuto qui Latine † Diſpater dicitur, Saturni filius & Opis uno eodemq́; partu, ut ſupra dicitur, cum Glauca ęditus eſt, & clàm à Saturno ſeruatus. Hunc ueteres infernorum finxere regem, eiq́; ciuitatẽ dedere Ditem, de qua Virgilius, Reſpicit Aeneas ſubito ſub rupe ſiniſtra, Mœnia lata uidet. Et infra per plures *Lib. 8. Theb.* uerſus, in quibus illam deſcribit. Eius inde aulam atq; maieſtatem ſic deſcribit Statius dicens, Forte ſedens media regni infelicis in arce, Dux Herebi populos poſcebat crimina uitæ, Nil hominum mirans, natusq́; omnibus umbris. Stant furiæ circum, uariæq́; ex ordine mortes. Sæuaq́; multiſonans exercet pœna cathenas. Fata ferunt animas, & eorum pollice damnant, Vincit opus iuſta Minos cum fratre uerendo Iura bonus meliora monet, regemq́; cruentum Temperat, aſſiſtunt lachrymis atq; igne timentes Cocyton Flegea thonq́;, & Styx periuria diuum Arguit &c. Currũ illi inſuper trium rotarũ ſtatuere, qui triga dicitur trahiq́; illum à tribus equis uoluere, Amatheo ſcilicet & Abaſtro & Nouio. Qui ne cælebs uiueret, ſic uxorem ſibi quæſiſſe dicit Ouidius. Nam cum die quadã ingentibus uiribus tentaſſet Typhœus ſuperimpoſitam ſibi Trinacriam abiicere, uiſum eſt Plutoni ſi hoc contingeret, poſſibile ad eum uſq; lucem diei penetrare. quamobrem conſcenſo curru exploraturus qualia eſſent Trinacrię fundamenta, exiuit infernum, & dum inſulam circuiret haud longe à Syracuſis uidit Proſerpinam cum uirginibus ſociis legẽtem flores. Quæ cum Veneris ſperneret ignes, factum ut repente Pluto ſua pulchritudine caperetur, & ob id flexo curru uirginem nil tale timentem rapuit, & ad inferos detulit, b & ſibi cõiugio copulauit. Huic inſuper uenerationem, ſeu reuerentiam filiam fuiſſe dic cunt. & tricipitem Cerberum canem regni cuſtodem attribuunt, quem aiunt tricipitem fuiſſe, & inauditæ ferocitatis, & cuncta uorantem. De quo tragœdus Seneca in tragœdia





Herculis furentis. Poſt hæc auari ditis apparet domus. Hic ſæuus umbras territat ſtygius c canis. Qui terna uaſto capita cõcutiens ſono Regnũ tuetur, ſordidum tabo caput, Lambunt colubri, uiperis horrent iubæ, Longusq́; torta ſybilat cauda draco. Par ira formæ. &c. Hęc ego ſic intelligenda exiſtimo, cum iuxta Fulgentium Pluto latine ſonet diuitias, & ideo diſpater quaſi diuitiarum pater à latinis appelletur, & diuitias perituras in terris conſiſtere, aut ex terris effodi clarum ſit, & terra uocetur opis, ut ſupra ſæpius dictũ eſt, merito Pluto Opis dicitur filius. Verum quoniam diuitiæ primæ pro parte ex cultura terræ patuere, nondum auro comperto, & Saturnus terram colere docuerit, Plutonis dictus eſt pater. Diuitiis ferrea ciuitas & cuſtos † Theſiphon ideo datur, ut ferreas auarorum mentes *Tiſiphone* & truculentias eorundem circa cuſtodiam & tenacitatem earum cognoſcamus. Hanc ciuitatem intrare neminem iuſtum dicit Virgilius, Nulli fas caſto ſceleratũ inſiſtere limen, ut appareat aut quærere, aut ſeruare diuitias abſq; iniuſtitia non poſſe. In hac ciuitate ſcribit Dantes noſter obſtinatis inferri ſupplicia, quibus nulla proximi charitas, nullusq́ue fuit amor in deum. Per aulam autẽ atq; circunſtantes multipliciũ curarum anxietates, & augendæ rei labores execrabiles, atq; perdendi formidines, quibus angũtur in diuitias hiulco tendentes gutture, intelligendi ſunt. Currus autem circuitiones optantium ditari deſignat triplici uectus rota, ut labor circumeuntium periculum & futurorum incertitudo monſtretur. Sic & equi trahentes tres eſſe dicuntur. Quorum primus Ametheus dicitur, qui interpretatur obſcurus, ut per eum intelligatur inſana deliberatio acquirendi quod minime opportunum eſt, qua trahitur ſeu impellitur cupidus. Secundus Abaſter dictus eſt, qui idem quod niger ſonat, ut appareat diſcurrentis mœror, & triſtitia circa incũbentia ferè ſemper pericula & pauores. Tertius Nouius nuncupatur, quem intellexere ſonare repentem, ut per eum aduertamus, quoniam ob timorem periculorum ardor feruentiſſimus acquirendi tepeſcat aliquando. Coniugium uero Proſerpinæ quam ſupra abũdantiam diximus, nulli dubium eſt cum diuitibus fieri, & potiſſimæ iudicio proſpectantis uulgi, cuius ſæpe falſa eſt exiſtimatio. Arbitratur quidem ut plurimũ dum diuitis intuentur horrea plena, ibi abũdantiam fore, ubi fames eſt, & penuria, auaritia procurante. Ex hoc quippe coniugio nil gignitur, laudabile ſcilicet, aut memoratu dignum. Cerberus, ut nonnulli arbitrantur, uerus fuit canis triceps dictus, eo quod eſſet latratu ſonorus mordax nimium, & in tenendo fortiſſimus. Senſerunt tamẽ ueteres, ut reor, ſenſus alios hac ſub ueritate repoſtos, eo quod cuſtos fingatur ditis. Et ideo cum pro dite diuitiæ intelligendæ ſint, ut præmõſtratum eſt. nullum earum rite dicemus cuſtodem præter auarum, & ſic pro Cerbero auarus intelligẽdus eſt. Cui ideo tria deſcripſere capita, ut triplicem auarorum denotarent ſpeciem. Sunt enim qui aurum cupiunt, & in omne lucrum etiã inhoneſtũ uolentes irruunt, ut quæſtum diſſipent & expendant, qui quũ diuitiarũ cuſtodes dici non poſſint, pernicioſi tamen & damnoſi ſunt homines. Sunt qui maximo labore & periculo ſuo congregant undiq; & quomodocunq;, ut teneant, ſeruent, atq; cuſtodiant, nec ex quæſitis ſibi proſint uel aliis, & hi hominum genus inutile. Sũt qui nullo ſuo opere, ſed maiorum quæſita ſudoribus tam ſtudioſa uiolentia ſeruent, ut non aliter quàm alienum depoſitum contingere audeant, & hi ſegnes atq; triſtiſſimi ſunt, & ditis cuſtodes certiſſimi. Serpentes uero Cerbero additi, tacitę atque mordaces auaritiæ curæ ſunt. Plutonem hunc inſuper uocauere Orcum, ut in Verrinis Cicero dum dicit, ut alter Orcus ueniſſe Aethnam, & nõ Proſerpinam, ſed ipſam Cererem rapuiſſe uidebatur, &c. quem ideo ſic uocari dicit Rabanus, quaſi receptorem mortium, quæ recipiat quacunq; morte morientes. Februum præterea dictum uolunt nõ à febre, ut multi ſtolidè arbitrantur, ſed à luſtro quodam ſacro à ueteribus ei cõſtituto, per quod manes purgari credebantur, & hoc in menſe Februarii fiebat, & inde menſis ille nomen ſortitus eſt, quod à Macrobio in libro Saturnaliorum dicitur ſic, Secundum dicauit Februo deo, qui luſtrationum potens creditur. Luſtrari enim eo menſe ciuitatem neceſſe erat, quo ſtatuit ut iuſta diis manibus ſoluerentur, &c. His prælibatis quid hæc fictio hiſtorię tegat apponendum

eſt. Refert ergo Lactantius de Plutone in libro Diuinarum inſtitutionum ſic. Ergo illud in uero eſt, quod regnum orbis ita partiti ſortitíque ſunt, ut orientis imperium Ioui cederet: Plutoni, cui cognomen fuit Ageſilao pars occidentis obtingeret, eo quod plaga orientis, ex qua lux mortalibus datur ſuperior, occidentis autẽ inferior uideatur, &c. Theodontius autem paululum de hoc plenius inquit, Saturno ſcilicet Iouem, Neptunum, & Plutonem fuiſſe filios, qui eo mortuo cum eis partiretur imperium, contigit Plutoni iuniori in occiduam regni partem regnare, apud ea loca, in quibus poſtea manſere Moloſſi, ſecus inferum mare, & is à circumadiacentibus regno ſuo populis Orcus appellatus eſt, eo quod ſęuus & receptor ſceleſtorum eſſet hominum, & quod ingenti cani ſuo quem Cerberum appellabat, conſuetus eſſet uiuos homines trucidandos apponere. Hinc Proſerpinam uirginem Siculam cum intercepiſſet in regnum deportauit ſuum, eamíque ſibi coniugem copulauit. Hæc ille. Euſebius autem in libro temporum hunc appellatum Aidoneum ait, & tempore Lyncei regis Argiuorum atque Erichthei Athenienſium regnaſſe.

a *Puto legendum Aethone, Alaſtore, & Nycteo, tametſi temere pronuntiare nolim, uocibus uſque adeò uiciatis: hæc aũt nomina apud Claudianum ponuntur, quanquã ille etiam quartum addit Orphnæũ libro primo de rapt. Proſerpinæ his uerſibus,*

*Orphneus crudele micans, Aëthonque ſagitta*
*Ocyor, & Stygij crudelis gloria Nycteus*
*Armenti, Ditiſque nota ſignatus Alaſtor,*
*Stabant ante fores uincti, ſæuumque fremebant.*
*Craſtina uenturæ ſpectantes gaudia prædæ.*

*Quæ nomina ſi interpreteris, ſonant* ὀρφναῖος *tenebroſus,* αἴθων *ardens,* νυκτεὺς *nocturnus, ita enim & noctis deus à Plauto dicitur in Amph.* ἀλάστωρ *mordens conſcientiam.*

b *Per Cerberum quidam intelligunt terram, dictumque Cerberum quaſi* κρεοβόρον *uolunt, eo quod à terra hominum cadauera deuorentur. Apud inferos autem, qui fabulam perſequuntur, neſci hunc oſſibus Amphiarai dicunt, quem tellus abſorbuit, ut eſt apud Statium.*

c εἶχε δὲ οὗτος τρεῖς μὲν κυνῶν κεφαλὰς, τὴν δὲ οὐρὰν δράκοντος. *Comment. Ho.*

De Veneratione Plutonis filia & Honoris coniuge. Cap. VII.

VEnerationem filiam fuiſſe Plutonis Seruius affirmat. Theodontius autem hanc reuerentiam uocat, dicens uenerari Deos oportere, maiores autem homines reuereri. Et quoniam ea quæ hominibus exhibetur, & non diis Plutonis fuit filia, ideo reuerentia, non ueneratio appellari, ex qua autem concepta ſit matre, non habetur, cum Proſerpinam ſterilem fuiſſe omnes affirment. Hanc Honori nuptam Paulus & Theodontius dicunt, & ex eo peperiſſe maieſtatem, ut ſupra monſtratum eſt. Ego ex hoc figmento id ſentio quod intueor. Diximus ſupra Plutonem diuitiarum deum, ex quibus diuitiis otiri reuerentiam ſatis cernimus, cum reuerentia ſolis exhibeatur diuitibus, etiam ſi inertes, degeneres, inſcii, priuatíque ſint homines, tantę ſunt apud mortales exiſtimationis diuitię.

De Chirone ſexto Saturni filio, qui genuit Ochiroëm. Cap. VIII.

a *Chironis fab. deſcribit Oui. Faſt. 5*

CHironem centaurum Saturni & Phillyræ filium uoluere. Lactãtius tamen dicit eum ex Pelopea cõceptum, cuius originis talis extat fabula, Saturnum ſcilicet uenuſtate Phillyræ captum eam intercepiſſe, & dum eius, ut ait Seruius, uteretur concubitu, interueniente Opi coniuge, confeſtim ſe uertit in equum ne cognoſceretur in culpa. Phillyra autem ex eo concubitu Chironem concepit, peperítque animal ab umbelico ſupra hominem, ab inde uero infra equũ. Qui cũ excreuiſſet, in ſyluas abiit, eaſque coluit. Huic autem à Tethide Achillem puerum commendatum, quem ipſe nutriuit & docuit, & ſimiliter Aeſculapium. Poſtremo cum eum uiſitaſſet Hercules, caſu factum eſt, ut una ſagittarum eius Lernęo ueneno perlita ſuper pedem eius caderet. attamen cum à parentibus fuiſſet genitus immortalis, ut Ocyroes uaticinium impleretur, quo prædixerat eum optaturum eſſe mortalem, graui uexatus morbo mori cupiens, orauit ſuperos, ut illi mori concederent. Quo conceſſo, ab eiſdem

in cælum



in cælum tranſlatus eſt, & in zodiaco locatus, & ſagittarius appellatus. & quoniam ualuerit auſpicio, eo coram cæleſtis ara appoſita eſt. Ex his fictionibus Theodontius & Barlaam ſenſum exprimebant huiuſmodi, Chironem ideo Saturni filium dictum, quia circa agriculturam plurimum ualuerit. & quia hortorum adaquationem inuenerit, Phillyræ dictus eſt filius, quia Philadros, id eſt, aquæ cuſtos uel amator, eo quod ad irrigationem hortorum plurima uteretur. Quod autem in conceptione eius Saturnus à coniuge repertus uerteretur in equum, dictum eſt, eo quod cauſam ſuam apud turbatam coniugem iuſtificauerit dicens, quod ob id aliarum mulierum concubitum quæreret, ſi forte filios maſculos ſuſcipere poſſet, cum ſibi prolem melioris ſexus ex ea conceptam ob promiſſum Titano factum ſeruare non poſſet, & ſic ob hoc æque agere uiſum eſt, & inde æquus, id eſt, iuſtus. Alii uero uolunt fabulam à præcedentibus cauſam habuiſſe. Nam cum uidiſſent illum mortales, ut dicit Iſidorus, hominum pariter & iumentorum medicinam inueniſſe, hominis & equi filius dictus eſt, & Chiron denominatus, ut intelligeretur quia chirurgiam non phyſicam reperiſſet, quæ leui doctáque manu operatur. nam Chiros Gręce manus eſt. Quod à ſagitta Herculis uulneratus ſit, hiſtoriographum dicũt, b & cum lætalem morbum arte ſua aliquandiu curaſſet, uiſum eſt amicis eum immortalem creatum, quem ueneni uis non occideret. Tandem cum ueniſſet in mortem ob meritũ uirtutis ſuæ, quia iuſtiſſimus fuerit homo, ut in Iliade dicit Homerus, ad perpetuam ſui nominis memoriam ab antiquis inter aſtra locatus eſt.

*Suidas autem in Theſſalicis, ut citatur à Cõmentario Apollonij, Ixionis filium, ut & reliquos centauros facit, uxorem autem Centauri Chariclô uocat.* a

χεὶρ *manus eſt, quanquam & ſuperiores etymologiæ plus ſatis ineptæ ſunt.* b

De Ocyroë filia Chironis. Cap. IX.

OCyroë filia fuit Chironis ex quadam nympha Cayci fluminis ſuſcepta, ut ait Ouidius, Ecce uenit rutulis humeros protecta capillis Filia Centauri, quam quondam nympha Cayci Fluminis in rapidis ripis enixa uocauit Ocyroën, non hæc artes cõtenta paternas Edidiciſſe fuit, fatorum archana canebat, &c. Hæc Aeſculapium orbi toto profuturum prædixit, & patrem optaturum mortem, & ſe equam futuram, quæ omnia euenere. Rei huius ſignificatum poteſt eſſe cum dicat Theodontius eam Thetim Achillis matrem fuiſſe, ideo in equam uerſam dici, quia genuerit equum, id eſt, hominem bellicoſum uti Achilles fuit, & furore cuius & ipſa Thetis, ut dicit Leontius, equarum dea nuncupata eſt. Equi autem ubique apud antiquos bellorum erant præſagium, ut Virgilius dicit,

Quatuor hic primum omen equos in gramine uidi,
Tondentes late campum candore niuali.
Et pater Anchiſes. bellum ô terra hoſpita portas.
Bello armantur equi, bellum hæc armenta minantur.

De Pico ſeptimo Saturni filio, qui genuit Faunum, & Sentam, & Faunam. Cap. X.

PIcus Auſoniæ rex Saturni filius fuit, ut aſſerere uidetur Ouidius, dum dicit, Picus in Auſoniis proles Saturnia terris. Et Virgilius, Accipimus Fauno Picus pater, iſque parentem Te Saturne refert, &c. Hunc dicit Seruius à Pomona pomorum dea dilectum, ac eius ſortitum coniugium. Demum, ut ait Ouidius, cum die quadam uenaretur, à Circe Solis filia uiſus & amatus eſt, quam cum ipſe paruipenderet, ab ea irata in auem ſui nominis uerſus eſt. Sanè Ouidius à Seruio diſcrepat, Picum uirum fuiſſe Circes dicens, eumque dilexiſſe Pomonam, & ob id Circe zelo commota aurea illum tetigit uirga, & in picum auem mutauit. Huius autem fictionis effectus talis à Seruio arbitrari uidetur, Picum ſcilicet regem eò in picum auem mutatum dici, quia augur fuerit, & domi picum habuerit, per quem futura prænoſceret, & ſic in pontificalibus libris haberi. Nõnulli dicunt hunc Picum cum

*Ouid. lib. 14 Meta.*
*Virg. lib. 7 Aeneid.*

 ob ſin-

ob ſingulare ſtudium domandorum equorum aliàs rudis eſſet homo, à Circe doctus eloquentiſſimus factus eſt, qua eloquentia in commodum ſuum multos traxit agreſtes, eoſq́; ſibi fecit obſequioſos. Et ob id fictum eum in auem ſui nominis fuiſſe cõuerſum. Eſt enim pico aui inter alias proprietates hæc, ut cum habeat longiſſimam linguam, æſtiuo tempore exquirit loca formicarum plena, & emiſſa inter eas lingua, patitur eas illam conſcendere, & morſu præhendere. tandem cum illam formicarum plenam ſentit, retrahit adhærentes unà ſecum formicas. Ex quibus ſic paſtus euolat. Sic Picus rex eloquẽtia, id eſt, lingua trahebat agreſtes, qui formicis ſimiles ſunt, & in ſuum, ut dictum eſt, uertebat commodum. Auguſtinus autem de Ciuitate dei, dato quæ ad hiſtoriã ſpectant quaſi Poëticam fictionem floccifaciat incipit. Exortum eſt Laurentum regium, ubi Saturni filius Picus regnum primus accepit. Et paulo poſt ſequitur, Sed hæc poëtica opinentur eſſe figmenta, & Pici patrem Stercon potius fuiſſe aſſeuerẽt, à quo periti ſſimo agricola inuentum ferunt, ut fimo animalium agri fœcundarentur, quod ab eius nomine ſtercus dictum eſt. Hũc quidam Stercutium uocatum ferunt, qua autem ex cauſa eum Saturnum appellare uoluerunt. Certe tamen hunc Stercen ſeu Stercutium merito agriculturæ fecerunt deum, Picum quoq; ſimiliter eius filium, &c. Et ſic uidetur per Auguſtinum oſtendi Picum filium non fuiſſe Saturni. Sanè cum Pici plures eſſe potuerunt, & Auguſtino credimus Picum quendam Stercæ fuiſſe filium, & alium Picum filium fuiſſe Saturni. Huius inſuper inuentum luſoriam pilam in libro naturalium hiſtoriarum Plinius aſſerit fuiſſe.

De Fauno Pici filio, qui genuit Faunos Satyros Panes & Syluanos, Acũ, & Euremedontem, & Latinum, & ſecundum quoſdam Sentam Faunam, quam alii uolunt ſororem fuiſſe & coniugem. Cap. XI

FAunus Pici fuit filius, ut Virgilii teſtimonio patet dicentis, Accipimus Fauno Picus pater, &c. Hic etiam patri ſucceſſit in regno, de quo dicit Lactantius in libro diuinarum inſtitutionum primo, quod ut Pompilius apud Romanos inſtitutor ineptarum religionum fuit, ſic ante Pompilium Faunus in Latio, qui & Saturno auo nepharia ſacra conſtituit, & ſororem ſuam Sentam Faunam eandem coniugem conſecrauit, quam, ut Criſpus Clodius in eo libro, quem Græce ſcripſit, dicit, eo quod contra mores, decuſq́; regium clam uini ollam ebiberet, & ebria facta erat, uirgis myrteis ad mortem uſq; cecidit, poſtea facti pœnitens cum deſiderium eius ferre non poſſet, illi ſacros detuliſſe honores. De Fauno uero hoc & Fauna quod Dii facti ſunt uidetur teſtari Seruius ſic, Quidam dictus eſt Fatuellus huius uxor eſt Fatua idem Faunus, & eadem Fauna à uaticinando, id eſt, à fando, unde & fatuos dicimus incõſiderate loquentes. Ergo faune & fatue nomen quaſi aſperum, &c. Hæc ille.

De Senta Fauna Pici filia, & coniuge Fauni ſeu filia. Cap. XII

SEnta Fauna, ut proximo ſupra dictum eſt, filia fuit Pici regis, & cõiunx Fauni fratris ſui Lactantio teſte, & quicquid Criſpus Clodius minus honeſtum de eo ſcribit: Gabius Baſſus dicit eam Fatuam nominatam, quod mulieribus fata canere conſueſſet, ut Faunus uiris. Eandem Varro ſcribit tantæ pudicitiæ fuiſſe, ut nemo illam dum uixerit, præter ſuum uirum in os uiderit, nec nomen eius audierit. & ideo mulieres illi in operto ſacrificare conſueuerant, & bonam appellare deam. Sed de hac Macrobius Saturnaliorum libro, autoritate Cornelii Labeonis hanc Maiam dici dicit, eiq́; ſub nomine Bonæ Deæ ædem Kalendas Maias dedicatam, eandemq́; terram eſſe, & id occultiore ritu ſacrorum doceri. Demum eam Opem bonam Faunam & Fatuam pontificum libris appellari. Bonam, quia bonorũ omnium ad uictum cauſa ſit. Faunam, quia omnibus animantibus faueat. Opem, quia eius auxilio uita conſtet. Fatuam à fando, eo quod non ante infantes partu editi uocem edant quàm terram attigerint. Et quia cum regali ſceptro figuretur, ſunt qui dicant eam Iunonis habere potentiam. Et alii eam arbitrari Proſerpinam, eo quod illi Forca ob depaſtas

ſegetes



ſegetes ſacrum faciat. Præterea eam non ſororem & coniugem Fauni, ut quidam dicunt, ſed filiam, eumq́; in amorem eius lapſum, & ob id quod etiam oppreſſa uino noluiſſet eius parere deſiderio uirgis myrteis cæſam. Tandem eo in ſerpentem uerſo, cũ ea cubuiſſe creditum, & ob id in templo eius haberi uirgam myrteam nephas eſſet, & extentam ſupra caput eius uitem uideri, eo quod pater uino illam decipere tentaſſet. Quod in templo eius ſuo nomine non conſueuit inferri, ſed uas in quo uinum eſſet inditum mellarium nominari, & uinum nuncupari lac. Et ſerpentes in templo eius innocuos & impauidos apparere, & alia plura quaſi uelint hanc Faunam terram eſſe. Quas quidem ego ambages & circuitiones deteſtor, & omitto libens.

De Faunis, Satyris, Panibus, & Syluanis filiis Fauni. Cap. XIII

FAunos Satyros, & Panes atq; Syluanos dicit Theodontius Fauni fuiſſe filios. Leontius uero dicebat Saturni, de quibus eo quod nullius nomen ſciatur proprium, ſeu opus, inuicem tractare de omnibus neceſſe eſt. Faunos ergo & Satyros nemorum dicebant deos, & ut ait Rabanus, uoce non ſigno oſtendebant futura paganis exigentibus. Panes uero agrorum deos, & Syluanos ſyluarum, ſed improprie à Poëtis perſæpe unus pro altero aſſumpti ſunt, ut Virgilius facit,

Et uos agreſtum præſentia numina Fauni.

Hos etiam ſemones, ſeu ſemideos uocari ueteres uoluere, ut ſcribit Ouidius,

Sunt mihi ſemidei, ſunt ruſtica numina nymphæ,
Et Fauni Satyriq́;, & monticolæ Syluani.
Quos quoniam cæli nondum dignamur honore,
Quas dedimus certe terras habitare ſinamus, &c.

Hos ego nec Fauni, nec Saturni filios credam, cum homines iſti, illi uero quodãmodo animalia bruta ſint. Sed poſſibile eſt forſan circa Saturni tempora uel Fauni, ex eis ortus eſt error, & de eis primo recitationes inter mulierculas haberi cœptæ. de quibus tamẽ ab inſignibus autoribus quædam miranda narrantur. Nam Pomponius Mela ultra Atlantem Mauritanum montem dicit noctu lumina uiſa, & ſtrepitus cymbalorum atq; fiſtularum auditos perſæpe, nec die repertus quiſquàm, atq; pro conſtanti habitum, hos Faunos eſſe atq; Satyros, & huiuſce generis animalia. Præterea dicit Rabanus Satyros homuntiones eſſe, & habere uncas nares, & cornua frontibus, pedeſq́; caprarum ſimiles, & ex his unum à beato Antonio per ſolitudines Thebaides Paulum ſanctiſſimũ uirum heremiticam agentem uitam exquirente uiſum, atq; ab eodem interrogatum, reſpondiſſe ſe mortalem, & ex accolis heremi unum ex his, quos ſtolido errore luſa gentilitas Faunos Satyroſq́; colit. Alii ſylueſtres homines putãt, appellantq́; Incubones ſeu Ficarios, ex quibus ſic ſcribit Martianus, ubi de nuptiis Mercurii, & Philologiæ, ipſamq́; terram, quę hominibus inuia eſt referuntur longæuorum chori, qui habitant ſyluas, nemora, lucos, lacus, fontes atq; fluuios, appellanturq́; panes, fauni, fones, fatuæq́; uel fantuæ, uel etiam fanæ, à quibus fana dicta, eo quod ſoleant diuinare. Hi omnes poſt prolixum æuum moriuntur, ut homines, ſed tamen & præſciendi, & incurſandi, & nocendi habẽt promptiſſimam poteſtatem. Hæc Martianus. Hos autem dicit Ariſtoteles poſt annorum milia & nymphas, & ſatyros perire. Nõnulli autem gentilium inter alias ſtultitias ſuas in hanc deuenere, ut ſe horum mallent filios quàm hominum dici, arbitrantes, dum matrum meretricia accuſarent, ſuæ nobilitati plurimum ſplendoris iungere, ex quibus pauci apponuntur.

De Aci Fauni filio. Cap. XIIII

ACis filius fuit Fauni & Nymphæ Simethidis, ut clare ſcribit Ouidius, dicens, Acis erat Fauno nymphaq́; Simethide cretus, &c. Ex his talis ab Ouidio fertur fabula, quod ſcilicet Galatheam nympham Siculam amauerit, & ab ea amatus ſit, &c. ut ſupra de Galathea. Verum quoniam alter ſenſus hic ex fictione ſumitur quàm ſupra factum ſit, illum apponere uiſum eſt. *Lib. 13. Meta. Meminit & Sil. lib. 14.*

S 5 Dicit

Dicit ergo Theodontius Cyclopem tyrannum apud Siculos fuiſſe, cui maximum erat pecus, lacte cuius plurimum eius augebantur ſubſtantiæ, & ideo Galatheam, id eſt, lactis deam amaſſe dicit, quia ex humiditate lac procreatur. Sed cum aquæ Acis fluminis hanc habeant proprietatem, ut deſiccent ubera potantium pecudum, non ſolum Cyclops ob id à flumine illo certo anni tempore amoueri greges iubebat, ſed nonnunquam per riuulos illud exinanire atq; deſiccare conatus ſit, fruſtra tamen. Ego autem non credo hũc Fauni regis fuiſſe filium, ſed forſan alicuius alterius nobilis uiri ſic uocati, ſeu unum ex his fuiſſe, qui Faunorum filii dici maluere quàm hominum.

De Eurymedonte Fauni filio, qui genuit Periboeam. Cap. XV

Lib.7 EVrymedon filius fuit Fauni, ut placet Statio in Thebaide ubi dicit, Proximus Eurymedon cui paſtoralia Fauni Arma patris, &c. Hunc ego, ut de Aci dixi, non arbitror Fauni Laurentum regis fuiſſe filium, ſed quoniam in ſyluis conuerſaretur ad extollendam progeniem ſuam ſe Fauni finxit filium. Fuit enim hic, ut idem Statius oſtendit, in bello Thebano partibus fauens Aetheoclis.

*Apparet tamen alium fuiße Eurymedontem de quo Statius agit, & alium de quo Homerus.*

De Periboea Eurymedontis filia, & Nauſithoi matre. Cap. XVI

PEriboea filia fuit Eurymedontis, ut in Odyſſea ſcribit Homerus, dicẽs, Nauſithoum quidem prius Neptunus terram mouens genuit, & Periboea fœminarum ſpecie optima, iunior filia magnanimi Eurymedontis. Dicit autem Leontius, Eurymedontem Gygantum fuiſſe dominum, & cum eis periſſe. Hæc ex Neptuno peperit Nauſithoum, ut per Homerum monſtratum eſt.

*Verſus ſunt Odyß.* H. Ναυσίθοον μὲν πρῶτα ποσειδάων ἐνοσίχθων γείνατο, καὶ περίβοια, γυναικῶν εἶδος ἀρίστη ὁπλοτάτη θυγάτηρ μεγαλήτορος Εὐρυμέδοντος ὅς ποθ᾽ ὑπερθύμοισι γιγάντεσσιν βασίλευσεν. *Meminit & Homerus Eurymedontis lib. Iliad.* Ξ. *quo loco Commentarius addit Iunonem ab eo ui compreſſam fuiſſe, antequàm nuberet. Deinde ea nupta, poſtquàm Iuppiter rem reſciuit, in tartarum illum præcipitaſſe, quanquam ex Odyſſea intelligitur Gigantem principem fuiße, ideoq; præcipitem datum eſſe.*

De Latino Laurentum rege Fauni filio, qui genuit Lauinam & Præneſtem. Cap. XVII

LAtinus Laurentum rex Fauni regis & Maricę nymphæ Laurentis filius fuit, ut carmine patet Virgilii, dicentis,

Lib.7. Aenei. Rex arua Latinus & urbes
Iam ſenior longa placidas in pace regebat
Hunc Fauno & nympha genitum Laurente Marica Accipimus, &c.

Iuſtinus autem non Fauni filium, ſed nepotem dicit ex filia. Scribit enim redeunte Hercule ex Hiſpania Geryone ſuperato Fauni filiam uitiaſſe, & ex eo concubitu ſuſcepiſſe Latinum. Seruius autem refert ſecundum Heſiodum in libro quem Aſpidopiam uocat, *a* Latinum Vlyſſis & Circes fuiſſe filium, quam nonnulli Maricam uocant, & inde eo *Lactant. lib. 1* dicit dixiſſe Virgilium, Solis aui ſpecimen, eo quod Solis Circes fuerit filia. Verum dicit *Cap. 21* Seruius, quia temporum ratio non procedit, & ideo illud accipiendum eſſe Higinii, qui *Lib.7. Aenei.* ait Latinos plures fuiſſe, ut intelligamus Poëtam abuti ut ſolet nominum ſimilitudine. ſed quicquid dicant alii cum uniuerſalis fama Virgilio faueat, Latinum ſcilicet Fauni fuiſſe filium carmini eius obtemperandum eſt, credẽdumq; Latinum Fauni fuiſſe filium. Eſt inſuper & de matre Marica opinio uaria. Seruius autem de ea dicit, Eſt autem Marica dea littoris Minturnenſium iuxta Lyrim fluuium. Horatius, Et innantem Maricæ littoribus tenuiſſe Lyrim. Quod ſi uoluerimus accipere uxorem Fauni Maricam, non procedit. Dii enim topici, id eſt, locales, ad alias regiones non tranſeunt, ſed poteſt dictum eſſe per Poëticam licentiam. Laurente Marica, cum ſit Minturnenſium. Dicunt alii per Maricam Venerem intelligi debere, cuius fuit ſacellum iuxta Maricam in quo erat ſcriptum ναὸς τῆς ἀφροδίτης. Hæc Seruius. Hoc tamẽ dubium paucis poteſt abſolui. Plures enim

potuere



potuere eſſe Maricæ, ut ſupra de Latino etiam dictum eſt. Hic autem Latinus rex fuit eodẽ tempore quo Troia deleta eſt, habuitq; Amatam Dauni regis Ardeæ ſororem in coniugem, ut per Virgilium patet. Varro autem eo in libro quem de origine linguæ latinæ ſcripſit, dicit Pallantiam Euandri filiam eius fuiſſe uxorem, eumq; uolunt profugum ſuſcepiſſe Aeneam, & uti reſponſo ſuſceperat, Lauiniam filiam iam Turno filio Dauni promiſſam dediſſe uxorem, quamobrem bellum ingens inter Aeneam & Turnum exortum eſt, in quo Latinum cecidiſſe dicit Seruius.

*Verſus Heſiodi ſunt in Theogon.* *a*

Κίρκη δ᾽ ἠελίου θυγάτηρ ὑπεριονίδαο
γείνατ᾽ ὀδυσσῆος ταλασίφρονος ἐν φιλότητι
Ἄγριον ἠδὲ Λατῖνον, ἀμύμονά τε κρατερόν τε.

De Lauinia filia Latini & Aeneæ coniuge. Cap. XVIII

LAuinia filia fuit Latini regis & Amatæ ſecundum Virgilium, quam cum Turno regi promiſſam Latinus pater daret in coniugem Aeneæ Troiano, ingens exortũ eſt bellum. Et ut ait Seruius, in primo ferè concurſu Latinus occiſus eſt, & ſic patris dotata ſanguine aduenæ coniugio iuncta eſt. Et cum uirum in eodem conflictu apud Numicũm fluuium perdidiſſet, timens uictoris priuigni inſolentiam, ex Aenea prægnans aufugit in ſyluas, & ut dicit Seruius, apud Tyrrheum paſtorem diuertit, ibiq; peperit filium, quem Iulium Syluium Poſthumum appellauit, eo quod poſt patris funus in ſyluis natus eſſet. Hanc Aſcanius poſtea reuocauit in regnum patrium, cum ipſe receſſiſſet in Albam à ſe conditam, quod quidem cum regia indoles generoſo mulieris in pectore ob aduerſas res in nullo fracta eſſet, adeo integre conſeruauit, ut adulto filio auctum quàm diminutum potius regnaret. Euſebius autem in libro temp. dicit hanc poſt Aeneæ mortem Melampodi cuidam nupſiſſe, & ex eo concepiſſe filium, quem Latinum Syluium nominauit, qui etiam Latino Iulio Syluio mortuo imperauit. *a*

*Libro ſexto & ſeptimo Aeneid. Seruius,* *a*
*Tyrrheuſq; pater cui regia parent Armenta, &c.*

De Præneſte Latini regis filio. Cap. XIX

PRæneſtes Latini regis fuit filius, ut Solinus ubi de mirabilibus mũdi ſcribit, uidetur aſſerere. Et hunc ait Præneſtem etiam ciuitatem feciſſe, & à ſuo nomine nuncupaſſe. Dicit enim ſic, Præneſte, ut Zenodotus refert, à Pręneſte Vlyſſis nepote Latini filio, &c. De eo autem nil amplius legi.

De Iunone Neptuno & Ioue Saturni filiis, & eorum proſapiis in ſequentibus ſcribitur, ut huic octauo libello finis imponatur.

LIBRI OCTAVI FINIS

Ponitur in nono Iuno & Iunonia proles






# GENEALOGIAE DEORVM GENTILIVM, LIBER NONVS.

## PROOEMIVM

MITIORI iam cælo partem poſteritatis Saturni, quam cœpiſſem in Laurentum littus peregeram, & ecce ſeu maris æſtu factum ſit, ſeu occiduo impellente flatu, repẽte in Aegeum uſq; mare delatus ſum, & in conſpectu Samos iam dudum ſplendidæ inſulę, quaſi iniectis anchoris, ſereniſſime rex, firmatum me comperi. Ibi dum partim in cælum uſq; delata uetuſtiſſimi templi ſemeſa faſtigia cernerem, & partim diſiectas in fruſtra columnas mirabiles, euulſas è ſedibus baſes, dirutas teſtudines, æquatas ferè ſolo parietum longiſſimas alas, humo infixas tholos, & omnem ingentis, immo monſtruoſi ædificii ſolutam compaginem, atque ruinarum demerſam cumulis, uepribus atque ſylueſtribus arboribus ſua ſponte naſcentibus, muſco'que occupatis turpi, mirabundus intuerer, mecum'que perquirerem, cuius ob obſequium tam grandis potuerit æuo ſuo moles extolli, ſumptus'que ueterum magnificos laudarem, uenit in mentem Samiam fuiſſe Iunonem, & à Samiis præ cæteris deitatibus honoratam, & e ueſtigio comprehendi templum illud olim inter cætera urbis mirabile & uetuſtiſſima fama celebre, eidem Iunoni ab incolis fuiſſe conſtructum. O quàm grandes diuturni'que labores exhauſti. quot architectorum emuncta ingenia, quot pontificum inſtituta ſacra, quot ingentium uirorum matronarum'que ornatus appoſiti, ut diabolo præſtaretur obſequium petite? Et hinc in cogitationem longiuſculam perſeuerans, emiſſo è profundiſſimo pectoris archano ſuſpirio, mecum inquiens, Erubeſcant miſeri Chriſtiani, quibus hac tempeſtate facillimum eſt ut rem domeſticam augeant, mõtium terebrare uiſcera, maris & fluminum alueos uncis piſcatoriis radere, Arctoas tranſire niues, æthiopum experiri ſoles, hyperboreas fallere gryphes, libycos ſopire ſerpẽtes, marmaricos leones excludere, Oceanum ſulcare ratibus, etſi daretur in cælum uſq; tranſcendere. Heu miſer quid defleo? Aliqua forte cum honeſtate poſſunt hi ſudores aſſumi. Sed quid dicam cernens Pirratica infeſtare maria, itinera obſidere, ianuas infringere, falſas ſignare tabellas, uenena porrigere, bella iniuſta mouere, iuſtum ſanguinem fundere, fidem frangere, & in cunctos dummodo ſuppetant uires tyrannidem, & uiolentiam exercere, ut ampliuſculam poſſimus facere ſubſtantiam perituram? Ingemiſcendum equidem eſt cæcitati noſtræ. Quid quæſo ſi detur cumulaſſe quod cupimus, refert pallatia erigere, thalamos ornare, equos miniſtros'q; parare, conuiuia feſtos'q; dies ducere, auro, gemmis, & purpura illuſtres apparere, alea ludere, poſſeſſiones ampliſſimas facere, uiridaria lacus'q; componere. Si noſter honor, noſtrum decus, noſtra gloria ab indignioribus occupatur? Seruit inclyta Hieruſalem ciuitas Agarenis, loca ſacra & memoratu digniſſima barbarica fœdant ſpurcitia, & in dedecus Chriſtiani nominis deturpant. Hoſtes blaſphemant, flocci faciũt atq; rident, quo uerbum caro factum eſt, quo natus Chriſtus & alitus, quibus ſe deum & hominem demonſtrauit, & prædicans dogma tradidit ſalutare, quo ut nos ſolueret à laqueo ſeruitutis, innocens paſſus, mortuus, & ſepultus eſt. Quo cum ſurrexiſſet à mortuis, uirtute propria euolauit in cœlos. O ſceleſtum facinus, ò dedecus inexpiabile, potuere inſulæ unius & paruæ incolæ è montibus columnas excidere, ingentia euellere ſaxa, & in ampliſſimum opus deducere. Et in ſumptus auri ingẽtia pondera erogare, ut templũ admirabile nephariæ conſtruerent mulieri. Europa uero omnis negligit, claſſem in mare trahere, arma ſumere, naues conſcendere, & bellum hoſtibus inferre, & uiribus regionem ſanctiſſimam à tam ignauis hoſtibus emundare, & à noſtris frontibus ruborem deteſtabilem amouere, ut his lapidibus non in terris periturum templum, ſed in cælis ciui-

lis ciuitatem ædificemus æternam. Sed quid uerbis forte ſuperfluis aures uerbero? ſegnes
punietdeus, & auaros diuites dimittet inanes. Nos autem in propoſitum reuertamur.
Dum igitur ruinas inſpicio nequeuntes auferre adhuc loci ueterem maieſtatem, ſatis ad-
uerti à delatrice fortuna moneri. Quoniam Iouis atq; Neptuni eſſet ſermo paululum diſ-
ferendus, ut Iunonis fabuloſam progeniem in mediũ traherem, in qua & belligeri Mar-
tis omnis profuſa continetur proſapia, cuius inter ſtrepitus atq; furores quęſo mitis deus,
qui Dauid docuit manus ad bellum, ſua pietate deducat in pacem.

De Iunone octaua Saturni filia, quæ abſq; uiro concepit & pe-
perit Hebem & Martem. Cap. I

*Faſtorum 5* IVno errore Gentilium regina Deorum, Saturni & Opis fuit filia, ante Io-
uem nata, eodem tamen partu. Fuit præterea & Iouis cõiunx, ut dicit Oui.

Si genus aſpicitur Saturnum prima parentem
Feci Saturni ſors ego prima fui, &c.

*a* Educatã autem illam à Tethyde dicit Seruius. Eam'q; Neptunum educaſſe
aſſerit Albericus. Sic Martianus illam nutriſſe dicit Mercurium Maiæ filium. Eam præte-
rea regnorum atque diuitiarum faciunt deam. Sic & coniugii, ut ſcribit Virgilius, Iuno-
*b* ni autem omnis cui uincla iugalia curæ. Præterea & parturientibus præeſſe uolunt, ut
per Plautum patet in Aulularia dicentem, Perii mea nutrix obſecro te, uterum doleo, Iu-
no Lucina tuam fidem, &c. Illi inſuper inſignem currum & arma attribuunt, ut in Ilia-
*Iliad. E* de demonſtrat Homerus. & ne deorum regina ſola procedat, & pediſſequas illi quatuor
decim nymphas aſcribunt, ut in perſona eius ait Virgilius, Sunt mihi bis ſeptem præ-
ſtanti corpore nymphæ, &c. Inter quas illi Iris præcipue famulatur. Auem etiam pauo-
nem in tutelam eius dixere, caudæ cuius eam Argi paſtoris occiſi à Mercurio oculos ap-
*Metamor.* poſuiſſe dicit Ouidius. Vocant etiam illam præter Iunonem & reginam nominibus
*primo* multis, utputa Lucinam, matronam, curitim, deum matrem, Fluoniam, Februam, In-
terducam, Domiducam, Vnxiam, Cynthiam, Socigenam, Populoniam, & Proſerpinã.
Eam dicunt comeſtis lactucis ſylueſtribus Hebem filiam concepiſſe. Sic & percuſſo flo-
re Martem. Ex Ioue uero uiro ſuo peperiſſe Vulcanum. & alia de ea referunt plurima.
Circa prædicta ſicuti multa ſunt, ſic & multa dixere diuerſi. Dicit autem Barlaam, Iu-
nonem Saturni ac Opis filiam arbitratos, qui Saturnum opificem rerum eſſe, & Opim
materiam, & Iunonem terram credidere uel aquam. Sic & Macrobius ubi de ſomnio
Scipionis illam Iouis dicit eſſe ſororem, quia ex eiſdem ſeminibus quibus Iuppiter pro-
ducta ſit, cum Iouem cælum aſſerat, & aërem dicat eſſe Iunonem. Quam ideo ante Io-
uem natam dicunt, quia cum Iuppiter ignis ſit, & hæc aër, non uidetur apud nos quod
abſq; ſpiritu, qui aër eſt, ignis deduci poſſit in flammam. nec ſublato uſquam uiuere, &
ideo opportunum aërem eſſe ſi ignem uelis, uel quod ignis motu aëris accendatur, ut in
ſyluis locis'q; paluſtribus ſæpe uidimus contigiſſe, & ſic aër natus antequàm ignis. Eam
autem educatam à Tethyde ideo fictum, quia humiditate aquæ reſtauratur quicquid aë-
ris extenuati in ignem uertitur. Eam autem educaſſe Neptunum & Mercurium ubi de
eis fiet mentio exprimetur. Iouis autem coniunx ideo dicta eſt, quia ſic aër cælo ſeu igni
ſupponitur. Seruius autem dicit Iouem aliquando pro igne & aëre, & nonnunquam
pro igne tantum ſumi. Sic Iunonem pro terra & aqua, & aliquando pro aëre ſolo. &
ideo quando pro igne & aëre accipitur Iuppiter, & Iuno pro terra & aqua, merito coniu-
ges dicuntur, cum ignis & aër habeant agere, & terra & aqua pati. & ſic ſuperioribus &
inferioribus agentibus ſuffragantibus ſupercæleſtibus corporibus apud nos cuncta gi-
gnuntur. Quando uero ut idem Seruius ait, Iuppiter pro igne tantum, & Iuno pro aë-
re ponitur, tam ratione contiguitatis, quàm etiam tenuitatis & leuitatis ſimilitudine,
*uinctam* fratres eſſe dicuntur. Theopompus uero in Cypriaco carmine & Helanus in Dioſpo-
*degrauatam* litichia, dicunt Iunonem à Ioue † iunctam cathenis aureis, & † depriuatam incudi-
*c* bus ferreis. Quos nil aliud ſentire uoluiſſe arbitror, niſi aërem à frigiditate & duritie
terræ



terræ † depriuatum, cathenis aureis, id eſt, per cõtinuatas lucis ſucceſſiones igni iunctum *degrauatum*
eſſe. Tullius uero dicit circa hanc materiam ſic, Aër autem Stoici diſputant interiectus in-
ter mare & cælum Iunonis nomine conſecratus, quæ eſt ſoror & cõiunx Iouis, quod &
ſimilitudo eſt ætheris, & cum ea ſumma coniunctio. Effœminarunt autem eum, Iuno-
ni'q; tribuerunt. Aëre quidem nihil eſt mollius, &c. Reginam & deam regnorum atq; di
uitiarum inſuper dixere Iunonem, quam Fulgentius uelato capite, & ſceptrum manu te-
nentem deſignant, nil aliud, ut ipſe credo, uolentes oſtendere quàm qua in parte regna
conſiſtant & diuitiæ. Diximus enim Iunonem eſſe terram, in qua regna mundi conſiſte-
re ſatis patet. ergo ſuprema in ſe regna tenet, regnorum regina eſt. quod quidem per ſce-
ptrum demonſtratur, & hac eadem ratione diuitiarũ eſt dea. Nam ut in uiſceribus metal
la omnia & precioſos lapides tenet, quod per uelatum caput oſtenditur. ita in ſuper-
ficie ſegetes fructus'q; omnes & pecora, in quibus profecto cõſiſtunt diuitiæ terrenorum,
oſtendit & præbet. Coniugiorum autem deam uolunt, eo quod ut plurimum dote me
dia eatur in coniugium, quæ dos iuris Iunonis eſt. Præterea Iunonem in aliquibus Lu-
nam eſſe credidere. Eã'q; circa humanos actus multa poſſe, & potiſſime circa motus de
loco ad locum, & hinc arbitrati ſunt Iunonem puellas nubentes, & de domibus paren-
tum ad ſponſos euntes per iter ducere, & inde interduca uocitata eſt, ſeu alia ratione: quia
ueteri more nocte uirgines ad ſponſos mittere cõſueuere eis erubeſcentibus ire, palàm uir
ginitatem deponere. Et quoniam Luna dum luceret ducatum præſtare uideretur, itineris
interduca dicta eſt. Et quoniam ducatu illas primo in domos uirorum uideretur dedu-
cere, etiam domiduca dicta eſt. Et quoniam uirgines ſub ducatu Iunonis uenientes ad li
mina ſponſorum, ritu ueteri uariis unctionibus poſtes ungebant, Iuno ab unctionibus
illis Vnxia appellata eſt, & ſpõſæ deinde uocitatæ unxores, & deinde ut dicit Albericus cõ
uentum eſt ut dicantur uxores. Parturientium autẽ deam ideo illam dixere, dicit Fulgen-
tius, quia diuitiæ, quibus ipſa præeſt, ſemper de ſe alias pariant, quod quidem nõ eſt ſim-
pliciter uerum de omnibus, & ſemper, quinimmo parturientium dea dicta eſt, quia Lu-
na quam idem cum Iunone uoluere à parturiẽtibus ſub Lucinæ & Iunonis nomine in-
uocari conſueuit, & eius muneris eſſe dicebant, ut ait Macrobius, diſtendere & laxare ri-
mas corporum, & meatibus uiam dare, quod eſt ad accelerandos partus ſalutare. & tunc
uocitatur Artemis Græce, quaſi aërem ſecans latine. Currus ideo illi attributus eſt, ut per
eum deſignetur circuitio aëris continua circa terram. Arma uero illi data ſunt, quod bel-
lantibus & maxime diuitiarum & regnorum cauſa ea ſuadere aut præſtare & præparare
uideatur. Nymphas illi obſequioſas dicunt eſſe quatuordecim, ut noſcamus totidem in
aëre accidentia uariis de cauſis generari, utputa ſerenitas, uentorum impetus, nubes, plu-
uia, grando, nix, pruina, ros, coruſcatio, tonitruum, iris, cometes, uapores incenſi, & ne-
bula. Nonnulli tamen alias deſcribunt eſſe, demẽtes ex dictis aliquas & alias ſuperadden
tes, quæ terræ uidentur contingentia, ut terræmotus, exhalantia in terris incendia, & hu-
iuſmodi. Porrò ex his quæ Iunoni famulantur familiarior deſcribitur à Poëtis Iris, quam
Thaumantis fuiſſe filiam uoluere, id eſt, admirationis, eo quod ſit coloribus & apparitio
ne mirabilis. Hanc enim Iunoni diuitiarum deæ ideo attribuũt, ut per eius picturatã ua-
riis coloribus curuaturam, opum ornamenta deſignent, quæ quidem fulgore ſuo admi
randa ſunt, ſic deſcendentia ut aſcendunt, & uti hæc tam pulchra repente diſſoluitur, ſic
& diuitum ſplendores in momento reſoluuntur in nihilum, uoluit'que eam Irim dici
quaſi Erim, quod certamen eſt, eo quod propter diuitias multa oriantur certamina. &
hinc aiunt quidam Irim ſemper miſſam ad diſcordiam excitandam. Pauonem uero illi
in tutelam tribuunt, ut qualitates oſtendantũr diuitum. Eſt enim clamoſa auis pauo, in
quo clamores, elatas uoces, iactantiã, boatus'q; intelligunt diuitũ. In colit & pauo tecta &
ædificiorũ ſemper celſiora cõſcendit, ut appareat diuites præeminentias omnes appetere,
atq; ſi nõ dentur arripere. Picta inſuper pẽna nitet undiq;, & laudibus delectaſ, & ad oſtẽ-
tationem ſui adeo trahitur, ut erecta in gyrum oculata cauda nuda atq; turpia poſteriora
relinquat

relinquat, per quæ purpura diuitum, & ueſtis aurea, & inanis gloria, & futilis pompa, & aures adulationibus patulæ deſignantur, in quas quotiens minus aduertentes incurrũt, euenit ut quod forſan ſordidum latere poterat, detegatur, & appareat ſplendore ſub illo cor miſerum curis anxiis laceſſitum, ignauia, ſtultitia, morum ineptia, uitiorum ſpurcities, & nonnunquam cadauera turpi marcentia tabo. Supereſt de nominibus & potiſſime de his de quibus nil dictum eſt ponere rationem. Vult igitur Tullius eam uocari Iunonem, quaſi iuuans omnibus, quod proprium Iouis eſt. Rabanus autem dicit Iunonem quaſi Ianonem, id eſt, ianuam propugnationibus fœminarum, eo quod quaſi portas matris natis pandat, & nubentium maritis. Leontius autem dicit, quod Iuno Græce dicitur ἥρη, quod quidem uenit ab era quod eſt terra, & fit mutatio ε in η, & fit ηρα, cui mutata α in η fit ἥρη. Vnde proprie Iuno terra eſt. Socigena uero appellatur, eo quod mares ſociet iungatq́ connubio fœminis. Sic & Populonia ob id quod ex cõiunctionibus hominum atq; mulierũ à ſe factis populi procreentur. Et inde Cynthia quod Lunæ nomen eſt, Cynthia dicebatur, quod ipſa à uirginibus cingulum caſtitatis dum uiris iungerentur exolueret, quicquid dicant iſti. Veneris hoc officium puto, quam, Alberico teſte, dicebant Iunonem domiducam in nuptiis ſequi, eo quod Iunonis eſſet officiũ, primo ad matrimonium ſpectantia agere. Veneris uero uirum & uirginem in coitũ iungere, & cingulum uirginitatis ſoluere, quod ipſi Veneri tribuunt, & Cæſton uocant. Matrona uero dicitur, quia his tantum præſit mulieribus, quæ uiris maturæ ſint, aptisq́ conceptui, quæ & ipſe etiam ſi non nubant matronæ ſunt, aut dici poſſunt, eo quod ſecundum ætatem matres eſſe poſſunt. Curitim uero dicit Albericus eam uocari, quaſi regalem uel fortem, uel potentem, uel iuxta Seruium à curru, eo quod bellantes curribus uterentur, quibus illam ratione cauſæ bellorum præeſſe uolunt. Deum etiam matrem uocãt, eo quod illam terram intelligunt omnium matrem. Fluoniam autem dictam dicit Albericus, à fluoribus ſeminum, ſeu quod fœminas in partu liberet. Ego autẽ à menſtruali mulierum fluxu, qui à Luna cauſari à nonnullis creditur, dictam puto fluoniam, ſic & à purgationibus februam, quod fœminas poſt partũ ſecũdinis exeuntibus purget, & idem in menſtruis. Nam februo idem eſt quod purgo. Dicta ſunt ea quæ ſub aliquo figmento Poëtico, quantum ad naturalem ſenſum abſcondi poſſe uiſum eſt, reſtat dicere quid ſub fictionum parte ſecundum hiſtoriam dictum ſit. In hiſtoria quidem ſacra legitur Iunonem à Saturno rege & homine genitam, & ab Ope Saturni coniuge uno & eodem partu cum Ioue, prius tamen, editam, eamq́ ut ſcribit Varro, apud inſulam Samum prius Partheniam appellatam, educatamq́. & cum ibi adoleuiſſet Ioui nuptam, & ob id Sami nobiliſſimum & antiquiſſimum fuiſſe templum, & in eo ſimulachrum Iunonis in habitu nubentis puellæ figuratum, eiuſque ſacra anniuerſaria nuptiarum ritu celebrari conſueta.

a *Sic enim & Homerus Iliad. Ξ. ait,* ὠκεανόντε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα τηθύν οἵ μ' ἐν σφοῖσι δόμοισιν ἐΰ τρέφον ἠδ' ἀτίταλλον.

b *Sed hoc officium alij Dianæ aſcribunt, & tamen Iunonem Lucinam uocari uolunt, cum in lucem partus profert. Præeſſe autem Dianam partibus, eò quod fœtus, ut nonnunquam ſeptem, aut ut plerunq; nouem Lunæ curſibus, qui* ἀπὸ τῆς μήνης *menſes uocãtur, matureſcunt. Vide Perottum.*

c *De hac Iunonis uinctæ atq; ſuſpenſæ fabula, multis uerſibus diligenter tradit Commentarius Homeri Iliad. O. quæ huc apponẽda putaui, ut qui illo careret,* τὴν μυθολογίαν *hinc peteret.* ζητεῖται, *inquit,* διὰ ποίαν αἰτίαν οὕτως αἰσχημόνως ὑβρίζει τὴν ἥραν ὁ ζεὺς διὰ θνητόν. φησὶ γὰρ, οὐ μέμνῃ ὅτε τ' ἐκρέμω ὑψόθι. ῥητέον δὲ ὅτι νῦν φιλοσοφεῖ ὅμηρος. μυθικῶς γὰρ ζεὺς ἐνταῦθα ὁ αἰθὴρ, ὅρανος τοῦ περὶ τὸν ἀέρα δεσμός ἐστι, ὁ ἄγων τὰ ὑγρά, καὶ ἐξ αὐτοῦ δεσμεύονται πάντα. μετ' αὐτὸν δὲ ὁ ἀὴρ μέσος γῆς καὶ ἀέρος ὃ δεῖ νοεῖν ἡμᾶς τὴν ἥραν ὑπάρχειν. τοῦ δὲ ἀέρος ἐκκρέμαται ὕδωρ τε καὶ γῆ, οὓς δεῖ νῦν ἄκμονας λέγειν, παρὰ τὸ ἀκοπίαστα εἶναι τὰ στοιχεῖα. καλῶς δὲ οὐ δύνανται οἱ θεοὶ τὸν δεσμὸν λῦσαι· ἰσχὺς γὰρ τῶν ὅλων τὸ συνδεδέσθαι. *Et iterum,* διὰ γὰρ τούτων ὁ ποιητὴς τὴν κοσμικὴν αἰνίττεται φύσιν. διὰ μὲν, καὶ ζῆνα τὸν ἀνωτάτω ὑπο-

ποθέμενος



τιθέμενος, διάπυρον ἀέρα, ἥραν δὲ τὸν δεύτερον, καὶ ταύτην φησὶν ὑπὸ ὠκεανοῦ τετράφθαι, ἐπειδὴ ἐκ τῆς τῶν ὑγρῶν ἀναθυμιάσεως γίνεται ἀήρ, ἄκμονας δὲ γῆν καὶ θάλασσαν λέγει, χρυσοῦν δὲ δεσμὸν, τὸν αἰθέρων πῦρ. ὅτι ἐν τῷ ἀνωτάτῳ μέρει συνῆπται αὐτῷ ὁ ἀήρ. καὶ ῥιπτόμενον τὸν ἥφαιστον εἰς θάλασσαν, παρ' ὅσον μεταβάλλει εἰς ἄλληλα τὰ στοιχεῖα. πῦρ μὲν εἰς ἀέρα, ἀὴρ δὲ εἰς ὕδωρ. χαλκεύοντα δὲ ἐν ὠκεανοῦ, ὅτι τὰ στερεὰ τῆς δι' ὕδατος καὶ πυρὸς ἐργασίας τυγχάνει. καὶ ἡσίοδος τὸν οὐρανὸν μὲν λέγει, τὴν ἐκπύρωσιν, κρόνον δὲ τὸν ἄνω κρουνηδὸν ἐπιφερόμενον ὄμβρον, ῥέαν δὲ τὴν ἐπιρρεομένην ὕδασιν, ἐκτομὴν δὲ οὐρανοῦ, τὴν τοῦ πορώδους ἐξ ὑγρῶν σβέσιν, λίθον δὲ καταπινόμενον ὑπὸ κρόνου, ἐπειδήπερ ἡ μεταβολὴ τῶν ὑγρῶν εἰς στερρότητα πήγνυται, κρύπτεσθαι δὲ τὸν δία, διὰ τὸ τοῦ ζῆν ἐπικρατεῖν τῷ χειμῶνι τοὺς καρποὺς ἀφανίζεσθαι πλεοναζόντων τῶν ὑγρῶν, καὶ ἐν τῷ τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται φυσικὴ γίγνεται διάταξις γεγενημένη, ὁ μὲν γὰρ τὸ ζῆν παρεχόμενος ζεὺς ὀνόμασται, ὁ δὲ τὴν ὑγρὰν οὐσίαν, ἀπὸ τῆς πόσεως ποσειδῶν, ἅδης δὲ ὁ θάνατος, παρὰ τὸ σκοτεινὸν καὶ ἀηδὲς τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀπωλείας. *Item. Iliad.* Θ *per auream cathenam ferè eadem ſignificari exponit, ubi Iuppiter minatur reliquis dijs. Quod ſi illis lubeat de cathena ſuſpenſos, in terram demiſſurum omnes eſſe neq; ſi tum omnes cupiant ſeſe de loco demoturos eſſe.* κατὰ τὸν μῦθον *inquit.* ὁ ζεὺς ἑαυτὸν τάσσει ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ, ὃν κλήρῳ λαχὼν στοιχεῖον εἶχε, τοὺς δὲ λοιποὺς θεοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ὡς αὐτῆς κοινῆς οὔσης. &c.

De Hebe Iunonis filia & iuuentutis dea & Herculis coniuge. Cap. II.

HEbes ut ait Theodontius filia fuit Iunonis, cuius rei idem Theodontius recitat fabulam. Apollinem ſcilicet Iunoni nouercæ in domo Iouis patris ſui paraſſe conuiuium, eiq́ inter alia appoſuiſſe lactucas agreſtes, quas cum cõmediſſet cum deſyderio Iuno, ilico uſq; tunc ſterilis pregnans effecta eſt, & eo ex conceptu peperit Heben. Quæ quia formoſa eſſet à Ioue ad officium pincernatus aſſumpta eſt, & dea iuuentutis effecta. Tandẽ cum ipſe una cum cæteris diis apud æthyopes comeſſaturus iuiſſet, contigit quod miniſtrante eis Hebe pocula, perq́ lubricum minus caute incedente caderet, & ueſtimẽtis amotis omnibus in caſu obſcœna ſuperis monſtraret, quam ob cauſam factum eſt ut illam ab officio pincernatus Iuppiter remoueret, & loco eius Ganymedem Laomedontis regis Troiæ fratrem ſubſtitueret. Poſtremo Herculi oetes iam in numerum deorum aſſumpto illam iunxere coniugem. Homerus autem in Odyſſea eam ex Ioue conceptam dicit. Sanè quoniam à latinis poetis eã tantum Iunonis abſq; patre filiam habitam inuenio, Ioui non aſcripſi. Quid autem ex fictione hac ſumendum ſit hoc arbitror. Dicebat uenerabilis Andalo Ioui, quem patrem Apollinis aiunt, inter ſigna zodiaci duo attributa, quæ eius aſtrologi dixere domicilia, ſagittariũ ſcilicet atq; piſces. Verum ſole id eſt Apolline in ſagittario exiſtente Iouis domo, inſtante iam hyeme Iunoni, ideſt terræ lactucæ apponuntur ſylueſtres, ideſt frigus intenſum. Nam lactucæ ſylueſtres, ut aiunt phyſici, frigidiſſimæ ſunt, frigus autem circa terræ ſuperficiem agit, ut condenſatis terræ poris calor terræ immixtus agat circa intrinſeca terræ, & terra humiditate calefacta radices graminum atq; plantarum aperire faciat, & humore repleat, ex quo turgeſcunt, & pregnantes efficiuntur. & ſic ſole intrante ſagittarium ob frigus intenſum terra efficitur pregnans, quæ in autumno ſterilis uidebatur. Tandem adueniente tempore partus, ideſt uere nouo, Heben parit, id eſt iuuentutẽ & rerum omnium renouationẽ, frondes, flores, & germina omnia, ea emittuntur tempeſtate. Sic primo adueniente uere quod calidum eſt & humidum, diis ideſt ſuper cæleſtibus corporibus. quæ ut aliás dictum eſt, ſecundum quorundam opinionem ex humiditate uaporũ à terra ſurgentium paſcuntur, pocula ideſt humectationes porrigere dicitur. Tandem adueniente autumno in quo ſol incipit uerſus ſolſticium hyemale tendere, ideſt ad æthyopes qui uerſus antarcticum ſunt, uirentia omnia ceſſare & frondes arborum cadere incipiunt. & ſic Hebe dum deteguntur quæ occultauerant frondes nudari dicitur, & obſcœna monſtrare, & à pincernatu etiam remouetur, & Ganymedes ſubſtituitur, qui aquarii ſignũ dicitur, eò quod eo tempore pluuioſa ſit hyems & abundanter humidos propinet

c uapores

uapores ſyderibus. Quod autem Herculi iungatur coniugio ideo fictum credo, quia Iu-
uentus, ideſt uiriditas perpetua ſemper iuncta ſit clarorum uirorum operibus, nec illa
nedum in mortem, ſed nec in ſenium cadere permittat.

a *Homerus non omnino ab officio repulſam uult, ſic enim Iliad.* Δ *inquit.* μετὰ δὲ σφισὶ πότνια ἥβη
νέκταρ ἐῳνοχόει &c. *Quo loco cõmentarius addit. Heben fuiſſe cõmunẽ Deorũ omniũ pincernã. Ga-
nymedem autẽ ſolius Iouis,* ἐπεὶ τὸ θεῖον πᾶν ἀεὶ νεάζει τε καὶ ἡβᾷ. μόνος δὲ ὁ νοῦς (ζεὺς δὲ ὁ τοιοῦ-
τος) ἔχει οἰκεῖον τὸ τοῖς μήδεσι γάννυσθαι.

b Odyſſ. Λ τὸν δὲ μετ' εἰσενόησα βίην ἡρακληείην εἴδωλον αὐτὸς δὲ μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι, τέρ-
πεται, ἐν θαλίῃ, καὶ ἔχει καλλίσφυρον ἥβην παῖδα Διὸς μεγάλοιο, καὶ ἥρης χρυσοπεδίλου.

De Marte Iunonis filio, cuius. xv. fuere filii, quorum nomina ſunt hæc, Pri-
mus Cupido. ii. Enomaus. iii. Thereus. iiii. Aſchalaphus. v. Ialmenus. vi. Par-
thaon. vii. Zeſius. viii, Flegias. ix. Brictona, x. Euannes. xi. Hermiona. xii. Hipe-
rius. xiii. Etholus. xiiii. Remus. xv. Romulus. Cap. III.

a MArtem ſunt qui uelint Iouis & Iunonis filium, ſed Ouidius ubi de faſtis eũ
Iunonis abſq; patre filium tantum eſſe demõſtrat dicens, quod Iuno turba-
ta eo quod Iuppiter ex ſeipſo tantum nullo mulieris adhibito obſequio Mi-
neruam procreaſſet, Oceanum quærebat ſumptura conſilium qualiter & ip-
ſa abſq; uiri cõmixtione poſſet filiũ cõcipere atq; parere, & cum feſſa ſecus fores Floræ deæ
cõiugis Zephyri quieuiſſet, à Flora quorſũ pergeret interrogata narrauit. Cui Flora, ſi Io-
ui eſſet occultum promiſit auxilium ſalutare, eamq; cum iuraſſet per undas Stygias ſe ne
mini dicturã, docuit in campis Oleniis florem eſſe, quo tacto, cõfeſtim abſq; uiro conci-
peret. Quod experta Iuno, ilico abſq; uiro cõcepit & peperit filium, quem Martẽ appella
uit. Alii uero dicunt quod Iuno percuſſa uulua Martẽ conceperit. hunc omnes ferociſſi-
mũ deũ & armigerũ dicunt, & ob id bello armisq; præeſſe uolunt. deſcribit illi Statius in
Thebaide regionẽ, domũ atq; miniſtros ſic dicẽs. At Thracũ Cyllenius arua ſubibat Atq;
illum hybernæ labentẽ cardine portæ Tempeſtas æterna plagæ prætentaq; cælo Agmina
nimborũ primiq; aquilonis hiatus, In diuerſa ferunt, crepat aurea grandine multa Palla
nec Arcadii bene protegit umbra galeri. Hic ſteriles delubra notat mauortia ſyluas Hor-
reſcitq; tuens &c. Et deſignata nõ abſq; miniſterio regione, domũ deſcribit atq; familiã,
dicens. Vbi nullæ furoribus illi Cingitur aduerſo domus immanſueta ſub Hemo Ferrea
cõpago laterũ ferro arta teruntur Limina, ferratis incumbunt tecta colũnis. Læditur aduer
ſum Phœbi iubar ipſaq; ſedem Lux timet & dirus cõtriſtat ſydera fulgor. Digna loco Sta-

*Statius lib. 7. Thebaid.*

tio primis ſalit impetus amens E foribus cæcumq; nefas iræq; rubentes, Exanguesq; me-
tus, occultisq; enſibus inſtat, Inſidiæ, geminũq; tenens diſcordia ferrũ. Innumeris ſtrepit
aula minis, triſtiſſima uirtus Stat medio lætusq; furor, uultuq; cruento, Mors armata ſe-
det, bellorũ ſolus in aris Sanguis & incenſis qui captus ab urbibus ignis, Terrarũ exuuiæ
circũ & faſtigia templi. Captæ inſignibant gentes celataq; ferro Fragmina portarũ; bella-
tricesq; carinæ. Et uacui currus protritaq; curribus ora, Pene etiã gemitus adeo uis omnis
& omne Vulnus ubiq; ipſum ſed non uſquã ore remiſſo Cernere erat talẽ diuina Mul-
ciber arte Ediderat &c. Præterea eius dicunt Bellonã fuiſſe ſororẽ, quam currui eius attri-
buũt aurigã ut idem Statius teſtat̃, qui eiuſdẽ Martis inceſſum ſic deſcribit. Comũt furor
iraq; criſtas, Frena miniſtrat equis pauor armiger at uigil omni Fama ſono uarios rerum
ſuccincta tumultus Ante uolat currũ flatũq; impulſa gemẽtũ Alipedũ trepidas denſo cũ
murmure plumas Excutit, urget enim ſtimulis auriga cruẽtis Facta infecta loqui curruq;
infeſtus ab alto. Terga comasq; deæ Scythica pater increpat haſta &c. Hũc inſuper tã dirũ
tãq; cruentũ deũ amãtẽ fuiſſe uolũt, & inter alias ab eo dilectã Venerẽ Vulcani præcipue.

*Ouid. 4. Met. Lucianus in Dialogis deorum.*

b dicunt & eius uſum cõcubitu, ex quo talẽ fabulã Hom. ix. recitat Odyſ. Dicit enim Mar-
tem ſupreme Venerẽ dilexiſſe, & cũ ea aliquãdo immiſceret̃ à ſole uiſus, Vulcano Vene-
ris coniugi accuſatus eſt, qui clàm cathenas inuiſibiles circa lectũ ſuũ appoſuit, finxitq; ſe
Lemnũ ire, quod arbitratus Mars acceſſit ad Venerẽ, & cũ nudi lectũ intraſſent, & ſe fal-

laciis



laciis Vulcani iam captos aduerterent, rediit Vulcanus ex compoſito. Qui cum ob illatã
iniuriam clamaret, aduenere dii, & inter alios Neptunus, Mercurius & Apollo. Deæ uero
ob uerecundiã non uenerũt, & cum omnes riderẽt captos nudosq; uidentes, ſolus Nep-
tunus pro captiuis interpellauit, ac tam diu orauit donec Vulcanũ in ſuas preces flecteret
& captos liberari faceret. Huic inſuper tam acri deo lupũ attribuũt in tutelã, & ex auibus
picum. Sic etiam ex herbis gramen. Multa etiam de hoc recitantur, quæ ſuis ſeruata locis
nunc omittere cenſui, ut quid contegant quæ dicta ſunt deducamus in medium. Veteres
Iouem Martis patrem ideo noluere, ne adeo filius degener uideretur à patre. mirẽ quippe

*Expoſitio fabulæ.*

atq; benignũ Iouẽ ſæpe diximus, ubi Mars crudelis atq; immitis eſt. Iunonẽ autẽ Oceanũ
petere, & Floræ conſiliũ ſumere ad colorandã originis rationẽ potius, quàm ob aliud po-
ſitum reor, & ideo florẽ Oleniũ ſeu in campis Oleniis natũ menſtruũ exiſtimo, quod ſo-
lum fœminæ patiuntur, eiusq; fœditatẽ ipſæ uocabuli pulchritudine conãtur tegere, flo-
rem uocantes ſuũ, quẽ ex Oleneis aruis ideo dicit Ouidius, ſeu quia olidus ſit, ſeu quod
ex olido manet loco, de quo ſic ſcribit Iſid. Mulier ſolũ animal mẽſtruale eſt, cuius cruo-
ris tactu fruges non germinãt, aceſcunt muſta, moriunt̃ herbæ, amittunt arbores fœtus,
ferrum corrũpitur rubigine, nigreſcunt æra, ſi qui canes ederint in rabiem efferantur, glu-
tinũ aſphalti quod neq; ferro, neq; aqua diſſoluit̃, cruore ipſo pollutũ reſoluitur &c. Cu-
ius igitur ſi ſanè cõſiderẽtur effectus, ex alia nulla materia tam ſæuũ animal, tam imma-
ne creari poterat, ut cum genitore genitũ cõueniret. Marte id eſt bello furente nedum nõ
germinant fruges, ſed nec ſeruntur. ubi bellicus perſonat furor, uineta negligunt̃, & ſic
in acetũ uerſa uidẽtur, moriuntur herbæ preſſæ diſcurſibus, fructus aruorũ pereunt om-
nes, agentibus uiolentiis & rapinis, ferrũ iniquo attritũ uſu cõſumitur, æra decolorãtur
& arua ſanguine occiſorũ, caſtra ſi ſequentes in nimiã occupandi rabiẽ efferantur diſſol-
uuntur, aut ſæua pugna, aut lõgis obſidionibus mœnia ciuitatũ, oppida, & arces excel-
ſæ, & quicquid hominũ ſeu etiã naturæ arte munitũ eſt. Bene ergo cõuenit cum ſemine
fructus. Seu alia ratione Iunonis dicitur filius, quam ſæpe terrã diximus, & regnorũ atq;
diuitiarũ dominã, quũ ambitione hominũ inſatiabili circa talia litigia, iurgia, diſſenſio-
nes oriantur & bella. Si autẽ ad percuſſionẽ genitaliũ Iunonis intueri uoluerimus, dice-
mus tunc illa percuti quando appetitus ad ſuperflua excitatur, ex quo quæſtio ſæpiſſime
oritur, per quã & in bellũ nõnunquã itur, & ſic Mars naſcitur. Is igitur ſic genitus quod
apud Biſtonas Thracesq; habitet, ut deſcribit Statius, euidenti ratione cognoſcitur. Sub
arctoo quidẽ cardine, eo quod frigidiſſima ſit regio, qui ibidem naſcũtur ſunt homines
ſanguine pleni. nec hoc à natura diſcretiſſima fruſtra factũ. exangues enim frigori non
poſſent obſiſtere. Sunt hi ſanguine abundãtes obtrũcatores ciborũ, uini ingurgitatores
immoderati, cõſilio ſegnes, fraudibus copioſi, in præcipitia faciles, clamoroſi, furioſi. nil
niſi per certamẽ optantes ſanguinis, & ridentes uulnera, quæ omnia Marti competunt.
quãobrẽ apte apud tales eius regia deſcripta eſt, tempeſtatũ agminũq; nimborũ & ſtridẽ-
tiũ aquilonũ & grandinũ ui circundata, ut ſentiamus impetus, furores, rabiẽ atq; tumo-
res, & tumultus uacantiũ bellis. Præterea ferrea deſcribitur domus ut locorũ munitiones
circa quæ bellũ geritur ſentiamus, quæ ferreæ ſunt, ideſt armatorũ hominũ plenæ & gla-
diorũ atq; telorũ. quæ quidẽ, eo quod in malũ ut plurimũ agantur, ſolis cõtriſtant iubar,
quia in bonũ lux creata ſit. Inſuper radiorũ ſolis ab armis reflexorũ aliquãtulum liueſcit
ſplendor, ex qua liuedine aurea ſolis lux triſtari & obfuſcari paululum uidetur. Seu dice-
re uelimus mentes hominũ in quibus tam dirus amor ardeſcit, ferreas eſſe, ideſt inexora-
biles, obſtinatas, & in omne malũ pronas, & ſemper ſæuis cogitationibus aduerſus clari-
tatem diuinæ charitatis agentes. Demũ ex miniſtris Martis primus ex regia proſiliens im-
petus eſt, quo impatientes miſeri poſtquã uerbis ſemina belli uidẽtur iniecta, ad arma di-
ſcurrimus. & hunc cæcũ ſequitur nephas, eo quod dum furioſo agimur impetu, aufertur
omnis animaduerſio ratiõis. qua ſublata facile itur in homicidiũ, in incendiũ, in diſper-
ſionẽ bonorũ, & ruinas urbiũ. & ſicuti rotatus ignis in ampliorẽ deducitur flammã, ſic
& inchoatũ facinus iras acuit & accendit male agentiũ animos, quos ideo rubentes de-

ſcribit, quia facies irati hominis ignea uideatur, ſeu quia ex incenſo ſanguine oriantur. Sunt præterea hac in domo Martis, quę ubicunq; bellũ geritur intelligenda eſt, exangues metus, quos ideo exangues dixit, quia cõſueuerunt pallere metuentes, eo quod ſanguis totus reuocatus ad cor metuentis liquerit partes exteriores exangues. Qui quidem metus, cum dubius ſit euentus belli, non ſolũ ſegnes occupat, ſed aliquando ſtrennuos pugiles atq; duces uariis agẽtibus cauſis. Sunt & ibidẽ inſidiæ, ideo tectos gerentes gladios, ut intelligatur in ſidiãtis fraus. Circa has plurimũ artis oportet habere duces, cum nil palã niſi maximo ſuo cõmodo inſidiantes faciant. Dicit & inter miniſtros Martis eſſe diſcordiam duplici gladio accinctã, ut ſentiamus cũ in hoc ueniunt homines, ut non æq; ſentiãt, ſed in diuerſas tendant ſentẽtias, ab hac animorũ diuerſitate unicuiq; parti arma ſuaderi & bellũ in reliqua. Sunt & ibi innumerabiles minæ, quę inflatorũ hominũ tela ſunt, adeo ut nonnunquã his tantũ cõficiantur bella, cum ſępe minus faciant homines qui magna minantur. Sic & ibidẽ triſtiſſima uirtus eſt, quod ideo dicit, quia eſto homo bellorũ ſit oculatus plurimũ, ſit robuſtus & ualens, ſit audax & aduerſus incumbentia fortis, & cõſtans, quoniã hæ uirtutes in effuſionẽ ſãguinis, in dirutiones urbiũ, in prędã tendunt, triſtes eſſe uidentur, eo quod in aliorũ triſticiã operantur. Eſt cum aliis & lętus furor, & hoc ideo, quia bellis ſæpiſſime interueniat. quẽ lętũ dicit, eo quod inter plenos cibo & potu, & hinc lætus oriri cõſueuerit. Raro enim ieiuno ſtomacho furentes cernimus. Mors etiã inter hos armata eſt, & cruento uultu, uolens per hoc oſtendere crebras occiſiones quę in bellis fiunt, & ſanguinis amplã effuſionẽ, dum illã armatã & cruẽto uultu deſcribit. Seu armatã dicit ad differentiã morientium in pace, qui inermes moriuntur. Supereſt & ornatus templi, qui omnis tendit ad oſtendendã uictorũ miſeriã & triũphantiũ gloriã, qui quoniam ſatis patet omittendus eſt. Sic & Bellona de qua ſatis ſupra dictũ eſt, ubi de Minerua armigera. Supereſt de inceſſu Martis pauca dicere, cuius initiũ à furore & ira, qui eius comũt criſtas, eſſe uidetur, quod his urgentibus abſq; impetu eſſe non poteſt, & hoc ſupra deſcriptum eſt. Hos ideo Martis amore comere, ideſt ornatas reddere criſtas, ideſt arma dicit, ut intelligamus quod cũ arma ad inferendã & peragendã pugnã facta ſint, tũc ſplendida uidentur cum impetuoſe operentur. nam in ſegni & miti milite flere dicũtur. Pauorẽ autẽ dicit equos Marti parare, & eius eſſe armigerũ, eo quod ſeu aduenientiũ ſeu circaſtrepentiũ timore equos ſumamus & arma. Fama autẽ equos Martis ideſt aduenientis belli pręcedit, ferè ſemper facta & infecta referens, quę omnia à timidis expectãtibus creduntur facile & augentur. Martẽ aũt Venerẽ amaſſe, alii hiſtoriã uolunt texere, aſſerentes Venerẽ ob deformitatẽ paruipendiſſe Vulcanũ, & adhæſiſſe eiuſdẽ armigero, quod uir prudens & amicus Vulcano aduertẽs crimẽ cõiugis Vulcano detexit, qui diu queſtus & in furorẽ lapſus ferè in coniugẽ irruit. ſed ab eodẽ modeſto mitiq; uiro eius furor ſedatus eſt. Alii uero per hoc dicũt intellexiſſe fingẽtes, & oſtendere uoluiſſe multos olim bellicoſiſſimos uiros & inſignes duces hac illecebra fuiſſe notatos. Nonnulli acutius ſentientes arbitrãtur intelligi poſſe pro Venere cõcupiſcibilis appetitus Vulcano ignis deo, ideſt calori naturali, matrimonio, ideſt indiſſolubili uinclo alligatus. hinc more ignis dum in maius incendiũ nititur, Martẽ tanquã feruẽtiſſimũ amare dicitur, & ab eo tanquã ſibi ſimile amatur, & in idẽ deſideriũ iunguntur laſciuientes, quod à ſole ideſt à ſapiente uiro dum cernitur redarguitur, & excedens iuſto calori accuſatur. Verũ dum in contrariũ feruor inordinatæ cõcupiſcentiæ fertur, fit ut occultis uinculis, ideſt cogitationibus atq; delectationibus laſciuis artius alligetur incipiens, à quibus effœminatus ſolui nõ poſſit, & iam palã factis obſcœnis cõmixtionibus à ſapientibus rideatur. Neptunus aũt qui ſolus pro captiuis interponit, laſciuo feruori cõtrarius effectus eſt, quo uti ab aqua ignis, ſic ignominioſus amor extinguit, & dum uelit qui patitur catenata ratio relaxatur. Huic ideo attribuitur currus, quia more ueteri pugnãtes curribus uterent. Lupus uero ob id illi dicatus eſt, quia rapax & ingluuioſum ſit animal ad inſatiabilem uoracitatẽ ſequentiũ caſtra mõſtrandam. Cui ideo picus attribuit auis, quia ut plurimũ bellorũ homines auguriis & auſpiciis intenti ſint, & quia ex quibuſcũq; cõtingentiis cõfeſtim omnia ſumant. ſeu

quia



quia uti roſtro picus aſſidua percuſſione etiam robora penetrat, ſic & armigeri continua demolitione aut certaminũ cõtinuatione mœnia penetrent ciuitatũ. Gramen autẽ ideo illi ſacrũ dicit Albericus, quia hęc herba ſecundũ Pliniũ ex humano ſanguine procreetur. & inde ut idẽ dicit, Romani rem bellicã agentes, Marti ſacrũ facturi aram cõſtruebãt gramineã. Quod ego ridiculũ reor, ut gramẽ ex ſanguine tantũ humano oriatur, ſed aliunde illud Marti dicatũ habuiſſe originẽ puto. nam cũ cõſueuerint belligeri homines in expeditis locis libentius caſtra locare, & ob id ut plurimũ in locis gramineis, quę ex cõſulto ab agricultoribus non colunt, eo quod in ſe gramẽ omnẽ terræ humorẽ attrahat, & ſatis nullũ uel modicũ linquat, à Romanis & forſan à priſcis inuentũ eſt, ad oſtẽtationẽ uirtutis benemeriti pugnatoris, eos herba graminea coronare, qui armorũ ui caſtra primi intraſſent hoſtiũ.

*Fabula eſt faſtorum quinto. Sancta Iouem Iuno nata ſine matre Minerua Officio doluit non eguiſſe ſuo, & quæ ſequuntur.* a

*Martis deſcriptio eſt apud Silium lib. 4. Huius equi à Calabro lib. 8. his nominibus uocantur* φέρον δὲ μιν ἐσ μόθον ἵπποι, αἴθων, καὶ φλόγιος, κόναβος τ᾽ ἐπὶ τοῖσι φόβος τε. *Martem ſunt qui dicunt ex Enyo matre natum, & inde* ἐνυάλιον *ab Homero uocari, uide Commen. in Iliad. E.* Ἐνυὼ *alij Bellonam uocant.* b

## De Cupidine primo Martis filio, qui genuit Voluptatem. Cap. IIII.

CVpido ut ait Tullius in libro de naturis deorũ, Martis & Veneris fuit filius, a quẽ inſipidi ueteres moderniq; ingentis potentiæ deũ uolũt. quod ſatis patet carmine Senecæ tragœdi, qui de eo in tragœdia Hippolyti. Et iubet cœlo ſuperos relicto Vultibus falſis habitare terras Theſſali Phœbus pecoris magiſter Egit armentũ, poſitoq; plectro Impari tauros calamo uocauit, Induit formas quoties minores, Ipſe qui cœlũ nebulaſq; ducit, Cãdidas ales modo mouit alas. In quibus quàm grandis ſit potentia deſignatur. Nec minus oſtenditur in ea fabula quã de eo refert Ouidius, dum illũ dicit ob Daphnes pulchritudinẽ Apollinẽ pythonis uictorem aurea uulneraſſe ſagitta, & Daphnẽ plumbea, ut amaret ille hanc, illa autẽ hunc haberet odio. Eius formã ſic deſcribit Seneca tragœdus in Octauia. Volucrẽ eſſe amorẽ fingit immitẽ deũ mortalis error, Armat & telis manus, Arcuſq; ſacros inſtruit ſęua face, Genitũq; credit Venere &c. Seruius autem dicit eum ætate puerum, & Franciſcus de Barbarino non poſtponendus homo in quibuſdã ſuis poematibus uulgaribus, huic oculos faſcia uelat, & gryphis pedes attribuit, atq; cingulo cordiũ pleno circũdat. Apuleius autẽ ubi de Aſino aureo, eum deſcribit formoſiſſimũ dormientẽ ſic. Cum uidelicet capitis aurei genialẽ cæſariẽ, Ambroſiam temulentiã, ceruices lacteas, genaſq; purpureas, pererrantes criniũ globos decoriter impeditos, alios antependulos, alios retropendulos, quorum ſplendore nimio fulgurãte, & ipſum lumẽ lucernę uacillabat per humeros uolatilis dei, pennæ roſcidæ micanti flore candicant, & quãuis alis quieſcẽtibus, eximiæ plumulæ tenellæ ac delicatæ tremulæ reſultantes inquietæ laſciuiunt. Cæterũ corpus glabellũ atq; luculentũ, & qualẽ peperiſſe Venerẽ nõ pœniteret &c. Referet pręterea Auſonius ex hoc fabulam ſatis lõgo carmine ſcriptã, quam pictã ait Treueris in triclinio Zoili. Cupidinẽ ſcilicet b inter mirteta herebi caſu euolaſſe, quẽ cum cognouiſſent Heroides mulieres, eius ob cauſam dira ſupplicia & inhoneſta deſideria atq; mortes paſſæ, facto agmine in eũ cõfeſtim ſurrexere, & fruſtra conantẽ exercere uires, eum cepere, atq; in excelſam ibidẽ mirtũ cruci affixere, ſuas in dependẽtẽ ignominias iniicientes, quas inter dicit & aduenisse Venerẽ increpantẽ eum, eiq; Vulcani catenas improperantẽ, & ſupplicia ſæua minitantẽ. Quibus cõmotis aliis, remiſſis ſuis iniuriis, à Venere ueniã illi impetrauere, eũq; ſuſtulere de cruce, & ipſe euolauit ad ſuperos. Referuntur & inſuper plura, quibus omiſſis dictorum perſcrutandus eſt ſenſus. Fuiſſe eum Cupidinẽ Martis & Veneris filiũ & inſignẽ pulchritudine laſciuiq; moris, ſatis poſſibile reor. Verũ de hoc minime ſenſere fingentes, & iccirco quis talis ex his oriri potuerit, inter opiniões maiorũ inueſtigandũ eſt. Eſt igitur hic, quẽ cupidinẽ dicimus, mentis quædã paſſio ab exterioribus illata, & per ſenſus corporeos introducta & intrinſecatũ uirtutũ approbata, præſtantibus ad hoc ſupercęleſtibus corpori-

*Expoſitio fabulæ.*

 bus

bus aptitudinem. Volunt nanq; aſtrologi ut meus aſſerebat uenerabilis Andalo, quod quando cõtingat Martem in natiuitate alicuius in domo Veneris in tauro ſcilicet uel in libra reperiri & ſignificatorem natiuitatis eſſe, prætendere hunc, qui tunc naſcitur futurũ luxurioſum, fornicatorem, & ueneteorũ omniũ abuſurũ, & ſceleſtum circa talia hominem. & ob id à philoſopho quodam, cui nomen fuit Hali, in commento quadripartiti dictum eſt, quod quandocunq; in natiuitate alicuius Venus unà cum Marte participat, habet naſcenti concedere diſpoſitionẽ philocationibus, fornicationibus atq; luxuriis aptam. quæ quidem aptitudo agit, ut quàm cito talis uidet mulierem aliquam quæ à ſenſibus exterioribus commendetur, cõfeſtim ad uirtutes ſenſitiuas interiores deferrur quod placuit, & id primo deuenit ad phantaſiam, ab hac autem ad cogitationẽ tranſmittitur. Ab iſtis autem ſenſitiuis ad eam uirtutis ſpeciem tranſportatur, quæ inter uirtutes apprehenſiuas nobilior eſt, ideſt ad intellectũ poſſibilem. Hic autem receptaculum eſt ſpecierũ, ut in libro de anima teſtatur Ariſtoteles. ibi autem cognita & intellecta, ſi per uoluntatẽ patientis fit, in qua libertas eiiciendi & retinendi eſt, ut tanquã approbatã retineatur, tunc firmata memoria, hęc rei approbatæ paſſio, quæ iam amor ſeu Cupido dicitur, in appetitu ſenſitiuo ponit ſedem, & ibidẽ uariis agentibus cauſis aliquando adeo grandis & potens efficitur, ut Iouem olympum linquere, & tauri formã ſumere cogat. Aliquando autem minus probata ſeu firmata labitur & annihilatur ira, & ſic ex Marte & Venere non generatur paſſio. ſed ſecundum quod ſupra dictum eſt, homines apti ad paſſionẽ ſuſcipiendam ſecundũ corporeã diſpoſitionẽ producunť. quibus non exiſtentibus, paſſio non generaretur. & ſic large ſumẽdo, à Marte & Venere tanquam à remotiori paululum cauſa cupido generatur. Seneca autem tragœdus in Octauia ampliori paululũ licentia, eſto paucioribus uerbis, huius deſcribit originẽ dicens. Vis magna mentis, blandus atq; animi calor Amor eſt iuuenta, gignitur luxu, ocio nutritur, inter lęta fortunę bona. Sanè in excuſationẽ ſuæ imbecillitatis, hanc peſtem mortales miſeri preſſi paſſione hac potentiſſimum finxere deum, quos in Hippolyto Seneca tragœdus deteſtatur dicẽs. Deũ eſſe amorem turpi ſeruitio fauens finxit libido, quóq; liberior foret, Titulum furori numinis falſi addit &c. Sed iam eò ueniendũ eſt, ut excuſſis fictionibus quid ſub eis ſit abſconditum

a uideamus. Hunc puerum fingunt, ut ætatem ſuſcipientiũ paſſionem hanc & mores de-

c ſignent. iuuenes enim plurimum ſunt & more puerorum laſciuiũt, nec ſatis ſui compotes, quò paſſionis impellit impetus, potius quàm quò ratio iuſſerit efferũtur. Alatus præterea dicitur, ut paſſionati inſtabilitas demonſtretur. Facile enim credentes cupientésq; de paſſione in paſſionẽ euolant. Arcum atq; ſagittas ideo ferre fingitur, ut inſipientiũ repentina captiuitas oſtendatur. nam in ictu ferè oculi capiuntur. Has aureas eſſe dicunt & plũbeas, ut per aureas dilectionem ſumamus, quę uti aurum lucidum atq; precioſum eſt, ſic & ipſa. Per plumbeas autem odium uolũt, quod uti graue metallũ iners & uile ſit, ſic & maleuolentes reddit quos corripit. Fax autem illi ſuperaddita oſtendit animorum incendia, exuſtione continua captiuos infeſtantia. Oculos aũt illi faſcia tegunt, ut aduertamus amantes ignorare quò tendant, nulla eorum eſſe iudicia, nullæ rerum diſtinctiones, ſed ſola paſſione duci. Pedes autem gryphis illi ideo apponuntur, ut declaretur quoniam tenaciſſima ſit paſſio, nec facile inerti impreſſa ocio ſoluitur. Eum cruci affixũ, ſi ſapimus documentum eſt, quod quidem ſequimur, quotiens animo in uires reuocato, laudabili exercitio mollitiem ſuperamus noſtram, & apertis oculis perſpectamus, quomodo trahebamur ignauia.

a *Elegans deſcriptio Cupidinis eſt apud Græcos in eo carmine, quod inſcribitur,* Ἀραπέτης *ſeu Cupido fugitiuus, circũferturq; inter Idyllia Theocriti.* ἐστὶ δὲ παῖς περίσαμος, ἐν εἴκοσι πᾶσι μάθοις νιν, χρῶτα μὲν οὐ λευκὸς, πυρὶ δ' εἴκελος, ὄμματα δ' αὐτῷ δριμύλα καὶ φλογόεντα, κακαὶ φρένες, ἁδὺ λάλημα, οὐ γὰρ ἴσον νοέει καὶ φθέγγεται, ὡς μέλι φωνὰ, ἢν δὲ χολᾷ νόος ἐστὶν ἀνάμερος, ἠπεροπευτὰς, οὐδὲν ἀλαθεύων, δόλιον βρέφος ἄγρια παίσδει. εὐπλόκαμον τὸ κάρηνον, ἔχει δ' ἰταμὸν τὸ πρόσωπον μικκύλα μὲν τήνω τὰ χερύδρια, μακρὰ δὲ βάλλει, βάλλει κεἰς ἀχέροντα καὶ εἰς ἀΐδεω βασιλῆα. γυμνὸς μὲν τό γε σῶμα, νόος δὲ οἱ ἐμπεπύκασται. καὶ πτερόεις





ὅσον ὄρνις ἐφίπταται, ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλως ἀνέρας, ἠδὲ γυναῖκας, ἐπὶ σπλάγχνοις δὲ κάθηται, τόξον ἔχει μάλα βαιὸν, ὑπὲρ τόξῳ δὲ βέλεμνον τυτθὸν ἐοὶ τὸ βέλεμνον, ἐς αἰθέρα δ' ἄχρι φορεῖται, καὶ χρύσεον περὶ νῶτα φαρέτριον ἔνδοθι δ' ἐντὶ τοὶ πικροὶ κάλαμοι, τοῖς πολλάκι κἠμὲ τιτρώσκει. πάντα μὲν ἄγρια πάντα, πολὺ πλέον δὲ ἡ αὐτῷ βαιὰ λαμπὰς τὸν ἅλιον αὐτὸν ἀναίθει. &c.

*Hæc Ecloga eſt, quam ad Gregorium filium ſcripſit, cuius initium, Aëris in campis &c.* b

*Mythologia Cupidinis, ac totius armaturæ illius eleganter à Propertio tractata eſt, libro ſecundo Elegiarum, hoc modo.* c

*Quicunq; ille fuit puerum qui pinxit Amorem*
*Nonne putas miras hunc habuiſſe manus?*
*Hic primum uidit ſine ſenſu uiuere amantes,*
*Et leuibus curis magna perire bona.*
*Idem non fruſtra uentoſas addidit alas,*
*Fecit & humano corde uolare Deum,*
*Scilicet alterna quoniam iactamur in unda,*
*Noſtraq; non ullis permanet aura locis,*
*Et merito hamatis manus eſt armata ſagittis,*
*Et pharetra ex humero gnoſia utroq; iacet,*
*Ante ferit quoniam tuti quàm cernimus hoſtem,*
*Nec quiſquam ex illo uulnere ſanus abit.*

## De Voluptate filia Cupidinis. Cap. V.

Voluptas ut dicit Apuleius, Cupidinis atq; Pſyches filia fuit. cuius generatiõis fabula ſupra, ubi de Pſyche latiſſime dicta eſt. Cuius figmẽti ratio aperietur facile. Cum enim cõtingit nos aliquid optare, & optato potiri, proculdubio obtinuiſſe delectamur. hanc delectationem priſci uoluptatem uocauere.

## De Oenomao ſecundo Martis filio qui genuit Hippodamiam. Cap. VI.

Oenomaus rex fuit Elidis atq; Piſæ, & ut Seruio placet atq; Lactantio, Martis fuit filius, Sanè ego bellicoſum fuiſſe hominẽ arbitror, & ob id fictum Martis filiũ. Conſtat enim eum aduerſus Pelopem bellum habuiſſe, & à Pelope ſuperatũ, & cum ſecum ueniſſet in pacem, eidem Hippodamiam filiam ſuam conceſſit in coniugem.

*Fabulæ addit Commenta. Apollonij, oraculo Oenomaum commotum tale certamen procis indixiſſe, nam reſponſum accepiſſe, à genero ſuo ſe interemptum iri: Pelopem autem decimum quartum fuiſſe, cũ ante eum tredecim periſſent ſuperati. Oenomaum aũt ipſum Martis & Harpinæ filiæ Aſopi, ſeu ut aliis placet Euritboes filiæ Danai fuiſſe. Myrtilũ Mercurii filiũ ex Phaëtuſa Danai filia fuiſſe. Equorum Oenomai nomina fuiße Pſilla & Harpinna. Alij autem Myrtilum nõ ex Phaëtuſa, ſed ex Myrto una Amazonum Mercurii fuiſſe: nec ob precium fraudis à Pelope in mare præcipitatum, ſed ab Hippodamia de ſtupri appellatione, quanquam innocens apud Pelopem in itinere, dum Pelops fontem ſitienti Hippodamiæ quæreret, accuſatus fuerit: ab eoq; poſtea Mari Myrtoo nomẽ datũ eſſe. Præterea nec axem cereum factum à Myrtilo fuiſſe, ſed axi obicem obiectum non fuiſſe, & ita diſſoluto curru Oenomaum excidiſſe, mortuumq; deuouiſſe caput Myrtili, precando ut à Pelope poſt occideretur, id quod factum eſt. Hæc Commentator Homeri.*

## De Hippodamia Oenomai filia & Pelopis coniuge. Cap. VII.

Hippodamiam dicit Seruius filiam fuiſſe Oenomai regis. & cum formoſiſſima peteretur à multis, eſſentq; Oenomao uełociſſimi equi, ut qui ex uentorum flatu creati fuerant, ab Oenomao petentibus talis appoſita cõditio eſt, ut ſcilicet currule deberent inire certamen, & ſuperati necarentur, uictor autem potiretur optato. & cum iam multos in mortẽ dediſſet, aduenit Pelops Tantali regis filius, clara floridus iuuentute, petiitq; cõiugium uirginis, diſpoſitus ſubire certamẽ. Hippodamia autem cum uidiſſet Pelopem, formoſitate eius capta, Myrtilũ aurigam patris, pactione primi coitus corrupit. Alii uero dicũt clàm à Pelope fuiſſe hac eadem pactione corruptum. Myrtilus autem axem currus fecit ex cera, & ſic dum eſſent in ſtadio, fracto axe currus Oenomai, Pelops uictor euaſit, & ſic coniugio Hippodamię potitus eſt. Dicit Barlaam in annalibus Græcorum legiſſe Pelopem ob negatam ſibi Hippodamiam aduerſum Oenomaum iniſſe bellum, & Oenomaum fraude Myrtili præfecti ſui ſuperatum. Qui Myrtilus cum precium fraudis poſtularet à Pelope, ab eodem in mare deiectus periit. Hæc Pelopi uiro ſuo peperit Atridem, & Thyeſtem, Phyſtenem & alios.

De Thereo tertio Martis filio qui genuit Ithim. Cap. VIII.

THereus rex Thracum fuit, & ut ait Theodōtius, filius fuit Martis ex nympha Biſthonide per uim ab eo oppreſſa, quod in parte ſcribit Ouid. dicens. Quē ſibi Pandion opibuſq; uiriſq; potentē, Et genus à magno ducentē forte gradiuo, Cōnubio Prognes iunxit &c. Ex hoc talis hiſtoria cum fabuloſo fine narratur. Cum fatigaſſet Thereus bello Pandionē Athenarū regē, & in pacē tandē ueniſſent, ut firmior eſſet, Prognē natu maiorē ſumpſit in coniugē. quæ cum iam illi Ithim filiū peperiſſet, ueniſſetq; in deſideriū uidendi Philomelā ſororē ſuam, orauit ut aut mitteretur Athenas, aut ab Athenis accerſiretur Philomela. Thereus aūt Athenas uadens à Pandione impetrauit, ut Philomelam ad Prognē duceret, quam ſpecioſiſſimā uirginem cum adamaſſet Thereus, eam in paſtorali domo uiolēter oppreſſit. & minitanti ſe eum accuſaturā Progni, linguam abſcidit, & in domo illam clauſam ſeruauit, & ueniens ſordidatus ad Prognē, Philomelā maris nauſea mortuam dixit. Philomela uero carceris affecta tædio, in tela quæ ſibi cōtigiſſent omnia acu ſcripſit, & per ancillulam ſorori miſit. Quæ cum ficta læticia dolorem occultaſſet ſuum, inſtantibus orgiis Bacchi noctu, nam eo tempore à Biſthoniis mulieribus celebrabantur, tyrſis & pellibus ornata intrauit ſyluas, & Philomelā æque ornatā eduxit in regiam, & accenſa furore, cum multa excogitaſſet in uirum, in Ithim paruulū filium illi applaudentē euomit iras, eumq; ſecto iugulo interemit, & coctū uiro mane de more epulanti appoſuit. qui cum ſepius rei inſcius illum uocaſſet, eiq; reſpōdiſſet cōtinue Progne, adeſt. nec intelligeret ille antequā à menſa ſurgeret, Philomela ex cōclaui exiens illi in hoc ſeruatū caput appoſuit. Qui repente hinc inde cōmotus dum illā inſequeretur gladio, factū eſt miſeratione deorū, ut Progne in hirundinē uerteretur, & pullo in habitu propria tecta ſeruaret. Altera uero in auem ſui nominis mutata ſyluas petiit, quas nocte reliquerat. Thereus aūt upupa factus eſt. & ſic omnis regia transformata. Senſus aūt fictionū ſecundū Barlaā ſententiā talis eſt. Fuit Thereus homo impius & ferox nil niſi per bellū cupiens aut ſumens, & ob id Martem meruit in patrē, cū filius fuerit Aſtogyri Biſthonidū principis. qui quidē quū ob ſuū facinus nil auderet in cōiugē, & ipſa ob ruborē perpetratæ ſęuitiæ nunquā in regiā deſcendiſſet, ſed nigra tecta ueſte in ſublimiori domus parte ſuū differret ſcelus, & ſororis infortuniū, huius mutationis cauſam dedit, ſicuti à Philomela tam nomine quàm reditu in ſyluas. Thereū autem ideo in upupam uerſum dixere, quia criſtata ſit auis, & ululare cantus eius ſit, & ſtercora cibus, ut per criſtam inſigne regii capitis deſignetur, & per ululatū filii perditi lamentationes, & per fœtidum cibum aſpernanda atq; faſtidioſa memoria comeſti nati.

*Fabula Therei &c. ab Ouidio lib. 6. Meta. deſcribitur. Sed quod ad Philomelā attinet, alij & præcipue commentar. Homeri, ad coniugem Zethi, filiam Pandarei, ut ab Homero nominatur, referunt, de qua ſupra, cum de Amphione & Zetho tractatum eſt, egimus.*

De Ithi Therei filio. Cap IX.

ITHis Therei & Prognes fuit filius, cuius ætas & infortuniū ſatis ſupra ſcriptū eſt. Aiunt enim eum in auiculā quā carduelē uocant mutatū. & hoc potius ab habitu infantiæ ſuæ ſumptū credo, quàm aliunde. picta quidem auis eſt carduelis, ut & pictas acu ueſtes ferre uidemus infantes nobilium.

De Aſcalapho. iiii. & Ialmeno. v filiis Martis. Cap. X.

AScalaphus & Ialmenus fratres & filii fuerunt Martis ex Aſtyocha, ut in Iliade placet Home. dicenti ſic. Illis dominabatur Aſcalaphus & Ialmenus Martis filii quos genuit Aſtyocha in domo Actoris Azidao uirgo uenerabilis palatium aſcendēs cum Marte forti. hic autem cum ipſa iacuit clàm. Hos autem dicit Homerus ubi ſupra, dominos fuiſſe Aſplidonis & Orchomeni ac Minionis ciuitatū, & cum Gręcis Troiam ueniſſe cum xxx. nauibus. Ego autē ut de reliquis dictum eſt, pugnaces fuiſſe homines arbitror, & ideo filios Martis habitos ab antiquis.

*Iliad. β.* τῶν δ' ἦρχ' ἀσκάλαφος, καὶ ἰάλμενος υἷες ἄρηος, οὓς τέκεν ἀστυόχη δόμῳ ἄκτορος ἀζείδαο, παρθένος αἰδοίη ὑπερώιον εἰσαναβᾶσα Ἄρηι κρατερῷ, ὁ δέ οἱ παρελέξατο λάθρῃ.

De



De Parthaone. vi. Martis filio qui genuit Agrium & Melam & Theſtium & Oeneum. Cap. XI.

PArthaon ut ait Theodōtius, filius fuit Martis ex Meroe, patremq; eius alio nomine Meleagrum appellatū & Calydoniæ regem. Paulus autem dicit hunc Martis fuiſſe filium ex Sterope filia Atlantis. Lactantius autem dicit hunc non Martis fuiſſe filium, ſed Meleagri Martis filii. Tandem Theodontius dicit uerum eſſe Parthaonem filium fuiſſe Meleagri ex Merope Ethola uirgine. Sed quoniam Meleager primus armis ſibi occupauerit Calydoniam atq; tenuerit, cum Iouis Arcadis filius fuerit, Mars à rudibus incolis creditus & appellatus eſt, & inde Parthaon Martis filius dictus. Huius quidem genealogiam Homerus in Iliade introducens Diomedem loquentē deſignat, oſtenditq; Parthaonem tres filios habuiſſe, Agrium, Melam, & Oeneū. ſed Theodontius his ſuperaddit quartum Theſtium ſcilicet ab Homero minime nominatum.

*Verſus Homeri ſunt Iliad. Σ.* πορθεῖ γὰρ τρεῖς παῖδες ἀμύμονες ἐξεγένοντο, ᾤκεον δ' ἐν πλευρῶνι καὶ αἰπεινῇ καλυδῶνι, ἄγριος ἠδὲ μέλας, τρίτατος δ' ἦν ἱππότα οἰνεύς, πατρὸς ἐμοῖο πατήρ, ἀρετῇ δ' ἦν ἔξοχος αὐτῶν. *Verba ſunt Diomedis. ſed hic Homer. Portheū uocat, quē alij Parthaonem. Quod autē ab alijs Parthaon idem dicitur, ex Statio quoq; patet, ubi Adraſtus his uerbis alloquitur Tydeum. Quanquam Calydonius Oeneus, Et Parthaoniæ (dudum ſi certus ad aures Clamor ijt) ubi iura domus &c. lib. 1. Theb. Refertur & Laocoon quidam inter filios Parthaonis, ab Apollonio lib. 1. his uerbis,* ἤλυθε λαοκόωντε· λαοκόων οἰνῆος ἀδελφεός, οὐ μὲν ἰῆς γε μητέρος, ἀλλά ἑ θῆσσα γυνὴ τέκε, τὸν μὲν ἄρ' οἰνεὺς ἤδη γηραλέον κοσμήτορα παιδὸς ἴαλλεν.

De Agrio & Mela filiis Parthaonis. Cap. XII.

AGrius & Mela, ut ſupra dictum eſt Homero teſte filii fuerūt Parthaonis, de quibus nil præter nudum nomen ad nos uſq; peruenit.

*Agrij filius Therſites fuit, ut cōmentarius Homeri indicat Iliad. β. De quo ita referunt, cum ad aprū Calydonium, magna iuuenū multitudo capiendi illius cauſa, conueniſſet, inter eos fuit Therſites quoq; qui poſtquam aprum conſpexiſſet, præ formidine in locum quendā æditum ac præcipitem fuga ſeſe recepit, deſerta interim ſtatione, in quam locatus fuerat. Ob eam rem cum Meleager eum perſequeretur, inter præcipitia collapſus, crus fregit. & hinc ab Homero claudus deſcribitur. Interfectus autem eſt ab Achille, eo quod illi ob mortem Pentheſileæ dolenti conuiciatus fuerat, author Calaber libro primo.*

De Theſtio Parthaonis filio, qui genuit Thoxium & Plexippum & Althæam. Cap. XIII.

*Commentarius in Argon. Apoll. non Parthaonis filium, ſed Martis & Androdices, Theſtium facit, tametſi eo loco, haud ſcio an librariorū culpa, pro Theſtio Theſpius legitur. Cum longe alius Theſpius, ſeu Theſpis, ut à Diodoro uocatur, extiterit. Verba autem commentarij hæc ſunt,* εἰκότως αἰτωλὶς ἡ λήδα, ἐπεὶ αἰτωλὸς ὁ θέσπιος. ἦν δὲ θεσπίου θυγάτηρ τοῦ βασιλέως τῆς αἰτωλίας, ἄρεως υἱοῦ καὶ ἀνδροδίκης. γλαύκου δὲ αὐτήν, τοῦ σισύφου, ἐκ πατρός, ἐν κορινθιακοῖς λέγει εὔμηλος, καὶ παντειδυίας μητρός, ἱστορῶν ὅτι τῶν ἵππων ἀπολομένων ἦλθεν εἰς λακεδαίμονα ὁ γλαῦκος, καὶ ἐκεῖ ἐμίγη παντειδυίᾳ, ἣν ὕστερον γήμασθαι θεσπίῳ, *& mox addit,* φερεκύδης δὲ ἐν τῇ β. ἐκ λαοφόντης τῆς πλευρῶνος λήδαν καὶ ἀλθαίαν θεσπίῳ γένεσθαι φησί. *Quod autem Theſtius hic legendum ſit, ex eo probari arbitror, quod Ouidius Althæam ubiq; Theſtiada uocat, & Diodorus cum totam hiſtoriam Theſpiadem prænarraſſet, poſtea cum Meleagri & Atalantæ mentionem facit, Althææ fratres filios Theſtij uocat, lib. 5 de geſt. Antiq. Deinde & comment. in Iliad. 9. ubi fabulā Meleagri recitat,* οἱ δὲ θεστίου παῖδες, ἀδελφοὶ δὲ τῆς μελεάγρου μητρὸς ἀλθαίας, *inquit,* ὀργίλως ἐπὶ τούτῳ διατεθέντες *&c. Ipſe quoq; Apollonius eodem loco, ſuper quem ſuperiora à Cōmentario ſcribuntur, inquit* θεστιάδης ἴφικλος ἐφωμάρτησε κιόντι, *ubi commētator rurſum addit.* ἀλθαία καὶ ἴφικλος ἀδελφοὶ ἐκ δηιδαμίας τῆς περιήρους. *Item Didymus in Odyß. λ.* ζεύς, *inquit,* λήδας ἐρασθεὶς τῆς θεστίου παιδός, εἰς κύκνον ἑαυτὸν μετέβαλεν. *Atq; hæc omnia eò lubentius appoſui, quod non ſolum ad præſentem de Theſtio fabulam, ſed & ad Althæam & Ledam & alios nonnullos pertinere uiderentur.*

THeſtius dicit Theodōtius, filius fuit Parthaonis ex Calydone nympha. Paulus uero dicit ex Althæa, & Althæam filiā ſic dictā, quia dum naſceretur, ipſa labore par-

tus

rus mortua mater ſit, nec de eo præter hoc habetur ulterius niſi quod Althæam genuerit & Thoxeum & Plexippum.

De Thoxeo & Plexippo Theſtii filiis. Cap. XIIII.

THoxeus & Plexippus Theſtii fuerũt filii, ut prædictũ eſt. Qui quidem cum iuuenes eſſent robuſti, ętate ualentes & animo, una cum reliquis nobilibus iuuenibus Græciæ in uenationẽ apri Calydonii cuncta, ut refert Ouidius uaſtantis uenere, ibiq; cũ poſt longum laborẽ beluam interemiſſent cernentes, quod Meleager Oenei regis filius eorum nepos & uenationis princeps caput apri Atalantę uirgini, quia prima uulneraſſet illum, dediſſet, ut tanquam prima feriens ritu uenantium pręcipuo uenationis decoraretur honore, illud illi indignantes quod tanti laboris inter tot nobiles iuuenes fœmina primo inſigniretur honore, eripuere. Quã ob cauſam turbatus Meleager in illos irruens ſubtracto capite illos interemit renitentes, & uirgini ſublatum honorem reſtituit.

De Althæa filia Theſtii & matre Meleagri. Cap. XV.

*Fab. eſt apud Ouid. lib. 8. Metamorph.*

ALthæa Theſtii fuit filia, & de matris nomine pereuntis, dum ea pareret nuncupata eſt, ut ſatis prędictum eſt. Hæc Oeneo regi Calydoniæ nupſit. cui cũ inter alios filios Meleagrum peperiſſet, eo nato uidit audiuitq; fata circa ignem dicentia, tam diu natũ uicturũ, quamdiu ſtipes unus, qui tunc ardebat in igne, permaneret incõſumptus ab igne. Quo dicto decedentibus fatis, Althæa è lecto ſurgens confeſtim ſubtraxit ab igne atq; ſeruauit. porrò cum ſacrificans ob honorem Meleagro ex uenatione conſecutum, & interim audiſſet ab eodem fratres occiſos, furore percita in uindictam ſe dedit pręcipitem, & arrepto fatali ſtipite, quem caute illò uſq; ſeruauerat, igni comburendum exhibuit, quo conſumpto filius Meleager occubuit. Quod cum audiſſet infelix facti pœnitẽs in gladiũ irruit, & uitam miſerrime terminauit. Stipitem hunc ego radicale humidum arbitror naturę lege factum, ut eo durante uita naſcentium perſeueret, qui à matre ideſt à rerum natura igni, ideſt ſiccitati impoſitus, ut pereat natus neceſſe eſt.

De Oeneo Parthaonis filio qui genuit Deianiram, Gorgem, & Meleagrũ, & Thydeum, ac Menalippum. Cap. XVI.

OEneus Calydonię rex, ut ſupra dictũ eſt, Parthaonis filius fuit, longe magis apud nos filiorũ opere quàm ſuo cognitus. Huic coniunx fuit Althæa, & plures illi fuere nati, ſed utrum ex Althæa omnes non ſatis mihi notum eſt, cum de alio quàm de Meleagro legiſſe non recolam.

De Deianira Oenei filia & Herculis coniuge. Cap. XVII.

*Fab. ab Ouid. lib. 9. refertur.*

DEianira Oenei regis fuit filia, ut in morte Meleagri teſtatur Ouidius dicẽs. Quas poſtquam Oenei tandẽ Latonia clade Exatiata domus, præter Gorgemq; nurũq; Nobilis Alcmenæ &c. Hæc uirgo pręſtantiſſimę formæ fuit adeo ut multi illam in coniugẽ exoptarent, atq; peterent. tandẽ cum Acheloo flumini promiſſa fuiſſet, & poſtremo Herculi poſcenti deſponſata ortum ob ipſius nuptias certamen eſt, & ſuperato Acheloo Herculi receſſit. Hæc præterea à Neſſo cẽtauro ſumme adamata, & in tranſitu fluminis rapta, ut clarius ubi de Neſſo, qui cum ſagitta ab inſequente Hercule letaliter uulneratum ſe ſciret, in amoris præmium ueſtem Deianiræ uenenato ſanguine reſperſam dilectæ dedit, aſſerens ueſtimento uim eſſe reuocũdi Herculẽ à quibuſcunq; amoribus. quę cum credula clam ſeruaſſet, capto amore Ioles Herculi tranſmiſit induendum, ut illum ad ſe reuocaret. attamen cum illud Hercules induiſſet, & ſudore ſiccum cruorem reſoluiſſet porisq; hauſiſſet apertis, ui urgente ueneni in rabiem uerſus ſeſe dimiſit in ignem, & mortuus eſt, & ſic Deianirę uxoris munere interiit. Theodontius dicit bellum habitum cum Acheloo huiuſmodi fuiſſe, quod cum deſideraret Hercules Deianiram, & Achelous fluuius Calydoniam duobus alueis ferè omnẽ aliquando irrigaret, & ſata omnia ſecũ traheret, ab Oeneo Herculi petenti hac ſub cõditione cõceſſa, ſi Acheloũ in unũ cogeret alueũ, & illum ſepiret aggeribus. quod cum nõ abſq; maximo labore feciſſet Hercules, Acheloo ſuperato, Deianiram obtinuit.

De



De Gorge Oenei filia. Cap. XVIII.

GOrgem Oenei fuiſſe filiam, teſtimonio Ouidii præmonſtratum eſt. Theodontius uero dicit Gorgẽ nõ fœminã, ſed hominẽ fuiſſe, & in bello Thebano occubuiſſe.

De Meleagro Oenei filio, qui genuit Parthenopeum. Cap. XIX.

MEleager filius fuit Oenei regis Calidonię & Altheę, in natiuitate cuius refert Ouidius parcas tres ab Althea iam labore partus ſoluta, uiſas circa ignẽ ſtamina nentes, & cum flammis ignis ſtipitem poſuiſſent, dixere. O nunc nate erit æqua tibi cum ſtipite uita. Quod cum audiſſet Althea eis diſcedentibus ſurgens ſtipitem igni ſubtraxit, illumq; ne combureretur cum diligentia ſeruauit. Fuit hic Meleager iuuenis inſignis, & æuo ſuo fama clariſſimus, & eodem Ouidio referente contigit, quod Oeneus pater ex ſuſceptis frugibus cunctis ſuperis ſacro inſtituto honores impenderet, Diana tantum, ſeu indignatione, ſeu obliuione omiſſa. Quæ aduerſus eum turbata aprum immanem agris calidoniis immiſit cuncta uaſtantẽ. Ad quem conficiendum cum uocatu Meleagri conueniſſent omnes adiacentium ciuitatum inſignes iuuenes, contigit, ut Atalanta uirgo Sthenei filia, ſeu ſecundum alios Iaſii regis, forma & ætate conſpicua, & uenationum experta, etiam aduocata ueniret. Quã cum extemplo Meleager amaſſet, factũ eſt ut inita uenatione, cum omnes in aprum irruerent, hęc ante alios omnes illum iaculo uulneraret. Qui poſtquam captus & occiſus eſt, Meleager uenatiõis princeps, ſeu amore ductus, ſeu quia ſic expetebat uſus, Atalantę quæ primo illum uulnauerat, apri caput tranſmiſit. Lactãtius addit & pellem, qui pręcipuus apud uenatores habebatur honor. Quod ægre ferentes Plexippus & Thoxeus, ſeu ut dicit Lactantius Agenor, fratres Altheæ eidem Atalantæ caput oblatũ abſtulerunt, ſeu auferre conati ſunt. Quamobrem iratus Meleager in eos irruit, & illos occidit. Cæterum cum Calydones ob mortẽ apri feſtum ingens celebrarent, & dona portarent templis, & inter eos Althea tam ob mortem hoſtis quam ob gloriam filii lætabunda incederet, audita fratrũ cæde repente turbata eſt, & in uindictam potius quàm in lachrymas irruens, fatali ſumpto ſtipite, eum in flammas iniecit, quo cõſumpto & Meleager conſumptus occubuit. Homerus in Iliade ea in oratione, in qua Phœnix conatur perſuadere Achilli, ut arma capiat aduerſus Troianos, longum de Meleagro Oenei filio ſermonem facit, & dicit quod cum ob homicidium auunculorum ſuorum, plurimum ab Althea matre execraretur indignatus, cum uenirent hoſtes uſq; in uallũ Calydoniæ ciuitatis nollet arma ſumere, ſed cum Cleopatra Marpiſſę Euenines, & Idæ filia, quam etiam Halcyonem uocat, eo quod Halcyonem auiam ſuam perſæpe ploraret, delectabatur incluſus thalamo, a b quæ poſt mortem fieri non poterant. Attamen ex his qui eum ob cædem auunculorum mortuum putant, ſunt qui credant eum non ſtipite conſumpto, ſed matris cõſpiratione occiſum. Barlaã ab ea fuſte dum dormiret occiſum dicit. Paulus uero caſu eum poſt gloriam interempti apri mortuum putat, & inde fabulæ locum adinuentum fatalis ſtipitis, quem dicit radicale humidum arbitrari, quo deficiente, deficit & uita. Quacunq; tamen morte, uel quandocunq; abſumptus ſit ab hominibus, arbitrari uidetur eum Atalantæ amicitia uſum, & ex ea Parthenopeum filium ſuſcepiſſe. Fuit enim Meleager & uenatio hæc famoſa, ut teſtatur Euſebius in libro temporum Atreo & Thieſte regnantibus Micenis. anno mundi. iiii. mil. c.

a *Videtur hic Bocatius non omnino Homeri ſententiã reddidiſſe. Ita enim uerſus habẽt.* κεῖτο παρὰ μνηστῇ ἀλόχῳ καλῇ Κλεοπάτρῃ κούρῃ Μαρπησσης καλλισφύρου Εὐηνίνης, Ἴδεώ θ᾽ ὃς κάρτιστος ἐπιχθονίων γένετ᾽ ἀνδρῶν τῶν τότε, καί ῥ᾽ ἄνακτος ἐναντίον εἵλετο τόξον Φοίβου Ἀπόλλωνος, καλλισφύρου εἵνεκα νύμφης, τὴν δὲ τότ᾽ ἐν μεγάροισι πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ ἀλκυόνην καλέεσκον ἐπώνυμον, οὕνεκ᾽ ἄρ᾽ αὐτῆς μήτηρ ἀλκυόνος πολυπενθέος οἶτον ἔχουσα, κλαῖ᾽ ὅτε μιν ἑκάεργος ἀνήρπασε Φοῖβος Ἀπόλλων. *Cõment. aũt* Hom. *non duos tantũ fratres Althææ facit, ſed multos, & ex iis quoſdã occiſos eſſe poſt uenationẽ, & iniuriã Atalãtæ, alios aufugiſſe dicit. Eos aũt qui aufugerãt, exercitu collecto urbem obſediſſe, donec Meleager cõmotus in pugnã deſcendit, & reliquos ſub urbe interfecit. At tũ matrẽ iratã ob cædẽ fratrũ fatalẽ ſtipitẽ igni impoſuiſſe.* Iliad. 9. Vide.

Idæ

b *Idæ fabulam, quando aliâs in hoc libro nuſquam narratur, uiſum eſt huc aſcribere. Enenus filius Martis, rex Aetoliæ, habuit filiam elegantiſſimam Marpiſſam nomine, quam nemini nuptum dare, niſi à quo certamine curſus fuiſſet uictus, uoluit. Solebat autem à ſe uictos decollare, capitaq; ad terrorem aliorũ, de muris ædium ſuarum ſuſpendere. Multis itaq; iam hoc modo uictis & interfectis, Idas Apharei filius nomine, re autem ipſa Neptuni, ſuperuenit, qui acceptis à patre equis uelociſſimis, rapuit Marpiſſam in luco Dianæ ſaltantẽ. Ob quam rem dolore cõmotus Enenus equos, quos ipſe habebat interemit, ſeſe aũt in fluuium Lycorinam, qui poſtea ab ipſo Enenus dictus eſt, præcipitauit. Cæterum fugienti cum puella Idæ Apollo uenit in itinere obuiam, qui cum Marpiſſam & ipſe præripere Idæ uellet, uentum utrinq; ad certamẽ eſt, ſed à Ioue miſſus Mercurius arbitrium Marpiſſæ commiſit, ut ipſa utrũ uellet eligeret. illa autem Idam elegit, uerità ne ſe ætate prouectam Apollo relinqueret. Hæc ex Cõment. Home. in Iliad. I.*

## De Parthenopeo Meleagri filio. Cap. XX.

PArthenopeus filius fuit Meleagri & Atalantes, quam dicit Theodontius filiã fuiſſe Iaſii regis Arcadiæ, & cum eſſet acris propoſiti uirgo, cõiugiumq; renueret, Dianam in uenationibus ſecuta eſt, tandem probitate uicta Meleagri eius uſa contubernio, illi Parthenopeũ peperit, quem eo quod diu cęlauerit ſic appellatus eſt à matris putata uirginitate. Nam Gręce Parthenias uirgo ſeu uirginitas ſonat. de pulchritudine huius, & matris euentu re cognita elegãter ſcribit Statius ibi. Pulchrior haud ulli triſte ad diſcrimẽ ituro, & infra per octo uerſus. Huic autem cum plus eſſet animi quàm uirium adoleſcentulus nondum pubes, plurimo belli ſuccenſus amore, audiens Argiuos duces in Thebas ituros, ignara matre conuocatis populis, cum Adraſto rege reliquiſſet, in obſidionẽ Thebarũ uenit, & ibidem in pugna uulneratus occubuit. Cæterum de iſto longe aliter ſentit Seruius, Dicit enim eum Menalippe & Martis ſiue Melanionis † fuiſſe filium & Arcadiæ regem, & puerum admodum Thebana bella ſecutum, ut dictum eſt. *aliâs Menalionis.*

*Menalionis Sic enim uulgo codices Seruiani in. 6. Aeneidos habent. Tametſi haud ſcio an rectius legeretur Melanionis. Nam & comment. in Apollon. ſic ait* ἀταλάντη ἰάσονος θυγάτηρ, ἣν Μειλανίων ἔγημεν ἑτέρα γάρ ἐστιν ἡ ἀργεία ἡ σχοινέως ἣν ἔγημεν ἱπωομέδων. *Et fieri poteſt ut hæc Atalanta, alio nomine Menalippe uocata ſit, quemadmodum illa altera quoq;, alio nomine Iſchomache à Propertio dicitur, de qua ſequẽti lib. in Hippomene agetur. Apud Propertiũ lib. I. pro Milanion Mimalion legitur. Niſi uero corrupta ſunt exemplaria. Mimalion nullos fugiendo Tulle labores. Sæuitiam duræ contudit Iaſidos. Nam modo parthenijs amens errabat in antris, Ibat & hirſutas ille uidere feras, Ille etiã Pſillei percuſſus uulnere rami, Saucius Arcadijs rupib. ingemuit, quo loco ego quidem pro Pſillei Hylei legere malim. Nam à riuale Hyleo in uenatione ſagitta interfectus eſt Melanion, ut etiam ex Ouidio patet cum inquit. Senſit & Hylei contemptum ſaucius arcum.*

## De Tydeo Oenei filio qui genuit Dyomedem. Cap. XXI.

*Theb. I.* TYdeum Oenei regis fuiſſe filium Statius clare confirmat dicens. Sanguis habet luctu magni de ſtirpe creatum Oeneos, & Marti non degenerare a paterno. Accipies &c. Hoc etiam cæteri uidentur aſſerere, ſed de matre b quidam diſſentiunt. Nam Lactantius eum filium fuiſſe dicit Altheæ. Seruius autem Euriboeæ. De hoc inſuper clara recitatur hyſtoria. Dicit ante alia Lactantius eum è Calydonia diſceſſiſſe, quia Menalippum fratrem ſuum in uenatione minus aduertenter occiderat, & hinc ſequitur Statius, quod multa iam nocte imbribus atq; procellis fatigatus in Argos ciuitatem uenit. ubi cum neminem noſceret & refugium quæreret quo pernoctare poſſet, ad regiam porticum uenit, in quam paulo ante Polynices thebanus pactione cum Etheocle fratre facta, de annuo imperio ſucceſſiue etiam madens deuenerat, & equum ſuum locauerat, & cum non ſatis capax duorum locus uideretur, ob manſionem, nõ cedente Polynice, in iurgium deuenere & inde in certamen. Quod cum audiſſet Adraſtus deſcendens eos pacificatos deduxit in regiam. Et cum uidiſſet Polynicem Leonis pelle tectum, & Tydeum apri, confeſtim ambiguum oraculum reſponſum quod conſuluerat de nuptiis filiarum intellexit. Acceperat

autem



autem ſe illas daturum, alteram leoni, alteram uero apro, & ideo cum iam eos cognouiſſet quaſi ſibi miſſos generos, Tydeo Deiphilem iunxit, Polynici autem Argiam. Ipſi quidem pauloante hoſtes non ſolũ affinitate, ſed amicitia integra e ueſtigio iuncti ſunt, adeò ut ueniente tempore quo ſecundum pactionem Polynices regnum à fratre debebat aſſumere, neminem ire legatum præter ſe ad repetendũ pro Polynice regnum paſſus eſt. Cui cum denegatum fuiſſet præter ius & fas redeũti, ut ait Homerus, & poſt eum ferè ad *Iliad. 4.* literam Statius, inſidiæ iuſſu Etheoclis appoſitæ ſunt, & cum nocte in incautũ quinquaginta milites irruiſſent, nulla ex parte territus expedito gladio in eos cõuerſus eſt, & poſt longam atq; cruentam pugnã multis ſaucius uulneribus, uno excepto, omnes occidit. Tandem cum Adraſto & Polynice iam uno ex Deiphile ſuſcepto filio Dyomede ad obſidionem uenit Thebarum conuocatis amicis. Ibi autem cum tanquam rem ſuam ageret acriter, ſæpe pugnans die una à quodã Menalippo ſagitta, in mortem uulneratus eſt. Quod cum impatienter ferret, ſeq; acerbitate uulneris in mortem trahi cerneret, ferè in rabiem uerſus ſociis eius, qui eũ uulnerauerat poſtulauit caput. Qui poſtquàm illud multo ſanguine fuſo obtinuerunt, eiq; detulerunt, ipſe non aliter quàm canis iam deficiens ceruici dentes infixit, & illam dum beſtiali ritu deuoraret, occubuit. Hũc præterea, ut Lactan *Vide Cõmen. in Iliad 5.* tius refert fuerunt, qui ex Marte genitum dicerent, ſumpta facie Oenei, nil aliud ſentiẽtes quàm Martem in natiuitate Tydei adeò potentiſſimum ſignificatorem fuiſſe, ut ei in geſtibus ſuis ſimillimus appareret.

*Comment. Homeri Iliad. Ξ. paulo aliter de hac re tradit ex Pherecyde, nempe Tydeum, cum adole* a *ſcens adhuc uideret patrem ſuum à liberis Agrij, propter ſeniũ regno priuari, occidiſſe patrueles ſuos, & inter hos per imprudentiam fratrem quoq;, & ob id profugum patria ueniſſe ad Adraſtum, & ab eo luſtratum filiam eius Deiphylen coniugem duxiſſe.*

*Seruius Altheæ dicit, ut quidem in noſtris exemplaribus habetur. Vide in 5. Aeneid.* b

## De Diomede Tydei filio. Cap. XXII

DIomedes, ut ſatis uulgatum eſt, filius fuit Tydei ex Deiphyle. Hic Aetholo *Diomedis etiã mem. Sil. li. 15* rum dux cum cæteris Græcis ad obſidionem Troianã acceſſit, apud quam adeò ſtrenue ſe geſſit, ut poſt Achillem & Aiacem Gręcorum omnium fortior haberetur & audacior. Nam præter occiſos reges à ſe, & ſingulares pugnas aduerſus Hectorem & Aeneam, aliosq; inſignes Troianorum principes, & captos Reſi equos atque Palladium Troianis ſubtractum eo in bello Martem uulnerauit, ut teſtatur Homerus in Iliade, ſic & Venerem Aeneam protegẽtem, ut Homerus primo, deinde dicit Virgilius, Tandem cum obtenta uictoria in patriam remearet, dicit Leontius, quod ab Aegiale coniuge, quæ ſuaſione Nauplii patris Palamedis alteri adhæſerat homini, minime receptus eſt. Seruius quidem dicit, quod cũ ipſe cognouiſſet Aegia *Lib. II. Aene.* lem cum Cyllabaro Stheleni filio concubuiſſe, uerecundia ductus domum noluiſſe re a uerti. Dicit inſuper Leontius, hoc illi imprecatum à Dione fuiſſe, cum filiam uulnerauit. Is tamen indicto ſibi exilio ad partes Apuliæ ſeſe contulit, & occupato Gargano monte, ut uolunt aliqui, eius in radicibus Sypontum condidit ciuitatem. Alii Arpum dicunt, & ibi cũ multa paſſus fuiſſet, ut dicit Virgilius, ſocios in aues mutatos perdidit, & eo quod oſſa Anchiſis oraculo ſecum tulerit, dicit Seruius, eũ ipſa perpeſſum, & ob hanc cauſam *Lib. II. Aenei.* illa reſtituit. Ariſtoteles autem, ubi ſcribit de mirabilium auditu, dicit, Diomedem ab Aenea per dolum occiſum, & loca quibus imperauerat occupata, eo tamen mortuo, ut aſſerit Auguſtinus, ab incolis deificatus eſt, eiq; templum conſtructum in inſula, cui Diomedia ab eo nomen eſt, & poſt eius mortem ſocios ob dolorem necis eius in uolucres uerſos, eosq; templum incolere atq; circumuolare. Quod etiã affirmat Seruius, dicens, Has aues à Latinis uocari Diomedias, à Græcis uero Erodios, dicens inſuper eas Græcis ad Italiam uenientibus applaudere atq; lætas occurrere, cum Latinos fugiant uehementer, eo quod ſuæ originis memores ſint, & quod à latinis dux eorum ſit occiſus. Theodontius uero dicit eas Græcis applaudere, & cęteris nationibus eſſe infeſtas, & ſingulis annis aquã

u roſtris

roſtris portantes templum Diomedis perfundere. Sed quid ſub fictionibus lateat uidendum eſt. Diomedem Martem uulneraſſe ideo dictum puto, quia forſan cum Hectore pugnans, qui ob inſignem militarem eius uirtutem merito Mars dici poterat, illum uulnerauit. Sic & Venerem, quia Æneam Veneris filiũ uulneraſſet. Socios autẽ in aues mutatos dicit Theodontius ideo fictum, quia piratæ effecti ſunt adeo ueloci curſu remorum ſuffragio diſcurrentes maria, ut uolare uiderentur, eoſq; Græcis ſeruatis reliquis nationibus fuiſſe infeſtos.

*Lycophron, ut citatur à Comment. Hom. ait Diomedem Stheneli filio Cometæ (ſic enim ipſe nominat) commiſiſſe domum & uxorem, ſed Venerem, quia Diomede uulnerata fuiſſet, talem Aegyalæ furorem immiſiſſe, ut cum omnibus iuuenibus uiueret turpiſſime, præcipue autem à Comete ſtupro uſurparetur, quod reuerſus Diomedes cum deprehendiſſet, primo uoluiſſe illam occidere, quod cum nequiſſet, in Italiam nauigaſſe, ibiq; à Dauno rege ſedem ac regni partem accepiſſe.*

De Menalippo Oenei filio. Cap. XXIII

MEnalippus, ut Lactantio placet, Oenei regis fuit filius, hic in ſyluis dum unà cum Tydeo fratre uenaretur, ab eodem inaduertenter occiſus eſt.

De Zeſio vii. Martis filio. Cap. XXIIII

ZEſius, ut ait Theodontius, Martis fuit filius ex Hebe iuuentutis dea ſuſceptus, mihi tamen omnino incognitus.

De Phlegya viii. Martis filio, qui genuit Coronim & Ixionem. Cap. XXV

PHlegyas, ut dicit Lactantius, filius fuit Martis, homo nequam, elatus & in ſuperos. Hic autem, ut ait Seruius, filios habuit Ixionem & Coronidem nympham. Quam cum ſenſiſſet ab Apolline uitiatam, confeſtim ira percitus, templum eius Delphis incendit. Quamobrem iratus Apollo, eum ſagittis interemit, eiuſq; animam apud inferos religauit, hac ſub pœna, ut ſub ingenti ſedeat ſaxo ruinam minante, & ſemper illud caſurum ſuſpicetur & timeat, de quo ſic Virgilius, Phlegyaſq; miſerrimus omnes Admonet, & magna teſtatur uoce per umbras, Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere diuos, &c. Phlegyam combuſſiſſe templum Apollinis, ut dicit Euſebius in libro temporum, contigit Dauni regis Argiuorum anno xxii. anno uerò mundi iii. M. dcc. lii. Nunc quid ueteres de impenſa Phlegyæ pœna ſenſerint uideamus. Phlegyas autem dictus eſt à phlegon quod eſt flamma, & ideo Martis recte dicitur filius, quia calidus ſit & ſiccus, & ardores & incendia competunt. Quod autem apud inferos damnatus ſit, ea quæ dicta eſt pœna, putat Lucretius, quod arbitrati ſint ueteres antequàm ad corpora ueniant apud ſuperos eſſe animas, & uenientes in corpora, quoniam inferi ſumus reſpectiue ad ſupercæleſtia corpora, eas deſcendere ad inferos, & ibidem uarias habere pœnas, ſecundum uarias affectiones uel exercitia, & ſic Phlegyas in hac uita inter mortales uiuens ad hanc pœnam damnatus eſt, quam talem intelligit Macrobius, ubi de ſomnio Scipionis ſic dicens, Atram ſilicem lapſuram, & cadenti ſimilem illorum capitibus imminere, qui arduas poteſtates & infauſtam ambiunt tyrannidem nunquam ſine timore uicturi, & cogẽtes ſubiectum uulgus odiſſe, dum metuant ſemper ſibi uidetur exitium excipere quod merentur.

*Hinc Statius lib. 1. Theb. in Pœone canit, Vltrix tibi torua Megæra Ieiunum Phlegyam ſubter caua ſaxa ſedentem Aeterno premit accubitu, dapibuſq; profanis Inſtimulat, ſed mixta famem faſtidia uincunt.*

De Coronide nympha filia Phlegyæ & matre Aeſculapii. Cap. XXVI

*Lib. 6. Aenei. Oui. lib. 2. Metamorph.*

COronis nympha, ut ait Seruius, filia fuit Phlegiæ, quę cum forma præclara eſſet placuit Apollini, & ab eo uitiata eſt, atq; ex eius concubitu filium concepit, qui poſtmodum Aeſculapius appellatus eſt.

*Hæc ab alijs Leucippi filia dicitur, alioq; nomine Arſinoë uocatur. Ab Apolline autem ſagittis interfecta eſt, quod cum Elati filio, cui Iſchys nomen fuerat, concubuiſſet.*

De Ixione filio Phlegyæ, qui genuit Centauros, quorum hæc ſunt nomina Eurytus, Neſſus, Aſtylus, Amycus, Gryneus, Rhetus, Arneus, Lycidas, Medon, Piſenor, Caumas,





Mermerus, Pholus, Meneles, Abas, Aſtylos, Neſſus, Eurynomus, Areus, Imbreus, Cæneus, Aphypnas, Petreus, Lycus, Chronus, Dictys, Helops, Phareus, Bianor, Hedimnus, Lyceſpes, Hiſpaſus, Ripheus, Tereus, Demoleon, Phlegræus, Hylas, Hyphinous, Danis, Dorylas, Cyllarus, Hylonome fœmina, Pheocomes, Chthonius, Teleboas, Pyretus, Oeclus, Eridupus; Neſſeus, Odites, Stiphelus, Bromus, Antimachus, Helimus, Pyracmes, Latreus, & Monychus, & alios, & hos præter genuit Pirithoum. Cap. XXVII

IXion Phlegyæ filius perhibetur à cunctis. Hunc aliqui uolunt Iouis miſeratione in cælum aſſumptum, & eius ſecretarium atq; Iunonis effectum, ubi elatus officio auſus eſt Iunonem de ſtupro interpellare, quæ Ioui conqueſta eius iuſſu nubem in ſui ſimilitudinem exornauit, Ixioniq; loco ſui appoſuit. Qui cum ea iacens, ex illa Centauros genuit. Et cum à Ioue de cælo fuiſſet deiectus in terras, auſus eſt apud mortales gloriari ſe Iunonis potitum concubitu. quamobrem ictus fulmine apud inferos rotæ uolubili, & plenæ ſerpentiũ alligatus, continuæ reuolutioni damnatus eſt. Vnde dicit Ouidius, Voluitur Ixion, & ſe ſequiturq; fugitq;, &c. Huius autem figmenti ratio poteſt eſſe talis, Ixion Theſſalus fuit, & Lapitharũ dominus, regni præter modum auidus, adeò ut per tyrannidem occupare conatus ſit. Iunonem autem nunc aërem, nunc terram diximus, & reginam regnorum atq; diuitiarũ. quæ inquantum terra & regnum in terris, aliquid ſtabilitatis uidetur protendere, & inquantum aër qui lucidus eſt, ſplendoris aliquid uidetur addere regnis, qui tamen fugitiuus eſt, & in tenebras uertitur facile. Nubes autem ſolis opere ex uaporibus aqueis ſeu humentis terræ ſurgentibus, & in aëre condenſatis conficitur natura ſua caliginoſa uiſui ſenſibilis, manu autem incomprehenſibilis, & nullis firmata radicibus à uentis huc illuc impellitur, & demum aut in aërem à calore reſoluitur, aut in pluuiam à frigore uertitur. Quid ergo ex dictis? Pro nube non regnum intelligemus, ſed quoniam in Iunonis effigiem apponitur, id dicemus, quod in terris uiolentia poſſidemus, cui regni ſimilitudo nonnulla eſt, inquantum uti rex ſuis ſubditis dominatur, ſic & is, qui uiolenter poſſidet, dum uires ſuppetunt, ſuis imperare uidetur. Sed uti inter limpidum aërem, & cõdenſatam nubem grandis eſt differentia, ſic inter regem atq; tyrannum. aër fulgidus eſt, ſic & regium nomen. nubes obſcura eſt, ſic & caliginoſa tyrannis. Regis amabile nomen, tyranni terrum & odibile. Rex thronum cõſcendit ſuum regiis inſignitus notis. Tyrãnus occupat dominium armis horridis circumſeptus. Rex per quietem & lætitiam ſubditorum, tyrannus per ſanguinem & miſeriam ſubiacentium. Rex pacem augmentumq; fidelium totis exquirit uiribus. Tyrannus rem ſuam curat per exterminium aliorum. Rex in ſinu amicorum quieſcit, tyrãnus amicis fratribuſq; ſemotis, in ſatellitũ ſceleſtorumq; hominum animam ſuam ponit. Quamobrem cum in ſe, ut patet, diuerſiſſima iſta ſint, rex ſplendidus aër merito fingi poteſt, & ei eſt aliquid ſtabilitatis annexũ, ſiquid dici poteſt ſtabile in caducis. ubi tyrannus reſpectiue turbulenta nubes eſt nulli ſtabilitati annexa, & quæ facile reſoluatur, ſeu à furore ſubiacentium, ſeu ob deſidiam amicorum. His præmiſſis arbitror quid ſibi uelit fictio abſq; difficultate uidebimus. Aſſumitur ergo tunc in cælum Ixion, cum celſa animo contemplamur, utputa regnum, purpuras, ſplendores egregios, eximiam gloriam, potentiam inexhauſtam, & quæ ſtultorum iudicio regum infinita ſunt commoda. Nec immerito Iouis atq; Iunonis uidemur ſecretarii facti, dum quod ad eos attinet, quaſi ex ſpecula deitatis præſumptuoſo ſpeculamur animo. Et tunc in Iunonis deſiderium trahimur, dum hos regios faſtus aliud quàm ſint, ſtolido iudicio arbitramur. Tunc autem Iunonem interpellat de ſtupro Ixion, quando nulla præuia ratione, nullo iuſto ſuadente titulo in id priuatus homo conatus exponit, ut regno uiolenter præſit. Sed quid fit, ſi forſitan aliquid perinde quæritur? Illi nubes Iunonis effigiem habens apponitur, ex quo concubitu, occupantis ſcilicet, & occupati imperii ilico naſcuntur Centauri. Fuere quidem Centauri homines armigeri, elati animi, & immoderati, ac in omne nefas proni, uti ſatellites cernimus, & ſtipẽdiarios, & miniſtros ſcelerum,

*Diſcrimen regis & tyrãni*

ad quorum uires fidemq́; confeſtim recurrit tyrannus. Qui ideo ex nube naſci dicuntur, quia ex ſubſtantiis umbratilis regni, id eſt, ſubditorum eorum emunguntur ſtipendia, ex quibus in eorum exterminium impii nutriuntur. Demum Ixion à Ioue in terras è cælo pellitur, id eſt, à natura rerum. Poſtquàm enim cupidus intrauit dominium omiſſis cogitationibus ſplendidorum, quibus ſpe blanda, & fallaci exiſtimatione oblectabatur, in anxias certasq́ue trahitur curas, dum ſcilicet nocere incipit, quibus laboribus quantumcunq; continuis & amaris plenum ſit imperium. Hic inſuper quoniam ſe cum Iunone concubuiſſe iactaſſet, id eſt, ſe regem dicere auſus eſt, fulminatur à Ioue, eo ſcilicet fulmine, quo exuruntur inſipidi, qui dum ſe ſomniantes alis in cælum euehi arbitrantur, ſomno excuſſi repente ſe reperiunt præcipitatos in terris. Nam dum turgido ſpiritu elati quantumcunq; uiolentia populorum imperium teneant, in ſe redeuntes ſtolidæ ambitionis ſomnum ab oculis pellunt, aduertunt quos angores intrauerint, quas ambages, quos timores, quasq́; incognitas ante perplexiones. qua animaduertentia non aliter q̃ ab ignito fulmine cruciantur. Qui cruciatus ſi peccato aliquo eo tenente tyrannidem, finiretur, non apud inferos ſupplicio rotæ uolubilis damnaretur, ſed quoniam in pectore talis abſq; quiete aliqua circulari motu aſſidue circumuoluitur, & ueteres innouantur & nouæ ſuperadduntur, dum hinc huius inſidias, inde uires illius, illinc dei iudicium timidus expaueſcit, rotæ infixus uolubili dicitur. Quæ ideo plena ſerpentum fingitur, quia curis non ſolum aſſiduis, ſed etiam mordacibus agitatur. Seu aliter & breuius. Nubem regni dicemus fore ſpem ſumptam, quam nonnulli ſibi male ſuis uiribus menſuratis certiſſimam faciunt. Quæ ideo ſimilis Iunoni fingitur, quia ſperanti iam ſperatum poſſidere uidetur, nec aliter ſecum quàm ſi poſſideret, de re ſperata diſponit. & hinc fit, ut ex hac tam certa ſpe, ut effectum conſequatur, ſperans ſibi uires præparat, & ſic agente ſpe, id eſt, nube, Centauri oriuntur, id eſt, præparantur, & cum ad cõſequendum opere, quod iam ſpe tenet inſipidus, intrat labores, adeò ut omittat cogitationes ſplendidas, & in turbulentias deueniat neceſſe eſt, & ſic à Ioue, id eſt, à luce & ſplendore cogitationũ cadit, ſeu deiicitur in terras, ut fulminatus uexetur in rotam, ut dictum eſt. De hac autem rota aliter ſenſiſſe uidetur Macrobius, illos ſcilicet radiis rotarum pendere diſtrictos, qui nihil conſilio præuidentes, nihil ratione moderantes, nihil uirtutibus explicantes, ſeq́; & omnes actus ſuos fortunæ committentes caſibus fortuitis ſemper rotantur. Alii uero ubi Ixion Iouis & Iunonis ſecretarius dicebatur, ſenſerunt Ixionem augurem fuiſſe, eo quod in aëre caperentur auguria, per quæ ſecreta, id eſt, ea quæ futura ſunt ſolum, à talibus cognoſci credebantur. Quod autem ex nube genuerit Centauros, uolũt nil aliud intelligi, quàm quod precio ſatellitum fidem aucupent, quę ſic facile diſſoluitur alio ſuperueniente munere ut nubes fit. Dicit præterea Fulgẽtius Dromocritem in Theogonia ſcribere Ixionem in Græcia primum regni gloriam affectaſſe, & ſibi centum equites primum omnium conquiſiſſe, ex quo Centauri, id eſt, centum armati. Sed ego miror Ixionem primum apud Græcos regnum optaſſe, cum conſtet ante tempora Ixionis multos fuiſſe Sycioniis & Argiuis reges, qui & Græci ſunt. Fuit enim Ixion Danao imperante Argiuis. poſſet tamen hic reſponderi alios reges, qui eum præceſſerunt, ſponte populorum quibus imperauerant extitiſſe. Ixion autem primus fuit, qui per uim & tyrannidem regnum occupare conatus eſt.

*Addunt fabulæ commentarij* Homeri & Apollonij, *Ixionem principio duxiſſe uxorem* Diam *filiam* Deionei, *ſiue* Eionei. *Cui cum multa pro compenſatione dotis pollicitus eſſet, & ob id ad eum pater ſpõſæ ueniſſet, ut* τὰ ἔδνα *ferret,* Ixionem *facta ſcrobe, eaq́; lignis atq; ſtramentis intecta, patrem ſponſæ in ea fraude peremiſſe: ob quam cædem cum neq; homines, neq;* Dij *luſtrare illum uellent, diuq́; incertus uagaretur, tandẽ* Iouẽ *illius miſertũ illũ expiaſſe. Tum aũt poſtquàm purgatus fuiſſet, & apud ſuperos aliquandiu degeret,* Iunonem *amare cœpiſſe. Præterea autem* Pherecydes *non* Phlegyæ *filium, ſed* Aetonis *cuiuſdam facit.* Didymus τοῦ Διὸς παῖδα *uocat, additq́; in rota quæ circumagitur ſupplicij cauſſa clamare,* ὡς τοὺς εὐεργέτας ἀμείβεσθαι προσήκει. *Vide in* Odyß. Φ

Centauri



De Centauris Ixionis filiis in generali. *Cap.* XXVIII

CEntauri Ixionis & Nubis filii fuere, ut præmonſtratum eſt. Hos uolunt quidam apud Theſſaliã equos ante alios domuiſſe, & inſignes euaſiſſe equites, & quoniam centum conuenere inuicem, Centauri dicti quaſi centum armati, uel centum Martes, nam Græce ares Mars eſt, ſeu potius centum auræ. Nam ſicut uentus uelociter euolat, ſic & hi centum uelociter currere uidebantur. Veruntamen hæc latina etymologia eſt, quam Græcæ dictiones minime patiuntur. Ex eis talem refert Seruius fabulam, quod cum quidam Theſſalus rex bobus œſtro exagitatis ſatellites ſuos ad eos reuocandos ire iuſſiſſet, & illi cum curſu pedeſtri non ſufficerent, aſcenderunt equos, & eorum uelocitate boues cõſecuti, eos ſtimulis ad tecta reuocarunt. Sic hi uiſi aut cum irent uelociter, aut cum eorum equi circa flumen Peneon potarent, capitibus inclinatis locum fabulæ ſtulta credulitas adinuenit. qua arbitratum eſt unum eſſe animal ex equo & homine compoſitum, & ſic poſtea ſemper pictum eſt. Hi tandem elati homines in nuptiis Pirithoi cibo pleni uinoq́; madẽtes ſponſam Pirithoo auferre conati ſunt, ſed reſiſtente Theſeo ſuperati. Virgilius autem dicit illos fuiſſe Lapitas. Eos autem ſuperari atq; deleri Mars paſſus eſt, eo quod illi ſacrum non exhibuiſſent cum diis cęteris adoleſſent. Quaſi ex hoc uelint, quia obmiſſa Martis ſeueritate, epulis & potationibus uacantes effœminati ſint, & ſic ſuperati. Si quid præter hoc ex eis hic fictionis haberetur, ſatis ſupra ubi de Ixione declaratum eſt.

*Et hinc fortaſſe* κένταυροι *dicti ſunt*

De Euryto Ixionis filio. Cap. XXIX

EVrytus ex Centauris unus, ut refert Lactãtius, in domum Oenei regis Calydoniæ ueniens Deianiram quã paulo ante Hercules petierat, & fidem præſtauerat ſe illam in uxorem ducturum, poſtulauit in coniugem. Oeneus uim timens ſpopondit, & conſtituto die dum nuptias Eurytus celebraret, ſuperuenit Hercules, & inito cum Centauris ibidem exiſtentibus certamine eos occidit, & Deianiram ſibi matrimonio copulauit. Ouidius uero non ſic, quinimmo dicit quod cum Pirithous duxiſſet Hippodamiam coniugem, & poſuiſſet in antro menſas Centauris, & ipſi epulantes uino plurimo caluiſſent, in laſciuiam uenẽte & audaciam nimiam, & capiente Euryto Hippodamiam atq; trahente eam, inſurrexit Pirithous atque Theſeus, & turbati caſu aduerſus eum & ſocios iniere pugnam, & cum abſtuliſſet Theſeus Hippodamiam Euryto, eum conantem manibus cratere ſumpto interfecit.

*Fuit & alius* Eurytus Oechaliæ *rex, pater* Ioles, *de quo ſuo loco agetur. Quidam differentiam inter* Eurytum *&* Eurytionem *faciunt, eumq́; de quo hic dicitur* Eurinona *uocant.* Vide Comment. Odyß. Φ

De Aſtylo ex Centauris uno uate, Ixionis & Nubis filio. Cap. XXX

AStylus ex Centauris fuit unus, & quoniam augurio ualebat futura pręnoſcens fratres monuerat ne bellum aduerſus Lapitas aſſumerẽt. Tandem cum ſe unà cum eis in nuptiis reperiret, uideretq́; Dryantem acriter inſiſtentem cædentemq́; miſere quos cõtingere poterat, & ex ſuis etiam plures fugientes, timens illius uirtutem, & ipſe fugam cepit, Neſſoq́; Centauro fugienti dixit, ut dicit Ouidius, Aſtylus ille etiam metuenti uulnera Neſſo, Ne fuge, ad Herculeos, inquit, ſeruaberis arcus, &c.

De Neſſo Ixionis & Nubis filio. Cap. XXXI

NEſſus ex Centauris famoſiſſimus fuit, hic cum uerſutus homo plurimum eſſet, & fuga manus euaſiſſet Lapitarum, in Calydoniam abiit, & ſecus Euenũ eiuſdem regionis fluuium moram trahens, Deianirã filiam Oenei regis amauit. tractu uero temporis contigit, quod eunte Hercule à Calydonia uerſus patriam unà cum Deianira cõiuge ab Eueno fluuio pluuiis turgido detentus eſt. Cui Neſſus quaſi obſequium præſtaturus obtulit ſe, ſi natans uellet tranſuadare fluuium, Deianiram in ripam alteram delaturum. Quod Hercules annuit. Verum cum tranſuadaſſet uelociter Neſſus, Hercule adhuc natante, ratus ſuo ardori conceſſum tempus, aura ocyor cum Deianira fugam arripuit.

*Oui. 9. Metã.*



Her-

Hercules autem ſumpto arcu, ſagitta eum conſecutus eſt. Qui dum ſe ſaucium cerneret, & periturum agnoſceret, ne inultus occumberet, nouam commentus fraudem, confeſtim ueſtimentum ſanguine ſuo perlitum exuit, & quaſi munus amoris Deianiræ dono dedit, hâc illi aſſerens eſſe uirtutem, ut ſi illotum ſeruaretur, poſſet ab omni amore forenſi in ſuum reuocare Herculem, dũmodo id ageret ut illo indueretur Hercules. Quod credula Deianira ſeruauit, & poſt tempus, dum Herculem amore Ioles captum in ſuum reuocare uellet, illum, ut latius in ſequentibus exprimetur, occidit. Neſſus autem ueſtimento dato expirauit, ut uaticinium impleretur Aſtyli. Statius hunc Euenum fluuium ob mortem Neſſi Centaureum cognominat. Et Lucanus de eo dicit,

Et Meleagream maculatus ſanguine Neſſi
Euenus Calidona ſecat, &c.

De reliquis Centauris Ixionis filiis. Cap. XXXII

OPhionides, Gryneus, Rhetus, Arnæus, Lycidas, Medon, Piſenor, Caumas, Mermerus, Pholus, Menelas, Abas, Eurynomus, Areus, Imbreus, Cæneus, Aphypnas, Petræus, Lycus, Chromis, Dictys, Helops, Phareus, Bianor, Nedimnus, Lyceſpes, Hiſpaſus, Ripheus, Tereus, Demoleon, Phlegræus, Hyles, Hiphonous, Danis, Dorylas, Cyllarus, Hylonome, Phæocomes, Chthonius, Teleboas, Pyritus, Oeclus, Eridupus, Neſſæus, Odites, Stiphelus, Bromus, Antimachus, Helimus, Pytacmes, Latreus, & Monychus. Omnes fuere Centauri, Ixionis & Nubis filii, & in nuptiis Pirithoi, aut cæſi, aut fugati à Lapitis, ut late in ſuo maiori uolumine teſtatur Ouidius.

*Quem hic Ophionidem nominat, Amycus proprio nomine dicitur: ſic enim Ouidius lib. 12. inquit, Primus Ophionides Amycus penetralia donis Haud timuit ſpoliare ſuis.*

De Pirithoo Ixionis filio, qui genuit Polypatem. Cap. XXXIII

PIrithous non ex nube apposita, ſed ex coniuge fuit Ixionis filius, ut dicit Ouidius, Duxerat Hippodamen audaci Ixione natus, &c. Hic ut fert, amicitia integra Theſeo Athenienſi iunctus fuit, & cum Hippocatiam ſecundum Lactantium, ſecundum autem Ouidium Hippodamiam duxiſſet uxorem, ut ait Seruius, circumuicinos populos conuocauit ad feſtum, ex quo ſecutum eſt, cum in nuptialibus ſacris cæteri honorarentur Dii, ſolus Mars omiſſus eſt. quam ob cauſam indignatus Centauris indignantibus immiſit furorem, qui ſurgentes aduerſus Lapitas in pugnam, ut ſupra dictum eſt, plures ex Centauris cæſi occubuere. Lactantius uero dicit hoc in certamine Lapitas fuiſſe deletos, quod intelligendum eſt de his Lapitis qui Centauri erant. Pirithoum inſuper uolũt, Hippodamia mortua ſeu ea uiuente, & forte repudiata, cum Theſeo amico ſuo conueniſſe, qui tunc forte celebs erat, ſe niſi ex Iouis genitis ſumpturos uxores, & cum iam Theſeus Helenam rapuiſſet, quæ Iouis & Ledæ filia habebatur, nec altera noſceretur in terris ea tempeſtate à Ioue genita præter Proſerpinam Plutonis cõiugem, cum in cælum nequirent aſcendere, ad inferos eam rapturi declinauerunt. Verum Cerberus aduerſus Pirithoum inſurgens, illum primo interfecit impetu, quem dum iuuare conaretur Theſeus, in magno uitæ fuit diſcrimine, & ultimo à Plutone detentus eſt. Tandem redeunte Hercule ab Hiſpania Gerione ſuperato, & præda ingenti diuite, audito Pirithoi infortunio, & captiuitate Theſei à Tænaro ſpecu deſcendit ad inferos, ut tragœdus teſtatur Seneca in tragœdia Herculis furentis. Cui obuius Cerberus factus, ut in eadem tragœdia plenius dicitur, ab Hercule uictus, atq; triplici ligatus catena Theſeo conceſſus eſt. Aliqui uolunt Cerbero ab Hercule barbam decerptam, quem liberato Theſeo, per Tænaron ad ſuperos triplici traxit catena etiam renitentem. Pomponius autem in Coſmographia ſcribit circa Euxini ſinus introitum haud longe ab Heraclea urbe Acheruſiam ſpecum eſſe, ad manes uſq;, ut fama fert, peruium, & ex eo ad ſuperos aiunt incolæ Cerberum tractũ. Sunt pręterea nonnulli, qui ad augẽdam fabulæ fidem, cum uenenoſis herbis locus abundet, dicãt eas primo ex ſpuma tracti Cerberi natas, nec in proceſſu à quoquam euelli potuiſſe. Quod hac hiſtoria fictum eſt, ęque ad hiſto-



riam pertinet. Nam cum clàm latronum more non tanquam ſtrenui iuuenes rapturi Proſerpinam iuiſſent Pirithous & Theſeus, nocte à Cerbero cane Pirithous, ut legitur occiſus eſt, & ab incurſantibus detentus Theſeus. pro cuius liberatione Hercules ad inferos deſcendens, id eſt, in regna Moloſſorum primo claua occurrentem, & omnia audentẽ canẽ domuit atq; ligauit, & Theſeũ ſub interminatione belli Plutoni inferẽdi repetiit, qui illi conceſſus eſt, & ſic cũ cane in Atticam ſeu Bœotiam rediere. Per barbam Cerbero euulſam audaciam atq; robur debemus intelligere, quibus canis priuatus eſt. Nam expertus Herculis clauam, & uiſa uiri conſtantia timidus atq; mutus effectus, ſe uictum confeſſus eſt. Eſt enim hominibus barba à natura conceſſa in teſtimonium uirilitatis, ut in moralibus placet Gregorio. Hanc enim quotiens tangimus aut uidemus, nos eſſe uiros meminiſſe debemus, & nobis ab his, quæ minime uirum deceãt, cauere monemur. De reliquis alibi dictum eſt.

*Comment. Apollonij Theſeum & Pirithoum alterum Neptuni, alterum Iouis filium dicit, cui uidetur Homerus quoq; Iliad. 2. conſentire, ubi dicit,* ὑιὸς πειριθόοιο τὸν ἀθάνατος τέκετο ζεύς.

De Polypate Pirithoi filio. Cap. XXXIIII

POlypates Pirithoi fuit filius, & Hippodamiæ, ut Homerus in Iliade, dum dicit, Illos autem ducebat fortis bello Polypates filius Pirithoi, quem immortalis genuit Iuppiter. Hunc Polypatem Pirithoo genuit glorioſa Hippodamia. Hic ut per eundem Homerum patet in catalogo Græcorum, cum eis in Troianam expeditionem iuit.

*Verſus ſunt hi,*

Τῶν δ᾽ αὖ ἡγεμόνευε μενεπτόλεμος πολυποίτης
ὑιὸς πειριθόοιο τὸν ἀθάνατος τέκετο ζεύς,
τὸν ῥ᾽ ὑπὸ πειριθόῳ τέκετο κλυτος ἱπποδάμεια.

*Quo loco Comment. addit* πολυποίτην *dictum eſſe à matre, quaſi* πολυποινίτην, *eo quod multis Centauris inflixiſſet* ποίνην, *hoc eſt, pœnam, &c.*

De Britona Martis nona filia. Cap. XXXV

BRitona ſeu Briton nympha fuit Cretenſis, & ut Lactantius aſſerit, Martis filia, quæ cum uirgo adhæſiſſet Dianæ, & perpetuæ facto uirginitatis uoto, uenationibus uacaret, eo quod formoſa eſſet, Minoi regi Cretenſium placuit. Qui cum ei renitenti uiolentiam uellet inferre, nec aliunde uirgini appareret effugium, ſe in mare dedit præcipitem, & ſic ab undis abſorpta eſt. Cõtigit poſtea, ut piſcatorum retibus traheretur eius cadauer in littus. Porrò ſeu Dianæ, ſeu Martis turbatione factum ſit, peſtis ingens inſulæ immiſſa eſt, quam uidebant ceſſare non poſſe incolæ, niſi Dianæ inſtituiſſent templum, & eam Dictynnam appellarẽt, eo quod piſcatorum retia, quibus in terram deductum eſt Britonæ cadauer, dictya nominentur.

*Vtrum hic dicam Bocatium, an quem citat Lactantium, erraſſe, non ſatis ſcio, neque enim Brito ſeu Britona eius nomen eſt, de qua præſentem fabulam autores narrant, ſed Britomartis: neq; ea Martis filia ab alijs, quod ego uiderim, dicitur, ſed Iouis. Diodorus in ſexto ſic ſcribit, Britomartem etiam Dictynnam dicunt, in Creta genitam, ut tradunt, ex Ioue ac Acamarchide Euboli Cereris filij (ſic enim legere malim, quàm quæ uulgata lectio eſt, ut Britomartem conſtruatur cum ſuperiori ſententia, nomenq; ciuitatis ſit ab Hercule in Aegypto conditæ.) Hæc retia ad uenandum inuenit, ex quo Dictynna eſt cognominata. Conſuetudine Dianæ utebatur, quod cauſam præbuit, ut quidam Dictynnam, Dianamq; eandem eſſe exiſtimarent, quã deam ſacris, templisq; Cretenſes coluere. Qui uero Dictynnam à retibus piſcatorijs, ad quas fugerat, inſequente coitus gratia Minoë, uolunt denominatam, procul à uero ſentiunt. Non enim credendum uidetur, deam in eam egeſtatem compulſam, ut auxilia hominum imploraret, cum eſſet maximi Deorũ filia: neq; Minoën tantæ impietatis culpare decet, præſertim cum fuerit omnium conſenſu habitus, iuſtus uir, & probatæ uitæ, &c. Hæc Diodorus. Huius ſententiæ aſcribit & Virgilius in Ciri. ubi ſic legitur: Te erepta Britomartis eſt ſpes una ſepulchri Te Britomarti diem potui producere uitæ. Atque utinam Cereri, nec tantum grata Dianæ Venatus eſſes uirgo ſectata uirorum Gnoſia Naupacto contendes ſpicula cornu, Dictæas ageres ad gramina nota capellas, Nunquam*

*tam obnixe fugiens Minois amores, Præceps aërijs ſpecula de montibus iſſes. Vnde alij fugiſſe ferunt, & numina Phore Virginis aſſignant, alij quo notior eſſes Dictynnã dixere tuo de nomine Lunã.*

*Ex quibus uerſibus corruptiſſimis licet, idẽ ferè, quod ex Diodoro patet. Præterea & Claudianus libro tertio de laud. Stilicon. inter comites Dianæ Britomartem recenſet. Quorum omnium autoritatem ſecutus, cenſeo hoc loco Britomartem ad quam Bocatij fabula pertineat, legendũ eſſe. Et eiuſdem genealogiam non ad Martis, ſed ad Iouis progeniem referendam, ita tamen, ut liberum ſit cuiuis quem uolet in hac re ſequi. Nam quæ Perottus de Dictynna refert, de ijs ipſe uiderit. Tametſi non ignoro & Solinũ in ea ſententia eſſe, ut patrio uocabulo Dianam à Cretenſibus Britomartem dici arbitretur Cap. 16.*

De Euadne x. Martis filia, & Capanei coniuge. Cap. XXXVI

EVadne, ut Theodontio placet, Martis fuit filia, ex Thebe Aſopi fluminis coniuge ſuſcepta. Quæ quidem Euadne coniunx fuit Capanei inſolentiſſimi hominis, & ex eo filium peperit, quem Sthenelum uocauere. Credo ego hanc ferociſſimam fuiſſe fœminam, & ideo Martis dictam filiam. Quam ferunt adeo Capaneum uirum ſuum dilexiſſe, ut dum fulminatus apud Thebas eius funeralia exercerentur, poneretur´q; Capanei cadauer ſemiuſtũ in rogũ, ferre non potens tam ingentem animi dolorẽ, ſeſe inieciſſe flammis illud urentibus, & ſic unà cũ uiro exuſtam, & immixtis cineribus in urnã depoſitã.

De Harmonia xi. Martis filia, & Cadmi coniuge. Cap. XXXVII

a HArmoniã Poëtæ dicunt Martis & Veneris fuiſſe filiã, eam´q; relicta Sphinge, à Cadmo Thebarum rege in coniugem ductam. Huic Vulcanum aiunt monile feciſſe pulchritudinis inſigne, ſed infauſti ominis portanti, & hoc ob odiũ in eam ſuſceptum, quod ex adulterio coniugis nata ſit. Ex hac inſuper Cadmus iiii. ſuſcepit filias, & poſtremo, ut aiunt, in ſerpentes uerſæ, in mortem uſq; manſere. Cuius fictionis abſconditum hoc eſſe poteſt. Primo Veneris filia fuit Harmonia quantum ad Cadmum, quia pulchritudine ſeu facetia ſua potens fuit in Cadmũ uenereas immittere flãmas, id eſt, libidinoſam flagrantiã, quod Veneris eſt, & hoc in quãtũ ob ipſius deſideriũ Sphingem priſtinã cõiugẽ abdicauit. Martis uero filia ideo dici poteſt, quia eidẽ Cadmo cauſa fuit belli. Nã ut dicit Euſebius, Palefatũ inducens in teſtem, Sphingos propter zelũ Harmonię à Cadmo, cuius erat uxor diſceſſit, & confeſtim in eũ bella cõmouit, & ſic Martis filia, id eſt, belli cauſam Cadmus aſſumpſit uxorem. Monile aũt infauſtum à Vulcano conditũ accipi poteſt propter infauſtũ huiuſce matrimonii exitũ, eo quod ab Amphione & Zeto regno priuati, & in exiliũ pulſi ſunt. Quod autẽ in ſerpentem uerſa ſit, poteſt intelligi, ſeu quia exul circa infima uti ſerpentes incedũt, ſe cũ uiro exercuit, ubi dũ regnaret uacabat excelſis, ſeu quia per diuerſa poſt exiliũ, nũc huc, nũc illuc errauere ut ſerpentes, ſeu quia affecti ſenio pectus in terram uerſum uti ſerpentes faciunt, qui pectore gradiuntur, inceſſere.

a *Fabulam tractat Ouidius libro quarto Metamorph. De Monili autem Statius libro primo. Harmoniam Hellanicus Elecoræ filiam & Iaſij ſororem dicit, cui ſubſcribit & Diodorus in 6. Anti.*

De Hyperbio xii. Martis filio. Cap. XXXVIII

HYperbium Martis fuiſſe filium aſſerit in libro naturalis hiſtoriæ Plinius, de quo nil aliud reperiſſe memini, niſi quod idem Plinius dicit eũ ſcilicet primũ fuiſſe, qui occidit animal, & ob id puto cum opus ſæuum uiſum ſit, Martis filium dictum.

De Aetolo xiii. Martis filio. Cap. XXXIX

Lib. 7. cap. 56 AEtolus Martis fuit filius, ut Plinius in libro naturalis hiſtoriæ teſtatur, eius´q; fuiſſe compertum iaculum dicit. Credo ego hunc Aetolum regem fuiſſe Aetoliæ, & ab eo forſan denominatam fore regionem illam, in qua cum bellicoſi plurimum populi ſint, & ipſe Aetolus, ut in euentu eius oſtenditur, cum bellicoſus homo eſſet, ab ipſis Aetolis Martis filius dictus eſt.

*Cõment. Homer. de Aetolo ſic tradit: Aetolus, inquit, filius Endymionis fuit qui cæde per imprudentiam in patria perpetrata, fugit in eam regionẽ, quæ poſtea ab ipſo Aetolia dicta eſt, ibiq; genuit filiũ Pleuronem, à quo urbs Aetoliæ dicta. Huius autem duo filij fuerunt Cures & Calydon, à quibus rurſus alijs urbibus nomina data ſunt. Iliad. N*

De Remo



De Remo xiiii. & Romulo xv. Martis filiis. Cap. XL

REmus & Romulus, ſeu Romus, ut ueteres aſſeruere Romani, Martis fuere filii, ex Ilia ueſtali uirgine ſuſcepti. Ex quibus ubi de Faſtis refert Ouidius, quod cum Ilia urna ſumpta iret aquam latura pro ſacris, ſub ſalice feſſa cõſedit, & canentibus auibus in ſomnũ ſoluta, à Marte uiſa & oppreſſa eſt. ei uero dormienti uiſum eſt, ſe in conſpectu ignium ueſtalium ſtare, & in focos uittas laneas, quibus obumbratũ caput habebat cecidiſſe, & eis duas conſurgere palmas, quarum altera maior ramis totum occupauerat orbem. Quas cum moliretur patruus excidere, à pico Martia aue & lupo tutatæ ſunt. Quæ cum ex eo compreſſu, quem dormiens paſſa fuerat, geminos peperiſſet, iuſſu Amulii regis Albanorum patrui ſui, ut proiicerentur in Tyberim delati, cũ intumuiſſet pridiani imbris cauſa flumen, nequeuntes delatores deuenire ad alueum, illos in ripam depoſuere. ibi aliquandiu à pico nutriti, aduenit lupa quæ catulos perdiderat, & admotis labellis eorũ uberibus eos educauit. Figmenti huius ratio ſatis ſumitur ex Romanorum annalibus. Habetur enim pro comperto Iliam ex incognito patre uno partu Remum & Romulum peperiſſe, ſic uittæ uirginitatis teſtimonium ferentes in ignem cecidere. duo nati duæ fuerunt palmæ, quia uictorioſi fuere iuuenes, ſed alter magis ſcilicet Romulus, qui Romanum fundauit imperiũ, per quod omnis orbis ſuis & ſuorum ſcilicet uictoriis ſubactus eſt. In hoc ſæuire uoluit patruus dum abiici iuſſit. A pico autem educatos ideo dixere, quia picus formicis alatur, per quas agricolæ intelligũtur. ſic & ipſi à Fauſto paſtore regio, qui & agri cultor erat, collecti & ſeruati ſunt. & à lupo nutriti etiam ſunt, quoniam ab Acca Laurentia Fauſtuli coniuge lactati, & materna ſolertia gubernati fuere, quam lupam uocauere, eo quod nobile ſcortum fuit, & tales nuncupantur lupæ, ob auaritiam, cauſa cuius pudicitiam proſtrauere, & inde in hodiernum uſq; cellulæ talium lupanaria appellantur. Quod autem ex Marte geniti ſint, ad contegendam cõditorum tam inclytæ gentis infamem originem adinuentum eſt, conuenientibus etiam moribus iuuenum figmento, nam rapaces & prædones, & elati animi atq; bellicoſi fuere, de quibus dicit T. Liuius, quod cũ Amulius Numitorem fratrem regno expoliaſſet, Lauſum eius occidit filium, & Iliam ad auferendam ſpem prolis, ueſtalem dicauit uirginem, ex qua cum nati gemini, & iuſſu Amulii eſſent expoſiti, à Fauſtulo rerum cõſcio educati, & ad ætatem uſq; puberem deducti quũ rapinis & latrociniis uacarent, ſtirpis eorum facti conſcii & fraudis Amulii, ex compoſito cum captiuis à ſociis duceretur alter, & alter quaſi accuſator cum cõſciis ad Amulium ueniſſent, conſurgentibus hinc accuſatore, inde accuſato in regem, eum occiderũt, & genus profeſſi ſuum, auo eorum Numitori ſeni regnum reſtituere. Ipſi uero, ubi nunc Roma eſt, ſibi condidere urbem. Et dũm de ſe uterq; nouæ urbi nomen uellet imponere, in hanc concordiam ex compoſito deuenere, ut ſiquis fauſtius ſumpſiſſet augurium ex diuerſis montibus, is nomen imponeret ciuitati. Ex quo ſecutum eſt, ut ſex uultures uideret Remus. xii. Romulus. quamobrem quoniam plures uidiſſet, Romam à ſe nuncupauit urbem, Remus autem poſtea, quia ſulcum loco muri ſignatum contra edictum Romuli ſuperaſſet, ſeu aliã ob cauſam, à Romulo uiſum ſit, à Fabio Romuli duce Remus cultro paſtorali occiſus eſt. Et ſunt qui arbitrentur eum ibidem ſepultum, ubi futuri muri ueſtigium tranſgreſſus eſt, oſtendunt´q; hodierni pyramidem in muro ſaxis in altum egeſtam cadaueri eius ſuperædificatam.

De Romulo tantum xv. Martis filio. Cap. XLI

ROmulus Iliæ & Martis fuit filius, ut ſupra proximo monſtratũ eſt. Eſto dicat Seruius hũc Romum appellatum fuiſſe. Verum pro Romo Romulus blandimenti cauſa dictum. Nam gaudent diminutione blanditię. Hic quidẽ primus fuit Romanorũ rex bellicoſiſſimus homo, adeo ut merito Martis filius crederetã. Nulla enim ei quies unq̃ fuit. Hic multos ex adiacẽtibus urbi populos armorũ ui ſuæ ditioni ſubegit. Et quoniã uir bellorũ fuit, pauca ſacra apud

nouum

nouũ populũ, quẽ ex fugitiuis & latronibus aſylo facto cõgregauerat, & Sabinas mulieres fraude captas cõgregatis cõceſſerat, inſtituerat. Sed inter alia Laurentalia intulit, hãc ob cauſam, ut dicit Macrob. quia ut Macer in hiſtoriarũ libro refert, Fauſtuli cõiugem Accã Laurentiã Romuli & Remi nutricem, regnante Romulo Carutio cuidã Tuſco diuiti nuptam auctam'ꝗ præmortui Carutii hæreditate, Romulum quem nutriuerat hæredem liquiſſet, & ſic ob id pietatis cauſa feſtum Laurentalium inſtitutum. Nonnulli aliter opinantur dicentes, non à Romulo, ſed ab ipſa Acca Laurentia hoc introductum ſacrum, & à Romulo continuatum. Quæ opinio roborari uidetur autoritate Fulgentii, qui in libro Antiquorum ſermonum dicit ſic, Acca Laurentia Romuli nutrix conſueuit pro agris ſemel in anno ſacrificare cum duodecim filiis ſuis ſacrificium præcedentibus, unde dum unus mortuus eſſet, propter nutricis gratiam Romulus in uicem defuncti ſuccedere pollicetur, unde & ritus proceſſit cum duodecim, & hi duodecim qui ſacrificarent deinceps Arualés dicti ſunt fratres, ſicut Rutilius geminus in libris pontificalibus memorat. Hic in ſuper annum, primus Romanis ex decem menſibus ordinauit. Quorum primũ à Marte patre Martium appellauit. præterea centum fore patres inſtituit, quos Senatores nuncupauit, & qui ex his naſcebantur Patricii dicebantur. Inde ſedato Sabinarum ob raptum mulierum bello, diuiſit in curias, & equitum tres centurias deſcripſit, & alia multa fecit bellica potius quàm pacis tempora proſpectãtia. Inde multarum inſignis uictoriarum, dum apud Capreas paludes, ad recenſendũ exercitum concionem haberet, coorta ſubito tempeſtate maxima cum fragore cæli, & tonitruorũ ſtrepitu ingenti, atꝗ denſo nimbo contectus eſt, adeò ut eius conſpectus auferretur à plebe, nec ulterius in terris poſtea uiſus eſt. Creditum'ꝗ eſt. à patribus, eo quod plebi uideretur fauere nimis, trucidatum, & in paludem cadauer eius deiectũ. Sed poſtquàm plebs nobilitatis metu aliquandiu tacuit, à nonnullis initio facto, deum deo natum regem parentem'ꝗ urbis Romanæ ſalutare cœpere, & uota exhibere. Quam ſtolidam opinionem unius nobilis uiri conſilio roboratam aiunt. Nam Iulius Proculus, qui ex ſtirpe Aeneæ creditus cum Remo Romulo'que Alba relicta Romam deuenerat, in ciuitate ſollicita deſiderio perditi regis in concionem prodiit. Romulus Quirites parens urbis huius prima hodierna luce cælo repẽte delapſus, ſe mihi obuium dedit, cum perfuſus horrore uenerabũdus aſtitiſſem, petens contrà, ut intueri fas eſſet. Abi, nuncia, inquit, Romanis cæleſtes ita uelle, ut mea Roma caput orbis terrarum ſit. proinde rem militarem ſciant, & ita poſteris tradant nullas opes humanas armis Romanis reſiſtere poſſe. Hoc, inquit, locutus, ſublimis abiit. Ex quo factũ, ut ſub nomine Quirini, ſic enim, quia haſtatus incederet, & haſta quiris Sabina lingua diceretur, appellatus, & deus habitus ſit. Plinius tamen ubi de uiris illuſtribus dicit, Romulum à Curibus Sabinorũ oppido Romanos appellaſſe Quirites. Deceſſit quidem poſtquàm annis ſeptẽ & triginta regnaſſet, & regnare cœpit anno mundi iiii. M. cccc. xlv. natus annorum quindecim, ut ſcribit in libro temporum Euſebius. Et quoniam ultimus ex compertis ex prole Martis eſt, libello nono ſecum libet finem imponere.

LIBRI NONI FINIS

In decimo cum ſtirpe tua Neptune notaris



# GENEALOGIAE DEORVM GENTILIVM, LIBER DECIMVS.

## PROOEMIVM

MEDITERRANEVM mare Aphrico & Aſiatico atq; Euripo littore terminatum, mille conſpicuum inſulis opere Herculis, regum inclyte, inter Abilá & Calpem occidentalia promontoria, quæ Pomponius colũnas Herculis uocat, ad terras demiſſum noſtras ex Oceano uetuſtiſſimi homines credidere. Ex quo ſic deo ſua liberalitate noſtris opportunitatibus prouidẽte, ingens mortalibus commodum conſecutum eſt. Quid enim ſpectare diuino præſtante lumine rates humano excogitatas ingenio, & artificio fabrefactas, nũc remigio ſulcantes undas, nunc uelo tenſo uentorum impulſas ſpiritu, quibus omne grande defertur onus? Quid eorum excogitare audaciam, qui ſe primo undis incognitis & inexpertis flatibus credidere, horror equidem eſt horum tamen, & ſi non ſemper, ut plurimum tanta fuit fides aut audentium fortuna, ut transfretantes peregrinatione longinqua, non dicã curſu ſolum, ſed uolatu celeri delati aurũ metallaq́; cætera Eois, ueſtes purpureas, & aromata, lapides precioſos, & ebora occiduis, peregrinas aues, & balſama, ligna noſtris ſyluis incognita, gummas, & ſudores arborum reliquos, radicesq́; non omni ſolo familiares, ex quibus tam ſanis quàm ægris corporibus medicamina atq; oblectationes ſequuntur innumerę. Et quod non minimum humani generis reipub. bonum eſt. His agentibus nauigationibus maris huius factum eſt, ut Cymber, & Celta altero orbis angulo nõnunquam ſentiant, qui ſint Arabes, quid mare rubrum, quid & Sabea nemora ſudent. Hyrcanus, & Tanais incola Atlanticos noſcant heſperidas, & eorum etiam guſtent aurea mala. Feruentes Aethiopes, & Nilum, & Libycas poſtes, gelidus Hyperboreus luſtret & Sarmata. Sic & Hiſpanus Maurusq́; uiſitatus uiſitet, Perſos & Indos, & Caucaſum, & Tyles ultima calcet Taprobanis littora, & cum ſua inuicem permutant bona, non ſolum mores legesq́;, & habitus mirentur, fit, quinimmo qui ſe dum alterum intuetur ex altero quàm ſit mundo, nec uno eodem ſecum illo ambiri Oceano arbitratur ritus miſcet fidem mercimoniis communicet, amicitias iungat, & dum ſua docent idiomata, diſcãt & aliena, & ſic fit ut quos fecerat diſtantia locorum extraneos, nauigatio iungat, faciatq́; cõcordes. Sunt præterea & alia multa, quæ ſi tanta non ſint admiratione conſpicua, ſunt forſan utilitate continua cariora, prębet hoc mare lembis infinita piſcationum commoda, quibus fit ut opipare diuitum menſæ magnis atq; ſapidis piſcibus onerentur, & pauperes minoribus nutriantur. Hoc inſuper præſtante tranquillo ex inſulis fertilibus pecora, iumenta, atq; frumenta, & opportuna quæcunq; uictui & continentem etiam alterutrum deferantur, dat ualidis infirmisq́; lauacra, & ſale ſuo ualere facit inſipida, humectat adiacẽtes undiq; terras, eiusq́; meatu ſubterraneo fiſtulas implet, ex quibus fontes habemus & flumina, quorum niſi ſuſceptor adeſſet, in conuallibus maxima hominum peſte marcerent. Quid multa referam? hoc tam ſingulare bonum cunctis, ut priſci finxere Poëtæ in diuiſione regni trium filiorum Saturni Neptuno contigit, & eius dictus eſt deus, cuius quoniam prolem explicaturus ſum, libuit meipſum per eius beneficia circumagere paululũ. Vt ſi dum aliorum nauigans poſteritates exquirens, ſi abſq; periculo cymbulæ meæ ſulcare permiſit, nunc exquirenti ſuam tranquillum ſe præbeat. Quod oro, ut ille faciat, qui illud in cathacliſmo infra littora reuocauit.

De Neptuno nono Saturni filio, cui xxxv. fuiſſe filios legimus, quorum hæc ſunt nomina, primus Dorus, ii. Amycis, iii. Phorcus, iiii. Albion, v. Borgion, vi. Taras, vii. Polyphemus, viii. Telemus, ix. Brõtes, x. Steropes, xi. Pyragmon, xii. Nauſithous, xiii. Melion,





xiiii. Actorion, xv. Aon, xvi. Meſappus, xvii. Buſiris, xviii. Pegaſus, xix. Nycteus, xx. Irceus, xxi. Pelius, xxii. Neleus, xxiii. Cygnus, xxiiii. Chryſaor, xxv. Othus, xxvi. Ephialtes, xxvii. Aegeus, xxviii. Oncheſtus, xxix. Pelaſgus, xxx. Nauplius, xxxi. Celeno, xxxii. Aello, xxxiii. Occipite, xxxiiii. Sicanus, xxxv. Siculus.

Cap. I

NEptunus Saturni & Opis fuit filius, & dum natus eſt à matre, fuit abſconditus, ne à Saturno occideretur, ut in Sacra hiſtoria legitur. Hunc ueteres maris dixere deum, quod ex carmine Maronis patet dum dicit, Maturate fugam regiq́; hæc dicite ueſtro, Non illi imperium pelagi ſæuumq́; tridentem, Sed mihi ſorte datũ. Neptuno ſupra. Quod forſan ab Homero ſumptum eſt, dum in perſona Neptuni ſic in Iliade dicit, Tres enim à Saturno ſumus fratres, quos genuit Rhea, Iuppiter & ego. Tertius autẽ Dites mortuis dominans. Tripliciter autem omnia diuiſa ſunt, cuilibet autem contigit honor, certe mihi contigit antiquum fretum habitare ſemper, &c. Huic præterea dicit Albericus uxorem fuiſſe nomine Amphitritem, & ampliſſimam, ſed ex pluribus mulieribus prolem. Et cum illi currum comitesq́; dederint, qualiter per regnum incedat ſuum, pulchre deſcribit Virgilius, dicens, Iungit equos currum genitor ſpumantiaq́; addit Frena feris manibusq́; omnes effundit habenas Cœruleo per ſumma leuis uolat æquora curru. Subſidunt undæ tumidumq́; ſub axe ſonanti Sternitur æquor aquis, fugiunt uaſto æthere nimbi. Tum uariæ comitum facies, immania cete, Et ſenior Glauci chorus Inousq́; Palæmon, Tritonesq́; citi, Phorciq́; exercitus omnis. Lęua tenet Thetis & Melite Panopæaq́; uirgo. Niſee Spioq́; Thaliaq́; Cymodoceq́;, &c. Sed Statius aliter eius deſcribit excurſum dum dicit, Qualis ubi *Lib. 5. Theb.* Aeolio demiſſos carcere uentos, Dux præ ſe Neptunus agit, magnoq́; uolantes Iniicit Aegeo, triſtis comitatus eunti, Circum lora fremũt nimbiq́; hyemesq́; profundæ, Nubilaq́; euulſo terrarũ ſordida fundo Tempeſtas, &c. Huic inſuper de impoſitione nominis, cum Minerua litigium fuit, quod quoniam ubi ſupra de eadem dictum eſt, ſatis plene deſcribitur, reiteraſſe ſuperuacaneum duxi. Sic & de muris Troię ab eo & Apolline conſtructis, ubi de Laomedonte legitur, inuenitur. Volunt eum inſuper Iunonis fuiſſe alumnum, & loco ſceptri geſtare tridentem, & rerum illi fundamenta ſacrata. Ex quibus *Mythologia* quid ſenſerit decepta uetuſtas uidendum eſt. Neptunus maris deus à fingentibus dictus eſt, eo quod ſic in ſacra legitur hiſtoria, Iuppiter Neptuno imperium dat maris, ut inſulis omnibus, & quæ ſecus mare loca eſſent omnibus regnaret, &c. Hinc Poëtæ poſtmodũ ubi regem dixiſſet hiſtoriographus, deum fingendo dixere. quæ fictio adeo adoleuit, ut etiam qui ſe prudentes arbitrabantur, infanda credulitate caperentur. Amphitritem autem illius ideo dixere coniugem, quia ſemper mari iunctus ſit ſonus, qui ubique in littus fit, in circuitu orbis proiicientibus ſeſe undis in terram. Dicitur enim amphitrites ab amphi, quod eſt circum, & triton maris ſonus, & ſic circunſonans. Currus autem habet deſignare motũ eius in ſuperficie, qui cum reuolutione & rumore fit ut currus faciunt rotæ. De eius inceſſu & comitiua, quod à Virgilio ſcribitur, redeũtis in tranquillitatem maris mos ſeu natura ponitur. A Statio uero contrarium deſignatur, qualiter ſcilicet ex tranquillitate mare efficitur proceloſum. Mare autem Iunonis fuiſſe alumnũ ideo dictum eſt, quia aër ex aquis ſuſcipit incrementum, ut ubi de Iunone dictum eſt. Tridens autem ſceptrum illi conceſſum triplicem aquæ proprietatem oſtendit. Eſt enim labilis, nabilis, & potabilis. Fundamenta uero illi conſecrata ſunt, quia eius opere terra moueatur, & ob id ab Homero uocatur ſæpiſſime Ennoſigæos, quod idem eſt quod terram mouens. & propter hoc uoluerũt inſipidi id quod ſibi factum eſſet, ab eo deberi ſeruari. O quàm male legerant Dauidicum illud, Niſi dominus ædificauerit domum, inuanum laborãt qui ædificant eam. Et hi potiſſime qui Neptuno fundamenta commodant, cum nil ſtabile, niſi fundetur in petra, petra autem Chriſtus eſt. Vocant eum Neptunum, ut ait Rabanus & Iſidorus, quod nubat, id eſt, mare terram tegat, uel ut dicit Albericus, eum à nando dictum, quaſi ob id moueatur quod in eo rẽs nateat. Ridiculum eſt ob id inopinato regis

nomine uelle regni qualitates expromere.

*a* *Iliad.O.* τρεῖς γάρ τ᾽ ἐκ κρόνου εἰμὲν ἀδελφεοὶ, οὓς τέκε ῥέη ζεὺς καὶ ἐγὼ, τρίτατος δ᾽ ἀΐδης ἐνέροισιν ἀνάσσων. τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, ἕκαστος δ᾽ ἔμμορε τιμῆς. ἤτοι ἐγὼν ἔλαχον πολιὴν ἅλα ναιέμεν αἰεὶ παλλομένων, ἀΐδης δ᾽ ἔλαχε ζόφον ἠερόεντα, ζεὺς δ᾽ ἔλαχ᾽ οὐρανὸν εὐρὺν, αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι. γαῖα δ᾽ ἔτι ξυνὴ πάντων καὶ μακρὸς ὄλυμπος, *&c. Idē Didym. de eadē*

De Doro primo Neptuni filio. Cap. II

DOrus, ut dicit Seruius, Neptuni fuit filius, quem alii in parte Græciæ regnaſſe uolūt, ibiq́ tantæ fuiſſe autoritatis, ut omnes apud quos geſſit imperium, ab eius nomi-
*al's Dores* ne † Dori nuncupati ſint. Iſidorus uero ubi de etymologiis, & Rabanus in libro de origine rerum dicunt, Dorus Neptuni & Elopis filius fuit, unde Dori nomen & originem ducūt. ſunt autem Græciæ pars, ex quibus etiam cognominata tertia lingua Græcorum, quæ Dorica appellatur. Cur autem hic Neptuni dicatur filius, talis uidetur ratio. Primo enim poſſibile eſt eum Neptuni regis fuiſſe filiū, & tam uirtute ſua, quàm autoritate patris in magnum deueniſſe nomen, ut fit, & de hoc ſatis dictum ſit. Conſueuere præterea ueteres, & potiſſime qui generoſi erant animi, à propriis ſedibus ad alias tranſmeare, nō nunquam motu proprio ob cupiditatem gloriæ, & aliquando ſeditionibus pulſi, uel alia neceſſitate coacti, qui eo quod nondum ubiq́ peruii eſſent montes, & tenebroſa uetuſtate nemora complerent omnia, quia littora colerentur tantum, mediterraneis ferè ne-
*Neptuni filij* glectis locis, nauigio ferebantur, & ubi applicabant, ſeu littore occupato, ſeu ſponte incolarum ſuſcepti, ſi uidentium opinione erant uel efficiebantur inſignes, dum nationis eorum alia non haberetur ab incolis rudibus notitia quod per mare ueniſſent, & ut etiā eius originis gloriam ampliarent, confeſtim Neptuno attribuebant, eumq́ Neptuni fi-
*Terræ filij* lium nuncupabant. Si forſan huiuſmodi homo terreſtri adueniſſet itinere, terræ illum filium eſſe dicebant, quod multis contigiſſe indocta teſtatur antiquitas. Et ne ſæpius reiterandus ſit ſermo, ſic de reliquis Neptuni filiis, ni alia ratio demonſtretur, intelligendū ſit.

*Meminit & Dori cuiuſdam Diodorus in ſexto, à quo Dorienſes dictos ait.*

De Amyci uel Amyco Neptuni filio, qui genuit Buthem. Cap. III

*a* AMycis uel Amycus filius fuit Neptuni & Melites nymphæ ſecundum Seruiū, qui eum dicit à Polluce certamine ſuperatum. Quod Lactantius apertius explicans di-
*Apollon. Argonau. ſecūdo* cit, quod cū Pollux cum Argonautis ad Bebritium nemus appuliſſet, & eum Amycus Bebritiorum rex ad ceſtuum prouocaſſet certamen, haberetq́ ſemper hanc conſuetudinem, ut inſidiaretur intrātibus Bebritium nemus, & ſub titulo euocationis in certamen illud aduenas deduceret & occideret, contigit quod cum in illud perduxiſſet Pollucem, & ſuperatus illi uellet uim inferre, cōuocatis à Polluce ſociis ibidem occiſus eſt, ubi alios occidere conſueuerat. Theodontius uero dicit hunc ex Melanthone Protei ſenis filia Neptuni fuiſſe filium. Verum ego magis Seruio credam, cum dicat Leontius eum ex Melita inſula haud longe à Sicilia ibidem deueniſſe, & Bebritiæ regnum uiribus occupaſſe. Eſt enim Bebritia regio quæ poſtea Bithynia nuncupata eſt, proxima Troadi.

*a* *Melies legit Seruius, & id rectius puto, ſic enim & Apollonius,* ἔνθα δ᾽ ἔσαν σταθμοί τε βοῶν, αὖλις τ᾽ ἀμύκοιο βεβρύκων βασιλῆος ἀγήνορος, ὅν ποτε νύμφη τίκτε ποσειδάωνι γενεθλίῳ εὐνηθεῖσα βιθυνὶς μελίη, *&c. Tametſi nomen inſulæ cuius hic ſit mentio, Melite dicatur, à quo & Melitenſis, & Melitenſes catuli.*

De Buthe Amyci filio, qui genuit Erycem. Cap. IIII

BVthes, ut aſſerit Theodontius, filius fuit Amyci regis Bebritiorum. Quem dicit Leontius ob patris ſæuitiam, eo ab Argonautis cęſo, regno pulſum, & cū Melitam auitum regnum repeteret, poſtq́ aliquales errores paruo nauigio Drepanū in Sicilia deueniſſet, ibidem à Lycaſte nobili atque pulcherrima ea tempeſtate meretrice hoſpitio ſuſceptus eſt. Qui cum forma ualeret, & moribus, & ætate, à Lycaſte facile adamatus eſt. cuius cum eſſet uſus contubernio, ex eo filium ſuſcepit, quem Erycem nuncupauit. Et quia Lycaſte ob eximiam pulchritudinem & meretricium ab incolis Venus uocaretur, fabulæ datus



datus eſt locus Buthem ſcilicet Erycem ex Venere ſuſceptum.

*Comment. Apollonij alterius quoq; Butæ meminit, filij Cecropis cuiuſdam.*

De Eryce Butis filio. Cap. V

ERyx, ut Theodontio placet, filius fuit † Butis & Veneris. Seruius autem dicit Neptuni *al's Butæ*
& Veneris, & ex numero Argonautarum fuiſſe, & ait quod cum Venus ſpatiaretur *Lib. 5. Aeneī*
in littore Siculo, à Neptuno oppreſſa Erycem concepit. Quod prædictis male conſonum *& 1*
eſt. Eſto dici poſſe Butem hominem exterum, & à mari uectum Neptunum dici. Hic Eryx regnans in Sicilia, & uiribus potens, hoſpitibus legem poſuerat, ut ſecum ceſtibus decertarent, qui tandem ab Hercule ex Hiſpania redeunte uictus occubuit. Sanè Theodontius hiſtoriam continuans generationis eiuſdem dicit, quod cùm tam iure parentum quàm maximarum diuitiarum meretricio quæſitarum Lycaſtes ampliſſimum in eo Siciliæ angulo dominium poſſideret, & uiribus Butis etiam ampliatum, ea moriente Eryx tam theſauro quàm egregio matris titulo, licet falſo elatus ſe loci regē dixit, & in culmine propinqui Drepano montis, templum ingens conſtrui fecit, quod matri dicauit, & uocari iuſſit templum Veneris Erycinæ. Tandem inſolens nimium ab Hercule occiſus eſt, & in monte ſepultus, ubi matri condiderat templum.

De Phorco tertio Neptuni filio, qui genuit Bathillum, Thooſam, Scyllam, Meduſam, Stennionem, & Euryalem. Cap. VI

PHorcus, ut dicit Seruius, Neptuni & Thooſæ filius fuit. Hunc dicit Varro regem fuiſſe Corſicæ & Sardiniæ, & ab Atlante rege nauali certamine ſuperatum, & cū magna exercitus ſui parte obrutum. quamobrem ſocii qui fuere ſuperſtites, in ſuam cōſolationem eum in marinum deum fuiſſe cōuerſum dixere, & ſic maris dictus eſt deus, fauentibus poëticis fictionibus deſiderio atteſtantium, & ſic uidetur ea demerſione Phorcum ſibi deum patrem & deitatem quæſiſſe.

*Phorcus idem eſt qui Græcis Phorcyn dicitur. Ita enim Seruius ait, Latine hic Phorcus, huius Phorci dicimus. Nam apud nos Græca huius nominis declinatio nō eſt. Eſt autem deus marinus, qui uarie mutatis ſedibus tandem ſibi locum apud Cephaleniam inſulam delegit, ut Didymus teſtatur Odyß. M. Huius filia Thooſa Polyphemum genuit ex Neptuno, ut Homerus ait:* ἀντίθεον πολύφημον, ὅου κράτος ἐστὶ μέγιστον πᾶσι κυκλώπεσσι, θόωσα δέ μιν τέκε νύμφη φόρκυνος θυγάτηρ ἁλὸς ἀτρυγέτοιο μέδοντος. *Odyß. primo.*

De Bathillo Phorci filio. Cap. VII

BAthillus, ut dicit Theodontius, filius fuit Phorci, & marini monſtri, de quo etſi quędam alia referat, litteris à lituris deletis legiſſe non potui, nec aliud uſquam alibi uidiſſe memini.

De Thooſa Phorci filia, & matre Polyphemi. Cap. VIII

THooſam dicit Seruius, Phorci fuiſſe matrem. Verum Homerus in Odyſſea eiuſdē Phorci dicit fuiſſe filiam. Sic Antitheum Polyphemum, cuius potentia eſt magna omnibus in Cyclopibus. Thooſa autem ipſum genuit nympha Phorcynos filia maris ſine fece prædominantis. Et ſic appatet hanc Phorci filiam fuiſſe, & ex Neptuno peperiſſe Polyphemum Cyclopem. Nec aduerſatur quod dicit Seruius eam Phorci matrem, cum duæ potuerint eſſe eodem nuncupatæ nomine, quarū altera fuit mater, altera uero filia.

De Scylla filia Phorci. Cap. IX

SCylla, ut ait Seruius, Phorci & Cretheidos nymphæ filia fuit, quam, ut ait
Ouidius, Glaucus ex Anthidone ciuitate marinus deus amauit, & quoni- *a*
am illam Circæ filiæ Solis, quæ illum diligebat, pręponeret. irata Circe, fontem in quo conſueuerat Scylla lauari, uenenis infecit, adeò ut dum deſcendiſſet Scylla in eum more ſolito, pubetenus repente in uarias eſt mutata formas. Attamen cum ſuam deformitatem horreret, ſeſe in propinquum pręcipitauit mare, & Glauci amantis ſui opere dea marina facta eſt. Alii marinum monſtrum effectam di-
cunt, cuius formam ſic deſcribit Maro, At Scyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris Ora *Lib. 3. Aeneī.*



exertantem

exertantem, & naues in ſaxa trahentem. Prima hominis facies, & pulchro pectore uirgo, Pubetenus poſtrema immani corpore piſtrix, Delphinum caudas utero commiſſa luporum Præſtat Trinacrii metas luſtrare Pachini, &c. Homerus autem longa carminum *b* ſerie aliter in Odyſſea deſcribit ferè in hãc ſententiã. Dicit enim eam latrantem, & catuli uocem habere nuper geniti, aſpectu horribilem, & pedes habere duodecim cum ſex capitibus, & in omne caput os ingens cum trinis ordinibus dentium plenis nigra morte, eamq́; in ſpeluncæ medio morantem, capita extra mittere in profundiſſimum mare, piſcariq́; ut delphines capiat uel balenas. Leontius autem aliam à ſuperiori de Scylla recitat fabulam, dicit enim, quod cũ Scylla miſceretur Neptuno, Amphitrite eius coniunx cõmota zelo, ſparſis in aquis pharmacis, in quibus lauari conſueuerat, eam uertit in caninam feram, quam Hercules cum præda Gerione Hiſpano ſuperato rediens, eo quod ſibi boues abſtuliſſet, occidit. Verum illam pater eius reuocauit in uitam. His præmiſſis quid

*Mythologia* contegant enucleandum eſt. Sunt ergo qui extiment olim in littore Calabro freto tenui à Siculo ſeparato aduenam fuiſſe mulierem ſumma pulchritudine, & aſtu plurimo ualentem, & cum feruenti ureretur pruritu, modeſtia morum & honeſtate oris, quibus uirginem ſeu pudiciſſimam fingebat matronam, illectos hoſpites in cõcupiſcentiam ſuam nudabat ſubſtantiis, & hinc datũ fabulæ locum. Fulgentius autem de ea aliter ſenſit, in * moralem ſenſum æque fictionem trahens, & dicens ſic, Scylla enim Græce quaſi exquina dicta eſt, quod nos Latine confuſionem dicimus. & quid confuſio niſi libido eſt: quã libidinẽ Glaucus amat. Glaucus enim Græce luſcitius dicitur. Vnde & glaucomata dicimus cæcitatem. ergo omnis qui luxuriam amat, cæcus eſt. Nam Anthedonis filius dictus * eſt. Anthedon enim Græce quaſi anthudon, quod nos Latine contrarium uidens dicimus. Ergo lippitudo ex contraria uiſione naſcitur, id eſt, ex re contraria uiſui. Scylla uero in modum ponitur meretricis, quia omnis libidinoſa canibus lupiſq́; immundis atque ſpurcidis, & hiulcis hominibus inguina ſua neceſſe eſt miſceat. Iuſte ergo lupis & canibus mixta. Quam Circe odiſſe dicitur. Circe manus diiudicatio uel operatio nũcupatur, * quaſi Chironere. Laborem enim manuum & operationem libidinoſa mulier nõ diligit. Hæc ille. Glaucus autem ſupra ubi de Circe, pro maris ſpuma ſumptus eſt, qua abundat Circeus mons in radicibus ſuis ratione ſcopulorum, circa quos mare impulſum frangitur, & ſic Scyllæ ſcopulus. tamen de hoc ſatis ubi de Circe. Saluſtius autem dicit ſaxũ eſſe ſimile terebratæ formæ procul uidentibus. Canes uero & lupi ob hoc ex ea nati finguntur, quia loca plena ſunt monſtris marinis, & ſaxorum aſperitas illuc imitatur latratus canum. Sed nos paululum figmentis explicatis adaptemus. Certiſſimũ eſt ex parte Italię in cõſpectu littoris Tauromimitani ſaxa eſſe ingentia, atq; cauernoſa & acuta, & cultrorum ritu ſecantia, & ſe in fretum Siculũ protendentia. in quo eo motu, quo Oceanus aſſidue agitatur, fluxu ſcilicet & refluxu, adeo curſu uelox & impetuoſum fertur mare, ut nil celerius uideatur aut potẽtius. Præterea flantibus ab Arctoo in Auſtrũ uentis, & ab Auſtro in Arctoum tanto impetu eo in freto in ſe undas impellũt, ut percuſſionibus ſuis in cælum uſq; uideantur efferri. ex quo tam impetuoſo motu fit, ut intrãtibus undis cauernas Scyllæ, rumor cauſetur ingens, qui hincinde fractus, latratus canum ululatumq́; luporũ imitatur. & quoniam in uacuum ſemper declinant aquæ, fit ut eis deſcendentibus in cauernas Scyllæ, ſecũ potentius impetus ſi ſint nauigia trahat, & ſic ex ueritate cõtingentium cõſtat Virgilii fictio. Quod illi multa ſint capita, ut dicit Homerus, nihil aliud eſt quàm pluralitas ſcopulorum ibidem dum ſe retrahunt, unum caput in altum extollentiũ, quibus iuxta numerum ut pedes ſint, id eſt, fundamentum eorum opportunũ eſt. Ora autem plura & dentium ordines, nil aliud quàm crebras euripos inter ſecantia ſaxa diſcurrentes oſtendunt, qui quidem nigra morte, id eſt, mortis periculo illos intrantibus pleni ſunt. Quod delphinos piſcetur aut balenas, ideo dictũ eſt, quia locus ille ſemper magnorũ & monſtruoſorum piſcium abũdans ſit. Quod autem dicebat Leontius Scyllam miſceri Neptuno, euidens eſt, nam ut patet, in mare protenditur ſaxum, & quoniam ibi ſit tem-

pestas



peſtas & ſonoritas aſſidua, ideo fictum eſt ab Amphitrite pharmaca fuiſſe iniecta. Quod autem illam occiderit Hercules, dicit Theodontius ob id fictũ, quia unius Cyclopis filius inter ſaxa Scyllæ perierit, quamobrem in ultionem ſuam Cyclops maximis molibus loco iniectis ora Scyllæ clauſit, & inuium fretum fecit, & ob id mortua Scylla dicta eſt. tractu tamen temporis omnia iniecta in ſe retrahens mare locum redegit in formam priſtinam, & ſic à Phorco ſuſcitata eſt filia. Scyllam autem Phorci fuiſſe filiam dicit Theodontius à Philochoro teſtari, eamq́; cum Sardinia Sthenelo Corinthio nobiliſſimo iuueni mitteretur in coniugem, ibidem periſſe, & loco reliquiſſe nomen.

*Hic Glaucus Polybi filius fuit, ex Anthedone urbe Bœotiæ, ut Comment. Apollonij lib. 1. tradit, cuius fabula, quomodo ſcilicet cum piſcator eſſet, in Deum marinum uerſus fuit, ab Ouidio deſcribitur libro decimotertio Meta. Meminit huius & Diodorus lib. 5* a

*Didymus in Odyſſ. M. Scylla, inquit, Phorci filia fuit & Hecates, magnitudine admirabili, habuit pedes duodecim, capita ſex, ternos ordines dentium, & oculos ignitos, reliquo autem corpore abſcondita erat in ſpelunca, petræq́; adhærebat innata. Capita uero ita longe prominebãt, ut poſſet ea in naues prætereuntes inſerere, &c. Homerus autem κράταιϊν matrem Scyllæ uocat, unde coniectura ducor apud Seruium non Cretheidos, ſed Cratæidos legendum eſſe. Hanc autem κράταιϊν Hecaten à magis dici ſolitũ, Didymus autor eſt. Steſichorus Lamiam uocat matrem Scyllæ, quæ & ipſa ex puella in monſtrum uerſa, infantes necat, quoniam omni ſobole, quam ex Ioue pepererat, à Iunone orbata eſt. Hunc imitatus uidetur Virg. in Ciri. cum ait: Ipſi ſeu Lamiæ mater ſit, ſiue Cratæis, &c. Deſcriptionem Scyllæ uide Odyſſ. M. Quantum autem ad hiſtoriam pertinet, uide 4. Comment. in Apollonium.* b

De Meduſa, Stennione, & Euryale Gorgonibus & filiabus Phorci. Cap. X

MEduſa, Stennio & Euryale Phorci filiæ, & ex monſtro marino ſuſceptæ fuere, ut dicit Theodontius. *a* Hæ quidem Gorgones appellatæ fuere, & uetere *b* teſtante fama, inter omnes tres unum tantum oculũ habuere, quo utebantur uiciſſim, & ut ſcribit Pomponius Mela, in coſmographia inſulas † Dorcadas tenuere, *al's Gorgonas* quas eſſe conſtat in Oceano Aethiopico ex oppoſito Aethiopum Heſperidũ. Quod & à Lucano teſtari uidetur, ubi dicit, Finibus extremis Libyes ubi feruida tellus Accipit Oceanum demiſſo ſole calentem Squalebãt late Phorcinidos arua Meduſæ, &c. His inſuper hanc fuiſſe proprietatem aiunt, ut quoſcunque eas intuentes in ſaxa cõuerterent. Has duas tantum fuiſſe dicit Ouidius, Cuius in introitu geminas habitaſſe ſorores Phorcidas unius ſortitas luminis uſum, &c. *Lib. 4. Meta.* Et hoc quantum ad omnes tres dictum ſit. Nunc autem fictionum ſenſum libet inſerere, & ante alia has ego Phorci regis Sardiniæ, de quo ſupra, filias fuiſſe non puto, ſed alicuius alterius Phorci apud inſulas Dorcadas ea tempeſtate regnantis. Monſtri autem marini ideo filias dictas puto à ſimilitudine. Monſtrum enim marinum balena eſt, cuius inter proprietates dicunt hi qui animalium exquiſiuere naturas, hanc eſſe, ut dum os aperit, tanto odore cũcta circumpleri, ut omnes ad eam propinqui conueniant piſces, ipſa autem quos uult capit donec eius expleatur fames. Et quia æquo modo Phorcinides mirabili pulchritudine ſua ad ſe uidendas omnes attrahebant homines, monſtri filiæ dictæ ſunt. Eis unum tantum fuiſſe oculum ob id fictum uidentur credere Sorenus & Deonigdus antiquitatum hiſtoriographus, eo quod unius & æquæ pulchritudinis eſſent. Ego autem reor, eo quod eas intuentium omnium unum & idem eſſet iudicium. Quod autem proſpectantes in ſaxa conuerterent, ob id fictum exiſtimo, quia tam grandis eſſet earum pulchritudo, quod ea uiſa ſtupeſcerent intuentes, & muti atq; immobiles non aliter quàm ſi eſſent ſaxa, deuenirent. Gorgones autem dictæ ſunt, quia, ut dicit Theodontius, cum moriente patre ditiſſimæ remanſiſſent, adeo rem curauere ſuam, ut auctis diuitiis plurimũ, à ſuis hoc cognomine uocarentur, quod ſonat terræ cultrices. nam Græce γεώργοι agricultores dicũtur. Fulgentius quidẽ longe aliter ſentit. Dicit enim tria eſſe terroris genera, quæ per nomina harum demonſtrantur. Stennio nanq; debilitas interpretatur, id eſt, timoris initium, quod tantum mentem debilitat. Euryale uero idem eſt quod lata profunditas, id eſt, ſtupor uel

*Perottus ab agilitate Gorgones dictas putat, γοργὸν enim agile dicitur*

X 3 amentia

amentia, quæ profundo quodam terrore mentem debilitatam ſpargit. Meduſa autē obliuionem ſignificat, quæ non tantum amentia turbat intuitum, uerumetiam caliginē ingerit uiſus, hic terror in omnibus operatur. Sed ſalua ſemper Fulgentii reuerentia, iſta nō uidentur de mente fingentium, cum hæ non terrorem, ſed admirationem inferant.

a *Heſiodus non Stennio, ſed Sthenô uocat. Cæterum Bocatius & item Perottus uidentur fabulam confundere, & quum duplices habeãtur filiæ Phorci, alteræ Grææ uocatæ, alteræ Gorgones, id quod Græarum eſt Gorgonibus affingunt. Et hic Ouidium allegat de unico oculo, qui non Gorgonum, ſed Grææ rum fuit. Et ſi quis recte Ouidium inſpiciat, nõ de Gorgonibus eo loco, ſed de Græis intellexiße uidebit. Dicit enim auxilio eius oculi perueniße ad Gorgonas Perſeum: ergo ab alijs acceperat, cuius ope apud quas nondum fuerat, peruenit. Nec longa diſputatione hic opus eſt, quum Heſiodus aperte inter Gorgonas & Grææs diſcrimen faciat. Hi enim uerſus eius ex Theogonia ſunt,* φόρκυϊ δ' αὖ κητὼ γραίας τέκε καλλιπαρήους, ἐκ γενετῆς πολιάς, τὰς δὴ γραίας καλέουσι ἀθάνατοί τε θεοὶ χαμαὶ ἐρχόμενοί τ' ἄνθρωποι πεφρηδώ τ' εὔπεπλομ, ἐνυώ τε κροκόπεπλομ: γοργούς θ' αἳ ναίουσι πέρην κλυτοῦ ὠκεανοῖο ἐσχατιῇ πρὸς νυκτὸς ἵμ' ἑσπερίδες λιγύφωνοι σθενώ τ', εὐρυάλη τε, μέδουσά τε λυγρὰ παθοῦσα, ἡ μὲν ἔην θνητή, αἱ δ' ἀθάνατοι καὶ ἀγήρως αἱ δύο, τῇ δὲ μιῇ παρελέξατο κυανοχαίτης ἐμ μαλακῷ λειμῶνι καὶ ἄνθεσι εἰαρινοῖσι τῆς δ' ὅτε δὴ περσεὺς κεφαλὴμ ἀπεδειροτόμησεμ ἐξέθορε χρυσάωρ τε μέγας, καὶ πήγασος ἵππος. *Proinde totam hanc fabulam de Græis, de Gorgonibus, & de Perſeo, qui uolet, ex Eraſmi Prouerbijs petat. Nam ibi in prouerbio Orci galea, ex Zenodoto tranſlata clariſſime omnia leguntur. Præterea & apud Commentarium Apollonij libro quarto. Item apud Higinium de Stellis.*

b *Gorgones fuiße genus mulierum in Libya, ceu fuerunt Amazones in Scythia, Diodorus tradit libro quarto.*

De Meduſa Phorci filia in ſingulari. Cap. XI

MEduſa filia Phorci, ut dictum eſt, quum ſpecioſiſſima mulierum eſſet, habuit inter alia ſui decoris ſpectabilia, ut Theodontius aſſerit, crines non ſolum flauos, ſed aureos, quorum ſplendore captus Neptunus, cum ea concubuit in templo Mineruę, ex quo cōcubitu Pegaſus equus natus eſt, quamobrem turbata Minerua, ne ignominia tēplo iniecta remaneret inulta, crines Meduſæ mutauit in angues, & ſic ex pulchra monſtruoſa facta eſt. Cuius monſtri cum fama uolitaret undiq;, factum eſt, ut ad illud ſuperãdum ueniret Perſeus ſcuto Palladis armatus, qui ei caput abſcidit, & cum uolans remearet in patriam, caputq́; ſecum deferret Gorgonis, contigit quod cadentibus guttis ſanguinis per ſolitudines Libycas ex eis crearentur ſerpentes, quorum pleniſſima eſt Libya. Meduſam crines habuiſſe aureos, ideo fictũ reor, ut intelligamus eam fuiſſe ditiſſimã, cum per crines ſumantur ſubſtantiæ temporales. Propter has autem ſubſtantias Neptunus, id eſt, exterus homo, ut fuit Perſeus, in concupiſcentiam eius trahitur, & eam in templo Mineruæ opprimit, id eſt, intra terminos prudentis conſilii illam ſuperat. Quod etiam per ſcutum Palladis demonſtratur quod cryſtallinum erat, ut per eum ſumatur prudentis circunſpectio. Habet enim hoc cryſtallum, ut reddat oculis intuentis quicquid extra ſe geritur. Sic & dux diſcretus conſilio, quicquid poſſent hoſtes agere intuetur, & ſic ſe tutum facit dum illorum à ſe præuiſa fruſtratur conſilia. Ex compreſſu autem prudentis ducis oritur Pegaſus equus, id eſt, fama, ut in ſequentibus ubi de eo agetur, patebit latius. Crines autem in ſerpentes uertuntur, quotiens quis ratione ſubſtantiarum ſuarum opprimitur. nam quæ conſueuerant ſplendoris eſſe cauſa poſſidenti, in mordentes ſollicitudines curasq́; uertuntur. Caput enim tunc Meduſæ abſcinditur cum ſubſtantiis ſpoliatur, per quas uiuere & multũ poſſe uidebatur. Quod ſerpentes in Libya ex ſanguine capitis Meduſæ nati ſint, ad roborandam figmenti ſpeciem potius quàm ad aliquid ſignificati tegendum dictum eſt. Teſtatur autem Euſebius in libro temporum hanc Meduſam à Perſeo præda diuitiarum tracto ſuperatam, atq; regno diuitiisq́; priuatam, Cecrope Athenis regnante, diciq́; à Didymo ſcriptum in hiſtoria peregrina.

*Fabulam Meduſæ deſcribit Lucanus quoque libro nono, nomenclaturamq́; ſerpentium facit, qui ex*

cruore



*cruore capitis Meduſæ nati ſunt. Item de Perſeo & Gorgonibus Diodorus libro quarto.*

De Albione quarto, & Bergine quinto filiis Neptuni Cap. XII

ALbion & Bergion, ut Pomponius Mela in libro Coſmographiæ teſtatur, filii fuere Neptuni, ex quibus ipſe idem talem recitat fabulam. Tranſeunte Hercule inter hoſtia Rhodani, & loca quę poſtea Mariana foſſa dicta ſunt, ei Albion & Bergion obuii facti ſunt, eius impedientes tranſitum. Quamobrem cum Hercules aduerſus eos iniſſet certamen, deficerentq́; ei tela, ab inuocato patre eius Ioue illi ſubſidium datum eſt, imber ſcilicet lapidum, quorum adeo locus ille abundans eſt, ut facile pluiſſe exiſtimes. Arbitror ego hos probos fuiſſe uiros & aduenas, cumq́; ſibi ibidem ſedes ſumpſiſſent, timentes ne forte pellerentur, obuiaſſe Herculi, uel alteri uenienti à quo ſuperati ſunt, & iacentes paſſim lapides locum fabuloſæ pluuiæ inueniſſe.

*Pomponius Mela libro undecimo in deſcriptione Galliæ Narbonenſis meminit, Silius libro ſecundo quoque.*

De Tara ſexto Neptuni filio. Cap. XIII

TAram filium fuiſſe Neptuni Seruius aſſerit, diciq́; eum circa Salentinorum confinia Tarentum olim inclytam ciuitatem condidiſſe, & à ſuo nomine nuncupaſſe. Eſto Iuſtinus uelle uideatur à ſpuriis Spartanorum conditam, uerum idem Seruius ab eiſdem duce Phalanto non conditam, ſed reſtauratam confirmat.

*Vide Seruium in tertio Aeneidos, & Iuſtinum libro tertio.*

De Polyphemo Cyclope ſeptimo Neptuni filio. Cap. XIIII.

POlyphemus Cyclops uti & reliqui Cyclopes omnes, filius fuit Neptuni ex Thooſa Phorci filia, ut ſupra per Homerum patet, ubi de Thooſa. Conſtat enim hunc inter Cyclopes notiſſimum & potentiſſimum fuiſſe, & Galateam Siculam nympham amaſſe, ut patet ſupra ubi de Galatea. Præterea eum unicum habuiſſe oculum uolũt, & ingentis ſtaturæ fuiſſe hominem, atque ampliſſimos in ſyluis Siculis ſeruaſſe greges, & poſtremo ab Vlyſſe priuatum oculo. De quo Homerus in Odyſſea talem refert fabulam. Dicit enim, quod cum *Odyß. 9*
Vlyſſes uagus poſt Ilionis excidium Lotophagis relictis ueniſſet in Siciliam, uidit ibi hominem uilloſum & hiſpidum, greges mulgentem, & ab antro ſuo ſolum amouentem lapidem, quem mouere nequiſſent iuga boum uiginti. Tandem cum antrum intraſſet eius cum duodecim ex naualibus ſociis, Polyphemoq́; percontanti narraſſet qui eſſent, & unde uenirẽt, oraſſetq́; eius in ſuis opportunitatibus fauorem, à Cyclope ſuperbe reſponſum eſt, cum diceret ſe Iouem non timere, eoq́; ſe meliorem. Et quum rogaſſet quò nam nauim liquiſſent, Vlyſſes perfidiam Cyclopis ſentiens, reſpondit ſe cum ſociis naufragium feciſſe. Poſtq́; Cyclops, uidentibus cæteris, captis duobus ex eis, illos ritu beluæ diſcerpſit, atque deuorauit. Quare commotus Vlyſſes, cogitauerat eum occidere, ſed aduertens, quia tam ingentem molem ab hoſtio antri amouere nequiſſet, deſtitit. Cyclops autem mane facto duos alios comedit, & Vlyſſe cum reliquis in ſpecu relicto cum gregibus abiit. Vlyſſes autem clauſus ingentem baculum acuit, texitq́; fimo, & quum ſero Cyclops rediens duos inſuper ex ſociis occidiſſet Vlyſſis, obtulit ei Vlyſſes optimi uini cadum, miſericordiam orans. Cyclops potato uino promiſit miſereri, ſi uinum iterum propinaret. quod poſtquàm factum eſt cum tertio potaſſet, nomen petiit Vlyſſis, qui illi ſe † Vtim uocari reſpondit, quod Latine ſonat nullus. Cui Cyclops, Loco muneris exhi- *Vtina, οὔτινα*
biti poculi te ultimũ comedã. Tandẽ cũ ob bibitũ uinũ, Cyclops inſuetus facile ſe ſoluiſſet in ſomnũ, Vlyſſes ſumpto ſtipite quem ſepeliuerat in fimũ, eoq́; igne præuſto, animatis in facinus ſociis, incenſum in oculũ Cyclopis acri nixu impegere. Cyclops aũt experrectus ingenti clamore, ſocios antro propinquos inuocauit adiutores, qui circũ antrũ quærentes quĩſnam illũ infeſtaret, cũ Cyclopem Vtim reſpondentem audiſſent, arbitrati quia



naturali

naturali ægritudine grauaret, abeuntes dixere, ut Neptunũ patrem pro ſoſpitate precaret. Cyclops aũt triſtis cum amouiſſet ab hoſtio antri molem, prætendiſſetq; brachia ne quis hoſtiũ exiret, antrũ cum gregibus, perſcrutatis ſingulis pecudibus emittebat. Vlyſſes autẽ cum ſociis cũ ſe occiſorum arietum pellibus contegiſſent, exiuere antrũ quadrupedes, & à Cyclope incogniti, qui deductis & pecoribus Cyclopis, feſtini ad naues abiere. quos cũ ſenſiſſet Cyclops, eiecta mole ingenti ferè nauim attigit. Vlyſſes aũt ex tuto nomẽ illi apeтuit ſuũ. quod cũ audiſſet Cyclops, Heu dixit in uaticiniũ Telemi Eurymedis Cyclopis

Lib. 5. Aenei. tandem deueni. Vlyſſes abiit. Virg. autem eius tam formam q̃ domũ narrante Achimenide uno ex ſociis Vlyſſis, longe breuiori carmine deſignat dicens, Immemores ſocii uaſto Cyclopis in antro Deſeruere, domus ſanie dapibusq; cruentis. Intus opaca ingens ipſe arduus altaq; pulſat Sydera, Dii talem terris auertite peſtem. Nec uiſu facilis, nec dictu affabilis ulli Viſceribus miſerorum, & ſanguine ueſcitur atro, &c. His ex Polyphemo præmiſſis, ad intellectum intrinſecum ueniendum eſt, & primo uidendum quis Neptuni & Thooſæ filius dictus ſit. Circa quod ego arbitror præſtante cauſam matre regis Sardiniæ filia, eum incognitũ Siciliam adueniſſe. Cuius cũ occupaſſet partẽ, ſeu forte to-

a tam, incognitus Neptuni dictus ſit filius, & tyrannus inſulæ factus, illam ob cauſam patrem metuiſſe Neptunũ. Nam uti inexorabilis eſt Neptunus tempeſtate cõmotus, ſic & inexorabiles ſunt tyranni ira aut cupiditate cõmoti. Et quod hic ingẽtis formæ, id eſt, magnæ potentiæ dux gregũ, id eſt, populorũ tyrannus fuerit. Quod oculus unus illi tantũ fuerit oſtendit, ſolam enim ſuã rem tyranni curant, nil in deũ, nil in proximũ, nil in ſubactam plebem reſpiciunt. Homines ſuos euiſcerant atq; corrodunt, dum ſubſtantiis euacuant ſubditos, dum exiliis dãnant, dum innocuos cruciant. Hi tamen uino, id eſt, blanditiis aſtutorum hominum ſopiuntur, & oculo obcæcantur, dum nudãtur ſubſtantiis & dominio. Albericus autem de Polyphemo iſto aliter ſentire uidetur, dicens hunc Polyphemum uocari quaſi multæ lucis hominem, ut cum Seruio cõueniat, qui dicit multos dixiſſe Polyphemum unũ habuiſſe oculũ, alios duos, alios tres, ſed totũ fabuloſum eſſe, quaſi ipſe uelit unum tantum habuiſſe, & ideo aſſerit hunc prudentiſſimũ fuiſſe uirum, & hunc in fronte oculũ habuiſſe, id eſt, iuxta cerebrum, ſed ab Vlyſſe prudentia ſuperatum, quod in Vlyſſis particularem laudem concedi poteſt, ut ſuperato donis ſenſu tyrannico Polyphemum per eloquiũ & doloſas demonſtrationes, oculati hominis atq; uiolentiam parãtis manus effugerit. Ego inſuper quidem de magnitudine corporea huius Poëtas hyperbolice locutos iam dudũ arbitratus ſum. Poſtquàm de cinerea ſtatua hominis apud Drepanum his temporibus comperta audiui, pendulus factus, nec utrũ uerum ſimpliciter ſcripſerint, aut fictum, negare audeo nec affirmare.

a *Sic & Aul. Gellius præſtantiſſima uirtute inquit, Iouis filios Poëtæ appellarunt, ut Aeacum, Minoa, & Sarpedona: ferociſſimos & immanes, & ab omni humanitate alienos, tanquam è mari genitos Neptuni filios dixerunt, Cyclopa, Cercyona, & Leſtrygonas. Lib. 15, Cap. 21*

De Telemo viii. Neptuni filio. Cap. XV

TElemus Eurymedes ex Cyclopibus unus, ut in Odyſſea oſtẽdit Homerus, & ut cæteri dicuntur, ſic & hic Neptuni fuit filius, ex qua tamen matre niſi ea fuerit ex qua Eurymedes nominatur, nõ habetur. Vates fuiſſe dicitur, atq; prædixiſſe Polyphemo quia ab Vlyſſe oculo priuaretur.

*Meminit & Theoc. Idyl. 6.* αὐτὰρ ὁ μάντις ὁ Τήλεμος ἔχθρ' ἀγορεύων ἐχθρὰ φέροι ποτὶ οἶκον.

De Bronte ix. Sterope x. & Pyracmone xi. Neptuni filiis. Cap. XVI

BRontes, Steropes, & Pyracmon Cyclopes inſignes fuere, & ut dicit Theodontius, ex Amphitrite cõiuge Neptuni filii fuere. Hos artificioſos fuiſſe homines cõſtat & acri labore duratos, quos Vulcano ignis deo attributos, ut ſub eo apud Liparam inſulam Iouis conficiant fulmina uolunt, ut Virgilius in Aeneide plurimo deſcribit carmine, quorum ſi rite uolumus cauſam originis eorum & officii demonſtrare, pauca de neceſſitate præmittenda ueniunt.

Cum



Cum igitur Cyclopum duæ ſaltem uideantur eſſe ſpecies, ne de una quod de altera expoſitum eſt intelligatur, ueniunt diſtinguendæ. Prima eſt de qua ſupra ubi de Polyphemo, & illa ut ſatis apparet peſſima. Secunda uero artificioſorum hominum eſt, ut apparebit in ſequentibus. Et quoniã inter ſe diſcordes ſunt, ut diſcordet interpretatio nominis gentilitii, quod commune habent, neceſſe eſt. Dicũtur igitur hi Cyclopes, qui artificioſi ſunt homines, à cyclos quod eſt circulus, & opis quod eſt oculus, id eſt, oculo circulatus. ſeu ut breuius ſententiam ſequentes uocabulorum, circunſpectus. quod quidem artificem hominem eſſe oportet, nam ſi non ſit, nequeunt congrue primis ultima reſpondere. & ideo conſueuere circunſpecti artifices antequàm manum operi apponerent, mente principium, & medium, & ultimum intueri, ut fini debita poſſint præſtari initia, & ſic opus eſt inchoare. Papias autem dicit Cyclides artes à Græcis nũcupari, eo quod origo illarum ſicuti circuli initium latens ſit, ex quo uocabulo dici Cyclopes tanquã ab arte artifex congrue dicere poſſumus. His præmiſſis cur Neptuni dicti ſint filii uideamus. Exiſtimo quidem, eo quod ex mari ſeu aquis ferè exemplaria rerum omnium artificiatarum ſumpta uideantur. A piſcibus quippe ſumptum uolunt quo ordine in pugnam acies deducant, ab eiſdem quo pacto homines equiq; ferro tegantur, ſquamis eorum inſpectis. A ſpina excarnificati piſcis in littore ad conſtruendas longas naues doctrina ſumpta eſt. Abiu- *
uare conſtruendæ domus, & ſolariorũ artificiũ demonſtratum, à teſtudine conſumptis carnibus citharæ compoſitio oſtenſa eſt, contectrum etiam documentum, à conchis & *
ſpondilibus hoſtiorum atq; ualuarum flexuoſitates traditæ, necnõ & qualiter per circunflexos gradus in excelſas poſſumus turres aſcendere. Sic & quo pacto buccinas ædere. In aquis præterea herbarum conteſtiones & productiones filorum exortæ & interſerere fi- *
la, telasq; texere demonſtratum, aquæ uarietates telarum colore faciẽdas piſcium ſanguine præbuere primæ, motus earum primus muſicam, & tempora eius atq; conceptũ meditantibus dediſſe cõpertum eſt. Quid multa dicam? innumerabilia ſunt quæ mare producit inſtruentia artificum ingenia, ex quibus fit, ut merito artificioſos homines Neptuni filios nuncupemus, Cyclopesq; uocemus. Et quantumcunq; Heſiodo placeat, Plinio teſte in libro naturalis hiſtoriæ, qui Dactyli uocati ſunt in Creta fabricam ferrariam inueniſſe, dicit ibidem Plinius à Cyclopibus atq; Chalybis ferrum fuiſſe compertũ. Cur autem ex Amphitrite dicãtur ſuſcepti, puto à circuitione ſonorum, cum undiq; perſtrepant artificum ſonus. Vulcani ideo traduntur obſequio, quia igne moliuntur dura ad uſum artificis, & mollia ſolidantur, ut latius oſtendetur ubi de Vulcano tractabitur. Quod autem apud Liparam fabrilia operentur, dictum eſt ad oſtendendum quoniam ab artificibus loca artificio conuenientia ſumenda ſint. Quid quæſo faciet faber ferrarius in palude? quid piſcator in monte? quid agricultor in ſaxo? quid in ſolitudine medicus? Nil equidẽ, & ideo in Lipara officinam frabrorum deſcripſit Virgilius, quia igneus locus ſit, quo fabri molliũt æra. Sed ſupereſt de nominibus rationẽ exquirere. Brontes enim, ut dicit Albericus, dictus eſt à tonitru, quod fit tam ſufflantibus follibus, quàm etiam incudem uerberantibus malleis. Sic & Steropes dicitur à fulgore, qui ex incendio naſcitur. Pyracmonem autem dicit ab incude calenti nomen ſumpſiſſe, eo quod πῦρ ignis, ἄκμων autem incus interpretetur. Et hæc ideo his attributa ſunt nomina, quia circa armorũ artificium exerceantur. non enim talia darentur nauim uel templum, uel palatium cõſtruenti. Volunt poſtremo, eo quod telũ Ioui feciſſent, quo Aeſculapius ictus eſt, hos ab Apolline interfectos. quod ego intelligo cum Apollo interpretetur exterminãs, & humoris expulſor ſit. Quod ignis etiam facit, opifices tales ſi opus tale cõtinuent, cito deficere, eo quod tam labore aſſiduo, quàm igne continuo ante tempus deſiccetur humor, & deficiant.

De Nauſithoo xii. Neptuni filio, qui genuit Rexinorem & Alcinoum. Cap. XVII

NAuſithous Phæacum rex, ut in Odyſſea placet Homero, Neptuni fuit filius & Periboeæ nymphæ, de quo & eius prole ſic ipſe idem deſcribit. Nauſithoũ quẽ primo Neptunus terram mouens genuit, & Periboea fœminarũ ſpecie optima iunior filia ma-

gnanimi

gnanimi Eurymedontis, &c. De hoc autem nil aliud reperitur, niſi quod Rexinorem & Alcinoum filios habuerit.

*Verſus ſunt Odyß. H.* Ναυσίθοον μὲν πρῶτα ποσειδάων ἐνοσίχθων γείνατο καὶ περίβοια γυναικῶν εἶδος ἀρίστη Ὁπλοτάτη θυγάτηρ μεγαλήτορος εὐρυμέδοντος. *Et poſtea addit,* Ναυσίθοος δ' ἔτεκε ῥηξήνορά τ' ἀλκίνοόν τε, τὸν μὲν ἄκουρον ἐόντα βάλ' ἀργυρότοξος ἀπόλλων νύμφιον ἐν μεγάρῳ μίαν οἴην παῖδα λιπόντα ἀρήτην, τὴν δ' ἀλκίνοος ποιήσατ' ἄκοιτιν, *&c. Heſiodus autem Vlyſſis & Calypſus filium facit.* ναυσίθοον δ' ὀδυσῆι καλυψὼ δῖα θεάων γείνατο, ναυσίνοόν τε, μιγεῖσ' ἐρατῇ φιλότητι. *In Theogon.*

De Rexinore Nauſithoi filio, qui genuit Areten. Cap. XVIII

REXinor filius fuit Nauſithoi, ut in Odyſſea ſic ait Homerus, Nauſithous autem genuit Rexinorem Alcinoumq́ue. Hic Rexinor, ut idem dicit Homerus, cōiugem ſumpſit, & ſuſcepta ex ea filia unica, quam Areten nominauit, ab Apolline percuſſus occubuit, puto quod febre exterminatus fuerit.

De Arete Rexinoris filia & Alcinoi coniuge. Cap. XIX

ARete, ut in Odyſſea ſcribit Homerus, filia unica fuit Rexinoris, quam Alcinous Rexinoris frater & Phęacum rex ſumpſit in coniugem, & ex ea Nauſicaam filiam & tres filios ſuſcepit. ad hanc Vlyſſes ductu & conſilio Palladis transformatæ in effigiem Calpis uirginis à Calyſtone nympha ueniens naufragus acceſſit, & multa illi interrogatus expoſuit, & tandem honorifice ab ea ſuſceptus eſt.

*Homerus non ipſam puellam Calpim nominat, ſed* κάλπιν, *hoc eſt hydriam, inquit, portabat. Verſus ita habet,* ἔνθα οἱ ἀντεβόλησε θεὰ γλαυκῶπις ἀθήνη παρθενικῇ ἐϊκυῖα νεήνιδι κάλπιν ἐχούσῃ.

De Alcinoo filio Nauſithoi, qui genuit Nauſicaam, & Laodamantem & Halium, & Clytoneum. Cap. XX

ALcinous rex Phęacum, ut in Odyſſea teſtatur Homerus, filius fuit Nauſithoi regis, & uir Aretes. ad hũc autem in conuiuio ſedentem uenit Vlyſſes naufragium paſſus, & ab eo honorifice ſuſceptus eſt, eiq́ue coniugium Nauſicaæ oblatum. Demũ data ingentia munera, & nauis quæ illum in patriam reportaret parata, ſociiq́ue nauales præſtiti.

De Nauſicaa Alcinoi regis filia. Cap. XXI

NAuſicaa filia fuit Alcinoi & Aretes, ut teſtatur Homerus, quę cum exiſſet ciuitatem cum pediſſequis ſuis, iuiſſetq́ue ad flumen lotura ueſtes, factum eſt ut uideret Vlyſſem naufragum nudum in littore & frondibus arborum circumtectum, & ab eo ſuppliciter exorata, ut illi cibum daret, & ueſtes poſtulata conceſſit, & inde illi ſuaſit ut ad patriã ſuam, & ad regiam domum poſt ſe accederet, uti poſtea factum eſt, prout plene in Odyſſea narrat Homerus.

De Laodamante & Halio & Clytoneo filiis Alcinoi regis. Cap. XXII

LAodamas, Halius, & Clytoneus filii fuere Alcinoi regis & Aretes, Homero teſte in Odyſſea, de quibus nil præter generales laudes inclytæ iuuentutis eorum reperitur, & quod Vlyſſem unà cum patre Alcinoo & matre eorum honorauerint, eiq́ue munera dederint.

*Homerus Odyſſeæ Θ.* ἂν δ' ἔσαν τρεῖς παῖδες ἀμύμονος ἀλκινόοιο λαοδάμας θ' ἅλιός τε καὶ ἀντίθεος κλυτόνηος.

De Melione xiii. Actorione xiiii. Neptuni filiis. Cap. XXIII

MElion & Actorion Neptuni fuerũt filii, ut in Iliade ſcribit Homerus. Inducit enim Neſtorem ſenem Patroclo dicentem, ſe adhuc iuuene bellum habuiſſe aduerſus Arcades, & multos intereniſſe, & ni Neptunus Melionem & Actorionem filios ſuos caligine occultaſſet, eos æque cum aliis occidiſſet.

*Verſus Homeri ſunt Iliad. Λ.* καὶ νύ κεν ἀκτορίωνε μολίονε παῖδ' ἀλάπαξα, εἰ μή σφωε πατὴρ εὐρυκρείων ἐνοσίχθων ἐκ πολέμου ἐσάωσε καλύψας ἠέρι πολλῇ. *At uero multum falſus eſt Bocatius, qui Actorionem & Molionem pro proprijs nominibus accipit, cum omnes codices, quos ego uidi, habeant* ἀκτορίωνε μολίονε, *qui caſus dualis numeri ſunt, nec ſingulis attribui poßunt, deinde & coniunctio abeſt, quia haud dubie Homerus connecturus fuerat hæc duo nomina, ſi ſeparatim duorum eſſent. Poſtremo Commentarius tanquam patronymica exponit hæc, propriaq́; Cteatum & Eurytum ſubdit, eosq́; Moliones dictos uult uel à matre Molione, uel (ſi hoc ab Homeri more alienum ſit, qui non facile à matre ſolet appellare liberos)* ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν μάχην μολώσεως, *& per hoc bellicoſos intelligendos. Nam* ἄκτορος καὶ μολιόνης παῖδες, *inquit,* κτέατος καὶ εὔρυτος, κατά τινας δὲ μολιόνης καὶ ποσειδῶνος. *Addit præterea fabulæ Pherecydes monſtroſos corpore quoq́; fuiſſe. Nam bina capita habuiſſe, quaternas manus, totidemq́; pedes, Herculemq́; quia illos aperto Marte ſuperare non poſſet, per inſidias illos interemiſſe, atq́; exinde Elim cepiſſe. Actoriones autem ab Actore* ἐπίκλησιν *nominatos eſſe, cum ex Neptuno re ipſa procreati fuißent. Vide Comment. Iliad. Λ. & item Ilia. B.*



De Aone xv. Neptuni filio. Cap. XXIIII

AOn, ut dicit Lactantius, filius fuit Neptuni, & ab eo dictam affirmat Aoniam, quę quidem pars eſt Bœotiæ. Theodontius uero hoc idem aſſerit, Aonemq́ue dicit ex Apulia factione ſuorum pulſum nauigio ueniſſe Euboëam, & inde ſe in Bœotiam detuliſſe, ibiq́ue rudibus adhuc populis in montanis imperaſſe, & illos Aonas unà cum montibus ex ſuo nomine nuncupaſſe, à quibus Neptuni filius habitus eſt, cum Oncheſti cuiuſdam ditiſſimi hominis Apuli fuiſſet filius ex Parichia coniuge.

*Addit Perottus, neſcio quo autore, Aonem filium reliquiſſe Dymãtem, qui patri in imperio ſucceßit.*

De Meſappo xvi. Neptuni filio, à quo Ennius Poëta. Cap. XXV

MEſappus filius Neptuni, ut dicit Virgilius, *At Meſappus equum domitor Neptunia proles,* Quem nec fas igni cuiquam nec ſternere ferro, &c. Hic enim, ut idẽ teſtatur Virgilius, Turno aduerſus Aeneam auxilia duxit. Quem ſecuti ſunt Feſcennini, Equi, Faliſci, & qui Soractis habitabant montem, & Cimini ſyluas, & lacus, & inſuper Capeni. Hunc tamen dicit Seruius per mare ad Italiam ueniſſe, & inde Neptuni filium dictum. eum etiam eſſe inuulnerabilem ferro dictum eſt, eo quod nunquam in bello perierit. ab igne uero immunem, eo quod Neptuni filius, quem deum conſtat eſſe aquarũ. ab iſto dicunt Ennium Poëtam dicere ſe originem ducere, eumq́ue equorum domitorem dictum, quia animalia ſint à Neptuno producta.

De Buſiride xvii. Neptuni filio. Cap. XXVI

BVſiris Neptuni fuit filius ex Libya Epaphi filia ſuſceptus, ut in libro temporum ait Euſebius. Hic autem, ut ait Auguſtinus in libro de ciuitate dei, regnante Danao Argiuis, uel rex, uel potius tyrannus ſuis diis hoſpites immolabat, quem Seruius ab Hercule occiſum dicit, eo quod cum apud illum diuertiſſet, ut alios ſic & eum uoluiſſet occidere. & idem Seruius aſſerit huius Buſiridis laudes ab Iſocrate deſcriptas.

De Pegaſo equo xviii. Neptuni filio. Cap. XXVII

PEgaſus equus alatus, ut teſtatur Seruius & Lactantius, filius fuit Neptuni & Meduſæ in templo Palladis conceptus, ut ſupra ubi de Meduſa. Ouidius autem dicit eum natum ex ſanguine cadente ab exciſo Meduſę capite, ut ubi de Faſtis dicit, *Lib. 3*

Creditur hic cæſæ grauido ceruice Meduſæ
Sanguine reſperſis proſiluiſſe comis.

Quam Ouidii opinionem Fulgentius ſequitur & Albericus. Hunc præterea non ſolum uelociſſimum, ſed uolucrem fuiſſe aiunt, eodem Ouidio teſte,

Hunc ſupra nubes & ſubter ſidera lapſo
Cælum pro terra, pro pede penna fuit.

Eumq́ue dicunt pede Caſtalium muſis effodiſſe fontem, ut idem refert Ouidius, *Meta. 5*

Fama noui fontis noſtras peruenit ad aures,
Dum Meduſei quem præpetis ungula rupit. Et paulo infra,
Vera tamen fama eſt, & Pegaſus huius origo
Fontis, & ad latices deduxit Pallada ſacros, &c.

Hunc inſuper dicunt Bellerophontem aduerſus Chimæram monſtrum euntem tuliſſe

tuliſſe. Sic & Perſeum dũ ad Gorgones iuit. Anſelmus uero ubi de imagine mũdi, huic equo quædam addit, quæ ab alio nemine dicta cõperi. Dicit enim illi cornua eſſe, eum'q; igneum habere anhelitum, & ferreos pedes, ut totus monſtro ſit ſimilis, illum poſtremo inter ſydera locauere Ouidio teſte, Iam'q; indignanti noua ſtena receperat ore, Cum leuis Aonias ungula fecit aquas. Nunc fruitur cælo quod pennis ante petebat, Et nitidis ſtellis quinq; decem'q; micat. Nũc his appoſitis quid ſenſiſſe potuerint ueteres exquirendum eſt. Ego hunc equum famam rerum geſtarum arbitror, cuius uelocitas per curſum & uolatum equi huius deſignatur, qui ideo Neptuni & Gorgonis dicitur filius, quia ex geſtis in mari & terra fama oriatur. Quod in templo Palladis conceptus, ideo fictum puto, quia ex diſcrete & conſulte geſtis recte fama oriatur. Ex fortuitis autem nemini iure fama debetur, ex temerarie autẽ factis potius debetur infamia. Quod huic equo pedes ſint ferrei dictum puto, ut demonſtretur quoniam in circumeundo nunquã famæ deficiant uires. Cornua autem apponuntur ei, ut famoſorum comprehendatur elatio. Sic & anhelitus igneus, ut garrulorum feruens dicendi deſiderium cognoſcatur. Eum Caſtaliũ effodiſſe fontem ſatis manifeſte declarat, quia cupidine famæ atq; gloriæ temporalis à nonnullis affectio ponitur omnis, ex qua quotiens optatum conſequitur, totiens fons Caſtalius, id eſt, abundans dicendi materia oritur, quę quoniam Poëtarum eſt, muſis igitur dicitur cõſecratus hic fons. Eum autem Bellerophontem & Perſeum geſſiſſe ad aſſumptas expeditiones, eo dictũ dici poteſt, quia cupidine gloriæ, id eſt, ad id delati ſunt quod egerunt. ſeu ut quidam uolunt, ad id delati ſunt nauibus, quibus alatus equus erat inſigne. Albericus peregrinam de hoc equo ſcribit opinionem, ex Fulgentii fonte ſumptam. Dicit enim eum dictum pegaſum à pege Gręcum quod latine fontem ſonat, eum'q; eſſe fluuiorum omnium commune nomen, & hinc uult flumen, id eſt, pege equum eſſe Neptuni, id eſt, ex Neptuno genitum, cum ex mari omnia naſcãtur flumina, & per alas uelocitatem fluminũ deſignari, & à pege uult pagos dici, quos ueteres iuxta flumina ſemper ponere conſueuerant, & inde pagani quaſi ex uno pege, id eſt, fonte uel flumine potantes. & ſic fontem quem dicimus à pegaſo pede factũ, à Neptuno procedere ſentiemus. Sed quid circa hunc equum & fontem ſentiat Fulgentius, qui latiſſime ſcripſit, paucis apponendum eſt. Dicit ergo Pegaſum ex Meduſæ ſanguine naſci, eo quod in figura famæ conſtitutus ſit. Nam cum uirtus terrorem decidit famam generat, quem ideo uolucrem dicit, quia ut dictum eſt, fama uolucris ſit. Fontem autẽ muſis ungula aperuiſſe ideo fingitur, quia muſæ ad ſcribẽdam heroum famam, aut antiquorum geſta, aut priorum dicta ſequantur. Præterea dicit idem Fulgentius pegaſum interpretari æternũ fontem, quod arbitror, quia fama egregiorum hominum indeficiens eſt.

Mythologia

### De Nycteo Neptuni xix. filio, qui genuit Antiopam & Nyctimenem. Cap. XXVIII

NYcteus, ut ait Lactantius, filius Neptuni fuit, & ut Theodontius aſſerit, ex Cyleno filia Atlantis ſuſceptus. hunc dicit Lactantius Aethiopiæ fuiſſe regem, & Antiopã & Nyctimenem filias habuiſſe, eum'q; ſecundum quoſdam à Nyctimene illecebri amore dilectum, cum qua cum opere nutricis concubuiſſet ignarus, ſcelere cognito eam uoluit, ni aufugiſſet, occidere. Alii uero contrarium dicunt, eum ſcilicet infauſte Nyctimenem dilexiſſe, eam'q; cum illi uim uellet inferre aufugiſſe. Quod is Neptuni filius fuerit poſſibile eſt, cum ferè contemporaneus æuo Neptuni hominis uideatur. Si autem non ſit, ea ratione Neptuni filius dici poteſt qua dicuntur cæteri.

*Commentarius Apollonij duas Antiopas fuiſſe tradit, alteram Nyctei, alteram Aſopi filiam, hancq; ex Ioue peperiſſe Amphionem & Zethum. Deinde libro quarto rurſum ait: Antiope Nyctei filia fuit, quàm Iuppiter ſub facie Satyri compreßit, genuitq; ex ea Amphionem & Zethum. Illa autem Nyctei minas uerita in Sicyonem aufugit, traditis infantibus paſtori cuidam in Cytherone monte alendis. Nycteus autem ob filiæ audaciam præ ægritudine moriens, orat fratrem Lycum ne filiam negligat, néue impunitã ſinat. Qui Sicyone obſeſſa, eoq; occiſo, qui Antiopem hoſpitio fouebat, illam captiuam abductam*





*ductam Dircæ uxori cuſtodiendã tradidit. Sed Antiope effugiens, iterumq; capta Amphioni & Zetho liberis ſeruanda tradita eſt, qui re ex nutricio paſtore cognita Antiopẽ liberant, ac Dircen agreſti tauro alligatam concerpi faciunt: poſtea Lycum, tanquam Antiopẽ elocaturi accerſentes, ipſum quoq; interficere parant. Sed is interceſſione Mercurij ſublatus, & regnum auunculis cedens, euaſit. Hæc ille. Rurſum autem Homerus Amphionem & Zethum ex Antiope Aſopi natos ſcribit, ut eſt Odyß. Λ. ut difficile ſit in tanta diuerſitate quicquam certi ſtatuere.*

### De Antiopa Nyctei filia & matre Amphionis & Zethi. Cap. XXIX

ANtiopam dicit Lactãtius Nyctei regis fuiſſe filiam, cui Theodõtius addit ex Amalthea Cretenſi nympha. Hanc ut dicit Theodontius Nycteus Lyco Thebarũ Aegyptiarũ regi dedit uxorẽ. Lactantius autem dicit eam ui ab Epapho Iouis filio ſtupratam. alii dicũt à Ioue, quod cum ſenſiſſet Lycus, ea abdicata ſuperinduxit Dircen, quæ ab eo impetrauit, ut illam in carcerem poneret. Verum cum tempus partus aduenisset, miſeratione deorum fractis uinculis aufugit in Cytheronẽ, & Amphionem Zethum'q; peperit & expoſuit &c. ut ſupra ubi de Amphione.

### De Nyctimene filia Nyctei. Cap. XXX.

NYctimene Nyctei regis & Amaltheæ fuit filia. hanc autem ſeu patrem amauerit ſeu ab eo amata ſit, dum illius arma fugeret, miſeratione Mineruæ in auem ſui nominis uerſam, & in eius tutelã ſuſceptam. Cuius figmenti talis poteſt eſſe ratio. Nyctimenen prudenti uſam conſilio, ſeu ſui criminis ſeu paterni uerecundia, nunquam poſt ſcelus in lucem comparuit. & inde noctua dicta eſt. Quod in tutelã Mineruę uenerit, ubi de Minerua, explicata ratio eſt.

De Nyctimene Ouidi. 2. Meta.

### De Hirceo. xx. Neptuni filio. Cap. XXXI.

HIrceus ut Theodontius dicit & Paulus, filius fuit Neptuni ex Halcynoe filia Atlantis ſuſceptus, ex quo nil aliud memini me legiſſe.

*Credo ego legendum eſſe, pro Hirceo, Hyreum. Eum enim commentarius Homeri in Iliad. Σ. Neptuni atq; Halcyones filium facit. Eius uerba hæc ſunt,* ὑριεὺς ὁ ποσειδῶνος καὶ ἀλκυόνης μιᾶς τῶν ἄτλαντος θυγατέρων, ᾤκει μὲν ἐν τανάγρῃ τῆς βοιωτίας, φιλοξενώτατος δὲ ὢν ὑπεδέξατό ποτε καὶ θεοὺς *&c. Hic pater Orionis fuit, ut eodem loco dicitur, & Ouid. lib. 5. Faſtorum narrat. Facilis autem lapſus eſt ex Hyreus in Hyrceus, id quod Bocatio uidetur impoſuiſſe. Nam infra lib. 11. Hyrei mentionem ipſe facit in fabula Orionis.*

### De Pelia xxi. Neptuni filio qui genuit filias & Acaſtum, Cap. XXXII.

PElias filius fuit Neptuni & Tyro nymphæ filiæ Salmonei regis Salaminæ, ut in Odyſſea ſatis extenſe deſcribit Homerus. Dicit enim hanc conſueuiſſe circa ripas Eniphei fluminis delectari, quam ob rem Neptunus Eniphei ſumpta forma uirginem cepit, & cum ea concubuit. Et ex eo concubitu geminos genuit Peliam ſcilicet & Neleum. Tyro autem poſtea nupſit Cretheo. Peliæ autem apud Theſſaliam regnanti, ut dicit Lactantius, ab oraculo reſponſum eſt, tunc illi propinquam mortem fore, cum eidem Neptuno patri ſacrificanti aliquis pede nudo ſuperueniret in ſacris. Cui annua ſacra peragenti ſuperuenit Iaſon nepos altero pede nudus. Celeranti enim ad ſacrum, in limo fluminis calciamentum retentum eſt. quod cum uidiſſet Pelias, oraculi memor confeſtim, non tantum ſibi ſed filiis timens propter egregiam Iaſonis uirtutem, eidem Iaſoni ſuaſit, ut expeditionẽ in Colchos ad gloriam ſui nominis conſequendam aſſumeret, exiſtimans ut fama ferebatur, arduum nimis & difficile aureum uellus poſſe ſurripere, & ſic eum facile periturũ. qui cum aſſumpſiſſet, & præter ſpem Peliæ cum aureo uellere & Medea coniuge rediiſſet, eò itum eſt, ut opere Medeæ Pelias à filiabus occideretur, filio Acaſto ſuperſtite. Circa id quod fictum eſt, dicebat Leontius Peliam Neptuni hominis fuiſſe filium, eum'q; ſecus Enipheum ſpecie iuuenis incolæ à Tyro dilecti, eam non reſiſtentem atq; ſimilitudine formæ deceptam oppreſſiſſe, & ex ea filios ſuſcepiſſe duos.

Odyß. 15.

De filiabus Peliæ. Cap. XXXIII.

*Fabula deſcribitur ab Ouidio.7.Meta.*

FIlias Peliæ regi fuiſſe ſatis conſtat Ouidio inter alios recitante, quę tamen illis fuerint nomina à nemine dictum comperio. Hæ quidem ut moris eſt filiarum, ſenectuti Peliæ patris compatientes ei aſtabant continue, quas aiunt Medeam fraude decepiſſe, adeo ut earum pietas in patrem in ſceleſtũ uerteretur facinus. nam cum cerneret Medea ſenectutem Peliæ, ut dicebat Leontius, Iaſonis obſtare imperio, ficto cum Iaſone iurgio ſeceſſit ad illas, & diu de iniquitate Iaſonis queſta, in detrimentum eius dixit ſe iuuentutem Peliæ herbis reſtituere uelle, ut paulo ante Aeſoni reſtituerat, & ſic credulis filiabus Peliæ ſuaſit, ut omnem ſanguinem frigidum atq; ueterem ex tremulo Peliæ ſenis corpore cultris exhaurirent, ut nouum atq; floridum uenis poſſet immittere. quod cum feciſſent puellæ expiraſſetq; Pelia, ad Iaſonem rediit Medea. Dicit Theodontius inter Peliam & filias à Medea ſeminatam zizaniam, & ob eam puellas ferro in ſenem patrẽ inſurrexiſſe & illum occidiſſe.

De Acaſto Peliæ filio. Cap. XXXIIII.

ACaſtus teſte Seneca poeta in tragœdia Medeæ, Peliæ fuit filius. dicit enim ſic. Terrore pauidum quippe te pœnę expetit Actoq; Acaſtus regna Theſſalica obtinẽs, Senio trementẽ debili atq; æuo grauem Patrem peremptũ queritur, & cæſi ſenis Deciſa membra cum dolo captę tuo Piæ ſorores impium auderent nephas, &c. Verba ſunt Creontis ad Medeam,

*De Acaſto Commentarius Apollonij hæc refert, Duxiſſe eum uxorem Cretheidem, ſiue ut alijs placet, Hippolyten. Quam cum Pelium amaret, neq; ille contra huius amori obſequi uellet, apud uirum, Pelium ultro de ſtupri appellatione accuſaſſe. Itaq; Acaſtum, Pelio ceu uenationis cauſſa in ſaltum Pelij montis abducto, ibiq; armis omnibus ſpoliato, feris lacerandum reliquiſſe. Verum interuentu Chironis, ſiue is Mercurius fuit, Pelium accepta Vulcani machæra, defẽnſum ac liberatum eſſe, eundemq; domũ reuerſum, Acaſtum unà cum uxore interfeciſſe.*

De Neleo .xxii. Neptuni filio, qui genuit Neſtorem, Periclemenonem, Cromium & Pyro puellam. Cap. XXXV.

*Vide commẽ. Odyß.λ.*

NEleus Neptuni fuit filius ex Tyro, ut ſupra, ubi de Pelia monſtratum eſt, qui ut ſcribit Homerus, à Pelia fratre pulſus à Theſſalia Pylon condidit, & ibidem habitauit deorũ cultor. Huic fuit cõiunx Chloris, Amphionis Orchomeni regis filia, ex qua ut idem dicit Homerus, ſuſcepit Neſtorem & Periclemenonem, Cromium, & Pyro fœminam, & alios uſq; in duodecim, ſed eorum nomina non habemus.

*Quorum nomina à Commentario Apollonij ita recenſentur.* ταῦρος, ἀστέριος, λυκάων, δηίμαχος, εὐρύβιος, ἐπιλέων, φράσις, ἀντιμένης καὶ ἀλακάστωρ. *Et hos reliquos non ex Chlori, ſed alijs ac diuerſis uxoribus natos dicit.*

De Neſtore Nelei filio, qui genuit Antilochum, Pyſiſtratũ, Thraſimedem, Echephronẽ, Stratium, Perſeum, Aretum, & Polycaſten fœminam. Cap. XXXVI.

NEſtor filius fuit Nelei & Chloris, ut dictum eſt. Cui .xii. fratres fuere, ut teſtatur Ouidius, dicens, Bis ſex Neleides fuimus conſpecta iuuentus, &c. Fuit enim homo hic ętate longęuus, ut ipſemet tẽpore Troiani belli fatetur apud Ouidiũ dicens. Spectatorũ operum multorũ reddere uixi Annos bis centũ, nunc tertia uiuitur ætas, &c. Bellicoſus præterea fuit. Nam inter alia uiuente
a adhuc patre, eo exiſtente iuuenculo, bellũ aduerſus Epeos geſſit, & multos in pugna peremit, Homero teſte in Iliade. poſtea uero cum Theſeo in nuptiis Pirithoi fuit in certami-
b ne aduerſus Centauros. Et ut de reliquis taceã, cum Gręcis apud Troiam arma ſenex geſſit, & ſæpe Troianis obuius fuit in pugna. Fuit inſuper facũdia celebris adeo, ut ſæpe principum mitigaret iras, & in concordiam diſcordes reduceret. Huic Eurydice filia Climeni ut dicit, Homerus coniunx fuit, ex qua ſeptem filios & filiã unam ſuſcepiſſe, idem teſtatur Homerus. quo tamen fine ſubtractus ſit, legiſſe non memini.

a *Quo bello & Etymoneum occidit. Eius belli talis cauſsa à Pherecyde affertur. Cum Neleus equos, quos tamen optimos habebat ad certamẽ Eleum, Augeæ miſiſset, & is opera illorũ uiciſſet, idem poſtea Neleo tam excellentes equos inuidit, ijsq; apud ſe retentis, aurigas domũ uacuos dimiſit. Quam rem tametſi Neleus indigne ferret, in præſentia tamen quieuit. Poſtea autem Neſtor, qui tum natu minimus ex Nelei filijs erat, coacto exercitu Elim inuaſit, multis hominũ ibi occiſis, & equos patris recepit, & magnam aliarum rerum prædam ſecum auexit.*



b *Hic occidit & Ereuthalionem filium Hippomedontis, de quo Iliados. 4.*

Et Homer. τρὶς γάρ δή μιν φασὶν ἀνάξασθαι γένε' ἀνδρῶν Odyß.3. *Sic enim ait* αἱ δ' ὀλόλυξαν θυγατέρες τε νυοί τε, καὶ αἰδοίη παράκοιτις Νέστορος Εὐρυδίκη πρέσβα Κλυμένοιο θυγατρῶν. *Et paulo poſt.* τόφρα δὲ Τηλέμαχον λοῦσεν καλὴ Πολυκάστη Νέστορος ὁπλοτάτη θυγάτηρ Νηληϊάδαο. Odyß.3. *Nomina autem filiorum his uerſibus poſuit,* περὶ δ' υἷες ἀολλέες ἠγερέθοντο ἐκ θαλάμων ἐλθόντες, Ἐχέφρων τε Στρατίος τε Περσεύς, Ἄρητός τε, καὶ ἀντίθεος Θρασυμήδης, τοῖσι δ' ἔπειθ' ἕκτος Πεισίστρατος ἤλυθεν ἥρως. *Hæc de liberis Neſtoris ad initium capitis.*

De Antilocho Neſtoris filio. Cap. XXXVII.

ANtilochus fuit filius Neſtoris & Eurydices, ut apparet per Homerum in Odyſſea qui ſcribit Piſiſtratum Neſtoris filium in domo Menelai apud Lacedæmoniam mortem eius flentem. Nam ſecutus patrem ad Troianũ bellum, ibidem in pugna dum uiriliter ageret, à Memnone Auroræ filio occiſus eſt.

*Odyß.4. ſed in Iliade paßim eius mentio fit, & præſertim in certamine circa exequias Patrocli deſcribitur uelocitas curſus eius. Mortem autem deſcribit Calaber. lib.2.*

De Piſiſtrato Neſtoris filio. Cap. XXXVIII.

PIſiſtratus filius fuit Neſtoris & Eurydices. hunc autem Neſtor dedit in ſocium Telemacho Vlyſſis filio uolenti ire Lacedæmoniam, interrogaturus Menelaũ nunquid aliquid de Vlyſſe præſciret.

De Thraſymede Neſtoris filio. Cap. XXXIX.

THraſymedes Neſtoris fuit filius & Eurydices, quẽ ſecum Neſtor, ut teſtatur Homerus, duxit in Troianum bellum.

De Echephrone, Stratio, Perſeo, & Areto filiis Neſtoris. Cap. XL.

EChephron, Stratius, Perſeus, & Aretus filii fuere Neſtoris & Eurydices, quos ideo in unum iunxi, quia nil particulare de aliquo eorum legeram.

De Polycaſte Neſtoris filia. Cap. XLI.

POlycaſte fuit filia Neſtoris & Eurydices, iunior ex filiabus Neſtoris Homero teſte, & ſic apparet eum alias habuiſſe, quarum ego nomina non cognoui, nec de ea aliud audiui.

De Periclimeno Nelei filio. Cap. XLII.

PEriclimenos Nelei filius fuit, & Chloris, ut Ouidius teſtatur, affirmans huic à Neptuno auo conceſſum, ut poſſet ſe in quas uellet transformare figuras. Ex quo factũ eſt, quod cum Hercules in ultionẽ Epeorũ aduerſus Meſſanos atq; Pilios, & Eleos acri dimicaret pugna, hic forte occiſorũ fratrũ dolore cõmotus, in auem uerſus, Herculem uncis pedibus infeſtaret plurimum, ut Hercules illum uolitantem ſagitta interimeret. hunc uertibilem in quam uellet formam, nil aliud intelligo quàm eius membrorum agilitatem, qua tanquam ceruus ſaltabat, currebatq; uti uolaſſet auis & huiuſmodi faciebat. Eum autem uolitantem occiſum credo uolucri curſu fugientem.

*12.Meta.*

*Commentarius Apollonij in muſcam uerſum ait, & ab Hercule, conſilio Palladis, quæ illum prodebat, claua interfectum eſſe, cum ille aculeum Herculi ceu ſolent muſcæ grandiores immiſiſſet. Cæterum commentarius Homeri, id bellum non in ultionem Epeorum ab Hercule ſuſceptum fuiſſe ait, ſed quia poſtquam Hercules Oenei pincernam, eo quod pro aqua qua manus lauari ſolent, eam quæ ad pedes lauandos pertinebat, Herculi affudiſſet, occidiſſet, ueniſſetq; ad Neleũ luſtrandi cauſsa, Nelei filij omnes præter Neſtorem luſtrationem illius prohibuerunt. Coactusq; eſt Hercules re infecta à Neleo, nolente contra filiorum uoluntatem facere, diſcedere. Vide in Iliad. ε. & Comment. Argon. in lib. α.*

De Chromio Nelei filio. Cap. XLIII.

CHromius Nelei fuit filius & Chloris, ut etiam affirmat Homerus, qui quidem ea in pugna, quam Pilii & Meſſeni aduerſum Herculem geſſerunt, cum decem fratribus ſuis occiſus eſt, ut ſatis etiam demonſtrat Ouidius in maiori uolumine.

*Odyſſ. Λ.* τίκεν δὲ οἱ ἀγλαὰ τέκνα Νέστορά τε Χρόμιόν τε Περικλύμενόν τ᾽ ἀγέρωχον.

De Pero Nelei filia & Biantis coniuge. Cap. XLIIII.

a PEro uirgo Nelei & Chloris filia fuit, ut in Odyſſea ſcribit Homerus, hæc ut idem aſſerit adeo formoſa fuit, ut illius ferè omnes Græcorum nobiles optarent coniugium, eamq́ Neleo poſtularent. Qui nulli illam iungere uoluit, ni ſponderet ab Iphiclo matris Nelei patruo boues auferre, quos detinebat & dare negabat. Et cum nemo ſponſionem hanc facere auderet, Melampus uates ea tẽpeſtate clarus, Biæ fratri ſuo oſtẽdit poſt tempus fieri poſſe, ut ab Iphiclo deducerentur boues, quos poſcebat Neleus, ſuaſitq́ illi ſponſionem, ut tam ſpectabilis uirginis coniugium conſequeretur. Bias autem fratri credens ſpopondit Neleo, quod petebat. & dum circa recuperationem boum conaretur, Iphicli iuſſu captus & carceratus eſt. b Poſt tempus autem dimiſſus boues reduxit, & Pero habuit in uxorem. hæc ferè in textu Homeri continentur, ultra quem dicebat Leontius, quod cum Bias per annum in carcere ſeruaretur, ſenſit trabes domus uermes arroſiſſe, quos uulgo dicimus tralos, cœpitq́ ob uitiatas trabes ſecuturam ruinam. quam cum prænunciaſſet Iphiclo, meruit libertatem. Tandem cum interrogaſſet Iphiclus filios non procreans, quid ad procreandũ eſſet agendum, ſuaſit illi, ut ſerpentis potaret uenenum. Quo facto cõcepit uxor Iphicli, & filium in tempore peperit. quo beneficio ab Iphiclo illi reſtituti ſunt boues, quibus deductis, ut dictum eſt, Pero deduxit uxorem, quæ illi peperit Antiphatim & Mantionem.

a *Hom. Odyſſ.* τοῖσι δ᾽ ἐπὶ ἰφθίμην Πηρὼ τέκε θαῦμα βροτοῖσι, τὴν πάντες μνώοντο περικτίται, οὐδ᾽ ἄρα Νηλεὺς τῷ ἐδίδου, ὃς μὴ ἕλικας βόας εὐρυμετώπους ἐκ Φυλάκης ἐλάσειε βίης Ἰφικληείης. *&c. lib. 15.*

b *De hac re uide infra in Melampode, neq; enim hic omnino ſententia Homeri & aliorum reddita eſt.*

De Cygno. xxiii. Neptuni filio. Cap. XLV.

a *Lib. 12. Meta.* CYgnus filius fuit Neptuni, ut affirmat Ouidius. Iam leto proles Neptunia Cygnus Mille uiros dederat, &c. Hic ut idem dicit Ouidius habuerat à patre ut ferro inuulnerabilis eſſet, qua commoditate audax factus Troianis auxiliator multis ex Græcis cæſis aduerſus Achillem iniuit certamen. Qui cum illum gloriantem ſe cerneret, quod ferro uulnerari non poſſet, ſumpto ingenti b lapide in eum feſſum atq; iam crebris ictibus attonitum iecit. Cygnus autem graui impulſus ictu cecidit. quem confeſtim Achilles occupauit, & genu pectus eius premens, & manibus guttur, in mortem ire coegit. qui e ueſtigio à patre in auem ſui nominis mutatus arma reliquit Achilli. Horum figmentorum talis expoſitio poteſt eſſe. Neptuni filius dictus eſt Cygnus forſitan ob cãdorem cutis, & membrorum agilitatem, cum hi qui humidi ſunt complexione, quę à Neptuno humiditatis patre procedit, colore ſint candidi, & ut pluma molles cute. cui humiditati ſi proportione debita immixtus ſit calor, hi tales optima membrorum agilitate fruuntur. Ex quo fit, ut docti in euitandis ictibus, ut quoſdam uidimus, ferro feriri nequeant, & ut laſſitudine uincantur neceſſe eſt, ſi ſit qui tales ſuperare uelit. Quod autem auis factus ſit ſui nominis, intelligẽdum quod eo mortuo nil de eo apud mortales ſuperfuerit præter uolatile nomen.

a *De hoc autem & alia quædam fabulatur Commentar. Homeri in Iliad. Nempè huius fuiſſe liberos Tennem & Leucotheam, quibus cum Cygnus ſuperduxiſſet nouercã Polybœam, ſiue ut alij Phylonomem: hæc Tennem amare cœpit. Tennes autem cum huius amorem, utpote nefandum abominaretur, illa hunc apud patrem accuſare cœpit, quaſi qui illam ultro de ſtupro appellaſſet. Quamobrem iratus pater, Tennem in capſam impoſitum ac uinctum in mare abiecit. Sed Neptunus cum & innocentiam adoleſcentis cognoſceret, & eum tanquam nepotẽ alioqui diligeret, illum ad littora inſulæ Lycophryos appulſum ſeruauit. Quem poſtea incolæ repertum ac cognitum, pro rege habuerunt, inſulamq; eius nomine Tenedum uocarunt.*



*Mem. & Heſiodus Cygni, ut uidetur alterius ab Hercule occiſi, qui fuit gener Ceycis, uide in Aſpide.* b

De Chryſaore. xxiiii. Neptuni filio. Cap. XLVI.

CHryſaor, ut in libro de originalibus rerum affirmat Rabanus, Neptuni filius fuit, nec de eo amplius.

*Heſiodus in Theogonia, ex capite Meduſæ, ut & Pegaſum natum dicit. Verſus ſunt,* τῆς δ᾽ ὅτε δὴ Περσεὺς κεφαλὴν ἀπεδειροτόμησεν, ἔκθορε Χρυσάωρ τε μέγας καὶ Πήγασος ἵππος, τῷ μὲν ἐπώνυμον ἦν ὅτ᾽ ἄρ᾽ ὠκεανοῦ περὶ πηγὰς γένθ᾽, ὁ δ᾽ ἄορ χρύσειον ἔχων μετὰ χερσὶ φίλῃσι: *hic pater fuit Geryonis.*

De Oto. xxv. & Ephialte Neptuni. xxvi. filiis. Cap. XLVII.

OTus & Ephialtes, ut aſſerit Seruius, filii fuere Neptuni, ex Iphimedia Aloi Titanis coniuge, quam idem Neptunus oppreſſit, ut in Odyſſea teſtatur Homerus. *Odyſſ. 15.* hanc tamen Iphimediam Paulus uocat Electrionem. Theodontius autem Ephimeidam. Hi autem quoniam ex uxore Aloi nati ſunt, ut plurimum Aloidæ appellantur, ſicut & ſæpe Herculem à uitrico Amphitrioniadem appellamus. Hi quidem nouem digitis ſingulis menſibus creſcere uidebantur, quã obrem paruo in tempore mole ingentis corporis mirabiles facti ſunt. Dicit enim Homerus his ideo tam grande incrementum fuiſſe, eo quod à terra nutrirentur, eosq́ non amplius nouem annis uixiſſe, & eorum deſignans magnitudinem dicit. ix. brachiorũ amplitudinem habuiſſe, lõgitudinẽ uero. ix. paſſuum. a his inſuper dicit Homerus in Iliade, bellum fuiſſe aduerſus Martem, eumq́ ab eis captum atq; cathenis uinctum, & in carceribus. xiii. menſibus detentum, & ni Iuno Mercurio iniunxiſſet, ut pro liberatione eius ageret, in carceribus defeciſſet. Qui Mercurius clàm eũ rapuit, & liberatus eſt, quod Claudianus tangit, ubi de laudibus Stiliconis, dum dicit, Cum gemini fratres, genuit quos aſper Alous, Martem ſubdiderint uinclis, &c. Hi præterea ab Aloo uitrico in gigantomachiam, cum ipſe grauatus ſenio ire nõ poſſet, miſſi ſunt. qui ibidem, ut quibuſdam placet, cum reliquis à Ioue fulminati periere, & Ephialti Aethna mons ſuperimpoſitus, Oto autem mons quidã Cretenſis. Alii uero dicunt, inter quos Homerus, eos ob magnitudinem corporis auſos montes montibus imponere, cælumq́ affectare. Sed in Odyſſea dicit Homerus imberbes adhuc ab Apolline ſagittis occiſos, quos Virgilius dicit apud inferos detruſos aiens, Hic & Aloidas geminos immania uidi Corpora, qui manibus magnum reſcindere cælum Aggreſſi, ſuperisq́ Iouẽ detrudere regnis, & cætera. b His prædictis fictionum ſenſus aperiendus eſt. Dicebat autem Barlaam hos duos fuiſſe fratres ingentis potentiæ Aloi filios, ſed ideo Neptuni dictos, quia præter menſuram omnem humanorum corporum excreuerãt, quod ad Neptunum ſpectare uolunt ingentia producere corpora, eosq́ tantum nouem annis regnaſſe. & ideo à terra nutritos dicũt, quia maximos prouentus ex his quæ poſſidebant aſſumerẽt, & aduerſus Iouem in Olympo monte habitantem bellum ſecundum hiſtorias habuiſſe, & in eo bello iuuenes defeciſſe ægritudine peſtifera ambos, & hinc ſumptum eos ab Apolline ſagittis occiſos. Alii uero dicũt hos cum Saturno aduerſus Iouem fuiſſe, & nonnullas arces extuliſſe, & ultimo uiribus Iouis quando in Phlegra pugnatum eſt, cum aliis multis cęſos. De captiuo Marte nil reperi. Arbitror ſic ego explicari poſſe, Martem inſignem aliquem fuiſſe uirum militari diſciplina inſtructum, & bellicoſum atq; robuſtum, horum hoſtem, qui & ſi potens eſſet, tamẽ ut ſæpe cõtingit maiores ſuccumbere, & obtinere minores, ab eis captus & carceratus eſt. & cum liberationi eius nullus adinueniretur modus, Mercurius ideſt fraus, quia furum deus, qui clàm & fraude furãtur, Iunone iniungente, ideſt pecunia, qua forte corrupti cuſtodes, aſtutia Mercurii Mars liberatus eſt.

*Iliados. 5. Cæterum quam hic Iunonem uocat, ea Græcis* Ἐερίβοια *dicitur.* εἰ μὴ μητρυιὴ περικαλλὴς Ἠερίβοια, *quam Commentar. Homeri,* ἀεργίαν καὶ μεγάλα βοῶσαν *exponit, Antimachus autem pro* a

*proprio accipit, & nouercã Aloidum facit, non Mercurij. Præterea Ariſtarchus, aliam mortis cauſam & alium modum affert. Nam cum Mercurius liberato Marte, eos uiciſſim captiuos abduxiſſet, illi nihil etiam immanitatis obliti Iunonem & Dianam uitiare conantur: quare indignata Diana ceruam uenantibus illis obiecit, quæ per medium illorum currens, dum uterq; iaculum in eam mitteret, factum eſt, ut cum amborum ictus cerua effugiſſet, ipſi mutuis uulneribus interierint. Cæterum quod ad hiſtoriam attinet, ait idem, Aloidas fuiſſe reges Græciæ, qui quoniam deuictis multis Barbarorũ nationibus omnia pacaſſent, dicti ſunt Martem, hoc eſt bellum captiuum tenuiſſe, eò quod pacem hominibus peperiſſent.*

b *Sunt qui Mythologicos totam hanc Aloidum fabulam ad philoſophiam & mores referunt, Martemq; τὸν θυμὸν, Otum autem & Ephialtẽ philoſophiæ præcepta & ſermones interpretentur, à quibus animi affectus & perturbationes uinciuntur, & ſub rationem reuocantur. Vide Commentarium Iliad. E. qui copioſe de hac re tractat.*

## De Aegeo .xxvii, Neptuni filio qui genuit Theſeum & Medum. Cap. XLVIII.

AEgeus Athenarum rex, filius fuit Neptuni, Theodontio affirmãte, & marinus deus. Huic dicit Paulus, duo fuere coniuges, quarum prima dicta eſt Aethra filia Pithei regis Trœzeno, ex qua Theſeum ſuſcepit. Secũda ut teſta-
7. Meta. tur Ouidius, fuit Medea profuga, quam à Iaſone repudiatam atq; fugientẽ non ſolum ſuſcepit hoſpitio, ſed illam etiam ſibi matrimonio copulauit, & ex ea ut placet Iuſtino, Medum filium ſuſcepit. Succeſſit quidem in regno Pandioni regi, quem Theodontius ſecundum ueritatem dicit eius fuiſſe patrẽ. & eo regnante multa incommoda Athenienſibus euenere. nam inter alia bellum Minois regis Cretẽſium, quod in uindictã Androgei filii ſui indigne occiſi mouerat, diu tulere. Vltimo cum ſuccubuiſſent, in has à Minoe deducti ſunt leges, ut ſcilicet annis ſingulis ſeptem nobiles iuuenes ad Minotaurum in Cretã mitterentur. qui tribus annis ſorte miſſi ſunt. Quarta autem ſors cecidit in Theſeum, qui maximo Aegei patris dolore nauem conſcendit iturus, & cum omnia nauigii ornamẽta nigra eſſent & nauis uelum, habuit in mandatis à patre, ut ſi contingeret in agendis eum felicem obtinere exitum, rediens naui album poneret uelum amoto nigro, ut à longe infortunium ſuum noſceret. Theſeus autem Ariadnę conſilio uictor, mandatorum immemor non amoto nigro uelo redibat. Aegeus excelſa turri proſpectãs nigrum uidens uelum, Theſeum mortuum arbitratus, ex turri ſe deiecit
a in mare, & mortuus ab Athenienſibus liberatis, & Neptuni filius, & Marinus deus in ſolatium Theſei conſecratus eſt.

a *Et hinc Aegeum mare uocatũ uult Nicocrates, quamuis hanc rationem alij repudient, & ab Aegis inſula, cuius & Homerus meminit, dictum uelint.*

## De Theſeo Aegei filio, qui genuit Hippolytum, Demophoontem & Antigonum. Cap. XLIX.

THeſeus inclytus Athenarum rex fuit Aegei regis filius & Aethrę, ingentis atq; generoſi animi iuuenis, cõplura memoratu digna peregit, adeo ut inter Hercules plurimos nominetur unus. Hic quidem ante alia cum Hercule ab Eu-
Lib.2. rystheo miſſo, aduerſus Amazones expeditionem ſuſcepit, ut dicit Iuſtinus, & cum multas occidiſſent atq; cepiſſent, cepere inter alias Menalippem atq; Hippolytem Antiopæ reginę ſorores. Sed Hercules pro armis reginæ Menalippem ſorori reſtituit. Theſeus uero Hippolyten quæ ſibi in ſortem prædæ contigerat, ſumpſit uxorem, ex qua Hippolytum filium ſuſcepit. Præterea ingenti uirtute, ut refert Statius, Creontis Thebani regis ſuperbũ retudit imperium, egitq;, ut quæ prohibebat officia funeralia, poſſent occiſis in bello regibus exhiberi. Et taurum ab Euryſtheo Atticæ terrę immiſſum cuncta uaſtantem apud Marathonem interfecit. ſic Scironem latronem hoſpites ſuos dũ reſideret in ſcopulo, aut lauare ſibi pedes, aut ſe adorare cogentem, eosq; incautos præcipitantem in mare. Et Procuſtem æque latronem ſuper Cephyſo flumine habitantem, & nocte ſuos hoſpites trucidantem ſuperauit atq; occidit. Helenam inſuper Caſtoris atq;

Pollucis



Pollucis ſororem uirginem cæleſtis pulchritudinis inſignem, in palęſtra ludentem rapuit, Minotaurum interemit, & Athenas à turpi ſeruitio liberauit. Ariadnam atq; Phędram Minois filias patri ſurripuit, & Ariadna relicta Phędram ſibi coniugio copulauit, ex qua quoſdam filios ſuſcepit. Athenienſes per diuerſa paſſim uagantes in patriã reuocauit, & in formam ciuium ſparſos agreſtesq; reduxit. Et ut placet Plinio in libro naturalis hiſtoriæ, primus fœdera adinuenit. Aduerſus Centauros in nuptiis Pirithoi amici ſui egregie pugnauit, eosq; ſuperauit, illiq; comes ad inferos uſq; ad rapiendam Proſerpinam iuit, ſed minus feliciter ex hoc illi ſucceſſit. nã Pirithoo à Cerbero Orci cane trucidato, in mortis ipſe periculo fuit, ni forte ſuperueniſſet Hercules, qui illum à diſcrimine liberauit & reduxit ad ſuperos. Et Athenas rediens coniugem querulam accuſantemq; falſo de ſtupri interpellatione Hippolytum comperit, quem fugauit, & quantum in eo fuit occidit. Poſtremo iam ſenex à ciuibus ſuis pulſus, exul apud Scyrũ minorẽ inſulã diẽ clauſit, cũ annis .xix. imperaſſet Atheniẽſibus. Has eius laudes ferè omnes Ouidius paucis teſtatur carminibus ubi dicit. Ingeniũ faciẽ te canũt te maxime Theſeu, et infra per undecim uerſus. (a, b in margin)

*Et ob eam cauſam quidam tradunt Aphydnas oppidũ, ubi mater Theſei Aethra erat, expugnatas à Caſtore atq; Polluce fuiſſe, ipſamq; Aethram captiuã cum reliqua præda abductam. In quo prælio etiam uulnus in dextro femore Caſtor à rege Aphydno accepiſſe dicitur. Vide comment. Home. in Iliad. Γ. Et alio loco idem ait, ex ſententia Hellanici, ex compoſito Pirithoi & Theſei, hunc raptũ Helenæ factũ eſſe, cum inter ſe uerbis conueniſſent, ut ambo uxores ex Iouis filiabus ducerent. Itaq; Theſeum Helenã rapuiſſe, Pirithoum ad Proſerpinam rapiendam eodem modo ad inferos deſcendiſſe, ubi tamen à Cerbero interemptus eſt. Plutarch. declarat hunc locum in uita Theſei copioſe. De Theſei rebus geſtis præter Plutarchũ, Vide Diodorũ libro quinto, qui omnia breuiſſime collegit. de Hippolyta autem Amazonum, ut ipſe uocat, regina, lib. 3.* (a)

*Præterea apud Crommyona oppidum, Suem quæ uaſtabat fines, ſuſtulit. Vide Plutarch. Corynetam quoq; Vulcani filium interemit. Cercionem latronem apud Eleuſin occidit. Sic Scinim qui ſolebat homines laniare, curuatis pinubus & diuerſis hominũ partibus diuerſarum arborũ ramis alligatis. Ouid. lib. 7. Meta. Sinnis ille à Plutarcho uocatur, huius filia Perigime fuit, ex qua poſtea Theſeus Menalippum patrem Toxi à quo Ioxades in Caria dicti ſunt, genuit.* (b)

## De Hippolyto Theſei filio, qui genuit Virbium. Cap. L.

HIppolytus Theſei & Hippolytes Amazonis fuit filius. hic cum uenatiõibus cœlibem uitam ducens uacaret, & omnino conſtanti animo mulieres ſperneret, à Phædra nouerca abſente Theſeo amatus eſt, deſiderio cuius cũ obtemperare noluiſſet, Theſeo redeunti ab ea accuſatus eſt. Qui in furorẽ uerſus filii necem optauit. Verum Hippolytus timens conſcenſo curru fugam cepit, quo fugiente fortuitu Phocæ, quę in littus exierant, audientes equorum ſtrepitum dum ſeſe in mare fugientes præcipitant, equos exterruere Hippolyti. Qui per ſcopulos aduerſus eius imperiũ uiresq; currum trahentes, atq; ui eius compagem diſſoluẽtes omnẽ, infelicem iuuenem loris implicitum adeo per abrupta traxerunt, ut pro mortuo à circũuicinis collectus ſit. Eſto poetæ omnes & ſignanter tragœdus Seneca in tragœdia eiuſdẽ Hippolyti laceratum atq; diſcerptũ omnẽ afferant & occiſum. Qui tandẽ opere atq; ſubſidio Aeſculapii, quaſi ab inferis in ſanitatẽ priſtinã, non abſq; longo labore reuocatus eſt. Ex quo euentu uidetur fabulę locũ datũ, qua legimus Theſeũ habuiſſe à patre, ut ter poſſet optare quod uellet, & quia nũc filium optaſſet occidi, Phocas à patre emiſſas in littus. Hippolytus aũt ne tertiã patris experiretur irã, qui ante Hippolytẽ matrẽ eius occiderat, & nũc eo inaudito eum quærebat in pœnã, atticã terrã liquit, & in Italiã uenit, haud longe à loco, ubi poſtea cõdita Roma, & mutato nomine ſe Virbiũ appellari iuſſit, quia bis uir fuiſſet, ſemel ante euẽtũ, & iterũ poſtquã beneficio Aeſculapii in uitã uidebaẽ reuocatus. Ibi autẽ dicit Theodontius oppidũ cõſtruxit, quod ex nomine ſumptę cõiugis Aritiã appellauit. Dicit pręterea idem Theodontius falſum eſſe Hippolytũ cælibẽ uitã egiſſe, imò ſecreto amore Aritiam nobilem Atticæ regionis fœminam adamauit, quam Dianam,

eo quod uenationi uacaret, uocabat, & ſe Dianam colere aſſerebat, & opere huius Aritię factum dicit, ut ab Aeſculapio ſanaretur, cum mortuum illum arbitraretur Theſeus.

De Virbio Hippolyti filio. Cap. LI.

VIrbius filius fuit Hippolyti & Aritię poſt Hippolyti fugam ex Attica ſuſceptus. Qui cum adoleuiſſet, contra Aeneam Ilio deleto in Italiā uenientē à patre miſſus eſt in ſubſidium Turni, prout deſcribit Virgilius, Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello, Virbius inſignem, quem mater Aritia miſit Eductum Egeriæ lucis. &c. De eo autem nil aliud habemus.

*Ouidius autem lib. 15. Meta, ubi totam Hippolyti fabulam deſcribit, Virbium atq; Hippolytum eundem facit, iuſſuq; Dianæ, cuius etiam precibus, ab Aeſculapio reſtitutus fuerat, nomē mutaſſe. Cæterum commentar. Home. in Odyß. Λ. addit fabulæ Hippolytum ante à Theſeo Træzena ablegatum, eo quod nouercæ inſidias metuebat, illiq; ibidem imperium eſſe datum, quod ex matris ſtirpe ad ipſum peruenie-bat, eoq; cum Theſeus aliquando peregre abeßet, ad Hippolytum, ſi qua illo potiri poſſet, ueniſſe Phædram. Hanc Athenis etiam templū Veneri cōſtruxiſſe, quod Hippolyti nomine Hippolytæū uocatū eſt.*

De Demophoonte Theſei filio. Cap. LII.

DEmophoon, ut Theodontius aſſerit, filius fuit Theſei ex Phędra. Hic quidē cum cæteris Græcis in bellum Troianum iuit. Ilio autem deiecto dum rediret in patriā, tempeſtate in Thraciā delatus à Phyllide Lycurgi regis filia hoſpitio & lecto ſuſceptus eſt. Et cum aliquandiu ſecum fuiſſet, audito quod Mneſteus Athenarum rex agitatus procellis & nauſea uexatus maris appuliſſet inſulam Melos, & ibidē clauſiſſet diem, regni cupidine tractus impetrata per tempuſculum licentia à Phyllide, reſarcitis nauibus Athenas rediit, & poſt. xxiii. annum paterni exilii, ut dicit Iuſtinus, Athenarū regnū aſſumpſit, neq; de reditu curauit ad Phyllidem. Et cum annis. xxiii. regnaſſet, mortuus eſt. Cui ſucceſſit Oſintes, utrum hic eius fuerit filius, incertum habeo. *De hac uide Coluthum in raptu Helenæ*

*De his & Aethra matre agnita à filijs & recepta ad Troiam, Calaber lib. penult.*

De Antigono Theſei filio. Cap. LIII.

ANtigonus, ut dicit Theodontius, filius fuit Theſei & Phædræ, ut dicit Barlaam, natu maior Demophoonte, & poſt fugatum ab Athenienſibus patrem ferè adhuc pubes ab Athenienſibus aſſumptus, & rex factus Mneſteusq; uocatus. Qui Troiā uadens non ſatis de ingenio Demoophontis fidens eum ſecum traxit. Hic rediens tempeſtate actus nimia apud inſulam Melos expirauit.

*At Homerus Mneſteum non Theſei filium, ſed Petei facit. Cuius ita lib. 2. Iliad. meminit,* τῶν αὖθ' ἡγεμόνευ' υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς, τῷ δ' οὔπω τις ὅμοιος ἐπιχθονίων γένετ' ἀνὴρ κοσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας. *Fortaſſis hic Antigonus eſt, quem Diodorus Athamantum uo-Didymus autem Ariadnæ filios facit Demophoontem & Acamantem Odyß. Λ.*

De Medo Aegei filio. Cap. LIIII.

*Lib. 2.* MEdus, ut Iuſtinus tradit, Aegei regis Athenarum & Medeę fuit filius. Quam idem Iuſtinus dicit, cum priuignum uidiſſet adultum, ab Aegeo per diuortium diſceſſiſſe, & Colchos cum Medo filio abiiſſe. Ouidius autem dicit ob paratū Theſeo uenenū, ut ubi ſupra de ea, eam aufugiſſe. Aiunt inſuper aliqui eam Iaſonis in gratiam rediiſſe, & hunc Medum inde iuiſſe in Aſiam, atq; uiribus plura ſibi ſubegiſſe regna, ſed eam tenuiſſe partē, quam Mediā appellamus, & de ſuo ſeu matris nomine nuncupaſſe.

De Oncheſto. xxviii. Neptuni filio, qui genuit Megareum. Cap. LV.

ONcheſtus ſecundum Lactantium filius fuit Neptuni, quem Seruius & Lactantius dicunt Oncheſtem ciuitatem propinquam promontorio Micaleſſo conſtituiſſe, & ſuo nomine appellaſſe, nec de eo aliquid præterquam quod Megareum filium genuerit, legi.

De Megareo filio Oncheſti, qui genuit Hippomenem. Cap. LVI.

Megareus



MEgareus filius fuit Oncheſti, ut liquido teſtatur Ouidius loquente ſic Hippomene. Namq; mihi genitor Megareus, Oncheſtis at illi Eſt Neptunus auus, pronepos ego regis aquarum, &c. *Lib. 10. Meta.*

De Hippomene Megarei filio. Cap. LVII.

HIppomenem Megarei fuiſſe filiū ſatis oſtenſum eſt. De hoc Ouid. talem recitat fabulā. Erat in Scyro ciuitate Atalāta Schœnei filia ſeu Iaſii, uirgo inſignis pulchritudinis, & perniciſſimæ uelocitatis, quæ ut plurimum deorum monitu habitabat in ſyluis. Hęc cum à multis in coniugē peteretur, legem a appoſuit, ut ſcilicet curſus certamē peteretur, & ſi qui ſuperarētur ab ea, morte mulctarentur, uictor autem eius potiretur cōnubio. & cum iam plures magis audaces quàm felices ſuperati tam ſeuera lege damnati eſſent, Hippomenes ea nondum uiſa talium ridebat ſtultitiam. Tandem cum caſu contingeret, ut illam uideret, miratus roſeam faciem, ſidereos oculos, os cinameum, auream cęſariem, pectus protenſum, corpusq; glabellum, & geſtus placidos, cōfeſtim eius in ardorem incidit, qui ante damnauerat alios, nec dubitauit eius poſtulare connubium, & ſeueræ legis ſubire diſcrimē. Virgo autem * *Deeſt quiddā* Hippomenes Veneris inplorauit auxiliū, quę illi tulit ex uiridario Heſperidum tria mala aurea, eumq; docuit malorū uſum. Porrò cū curſum expediti intraſſent, anteiretq; uirgo, iuuenis pędoctus eueſtigio uidente uirgine unum ex malis proiecit, fulgore cuius capta puella gradum collectura præuertit. Et cum euolaſſet interim iuuenis, illa præſtātior facile anteiuit, ille ſecundū eiecit. quod dum illa collectura moratur, ille ſtadium arripit uolucer. Sanè illa pernici uelocitate malo collecto parua mora currentē præterit. Aſt ille cum iam meta curſus eſſet propinqua, tertium proiecit, quo detenta uirgo, antequam uolucris euolaſſe potuiſſet, tenebat Hippomenes terminū. quam ob cauſam ſuperata uirgo eius in coniugium uenit. cum qua dum lætus in patriā abiret, Hippomenes feruoris impatiens, & ſuſcepti muneris à Venere immemor, in lucum Cybeles illam deduxit, & ibi cum ea concubuit, ex quo ſeu Veneris ſeu matris deūm indignatione factum ſit, amantes in leones uerſi ſunt, & currui Cybeles additi. Qua ſub fictione talis poteſt ſenſus abſcondi. Primo mulierū ſi qua eſt obſtinata durities, & auro & muneribus frangi poſſe, cum natura auri omnes & cupidæ & tenaciſſimæ ſint. In leones autem ideo cōuerſi dicuntur, quia in nemus Cybeles coiuerunt, ideſt in delitiis humanis abundauerūt, & ob id elati ſunt, & ſic in leones uerſi, quoniam leones ſuperba ſint animalia. & ideo uerſa uice currui Cybeles applicati ſunt, ideſt in proceſſu à rerum natura edocti quoniam terrenis legibus omnes ſumus obnoxii, quia terrei uiuimus, & quantumcunq; ſuperbientes, poſtremo in terram reducimur.

*Ouid. fabul. deſcribit lib. x. Cæterum hæc Atalant, a alio nomine Iſchomache dicitur à Propertio. Et interpres Theocriti Hippomenem Martis filium uocat.* a

De Pelaſgo. xxix. Neptuni filio. Cap. LVIII

PElaſgus, ut dicit Theodontius, filius fuit Neptuni. Iſidorus uero ubi de etymologiis, eum Iouis & Lariſſæ filium dicit. Sanè quoniam ex compertis apparet Theodontium talium ſolertiſſimum indagatorem fuiſſe, plus illi in talibus præſtandum fidei ratus ſum, & ideo Neptuni, non Iouis poſui filium. a Hic autem ea in parte Gręcię regnauit, quę poſtea ab Arcade Caliſtonis filio Arcadia dicta eſt, & ab eo denominata Pelaſgia. dicebat Leontius & in Aſia eſſe Pelaſgos, eosq; aduerſus Græcos fauiſſe Troianis, ut in Iliade teſtatur Homerus. Verum hi Pelaſgi à Pelaſgā muliere Græca nomē ſortiti ſunt, quam aiunt in Pelaſgiis cum copiis in Aſiam tranſmeaſſe, & ciuitatem condidiſſe, & de ſuo nomine Pelaſgiam nuncupaſſe. & inde Pelaſgii, qui ſecus Lyciam ſunt, appellati. alii cōtrarium tenent, Pelaſgum regem fuiſſe in Aſia, & ab eo Pelaſgos & inde mulierem Pelaſgam, ubi poſtea fuere Pelaſgi, in Græciam ex Aſia tranſfretaſſe, & ibidem occupata regione nomē impoſuiſſe Pelaſgis.

*Eſt qui hunc Inachi filium dicat, Vide 1. Comment. in Apollonium.*

a Iliad.

b *Iliad. ſecundo* ἱππόθοος δ' ἄγε φῦλα πελασγῶν ἐγχεσιμώρων τῶν οἳ λάρισαν ἐριβώλακα ναιετάασκον, τῶν ἦρχ' ἱππόθοος, πύλαιός τ' ὄζος ἄρηος υἷε δύω λήθοιο πελασγοῦ τευταμίδαο, *in Catalogo Troiani exercitus.*

De Nauplio.xxx.Neptuni filio,qui genuit Palamedem. Cap. LIX.

NAuplius Neptuni & Amimonis filię Danai regis filius fuit, ut teſtatur Lactātius,qui de eius origine fabulam recitat talem. Amimone Danai filia dum ſtudioſe in ſyluis iaculo exercitaretur, minus aduertēs percuſſit Satyrum, quam cum uellet Satyrus uiolare, illa Neptuni implorauit auxilium. Neptunus autem fugato Satyro ipſe eam compreſſit, ex quo cōpreſſu Naupliū ſuſcepit. Hunc Naupliū apud Eubœā regnaſſe cōſtat, & eius aiunt fuiſſe filiū Palamedē Grȩcorū factione occiſum apud Troiam. Quod cū ęgerrime ferret Nauplius, nec ad ultionem ſuppeterēt uires, ad ingeniū uerſus, ſtantibus apud Troiā Græcis, ut erat ſenex cœpit omnē Græciā circuire, & regias intrare Græcorū principū, & ibi quibus poterat ſuaſionibus, cōiuges eorum in adulterium, cum quibuſcunq; poterat trahere, arbitratus ex hoc in reditu Græcorum ſeditiones exorituras plures, eiſq; agentibus Grȩcos in ſuum ſanguinem ruituros, & ſic dum ſe inuicem trucidarent, immerito trucidati Palamedis mortem ſuis occiſionibus expiarēt. Creditum eſt, ut Leontius aſſerebat, opere ſuo Clytemneſtram in amplexus Aegiſthi ueniſſe, ex quo Agamēnon poſtea interemptus, & inde Aegiſthus & Clytemneſtra. Sic Aegialem Diomedis coniugem in Cyllabari Stheleni filii concubitus. & ut de reliquis taceam, conatur Lycophron inclytā Penelopis famam Nauplii cōſiliis maculare, uolens eam cum uno è procatoribus ſuis nōnullas inſomnes noctes egiſſe. Præterea inplacabilem ſenem aiunt tam feruenti animo uindictam optaſſe, ut redeuntibus Græcis Ilione conſumpto in patriam, & acri atq; turpi tempeſtate agitatis Caphareum conſcendiſſe montem, & nocte accenſa face, quaſi in portum ſalubrem periclitantes acciret, in letiferos ſcopulos ſalutis auidos euocaſſe, & multis hoc facinore exitii extitiſſe cauſam. Vnde Virgilius, Sidus & Euboicę cautes, ultorq; Caphareus, &c. Amori autem Satyri & oppreſſæ Amimonis à Neptuno aſſignat Barlaam paucis uerbis rationē, dicēs, Satyrū uirginis fuiſſe pædagogum, Neptunū autem Lerneum quendam Aegyptium inſignem, cuius prius Amimone pellex fuit quàm cōiunx, & ab eo Lerneum fontem denominatum atq; prouinciam.

De Palamede Nauplii filio. Cap. LX.

PAlamedes Nauplii fuit filius, qui cum eſſet unà cum Græcis circa Troiam, & hi aduerſus Agamemnonis imperium inſurrexiſſent, ſeditione doloſa Agamemnoni poteſtate ſubtracta, eius dux belli factus eſt. Huic enim cum Vlyſſe ſimultates erant, ut dicit Seruius, eo quod Vlyſſes inſania ficta conatus eſſet in bellum Troianum non ire, & ad eam ſimulandum uinctus aratro diſſimilibus animalibus ſalem ſerebat. Cui ante aratrum ad experientiam ſumendum inſaniæ Palamedes appoſuit Telemachum puerum, quem cum uidiſſet Vlyſſes illico ſuſpendit aratrum. Præterea cum in Thraciam frumētatum iuiſſet, & nil portaſſet, ſeq; non comperiſſe diceret, Palamedes uadens reportauit affatim. Quibus indignatus Vlyſſes, ęgre patiebatur illius gloriam. quamobrem dolo eius factum eſt, ut à ſeruis Palamedis ſatis grande pondus auri infoderetur ſub tabernaculo eius, & inde nunciis ſubornatis, habitis confictitiis litteris in conſilio Græcorum Palamedem accuſauit, quia cum Priamo de deditione haberet tractatum, eumq; auro eſſe corruptum, & ad euidētiā proditionis incœptæ iuſſit eius in tabernaculo fodi, quaſi ſi ibidem comperiretur aurum, litteris eſſet exhibenda fides & nunciis. quamobrem auro comperto, quod ipſemet infodi fecerat, Vlyſſis accuſatio uera credita eſt, & Palamedes tanquam noxius lapidibus eſt obrutus.

*Mem. huius rei Ouid. lib. 13. & Calaber lib. 5. apud quem Aiax Vlyßi obiicit:* ἀλλὰ καὶ ἀντιθέῳ παλαμήδῃ θῆκας ὄλεθρον, ὅς σέο φέρτερος ἔσκε βίῃ, καὶ ἐύφρονι βουλῇ.





De Celeno.xxxi. Aello.xxxii. & Ocypete.xxxiii. Harpyis, filiabus Neptuni. Cap. LXI.

CEleno, Aello & Ocypete Harpyiæ tres fuere ſecundum Seruium & Neptuni & terræ filiæ. Alii uero dicunt Thaumantis & Electræ. Harum formā deſcribit Virgilius. Triſtius haud illis monſtrum, nec ſæuior ulla Peſtis, & ira deū ſtygiis ſeſe extulit undis, Virginii uolucrum uultus, fœdiſſima uentris Proluuies, uncæq; manus & pallida ſemper Ora fame, &c. Hic etiam deſcribit in quibus habitent locis, & unde uenerint, dum dicit. Accipiūt Strophades, Graio ſtant nomine dictæ Inſulę Ionio in magno, quas dira Celeno Harpyię, quę aliæ colūt, Phineia poſtquā Clauſa domus menſaſq; metu liquere priores. Ex his à Seruio fabula recitatur, quæ ſupra ubi de Zete & Calai plene ſcripta eſt. & quid per illam etiam ſentiēdum ſit. & ſimiliter de his dicta ſunt quædam, ubi de Alecto, & aliis furiis ſupra ſcripſimus, & ob id pauca hic dicenda ſuperſunt. Vult igitur Seruius eas ideo Neptuni & terræ filias, quia in inſulis habitent, quæ terræ ſunt, & tamen mari circundatæ. Ego uero eas Neptuni filias puto, quia monſtruoſæ ſint, ut per Virgilii carmē patet. Harpyiæ autem ſecundū Fulgentium ideo uocātur, quia ἁρπάζειν Grȩce, Latine rapere dicitur, & ideo earū prima eſt dicta Aello, quaſi † Ahelenalon, quod eſt alienū concupiſcere. Secunda Ocypete, quod ſignificat celeriter auferre. Tertia Celeno, quæ nigrū ſonat, per quod rapinæ occultatio ſumenda eſt. & ſic primo concupiſcitur, ſecundo auferrur, tertio occultatur. Virgineos autem uultus ideo habere dicuntur, ſeu quia ut dicit Fulgentius, ſterilis ſit rapina. Cui ego addā quantū ad eum cui rapitur. & eſto aliter putem. fures quippe more ſuo placidos miteſq; ſe in conſpectu hominū exhibent, ut hac poſſint arte ignaros fallere. Vncas autem raptores habere manus expoſitione non indiget. Quod ora illis ſint pallida, nil aliud uult prætendere, quàm fames aſſidua, inſatiabilis appetitus habendi, qua miſeri & in rapinā proni anguntur continue. fœdiſſima uentris proluuies raptorum eſt, in quantum ut plurimum rapinarum turpis eſt exitus. Itur enim ex rapinis in ludum ſubſtantiarū conſumptorem omnium, & miſeriarū patrem. Itur in luxuriam laſciuiarum & ociorum marcentium matrem. Itur in gulam crapularum & ægritudinum cloacam turpiſſimā & damnoſam. Arbitror quidem has ad piratas, & auariſſimos atq; immanes homines ſpectare, eò quod littora inhabitent. Addebat inſuper dictis Harpyis Homerus Harpyiam unam, quam Thyellam uocitat, ex qua Zephirum dicebat equos Achillis genuiſſe. Hanc dicebat Leontius uenti impetum, ſeu procellam interpretari, perquam etiam piratarum demonſtratur uelocitas ad rapinam.

*Fortaße,* ἀφελεῖν τὸ ἄλλον. ἀελλώ *procella,* ὠκυπέτη *celeriuolans.* κελαινώ *obſcuritas.*

*Vt Heſiodus, qui ſic in Theogonia* θαύμας δ' ὠκεανοῖο βαθυρρείταο θύγατρα ἠγάγετ' ἠλέκτρην, ἡ δ' ὠκεῖαν τέκεν ἶριν, ἠυκόμους θ' ἁρπυίας ἀελλώ τ' ὠκυπέτην τε αἵ ῥ' ἀνέμων πνοιῇσι καὶ οἰωνοῖς ἅμ' ἕπονται. a

De Sicano. xxxiiii. Neptuni filio. Cap. LXII.

SIcanus, ut dicit Theodontius, antiquiſſimus rex fuit Siciliæ, & Neptuni filius, & ab eo inſula quę antiquiori nomine dicebatur Trinacria, Sicania nuncupata eſt, de qua Solinus ubi de mirabilibus mundi dicit. Siciniæ diu ante Troiana bella Sicanus rex nomen dedit, eductus cum ampliſſima liberorum manu, &c. Ex his nec nomen alicuius ad me peruenit. Dicit tamen Theodontius, huius Cererem fuiſſe coniugem, & Proſerpinam filiam, quam Iouis dixere poetæ.

De Siculo.xxxv. Neptuni filio. Cap. LXIII.

SIculus rex fuit Siciliæ, & Neptuni filius, ut Solinus de mirabilibus mundi teſtatur. Regnauit autem, ut dicit Theodontius poſt Sicanū, & ab eo Sicilia denominata eſt. Paulus hunc dicit filiū fuiſſe Corithi & Electræ, & Dardani fratrē. Neptuni filium dictū, eo quod ex Tuſcia in Siciliam tranſfretaſſet, & multa rudes homines docuiſſet.

Libri decimi finis.

Iuppiter undecimo generis cum parte notatur.






# GENEALOGIAE DEO RVM GENTILIVM, LIBER VNDECIMVS.

## PROOEMIVM

EX Achaia inter Pachinum Trinacriæ promontorium, & ueteres Syracuſas leni ſatis ſpiritu me detulerat Subſolanus. Ibi dũ iam in finem ferè deducta omni Neptuni prole, uetuſtiſſimorũ regum potius aduentum in inſulam quàm geſta narraſſem, & mecum omnia circũſpectans excogitarem, ad quam cæli plagam uertenda eſſet nauiculæ prora, uenit in mentem tantum nunc uelo, nunc remis, nunc pedibus itum fore, ut ex filiis Saturni ſenis infauſti nullus ſupereſſet, cuius non eſſet deſcripta ſoboles, præter Iouem quem patrem dominum'q; regem'q; deorũ & hominum uoluere. Obſtupui, fateor ſereniſſime rex, & animi cecidere uires, & quaſi itineri meo obſtaculum inſuperabile eſſet obiectum deſperans aiebam. O miſer potui ampliſſimum Oceani gurgitem intrare, & fluctus in ſydera uſq; ſurgentes, modico conſcendere lembo. Potui uaſtum littus omne mediterranei maris inter mille ſcopulos, & ſonantia ſaxa ambire, montes ſcabroſos aſcendere, lubricas calcare ualles, tenebroſa antra ſubire, perſcrutari luſtra ferarum, & ſyluarum atq; nemorũ ſepoſitas umbras luſtrare, urbes & oppida, & quod longe terribilius, ad manes uſq; deſcendere, & Ditis opacas intrare domos, & terræ uiſcera oculis terebrare, & ſic aliorum deorum prolem etiam renitentem calamo tanquam cognitam in medium trahere. Nũc autem ſi Iouem non uidero, quo pacto eius, quæ ampliſſima eſt, poſteritatem ſcripſiſſe potero? Si autem Iouem uidiſſe uelim, in cælum ire neceſſe eſt, quò infelix ex ſublimi ſaltu, quò ex monte celſo in illud memet deiiciam? Quis me eò uentorum extollet impetus? Quæ deferet condenſa nubes? aut ipſius armiger ales? O utinam ab inferis remearet Dędalus, qui ſolus homini pennas induere nouit, & mortalibus inſuetas cæli uias oſtendere. Ipſe forſan opportunitati huic poſſet præſtare ſuffragium. Quod niſi undecunq; uenerit, detur poſt tot exantlatos labores, tot uictos timores, tot etiam obices ſuperatos, infecto itinere inchoato, nõ abſq; ignominia temeritatis meæ ſubſiſtendum eſt. Optabam præterea cæleſtium uidere patriam, & quo ordine ſanctiſſimi illi gentilium theologi templa, palatia, atria, domos'q; diſpoſuiſſent cælitum. Præterea & cum ipſo Ioue ipſius ſublime uidere ſoliũ. Quo iure ſacrum illud deorum conſiſtorium conueniret in unum. Quod in illos ipſius imperium. Quis ordo ſedendi, quæ præſidentis maieſtas, quæ leges darentur, qui & quo ritu largirentur imperia, ut in finem debitum mundi gubernaretur mortalitas, & alia etiã tam prægrandis dei magnalia. Cæterum dum hinc uidendi deſiderio cęlum ac perficiendi itineris angerer, inde deſperatione premerer, Ecce ex littore Siculo me etiam gubernaculum non regente, repentino impetu in Cretam uſq; delatus ſum. Quam cum circumſpicerem, non ante Ideon mõtem aſpexi, quàm reſoluta mentis caligine, & ueri dei illuſtratus lumine, proletarii Iouis cognoui cunabula atq; fornices in circuitu, & quà in parte eius cineres & oſſa iacerent memini. Et ſic eum non deum cæli thronum tenentem eſſe perpendi, ſed hominem, cuius acta & mores, & reliqua nõ maiori labore quàm aliorum deorum gentilium poterant ex terrenis ſpeculis intueri. Reuocatis igitur uiribus, ut eius numeroſiſſimam prolem deſcribam, iter quod præpeditum rebar, intrabo, orans in optatum me terminum dirigat, qui futurum ſibi diſertiſſimum populum per rubrum mare eduxit ſicco ueſtigio ex Aegypto.

De tertio Ioue decimo Saturni filio, qui xxxix. genuit filios, quorum hæc ſunt nomina, prima Clio, ii. Euterpe, iii. Melpomene, iiii. Thalia, v. Polymnia, vi. Erato, vii. Terpſichore, viii. Vrania, ix. Calliope, x. Acheus, xi. Venus, xii. Amor, xiii. Proſerpina, xiiii. Ca-

ſtor, xv. Pollux, xvi. Helena, xvii. Clitemneſtra, xviii. Palicus, xix. Palicus, xx. Iarbas, xxi. Mena, xxii. Myrmidon, xxiii. Xantus, xxiiii. Lucifer, xxv. Orion, xxvi. Minos, xxvii. Sarpedon, xxviii. Rhadamantus, xxix. Acriſius, de his xxix. tractatur in præſenti libro undecimo. xxx. Tantalus, xxxi. Dionyſius, xxxii. Perſeus, xxxiii. Aon, xxxiiii. Aeacus, xxxv. Pylũnus, xxxvi. Mercurius, xxxvii. Vulcanus. De his uero octo ſcilicet à xxix. citra, duodecimo in libro tractatur. De reliquis duobus, qui ſequuntur, ſcilicet de Hercule xxxvii. & Aeolo xxxix. in libro tertiodecimo ſcribitur.

Cap. I

IOuem Cretẽſem, qui tertius in hoc opere eſt, Saturni & Opis fuiſſe filium omnis teſtatur antiquitas. Hic eodem partu cum Iunone editus, ne à Saturno occideretur ob pactionem cum Titano fratre factam, quàm cito natus eſt, clam in Idam Cretenſem montem alendus, ab Opi tranſmiſſus eſt, & ut quidam uolunt, Curetis populis commendatus, ſeu, ut alii dicunt, Ideis *a* Dactylis. Euſebius uero in libro temporum dicit Creti regi Cretenſium, & hunc illum in Gnoſo ciuitate in qua matris eius eſt templum, ſeruaſſe atq; nutriſſe. Quia Curetis dixere, addunt eum ab eiſdem in antrum montis Idæ delatum, ibiq́; dum, ut paruuli faciunt, fleret, ne audiretur cymbala & tympana, & clypeos, & arma pulſabãt. Ad ſonitum quorum, more ſuo conuenientes apes mella in os eius inferebant, ob quod beneficium poſtea deus factus dedit eis, ut abſq; coitu generarent. Aliis uero placet eum nymphis alendum datum, inter quas, ut Didymus in libro narrationis Pyndaricæ aſſerit, Meliſeo Cretenſium regi duas fuiſſe filias, Amaltheam & Meliſſam, quæ caprino lacte atq; melle Iouem nutrierunt. Vnde dicit Lactantius in libro diuinarum inſtitutionum, capellam Amaltheæ nymphæ Iouem infantem uberibus ſuis aluiſſe, & ob id dicit Germanicus Cæſar in Aratheo carmine, Illa putat̃ Nutrix eſſe Iouis, ſi uere Iuppiter infans Vbera Cretææ mulſit fidiſſima capræ, Sydere quæ claro gratum teſtatur alumnum. Quod etiam teſtari uidetur Poëta celebris Franciſcus Petrarcha in Bucolicis ea in Ecloga, cui titulus Argus eſt, ſic dicens, Teneris ſignata labellis Vbera te moueãt, niſi forte obliuia lactis, Illius aſtrigeræ nectar tibi ſuggerit aulæ. De grege nempe fuit nutrix tua, &c. Seruius autem dicit non in Idam, ſed in Dicteum montem à matre tranſmiſſum, & ibidem nutritũ. Iunius autem Columella de agricultura ſcribens lib. ix. ſic de educatione Iouis infantis ait, Nec ſanè ruſtico dignũ eſt ſciſcitari, fueritńe mulier pulcherrima ſpecie Meliſſa, quam Iuppiter in apem conuertit, an ut Euhemerus Poëta dicit, crabronibus & ſole generatas apes, quas nymphæ Phruxonides educauerunt. Mox dicit eo in ſpecu Iouis extitiſſe nutrices, eáq; pabula munere dei ſortitas, quibus ipſę paruum educauerant alumnum. Hęc ille. Ex quibus ſumitur Iouem melle tantũ educatum. Hic tandem cum adoleuiſſet, ob captos parentes bellum habuit cum Titanis, liberauitq́; illos, inde patrẽ regno expulit, eo quod comperiſſet eum uitæ ſuæ inſidiari, quæ ſupra ubi de Saturno latius dicta ſunt. Et hinc illi bellum dicunt cum gigantibus conſecutum, quos ſuperatos, ſuppoſuit montibus, ut præmonſtratum eſt. Deinde orbe ſubacto cum fratribus imperium partitus eſt, dato Plutoni infernorũ dominio, Neptuno autem maris, ſibi Olympo reſeruato. Et cũ diu ante Iunonem ſororem ſuam ſumpſiſſet in coniugem, & rex potens factus, glorię auidus, cœpit ambire, & non minus aſtutia quàm uiribus nõ ſolum humanas laudes, ſed diuinos etiam ſibi honores quæſiuit, templa quidẽ, ut in ſacra legitur hiſtoria, in multis locis conſtruxit, & ſuo dicauit nomini, & in quamcunq; regionem uenerat, reges principesq́; populorum hoſpitio ſibi comitate ſua & amicitia copulabat, & cũ ab eis digrederetur, imperabat ſibi ædificari phanũ, & ſuo hoſpitisq́; ſui nomine inſigniri, quaſi ut ex hoc poſſet amicitiæ ac fœderis memoria conſeruari. Et hac aſtutia factum, ut conſtituta ſint tem- *Lactan. lib. 1 Cap. 22* pla Ioui Ataburio, Ioui Labradeo, cum Ataburius & Labradeus auxiliatores eius fuerint in bello. Sic & Ioui Laprio, & Ioui Molioni, & Ioui Caſſio, & quæ huiuſmodi ſunt, quod ille aſtutiſſime excogitauit, ut ſibi diuinũ honorem, & hoſpitibus ſuis perpetuum nomen acquireret cum religione connexum. Gaudebant autem illi, & eius libenter obſequebantur

Margin notes: *Lib. 1. Cap. 22* (beside "uem nutrierunt. Vnde dicit Lactantius"); *Cap. 2* (beside "autem Columella de agricultura").



quebantur imperio, & nominis ſui gratia ritus annuos, & feſta celebrabant, & hoc modo religionem cultus ſui per orbem terræ Iuppiter ſeminauit, & exemplum cęteris ad imitandum dedit. Is inſuper in Olympo monte habitauit, ut eadem ſacra teſtatur hiſtoria, ubi legitur, Ea tempeſtate Iuppiter in monte Olympo maximam partem uitæ colebat, & eò ad eum in ius ueniebant, ſi quæ res in controuerſia erant. Item ſiquis quid noui inuenerat quod ad uitam humanam utile eſſet, eò ueniebat, atq; Ioui oſtendebat, &c. Præterea quantumcunq; homo hic circa honores occupandos ambitioſus eſſet, & libidini deſeruiret, multa tamen bona & utilia humanæ uitæ adinuenit & introduxit, & nonnulla mala ſuſtulit, & inter alia amouit à moribus hominum conſuetudinem comedendi carnes humanas, quibus Saturni tempore ueſcebantur. Qui tandem diſpoſitis rebus ſuis diem clauſit, de exitu cuius teſtis eſt Ennius. ipſe quidẽ in ſacra hiſtoria deſcriptis omnibus quæ in uita ſua geſſerat Iuppiter, ad ultimum ſic ait, Deinde Iuppiter poſtquàm quinquies terram circuit, omnibusq́; amicis atq; cognatis ſuis imperia diuiſit, liquitq́; omnibus leges, mores, frumentaq́; parauit, multaq́; alia bona fecit, immortalem gloriam memoriamq́; adeptus ſempiternam, monumenta ſuis reliquit, ætatem peſſime actam in Creta uitam commutauit, & ad deos abiit, eumq́; Curetes filii ſui curauerunt, decorauerunt́q; eũ, & ſepulchrũ ei in Creta in oppido Aulatia poſuerũt. Et dicit̃ Veſta hãc urbem creauiſſe, inq́; ſepulchro eius ſcriptũ antiquis literis Gręcis, Iuppiter Saturni. Euhemerus autem dicit eum in †Oceania mortuum, ſed bene in Aulatia oppido ſepultum, forſan & hoc nomẽ Oceaniæ Cretæ fuit antequàm à Creta nympha Heſperidis filia, ut Plinius ait, ubi de hiſtoria naturali, dicta fuerit. Videsńe celeberrime rex quãto ingenio, quanto fortunæ fauore, quot antiqui hoſtis fallaciis longæuum nomen, inanem gloriã & diuinos honores ſibi quæſiuerit homo iſte: Miror equidem illius quantumcunq; rudis æui inſaniam, ut quem ex homine natum paſſibilem atq; mortalem uiderant, deũ, & ſummum deum tam inconſulte crederent. Scio poſſint eſſe qui dicant multo recentiores in hãc eandem inſcitiam nõ minus fuiſſe procliues, cum legerimus à Luca medico ſcriptum apud Lyſtros Lycaoniæ Barnabam & Paulum uiros ſanctiſſimos, & diuini dogmatis prædicatores, eo quod contortum à natiuitate hominem in nomine Ieſu Chriſti rectum, ambulantemq́; feciſſent, à Lyſtris deos eueſtigio creditos, Barnabam Iouem, & Mercuriũ Paulum, eisq́; renuentibus ſerta & holocauſta tanquam diis à pontificibus & populo præparata, de quibus ego minus *miror*. Diuinum enim opus fecerant ignorãtibus Lyſtris, quoniam non ſuo, ut ipſi teſtabantur, ſed Chriſti opere. Iuppiter autem quid unquam ſupra hominem facere uiſus eſt: nil equidem, uictorioſus fuit homo, & nec ſatis hoc, cum aſtutiæ humanæ, & nonnunquam fortunæ opus ſit, ut ob id deus & cæli rex debeat à quoquam credi. Profecto uertibiles nimium in credulitatem erãt illius æui mortales. Nos autem ueteres in ſua fatuitate ſinamus, & ad omiſſa uertamus calamum. Poſtquàm quę ad hiſtoriam ſpectant, de Ioue dicta ſunt, quid de eo fingentes dixerunt proſequamur. Primo quidem eum patrem dominumq́; deorum, & cæli regem dicunt, eiq́; loco ſceptri triſulcum fulmen tribuunt. Eius præterea arborem dixere quercum. Sic & in eius tutelam aquilam poſuere. Nunc quid per hæc ſenſiſſe potuerint uideamus. deorum autem pater & dominus ideo hic dictus eſt, quia eo regnante heroum tempora ſeu cœpere, ſeu floruere, in quibus & Poëtarum ſeu theologorum gentilium cœpit & floruit ſtudiũ apud Gręcos. Qui cum iſtum tanquam ea tempeſtate mortalibus cæteris præualentem cernerent, eumq́; iam ſibi ne dum apud ſuos, ſed & apud exteras nationes adhuc uiuenti diuinos honores quæſiſſe, & eorũ patrem eſſe aut maiorem, qui iam eius intuitu fictionibus ad diuinitatem extollebantur, & quod ei nomen etiam faueret Iuppiter, quod iam diu erat celebre, & uero deo attributum, faueretq́; illi locus habitationis Olympus, quo nomine cælum etiam appellamus, eum deorum finxere patrem, & cæli regem. Nec ſufficit attribuiſſe illi quod fecerit, quinimmo multa ex his quæ ante eum per plura ſecula facta fuerant, & potiſſime eorum duorũ temporibus, quos ſupra Ioues nuncupatos diximus, per

Margin notes: *Lactan. lib. 1 Cap. 11* (beside "runtq́; eũ, & ſepulchrũ … creauiſſe"); *al's, Oceano, ſic enĩ Lactantius habet* (beside "autem dicit eum in †Oceania … dicta fuerit").

nominum abuſionem in hunc reuocata ſunt, nec aliter quàm ſuo æuo facta eidem attributa. & quod longe pernicioſius fuit, multa ad uerum deum, uerum deorũ dominum ſpectantia, ſub huiuſmodi fictionis uelo recondita, & demum enucleata ad potentiam & deitatem fictam huius hominis ſpectare ab ignaris credita ſunt, tantumq́; inoleuit hęc inſcitia, ut non ſolum Iouis eſſe quæ dei, ſed dei ueri eſſe quæ Iouis erant crederentur, utputa adulteria, proditiones, & bella, & huiuſmodi. Sanè quotiens pro iſto Ioue illuſtres uiri deum ſenſere uerum, quod minus honeſtum de Ioue ſcribitur, pro aliquo naturali actu opere naturæ naturatæ producto, quæ dei opus eſt, intelligi uoluere. quod ego non laudo, per illecebres fictiones diuinam deſignari potentiam. Deorum inſuper numeroſitatem non adinuenere, ut tot crediderint deos eſſe, quinimmo prudentes uoluere deitates illas multis aſcriptas diis, potentiæ unius ueri dei officia eſſe exiſtimantes, ſic per miniſtros deũ agere uti mortales agimus, quod clariſſime in libro de dogmate Platonis oſtendit Apuleius. Nos autem & bene ſecundum Pſalmiſtam credimus de deo, quia dixit, & facta ſunt. Nec tamen negamus deo miniſtros eſſe, alios iuſtitiæ ut dæmones, alios gratię ut angelos, alios opportunitatum & uictus, ut ſupercæleſtia corpora, ſed de his aliàs. Per fulmen uero triſulcum loco ſceptri Ioui additum, eo quod igneum ſit, oſtendere uoluere fingentes, nonnunquam eum pro elemento ignis & aëris aſſumendum, ut aſſerit Seruius, & tunc Iunonem eius cõiugem terram & aquam eſſe uolunt, eo quod ex eis omnia quorundam iudicio procreantur, & ſic ſecundum Varronem de agricultura duo dicuntur parentes magni, Iuppiter pater & Iuno mater. Puto ego hanc fictionem originem habuiſſe ab his, qui arbitrati ſunt ignem rerum omnium cauſam, ac eo agente cuncta generari atq; nutriri, & ſic dum ignis & aër Iuppiter, eius opus eſt, corruſcationes & tonitrua, nubes congregare, atq; diſſoluere, uentos excitare, atq; comprimere, fulmina emittere, & huiuſmodi, eo quod hæc in regione aëris igne agente conficiantur. Triſulcum autem dixere fulmen, ut triplex fulminis deſignetur proprietas, eſt enim coruſcum, & ſcindit & urit, de quibus ſi quis plene uidere cupit, Senecam philoſophum uideat ubi de quæſtionibus naturalibus. Quercum arborem ideo attributam illi uolunt, quia eius fructu primæui homines paſcerentur, & ideo uiſum eſt eam arborem rite dici illius, ad quem ſpectat educare homines, quos ipſe produxit, ſeu quorũ gerit imperium. Hanc Iſidorus ubi de etym. nucem uidetur arbitrari, eamq́; dici à Latinis iuglandẽ uocari, quaſi Iouis glandem, eo quod Ioui olim cõſecrata fuerit, & ſequitur eius fructus tantum habere uirium, ut ſi mittatur inter ſuſpectos herbarũ uel fungorum cibos, quicquid in eis uirulentum
b ſit, exudent, rapiant, & extinguant. Aquilam eius in tutelam eſſe aſſerunt, eiuſq́; rei cau-
Lib.1.cap.11 ſam Lactantius ex alieno deſcribit, dicens, Cæſar quoq; in Arato refert Aglaoſthenem dicere Iouem, cum ex inſula Naxo aduerſus Titanos proficiſceretur, & ſacrificium faceret in littore, aquilam ei in auſpicium euolaſſe, quam uictor bono omine acceptam tutelæ ſuæ ſubiugarit. Sacra uero hiſtoria etiam ante conſediſſe aquilam illi in capite, atq; ei regnũ portendiſſe teſtat̃. Cur infans à Saturno abſconditus ſit, cur cũ Titanis bellũ geſſerit, cur Saturnum fugauerit, ſatis plene ubi de Saturno monſtratum eſt. De coniugio uero Iunonis, etiam ubi de Iunone eſt explicitum. ſic & de nomine ſatis plene, ubi de Ioue primo. Et ex his quæ ibidem & hic ſcribuntur, ſiquis uellet, ſatis poſſet aduertere quantum homo iſte cum proprietatibus Iouis planetæ conuenerit, & quoniam ob id merito ſit Iuppiter nuncupatus.

a *De Dactylis Idæis ita tradunt Græci: Dactyli Idæi, inquiunt, ſex & quinq; dicuntur eſſe, & dexteros quidem uiros, ſiniſtros autem fœminas. Pherecydes, dexteros uiginti, ſiniſtros autem triginta duos facit. Fuerunt autem* γόητες, *ut ipſius uerba ponam,* ἐπῳδοὶ, καὶ μεταλλεῖς. *Nominati ſunt à matre Ida, alij Idæos Dactylos uocari aiunt,* ὅτι ἐντὸς Ἴδης ἐντυχόντες τῇ Ῥέᾳ ἐδεξιώσαντο τὴν θεόν, καὶ τῶν δακτύλων αὐτῆς ἥψαντο. *Mnaſeas à Dactylo patre & matre Ida dictos ait. Ex ijs præcipui fuerunt Titias & Cyllenus, qui & magnæ matris aſſeſſores habiti, & certis ſacris culti ſunt: tametſi ſint, qui Titiam indigetem Creteum, ex Ioue genitum uelint. Nomina & artes Dactylorum ab autore Phoronidos*



*ſic recenſentur:* Ἔνθα γόητες Ἰδαῖοι Φρύγες ἄνδρες ὀρέστεροι οἰκί' ἔναιον νέλμις, Δαμναμενεύς τε μέγας καὶ ὑπέρβιος Ἄκμων εὐπάλαμοι θεράποντες ὀρείης Ἀδραστείης οἳ πρῶτοι τέχνην πολυμήτιος Ἡφαίστοιο εὗρον ἐν ὀρέεσσι νάπαις ἰόεντα σίδηρον ἐς πῦρ τ' ἤνεγκαν καὶ ἀριπρεπὲς ἔργον ἔδειξαν. *Hæc ex Comment. Apollonij. Ipſe autem Apollonius lib.1. nymphæ cuiuſdam Anchiales filios dicit & in Phrygia habitare, ſic enim ait:* Βωμὸν δ' αὖ χέραδος παρενήνεον, ἀμφὶ δὲ φύλλοις στεψάμενοι δρυΐνοισι θυηπολίης ἐμέλοντο μητέρα Δινδυμίην πολυπότνιαν ἐγκαλέοντες ἐνναέτιν Φρυγίης, Τιτίην θ' ἅμα Κύλληνόν τε οἳ μοῦνοι πολέων μοιρηγέται, ἠδὲ πάρεδροι μητέρος Ἰδαίης κεκλήαται, ὅσοι ἔασι Δάκτυλοι Ἰδαῖοι Κρηταέες, οὕς ποτε νύμφη Ἀγχιάλη Δικταῖον ἀνὰ σπέος ἀμφοτέρῃσι δραξαμένη γαίης Οἰαξίδος ἐβλάστησε. *Diomedes nõ ex Anchiale, ſed ex Ope natos tradit. Aiunt, inquit, in Creta Opim in Idam Cretenſem ex fuga delatã, quum puerperij tempus inſtaret, primam montis partem manibus apprehendiſſe, atq; ita partu ſolutam. Ex impreſſione uero manuũ Curetes prodijſſe, quos ab effectu Græco nomine Dactylos, & Idæos à mõte nominauerũt, ut à pupillis oculorũ quas Græci* κόρας *appellãt, uel à galearũ cono Curetas. Hos nutriuiſſe Iouẽ ferũt, & ne uagitu puer proderetur, nouo luſus genere excogitato, clypeolis æneis inter ſe cõcurſantes, æris tinnitu, & numeroſi pedis cõpoſitione, qui Dactylus inde dictus eſt, Saturnũ cælauerunt.*

*De aquila Iouis in Comment. Home. Iliad. Θ. ſic traditur:* λέγεται δὲ κατὰ τὴν τοῦ Διὸς γένεσιν τὸν ἀετὸν γεννηθῆναι, ἔν τε τῇ πρὸς τοὺς γίγαντας μάχῃ παραστῆναι. διόπερ ἐν τῇ διανεμήσει τῶν πτηνῶν Ζεὺς ἀετὸν εἵλετο, ᾧ καὶ προστάσσει καὶ ἀγγέλῳ αὐτῷ χρῆται πρὸς ἐκείνους, οὓς ἐπιφανείας ἀξιοῖ. ὅθεν καὶ ἀετὸς ἐκλήθη, οὐχ ὥς τινες παρὰ τὸ ἀΐσσειν, ἀλλὰ παρὰ τὸ ἐτεὸν δηλοῦν, ὅ ἐστιν ἀληθές. b

## De nouem Muſis filiabus Iouis. Cap. II

MVſæ numero nouem ſunt, Iouis & Memoriæ filiæ, ut ubi de Etymologiis placet Iſidoro. Theodontius autem Memnonis dicebat & Theſpiæ, eo forſan quod Theſpiades illas appellet Ouidius. Harũ nomina ſunt hæc, Clio, Lib.5.Meta. Euterpe, Melpomene, Thalia, Polymnia, Erato, Terpſichore, Vrania, & ultima Calliope. His dicunt cum filiabus Pierii numero totidem bellum inna a tum fuiſſe. Et quoniam uictæ ſint à Muſis Pierides, in picas mutatę ſunt, & ob uictoriam Muſæ earum conſecutæ ſunt cognomen. Has præterea dicunt à quodã Pyreneo clauſtris clauſas, eaſq́; ex clauſtris in detentoris perniciem euolaſſe. Inſuper aiunt eis fontem Caſtalium & nemus Heliconę conſecratũ, eaſq́; ad lyram Apolline pulſante canentes. Nos aũt his præmiſſis ad auferendũ uelum fictionibus ueniamus. Placet Iſidoro Chriſtiano atq; ſanctiſſimo homini has Muſas appellatas à quærendo, eo quod per eas, ſicuti antiqui uoluerunt, ius carminum & uocis modulatio quæreretur, & ob id per deriuationem ab eis Muſica, quæ eſt moderationis peritia, denominata eſt. Et ut idem dicit Iſidorus, quoniã ipſarũ Muſarum ſonus ſenſibilis res eſt, & quæ in pręteritũ fluit, imprimiturq́; memorię, ideo eas à Poëtis Iouis & memoriæ nuncupatas. Ego autem puto, quum à deo omnis ſit ſcientia, nec ſolum ad eam concipiendã intellexiſſe ſufficiat, niſi quis intellecta memoriæ cõmendauerit, & ſic memorię conſeruata expreſſerit, ut te quis ſcire nouerit, ut ait Perſius, Scire tuũ nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter. quod Muſarũ officiũ eſt, & hinc illas Ioue genitas & memoria fictũ eſt. Necnon arbitror Muſas à moys quod eſt aqua dictas, cauſa in ſequentibus oſtẽdetur. Cur autẽ nouem ſint, in cõmentario ſecũdo ſuper ſomnio Scipionis plurimũ Macrobius conatur oſtẽdere, eas ęquiparans octo ſphęrarũ cæli cantibus, nonam uolens cælorum modulationẽ eſſe concentũ, ſuperaddẽs poſt longam uerborum ſeriem muſas eſſe mũdi cantũ à ruſticis etiã ſciri. quia eas camœnas quaſi canenas à canẽdo dixerunt. Attamen ex his reddit Fulgentius aliã rationem, dicens uocem fieri quatuor ex dẽtibus, quos lingua dũ loquitur percutit, ex quibus ſi defecerit unus, potius q̃ uox, ſibilus emittat̃ neceſſe eſt. Inſuper ex duobus labiis uelut uerborũ cymbalis cõmoda modulantibus. Sic & lingua quæ curuamine à circumflexione quãdã tanquã plectrum uocalem format ſpiritũ, inde & palato, cõcauitate cuius ſonus profertur. Vltimo ut nouem ſint, addit̃ gutturis fiſtula, quæ tereti meatu ſpiritualem præbet excurſum. Et inſuper quoniam his

ἀπὸ τοῦ μῶσαι *quod eſt inueſtigare,* μῶσαι

niam his à multis concinens Apollo additur, non aliter quàm ſeruator concentus præ-
dictis ab eodem Fulgentio iungitur pulmo, qui uelut ærarius follis concepta reddit atq;
reuocat. Et ne ſibi in tam ſepoſitum naturæ opus tantũmodo fidem uelle præſtari uidea-
tur, tam exquiſitæ rationis teſtes inducit Anaximandrum Lampſacœnum, & Zenopha-
nem Heracleopolitem, quos ſuis in commentariis, quæ dicta ſunt ſcripſiſſe confirmat.
Aſſerit'q; hæc & ab aliis ęque illuſtribus philoſophis affirmari, ut à Piſandro Phyſico, &
Euximene, eo in libro quem Telegumenon nuncupauit. Porrò idem Fulgẽtius quaſi mi
nus plene dilucidauerit, quod de Muſis intendit, ut nominum & operationum ſingula
rum rationem deducat in medium, dicit ſic, Nos uero nouem Muſas doctrinæ atq; ſcien
κλέος tiæ dicimus modos, hęc eſt prima Cleo, quaſi prima cogitatio diſcendi. Cleos enim Græ
κλειώ ce fama dicitur. & quoniam nullus ſcientiam quærit, niſi in qua famæ ſuæ protelet di-
gnitatem, ob hanc rem prima Cleo appellata eſt, id eſt, cogitatio quærendæ ſcientiæ. Se-
εὐτερπὴ cunda Euterpe Græce, quod nos bene delectans dicimus, quod primum ſit ſcientiã quæ
μελπομένη rere, ſecundum ſit delectari quod quæras. Tertia Melpomene, quaſi meleten piomene, id
μελέτην ποι- eſt, meditationem faciens permanere, ut ſit primum uelle, ſecundum delectare quod ue-
ούμενη lis, tertium inſtare meditando ad id quod deſideras. Quarta Thalia, id eſt, capacitas, quaſi
θάλλειν διὰ τὸ ſi dicatur tythoalia, id eſt, ponens germina. Quinta Polymnia, quaſi polyn mnian dicas,
θάλλειν id eſt, multam memoriã faciens, dicimus, quia poſt capacitatem eſt memoria neceſſaria.
πολὺν μνείαν Sexta Erato, id eſt, euriſcomenõ, quod nos Latine inueniens ſimilẽ dicimus, quia poſt
ἐρατώ ſcientiam & memoriam iuſtum eſt, ut aliquid ſimile & de ſuo inueniat. Septima Terpſi-
εὑρισκόμενον chore, id eſt, delectans inſtructionem. Ergo poſt inuentionem oportet te iam diſcernere
τερψιχόρη ac iudicare quod inuenies. Vrania octaua eſt, id eſt, cæleſtis. Poſt ẽm diiudicationẽ eligis
τέρπειν χο- quid dicas quod deſpicias. Eligere ẽm utile, & caduca deſpernere cæleſte ingeniũ eſt. No-
ρὸν fortaſſis na Calliope, id eſt, optimę uócis. Ergo hic erit ordo, primũ eſt uelle doctrinam, ſecũdum
οὐρανίη eſt delectare quod uelis, tertium eſt inſtare ad id quod delectat, quartũ eſt capere ad quod
καλλιόπη inſtes, quintum eſt memorari quod capis, ſextum eſt inuenire de tuo ſimile ad quod me-
κάλλος ὀπός. mineris, ſeptimum iudicare quod inuenias, octauum eligere de quo iudices, nonum be-
ne proferre quod elegeris. Hæc Fulgentius. Vellem ego hos conuenire, ſi poſſem, qui ere-
ctis ſignis aciebus'q; compoſitis in Muſas impetum facere, & eas ab eis ſumptis armis ex-
terminare ſi poſſint conantᷣ inſipidi, & dũ male intellectis uerbis Bœotii ſe armatos exiſti
mant in certamen inermes deſcendũt, & quæ ſuccincte de Muſis dicta ſunt intuentes di-
cant, nunquid has tam ſublimes mulieres in lupanari uiderint, nunquid eis abuſi ſint.
nunquid credẽt Pſalmiſtam, Iſaiam, Iob, alios'q; ſanctiſſimos dei uiros illas è meretricio
manu duxiſſe, ut inter ſacra uolumina collocarẽt. Scio negarent hos unquam has quas
indifferenter ſcenicas meretriculas dicunt uſos, ni teſtis mihi ſacer diuinarum literarũ in-
terpres Hieronymus eſſet, cuius ne ab eorũ inſcitia reſtringi poſſim, libet ut iacẽt in proœ-
mio libri à ſe ex Græco in Latinum tranſlati Euſebii Cæſarienſis uerba deſcribere. Dicit
enim poſt multa Hieronymus ſic, Quid pſalterio canorius, quod in morem noſtri Flacci
*al's Alcaico* & Græci Pyndari nũc iambo currit, nunc † Achaico perſonat, nũc ſapphico tumet, nũc
ſemipede ingrediť? Quid Deuteronomii & Iſaiæ cantico pulchrius? quid Salomone gra-
uius? quid perfectius Iob? quæ omnia hexametris & pentametris uerſibus, ut Ioſephus &
Origenes ſcribunt, apud ſuos compoſita decurrunt, &c. Neſciebant puto tales Muſarum
officium eſſe uocum tempora ordinare, neſciebant circa ſcientiam Muſas agenda diſpo-
nere, neſciebant diuinis uiris ad maieſtatem literarum ſuarum augendam ſua officia prę-
ſtitiſſe: taceant igitur, & ſeipſos rabidi mordeant, qui dum non intelligunt, alios morde-
re conãtur, & nos omiſſum reintremus iter. Muſis cum Pieriis fuiſſe de cantu certamen,
hoc arbitror ſenſu ſumendum. Sunt nonnulli tam ineptæ audaciæ ut quum nullam
nouerint diſciplinam, ſuo tamẽ innitentes ingenio audeant ſe diſciplinatis præferre, nec
dubitent diſputationis inire certamen, quod dum in conſpectu doctorum faciunt, non
ſcientifici doctis apparent, ſed potius ſtolida & quadam præſumptione loquaces. Et quũ





multa dicere ignaris uideantur, nec aliquid tamen dicant rationi conſonum, nec ſeſe lo-
quentes intelligant, luſi à prudentibus picæ exiſtimantur: quæ quidem uoces potius hu-
manas, quàm intellectum garriendo imitantur, & ob hoc tales à ſcientificis transformari
in picas rite à Poëtis confictum eſt. Has autem uoluiſſe Pyreneum includere nil aliud pu
to, quàm quoſdam ad oſtẽtationem ſui impetuoſos & auidos, qui neglectis ſtudiorum
laboribus poſtquàm ſcrinia libris compleuerint, & eorum ferè tegmina uiderint tanquã
omnia quæ in eis continentur cognouerint, ſeſe audent extimare Poëtas, aut à circumſpi
cientibus arbitrari. Verum quum euolauerint Muſæ quas putauerant clauſtris clauſiſſe,
ſi eas in publicum ſequi uelint, id eſt, oſtendere ſe ſcire quod neſciunt, in præcipitium cõ-
feſtim ruunt, ex quibus nonnullos ego cognoui, qui librorum congerie cumulata ſe cre
didere magiſtros, & in conſpectu ſcientium corruere. Eſt & Muſis conſecratus fons Ca-
ſtalius, & alii inſuper plures, & hoc quia habeat lympidus fons, non ſolum delectare in-
tuentis oculos, ſed eius etiam ingenium quadam uirtute abſcondita in meditationẽ tra-
here, & componendi deſiderio urgere. Nemus autem ideo illis ſacrum eſt, ut per hoc in-
telligamus ſolitudinem qua uti debent Poëtæ, quorum eſt poëmata meditari, quod qui-
dem nunquam bene fit inter ſtrepitus ciuitatum, aut compita etiam ruralia. Quinimmo
ut Quintiliano placet, ubi de Oratoria inſtitutione, in loco obſcuro & quieto, utputa no
cturno tempore, quod per nemora demonſtratur ſatis congrue, ſunt enim opaca denſita
te ramorum & quieta, eo quod ſemota ut plurimum ſint ab habitationibus hominum.

a *Huc pertinet & fabula de Thamyri, qui genere Thracenſis, filius autem Philammonis & Arſiæ, ſi-
ne, ut alij, Eratûs Muſæ, primus dicitur infanda in mares libidine incenſus fuiße. Fuit autem forma præ
ſtans, arte citharœdus optimus, adeò ut cum Muſis ipſis certamen ſuſceperit, ea cõditione, ut ſi uiciſſet,
cum Muſis ſingulis concumberet: ſin uictus fuiſſet, ab illis priuaretur, quocunq; illis uiſum fuiſſet. Itaque
inito certamine quũ ſuperiores Muſæ euaſißent, & oculis & arte Muſica, & quod extremũ erat, etiã
mente priuarunt. Comment. in 2. & 10. Iliad. fabulam ſcribit Homerus in hunc modum:* καὶ Πτελεὸν
καὶ Ἕλος καὶ Δώριον, ἔνθα τε Μοῦσαι ἀντόμεναι Θάμυριν τὸν Θρήϊκα παῦσαν ἀοιδῆς Οἰχαλίηθεν
ἰόντα παρ' Εὐρύτου Οἰχαλιῆος· στεῦτο γὰρ εὐχόμενος νικησέμεν, εἴπερ ἂν αὐταὶ Μοῦσαι ἀείδοιεν
κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο. αἱ δὲ χολωσάμεναι, πηρὸν θέσαν, αὐτὰρ ἀοιδὴν θεσπεσίην ἀφέλοντο, καὶ
ἐκλέλαθον κιθαριστύν. *Iliad. β. Fabula pertinet ad Thraſones &* θεομάχους, *qui Deorum muneribus
ſuperbe abutuntur.*

b *De Muſarum inuentis ſiue officijs eſt apud Virgilium inter Epigrammata carmen quod incipit, Clio
geſta canens. Et in Græcis epigrammata aliquot, de ijſdem reperias. Commentarius autem Apollonij*
δύο, *inquit,* ἱστοροῦνται γενέσεις Μουσῶν, πρεσβυτέρων μὲν, μετὰ τοῦ Κρόνου γενομένων· νεωτέρων
δὲ τῶν ἐκ Διὸς καὶ Μνημοσύνης. *Et mox addit:* λέγεται τῶν Μουσῶν ἡ μὲν Κλειὼ εὑρηκέναι τὴν
ἱστορίαν, Θάλεια δὲ γεωργίαν καὶ τὴν περὶ τὰ φυτὰ πραγματείαν, Εὐτέρπη δὲ μαθήματα, Τερ-
ψιχόρη παιδείαν, ὄρχησιν Ἐρατώ, Πολύμνια λύραν, Μελπομένη ᾠδήν, Οὐρανία ἀστρολογίαν, Καλ-
λιόπη ποίησιν. *Cæterum quod ad Mythologiam totius fabulæ attinet, diſerte explicat Philippus Me-
lanchthon in Grammaticis ſuper loco Heſiodi ex Theogonia, ubi Poëta Muſarum officia, & genus re-
cenſet his uerſibus:* τύνη Μουσάων ἀρχώμεθα, ταὶ Διὶ πατρὶ ὑμνεῦσαι, τέρπουσι μέγαν νόον ἐντὸς
Ὀλύμπου, *& qui ſequuntur. Copioſiſsime autem omnium, quos ſciam, Lilius in eo libello, quem inſcri-
pſit* σύνταγμα *de Muſis. Vnde &* τὰ ἔτυμα *nominũ malim, quàm ea quæ hic à Bocatio afferuntur ex
Placiade peti. ibi & uarias Muſarum appellationes, & quicquid de his Poëtæ fabulati ſunt, reperies.*

## De Acheo x. Iouis filio. Cap. III

ACheus, ut placet Iſidoro ubi de Etymologia, Iouis fuit filius, & ab eo uult
appellatos Achęos, ſeu Achiuos. His paucis uerbis egregii hominis negociũ
pertranſiſſe cõtentus. Attamen Theodõtius poſtquàm eum Iouis filium di-
xit, addit eum antiquiſſimum Meſſeniorum fuiſſe principem, ei'q; filiorum
ampliſſimam fuiſſe manum, quorum opere, & quia pie apud Meſſenios
uixerit, factum eſt ut totius prouinciæ quam hodie uſque Achaiam nuncupamus, aut
ſocietate, aut imperio potiretur, & ab eius nomine diceretur Achaia, aſſerit'que ab hoc o-

mnem Græciæ nobilitatem habuiſſe principium, ſed ex filiorum numeroſitate nullum nec nomine exprimit.

*Comment. in Homer.* Ξοῦθος ὁ αἰόλου παῖς, *inquit*, ἀγόμενος κρέουσαν τὴν ἐρεχθέως θυγατέρα, ἔσχεν δὲ αὐτῆς δύο παῖδας ἴωνα καὶ ἀχαιόν. ὧν ὁ μὲν ἴων ᾤκισεν ἀθήνας, ὁ δὲ ἀχαιὸς φόνον ἐμφύλιον δράσας, παρεγένετο εἰς θετταλίαν, καὶ κυριεύσας τῆς χώρας, τοὺς ὑποτεταγμένους ἀφ᾽ ἑαυτοῦ προσηγόρευσεν ἀχαιούς.

De Venere Iouis xi. filia, quæ peperit Amorem. Cap. IIII

a VEnus, Homero teſte, Iouis fuit filia & Diones, & eſt hæc quam Tullius ubi de naturis Deorum tertiam uocat, & coniugem fuiſſe Vulcani. Hanc aiũt Martem amaſſe, de quorum adulterio & captiuitate ſupra ubi de Marte dictum eſt. Sic & Aeneæ matrem dicũt, de qua etiam ubi de Aenea ſcriptum eſt. Sic & ubi de Diomede de uulnere ab eodem ſuſcepto, & æque ubi de Adone narratũ eſt, qualiter à filio caſu uulnerata, Adonem dilexerit. Nec deſunt qui credant de hac dici, quod legitur in hiſtoria ſacra, Venerem ſcilicet inſtituiſſe meretriciũ quæſtum, quod Auguſtinus ubi de ciuitate dei uidetur aſſerere dũ dicit, Huic oblata à Phœnicibus eſſe dona de proſtitutionibus filiarum antequam uiris illas coniungerent. Huic præterea Claudianus ubi de laudibus Stilliconis, apud tuam Cyprum rex optime, delitioſiſſimum deſcribit uiridarium, in quo omnia facile poſſint enumerari ſpectantia ad ſuadendam laſciuiam, incipit enim ſic, Mons latus Ionium Cypræ rupis obumbrat, & per ſeuerat infra per quadraginta ſex uerſus, quos quia prolixum nimis erat, nõ ſcripſi. Et hic idem uiridario deſcripto quàm grandis ſit Veneri cura, circa cultum & ornatum apponit, dicens, Cæſariem tum forte Venus ſubnixa coruſco. Et infra per decem uerſus. Quoniã ſupra ubi de Veneribus multa circa fictiones de Venere dicta ſunt, eſſet hic replicare ſuperfluum. Supereſt quod ambigitur ponere. Hanc enim Venerem quidam putãt eandem eſſe cum Cypria. Ego duas fuiſſe arbitror, & hanc uete Iouis filiam fuiſſe, & Vulcani coniugem. Aliam Syri & Cypriæ ſeu Diones filiam, & Adonis cõiugem. Qui unam & eandem putant, dicunt eam Iouis & Diones filiam primo Vulcano nuptam, & inde Adoni. & ob nimiam formoſitatem cęleſtem Venerem à Cypriis arbitratam, & dea dicta eſt, & tanquam dea ſacris honorata, eiq; apud Paphos templum, & ara fuit, eamq; aram ſolo thure & floribus redolentem faciebant, eo quod Venus ex uariis cauſis odoribus delectetur. Aiuntq; cum hæc uito fuiſſet ſuperſtes, tãto ferbuiſſe prurito, ut ferè in publicum declinaret lupanar, & ad ſuum palliandum ſcelus, dicunt eam Cypriis mulieribus ſuaſiſſe meretricium, & inſtituiſſe ut facerent uulgato corpore quęſtum, ex quo ſubſecutum ut uirgines etiam ad littora mitterentur, Veneri uirginitatis & futuræ pudicitiæ libamenta daturæ, & ex coitu aduenarum ſibi exquiſitare dotes. Theodontius etiam ſuperaddit, dicens tam ſceleſtum facinus non ſolum in Cypro diu ſeruatum, ſed in Italiam uſq; deductũ, quod autoritate Iuſtini firmat, qui dicit apud Locros ex uoto aliquãdo contigiſſe.

a *Hæc Venus à Græcis Poëtis* κυπρὶς *&* κυπρογένεια *uocatur, eo quod, ut Heſiodus ait,* γένετο περικλύστῳ ἐνὶ κύπρῳ. *Quam tamen etymologiam reprehendit is, cuius ſcholia in Homerum extant, neq; enim à loco* κυπρίδα *dictum uult, quum nuſquam, ut ipſe ait, Homerus Dijs à loco epitheta addat, ſed ab effectu, quaſi* κυόποριν, *hoc eſt,* τὸ κύειν πορίζουσαν. *Vide lib. 5. Iliados, ubi longa diſputatione hanc rem ille tractauit. Peperit hæc eadem ex Baccho Priapum, de quo in commentarijs Apollonij ſic traditur: Venus quum amaret Bacchum, concubuit cum eo, deinde Baccho in Indiam profecto, concubuit & cum Adonide, Poſtea illo ex Indis reuerſo, coronam illi obuiam progrediens, obtulit, eumq; ſic coronatum tanquam ſponſum ſequi ſe iuſſit: ex quo quum concepiſſet, in Lampſacum abijt, ut ibi partum æderet. Iuno autem infenſa illi ob zelotypiam, manu uterũ illius incantando tetigit: ex quo factum eſt, ut illa pareret filium non modo præter omnes alios deformem, ſed & ingenti pene præter modum dehoneſtatum: cuius poſtea quum illam puderet, reliquit illum in urbe Lampſaci ab ſe reiectum, à quo euentu nomen urbi* ἀπαρνὶς *primo, deinde literæ mutatione* ἀβαρνὶς *factum eſt, eo quod ibi filiũ Priapum ſuum eſſe Venus negarit,* τὸ γὰρ ἀπαρνεῖσθαι *negare ſignificat, Hunc poſtea quum Lampſacenis mulieribus*



*mulieribus nimium gratus eſſet, à ciuibus eiectum ferunt, ob quam rem quũ neſcio quo malo poſtea premerẽtur, templum eidem & ſacra conſtituerunt, factusq; etiam hortorum Deus eſt. De hoc & Lothide nympha quo pacto noctu eam comprimere uolens ab aſino clamãte prohibitus fuerit, Ouidiũ primo Faſtorũ lege. Huic aſino Bacchus ob operam aduerſus Gigantes nauatam, ſiue quod eo tranſuectus paludem fuerat, quum à Iunone furijs immiſſis agitaretur, Dodonamq; expiandi cauſa peteret, loquẽdi uſum dederat: quem poſtea Priapus occidit, uel ob præſentẽ cauſam, ut uult Ouidius, uel ut Higinius, quia ab eodem, quum de magnitudine membri certarent, ſuperatus uideretur. Et hinc inſtitutum quoq;, ut Priapo aſinus immolaretur. Quod Ouidius hic de Lothide nympha, hoc alij de Veſta dicũt, ut ſuperius in capite Veſtæ à Bocatio dictum eſt.*

De Amore xii. Iouis filio. Cap. V

AMorem Iouis & Veneris fuiſſe filium omnes uolunt, quod ego non hominũ credam, ſed Planetarum. Sunt enim ambo complexione ſimiles, calidi & humidi, ſunt præterea beniuoli ambo, & æqua luce ſplendidi, & ideo ex his amorẽ gigni, & eum potiſſime quo conuiuimus, quo amicitias iungimus, fictum eſt, ut intelligamus quoniam ex conuenientia complexionum & morum inter mortales amor & amicitia generetur. Quæ quidem uera præter inter uirtuoſos eſſe non poteſt, ut clare demonſtrat Tullius ubi de amicitia. & hinc arbitror potius ex his quia ambo beniuoli, natus dicitur, eo quod beniuolus eſſe non poſſit quis, niſi ſit uirtuoſus. De concupiſcibili autem amore ſatis ſupra dictum eſt.

De Proſerpina xiii. Iouis filia, & Plutonis coniuge. Cap. VI

PRoſerpina Iouis & Cereris fuit filia, quæ quoniam Veneris deſpiceret ignes, à Plutone amata eſt atq; rapta, & ad inferos delata, & ibidem eius cõiunx facta. quam cum diu quęſiſſet Ceres, & indicio Arethuſæ apud inferos comperiſſet, eo quod tria grana mali punici comediſſet, eam rehabere non potuit. Sententia tamen Iouis factũ eſt, ut ſex menſes cum uiro, ſex autem cum matre moraretur apud ſuperos. De hac Proſerpina in præcedentibus ubi de Cerere, quicquid ſub figmento tegitur, explicaſſe memini. Et iccirco præter quod ad hiſtoriam attinet, replicare non curabo. Arbitror igitur hanc Sicani regis Siciliæ & Cereris fuiſſe filiam, eamq; ab Orco Moloſſorum rege, ſeu Cudonio, uel Ageſilao ſecundum Philocorum, anno xxviii. Ericthei regis Athenarũ raptam, eiq; coniugio copulatam. Hæc tamen hiſtoria prolixius habetur ubi de Plutone. a b

*Hæc alio nomine etiam Hecate dicitur, quanquam ſunt qui Hecaten atq; Proſerpinam diuerſas facere uidentur, ut eſt in cõmentario in Theocritum. Cuius, ut ibi ab eo narratur, fabulã hic aſſcribendam putaui, eo quod non eſſet uulgaris.* Τὴν ἑκάτην, *inquit,* χθονίαν φασὶ θεὸν καὶ νερτέρων πρύτανιν, καθὰ καὶ σώφρων. ἥραν μιχθεῖσαν διῒ γεννῆσαι παρθένον. ὄνομα δὲ αὐτῇ θέσθαι ἄγγελον. ταύτην δὲ μετὰ τὴν γέννησιν ταῖς νύμφαις δοθῆναι παρὰ τοῦ διὸς τρέφεσθαι. αὐξηθεῖσαν δὲ κλέψαι τὸ τῆς ἥρας μύρον, ᾧ τὸ πρόσωπον αὐτῆς αἴθον ἦν χριόμενον, καὶ δοῦναι εὐρώπῃ τῇ φοίνικος θυγατρί. αἰσθομένην τὴν ἥραν, καὶ ἐφορμῆσαι βουλομένην αὐτὴν κολάσαι, τηνικαῦτα μὲν τὸ πρῶτον εἰς γυναικὸς τετοκυίας οἶκον καταφυγεῖν, ἐκεῖθεν δὲ πρὸς ἄνδρας νεκροὺς φέροντας. ὅθεν τὴν μὲν ἥραν ἀποστῆναι, τὸν δὲ διὰ τοὺς καβείρους κελεῦσαι ἀναλαβόντας καθᾶραι. ἐκείνους δὲ ἐπὶ τὴν ἀχερουσίαν λίμνην ἀπαγαγόντας ἁγνίσαι. ὅθεν τὴν θεὸν ἀποκεκληρῶσθαι τοῖς τεθνεῶσι, καὶ καταχθονίαν φασί. Ἄλλως. τῇ δήμητρι μιχθεὶς ὁ ζεὺς τεκνοῖ ἑκάτην, διαφέρουσαν ἰσχύϊ καὶ μεγέθει. ἣν ὑπὸ γῆν πεμφθῆναι ὑπὸ τοῦ πατρὸς πρὸς περσεφόνης ἀναζήτησιν καὶ νῦν ἄρτεμις καλεῖται, καὶ φύλαξ καὶ δᾳδοῦχος καὶ φωσφόρος καὶ χθονία. *Hæc ille in Idyl. 2. Apollonius in 3. Argon.* τὴν ἑκάτην *etiam* βριμὼ *appellauit.* ἑπτάκι δὲ βριμὼ κουροτρόφον ἐγκαλέσασα βριμὼ, νυκτιπόλον, χθονίην, ἐνέροισιν ἄνασσαν, *&c. quo loco ait Comment.* βριμὼ δὲ αὐτὴν προσηγόρευσε, διὰ τὸ φοβερὸν, καὶ καταπληκτικὸν τοῦ δαίμονος, καὶ φάσματα ἐπιπέμπειν τὰ καλούμενα ἑκαταῖα, καὶ πολλάκις αὐτὰ μεταβάλλειν τὸ εἶδος, διὰ τὸ ἔμπουσαν καλεῖσθαι. *Aut à* βρόμου, *id eſt ſtrepitu ignis,* λαμπαδοῦχος γὰρ ἡ θεός. *aut* βριμὼ *quaſi* βρίμνυις τις οὖσα. βρι *enim in compoſitione epitaſim ſignificat.*

*Proſerpinæ raptus etiam ab Ouidio lib. 4. Faſtorum deſcribitur.* b

De Caſtore

De Caſtore xiiii. & Polluce xv. filiis Iouis. Cap. VII

a CAſtor & Pollux, & Helena ſecundum Fulgentium, filii fuerunt Iouis & Ledæ, ex quorum conceptione talis fertur fabula, Cum Leda Tindari regis cõiunx Ioui placuiſſet, ipſe in cygnum uerſus cœpit canere, quo cantu illam ad ſe nõ ſolum audiendum, ſed capiendum traxit. Qui dum caperetur ab ea, eam ipſe cepit atq; oppreſſit, & eo coitu Ledã concepiſſe ferunt, & ouum peperiſſe unum ex quo Caſtor & Pollux, & Helena nati ſunt. Alii uero uolũt Pollucem & Helenam tantum, & Caſtorem fuiſſe mortalem Tyndari filium. Nõnulli dicunt, inter quos Paulus, ex compreſſu illo duo nata eſſe oua, ex uno quorũ Caſtor & Pollux nati ſunt, ex altero uero Helena & Clytemneſtra poſtea. Caſtorem ergo & Pollucem iuuenes fuiſſe inſignes, omnis teſtatur antiquitas, & ante alia legitur eos ex Argonautis fuiſſe, eiſq; redeuntibus à Colcho Pollucem, Amycum Bebrytiorum regem ei uolentem uim inferre interemiſſe. Demum quum recuperaſſent Helenam ſororem à Theſeo raptam, quum eandem à Paride aſportatam cum cæteris Grecis nauibus irent illã repetituri, ſunt qui dicant eos nec ad Troiam deueniſſe, nec in Lacedæmoniam rediiſſe, ſed in cælum raptos, ſignum geminorum feciſſe. Tullius tamen ſcribit ab Homero dici eos Lacedæmone fuiſſe ſepultos. Et Ouidius ubi de Faſtis dicit, quod cũ ipſi Phœbem & †ſororem eius Leucippi filias rapuiſſent, Lynceo & Idæ fratribus deſponſatas, à ſponſis bello repetitas, & in eo Caſtorem à Lynceo occiſum, in quem cum curreret Pollux, eum interemit, occidiſſetq; Idas Pollucem ni à Ioue actum eſſet, ut eum nequiret lędere. b Lactãtius etiam in libro Diuinarum inſtitutionum dicit, Caſtor & Pollux dum alienas ſponſas rapiunt, eſſe gemini deſierunt. Nam liuore iniuriæ concitatus Idas, alterũ gladio tranſuerberauit, &c. Aiunt inſuper Caſtorem equo ualuiſſe plurimum, & Pollucem pugna. Et quũ eſſet Pollux æternus, cerneretq; fratrem mortuum, Ioui patri petiit, ut ſibi cum fratre æternitatem partiri fas eſſet. Quod cum conceſſiſſet Iuppiter, ambo in cælum aſſumpti ſunt, & geminorum fecere ſignum. Horum in tutelam equos eſſe uoluere gentiles. Nunc quid ex fictionibus interpoſitis ſentiendum ſit, uideamus. Placet quidem Tullio, ubi ſupra, Caſtorem & Pollucem filios fuiſſe Iouis tertii & Ledæ, hominis quidem, non cygni, neq; dei, eoſque eſſe ex his quos διόσκουροι appellauere Graii. Iouem autem in cygnum uerſum ideo forſan finxit antiquitas, quia dulce canat cygnus, quod poſſibile eſt & Iouẽ fuiſſe, & ſui cantus dulcedine, ut ſæpe contigiſſe uidimus, in ſui dilectionem atq; concupiſcentiam Ledam traxiſſe. Eſt enim cãtus ex uncis Veneris unus. Seu forſan erat iam ſenex Iuppiter, & ob ſenium canus, quando Ledam amauit. Et quia ob feruens deſiderium querulus factus ſit, fictum fore eum in cygnum uerſum, qui canus eſt, & morti propinquus canorus. Quod autem ex eius concubitu oua peperit, non ob aliud dictum credo, niſi ne in fictione fœtus uideretur à genitore diſſimilis. Aues autem oua gignere conſueuerunt. Seu quia pellicula quadam circumuoluti ambo eodem partu nati ſint, ut uidemus nonnunquam oua naſci panniculo nondum in nucleum ſolidato. Idam prohibitum à Ioue, ne Pollucem læderet, uim conſtellationis arbitrabatur Leontius. Quod alterna morte Pollux redimeret fratrem, uidetur Alberico quum aſſumpti in cælo geminorum ſignum feciſſent, & in eo ita ſe habeant ſtellæ, ut dum oritur una, altera adhuc latitet. Eademque quæ latuerat poſt prioris occaſum adhuc aliquantiſper appareat, & ſic dum deſcendit ad inferos, unus occidens ſcilicet primo tanquam mortalis, alter tanquam diuinus apud ſuperos adhuc conſiſtit. Et econuerſo, dum aſcendit unus ad ſuperos, diuinus eſſe uidetur, ſtante adhuc altero aliquantiſper apud inferos tanquam mortali. Pollucem ſolum immortalem fuiſſe à fulgore ſyderis exiſtentis in capite Pollucis ſumptum creditur, qui longe maior eſt, quàm is qui ex ſydere Caſtoris cernitur, qui aliquando ob uaporis groſſitiem non uidetur, cum Pollucis uideatur continue. Paulus uero dicit Caſtorem Pollucis opere à Lacedæmonibus numero Deorum additum, & ſic immortalem factum. Pollux autẽ poſtea ob pietatẽ ergà fratrem habitã, & quia inſignis eſſet homo, etiã deificatus

*Apollon. lib. 2*

*Lib. 5*

*Scilicet Thalayram, ut uocat Propert.*



deificatus eſt, & fratri coniunctus, & ſic alterna morte ſe inuicem redemerunt. Nam primo Caſtor ne Pollux occideretur, occiſus eſt. Secundo Pollux ut frater eſſet æternus, eum deum fieri fecit, & ipſe remanſit mortalis, data fratri deitate ſua. Poſuiſſem Fulgentii expoſitionem, ſed quoniam per ſublimia uadit, omiſi. Equos eorum in tutelam poſuere, ad oſtendendam iuuenum delectationem & curam dum uixerunt, potius quàm ob rem aliam, quicquid Seruius dicat, exiſtimo. A

*Didymus à Meleagro, ſeu Polynice occiſum ait Odyſ.*

a *Leda autem filia Theſtij fuit, ut ſupra in annotationibus indicauimus.*

b *Videtur Comment. Homeri nonnihil uariare hanc fabulam,* Ἴδας καὶ Λυγκεὺς ἀφαρέως παῖδες, *inquit,* γάμου θύοντες τῶν Λευκίππου θυγατέρων φοίβης καὶ ἱλαείρας, ἐκάλεσαν τοὺς διοσκούρους συγγενεῖς ὄντας, ὁ γὰρ τυνδάρεως ἀφαρέως ἀδελφὸς ἦν. λέγεται δὲ τοὺς διοσκούρους ἐξαρπάσαι τὰς κόρας ἔτι παρθένους οὔσας, μαχομένων δὲ αὐτῶν περὶ τοῦ γάμου καρτερῶς, ἀνῄρηται κάστωρ. ὅθεν ὁ ζεὺς ὀργισθεὶς κεραυνῷ βάλλει τὸν ἴδαν, παραμυθεῖται τὸν πολυδεύκην καὶ τίθεται αὐτῷ αἵρεσιν, πότερον θέλοι ἀθάνατος εἶναι, ἢ σὺν τῷ ἀδελφῷ ἐξ μῆνας τελευτᾶν, καὶ τοὺς ἴσους ζῆν. ὁ δὲ μᾶλλον αἱρεῖται μετὰ κάστορος ἀποθανεῖν καὶ ζῆν.

De Helena Menelai coniuge, & xvi. filia Iouis. Cap. VIII

HElenam Iouis & Ledæ fuiſſe filiam uulgatiſſimum eſt, & proximo ſupra monſtratum. Hanc aiunt inter mortales cæteras formoſiſſimam fuiſſe, ut Tullius teſtatur in arte ueteri, cuius quidem formoſitas Græcis atq; Aſiaticis populis eo æuo plurimum damnoſa fuit, & potiſſimum exitioſa Troianis. Volunt igitur hanc adhuc uirgunculam, & inter ſcenas in palæſtra ludentem à Theſeo Athenienſium rege raptam. Demum eo peregre profecto, ab eiuſdem matre Caſtori & Polluci repetentibus reſtitutam. Inde uero Menelao regi Lacedęmonum coniugio iunctam, tandem à Paride, ut placet aliquibus, ſub ſpecie legationis Heſionam repoſcente, & Menelai hoſpite, eo etiam abſente, pulchritudine & facetiis eius capto, hoſpitalitatis iure neglecto, cum omni ſupellectili regia raptam ea uolente. Lactantius uero a dicit eum claſſe Spartam quæſiſſe, & cum poſtulata Heſiona non redderetur, ut habuerat à Priamo, regionem bello infeſtaſſe, & Spartam ui cepiſſe, & inde Helenam adduxiſſe Troiam. Quam poſtea Græcorum principes omnes coniuratione facta, cum illam fruſtra ſæpius repetiſſent, ſub ducatu Agamemnonis cum ingẽti exercitu ſecuti ſunt. & pluribus peractis certaminibus poſt decennium Ilione capto illam Menelao reſtitutam non abſq; labe proditionis, cum ſint qui dicãt, occiſo Paride à Pyrrho eam Deiphobo nupſiſſe, & quærentibus Græcis proditione perficere quod armis non uidebatur poſſe contingere, cum diſceſſum ex compoſito ſimulaſſent, eam ex arce dormiẽte Deiphobo ſignum accenſa face ad occupandam ſopitam ciuitatem Græcos reuocaſſe, ob quod meritũ aſſerunt eam in Menelai gratiam rediiſſe. Alii tamen dicunt à Menelao ultro ſuſceptam, eo quod ui non ſponte ſua rapta fuerit. Sanè per Homeri carmen patet eam apud Troianos fuiſſe annis uiginti, cum longe minus arbitrentur plurimi, quod quidem in Iliade circa finem oſtendit Homerus, dum eam cum Hecuba, & reliquis matronis Troianis Hectorem occiſum flentẽ introducit, atq; dicentem, Iam certe nunc mihi hic xx. annus, Ex quo b ab illinc ueni, & à mea receſſi patria. Euſebius uero dicit in libro temporũ eam anno primo regni Agamemnonis ab Alexandro raptam, & eiuſdẽ Agamemnonis anno xv. Ilionem captum atq; deletum. & ſic diſcordes ſunt. Seruius autem facit quæſtionem de ætate Helenæ. Nam cum Argonautæ fuerint fratres, illamq; à Theſeo raptam ſuſceperint, qui contemporaneus eorum fuerat, & inde à filiis Argonautarum bellum Thebanum confectum fuiſſet, quorum filii in Troianam demum uenere expeditionem ob Helenæ raptum, uidetur ei ualde mirabile, quaſi exiſtimet eam iam ſenem. mihi autẽ nõ ſic. Nam ut ex dictis Euſebii patet, Helena à Theſeo rapta eſt anno regni eius xvi. qui mundi fuit annus iii. M. noningenteſimus octogeſimus nonus, & tunc erat Helena paruula puella. poſtmodum à Paride rapta eſt anno primo regni Agamemnonis, qui mũdi fuit annus iiii. M. ſeptimus, & ſic inter primam capturam & ſecũdam non amplius decem & octo annorum

annorum fuit ſpacium, & ſic Helena eſſe potuit xxx. annorum, uel circa, quando à Paride rapta eſt, qua ætate mulieres nobiles & ingenio ualentes ſpecioſiorem formoſitatem ſuam faciunt arte addentes, ſiquid forte prouectior ætas ſubtraxerit. Experientia quippe rerum doctiores factæ ſciunt mores componere, quibus non ſolum augetur pulchritudo, ſed etiam nõnunquam ad capiendum uires deformitati præſtantur. Hæc tamen † Ilione capto, Menelao ſuo reſtituta tempeſtate maris circumacta primo in Aegyptum delata eſt, Thuori rege ibidem regnante, quem Homerus in Odyſſea Polybum uocat, inde in Lacedæmoniam cum Menelao reuerſa eſt.

al's, Ilio

c

*a* *Didymus hoc addit fabulæ, Helenã ab initio noluiſſe conſentire Paridi, neq; illum ſequi, quapropter cũ re infecta ille abijſſet, Venerẽ fraude circũueniſſe Helenã. Mutata enim Paridis figura in Menelai, cum illa putaret cũ Menelao ſe eſſe, Paridem ad nauim illã perductã, ac ui deinde impoſitã aſportauiſſe.*

*b* *Iliad. ultimo ubi Helena ſic inquit,* ἤδη γὰρ νῦν μοι τόδ᾽ ἐεικοστὸν ἔτος ἐστὶν ἐξ οὗ κεῖθεν ἔβην καὶ ἐμῆς ἀπελήλυθα πάτρης.

*c* Ἀλκάνδρῃ Πολύβοιο δάμαρ, ὃς ἔναι᾽ ἐνὶ Θήβῃς Αἰγυπτίῃς, *&c. Odyſſ. 3. Hunc Thuorim uocatum dicit Euſebius.*

De Clytemneſtra xvii. Iouis filia, & coniuge Agamemnonis. Cap. IX

CLytemneſtra ſecundũ quoſdam, ut ſupra dictum eſt, Iouis & Ledæ fuit filia, ex uno ouo cum Helena nata. Hæc autem Agamemnoni nupſit, & ex eo plures filios peperit. Tandem cum ad Troianum bellum imperator iuiſſet, occiſo iam Palamede à Græcis, ut Leontio placet, Nauplii ſenis ſuaſione in amplexus Aegiſthi ſacerdotis olim Thyeſtis filii uenit, & cũ iam Ilione deiecto uictor Agamemnon repeteret patriam, & ſecum, ut Seneca Poëta in Tragœdiis ait, traheret Caſſandrã Priami filiam, quæ illi ex præda contigerat, ſeu ſuaſione adulterii, ſeu conſcia patrati ſceleris, ſeu ira ſuperinductæ pellicis mota, eo ſuſcepto, ut quibuſdam placet, illum in conuiuio ſacrorum trucidari fecit. Seneca autem dicit ibidem, quod cum ſuaſiſſet illi ueſtes bellicas ponere, eiq; indumentum paratſet, cui nullus erat capiti exitus, eum exquirentem & implicitum adultero tradidit occidendum, & Caſſandram æque trucidari fecit. Quo cæſo regiam occupauit, & cũ ſeptem annis unà cum Aegiſtho regnaſſet, ab Oreſte filio cum ſacerdote ſceleſto occiſa eſt.

*Vide Electrã Tragœd. Sophoclis*

De Palicis xviii. & xix. Iouis filiis. Cap. X

PAlici fratres fuere duo, ut Macrobius in Saturnaliorũ libro aſſerit, Iouis filii & Thaliæ nymphæ, de quibus talem recitat fabulam. In Sicilia Simetus eſt fluuius, iuxta hunc nympha Thalia compreſſu Iouis grauida, metu Iunonis optauit, ut ſibi terra dehiſceret, quod factum eſt. Sed ubi uenit tempus maturitatis infantium, quos aluo illa geſtauerat, recluſa terra eſt, & duo infantes de aluo Thaliæ progreſſi emerſerũt, appellatiq; ſunt Palici, quoniã primo in terrã merſi denuo inde reuerſi ſunt, neq; longe inde lacus ſunt, ſed in immenſum profundi aquarum ſcaturigine ſemper ebullientes, quos incolæ Crateras uocant, & nomine Dellos appellant, fratresq; eos Palicorum exiſtimant, & habentur in cultu maximo, præcipueq; circa exigendum. Hæc Macrobius. His quidem, ut ſatis per Macrobium poteſt intelligi, ara fuit atq; ſacerdos, eo quod miranda ibidem cernerentur. Nam Ariſtoteles in libro quem ſcripſit de mirabilium auditu, dicit, In Palico Siciliæ x. cubitorum aqua eſt, quæ ſeſe duabus ulnis in altum efferens, à uidentibus campus adiacẽs ſubmergi putatur, uerum decidens in ſtatum priſtinum conquieſcit, & apparet ibidem ſacrum quoddam. Nam ſi quis in tabella quot rerum uoluerit iuramẽtum deſcribat, & deſcripto ſuper aquam deponat, ſi iuſtum ſit, tabella natat, ſi iniuſtum, demergitur. Periurus autẽ inflatur, adeò ut ſacerdos loci nullã ab eo pro purgatione ſatisfactionem accipiat. Macrobius autem aſſerit, quod ſi furti uel alterius alicuius rei controuerſia eſſet inter aliquos, & accuſatus diceret ſe apud Crateras iuramẽto uelle purgare, ſumptis uadibus accedebant, ſi is qui iurabat rite iuraſſet, eſſetq; innocens, illæſus abibat. Falſus autem iurator mox uita priuabatur in lacu. Miranda quidem ſunt, & grandis erat in tales hoſtis antiqui poteſtas. Cur autẽ Iouis dicti ſint filii, & abſorpta mater ſit, reddit talem Theodontius ra-

ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκέσθαι

*Lib. 5. Satur.*



tionem. dicit autem haud longe à Panormo non ignobilem fuiſſe ſcrobem loco ubi dicebatur Thalia, in quam omnis aqua, quæ à plaga illa montis Ethnæ ob imbrem cadebat, mergebatur. Et quicquid tunc fuiſſet in cauernam deiectum, non multo poſt in lacus ſeu fontes Palicorũ ebullientes uidebatur emergi, per quod apparebat imbrem quã Iouis, id eſt, aëris opere natam uolunt, eo in loco ſub terras condi, & demum apud lacus Palicorum iterum naſci, & ſic ex Ioue nati Palici.

*Meminit horum Virgilius in tertio Aeneidos, & Silius libro decimoquarto.*

De Iarba Getulorum rege xx. Iouis filio. Cap. XI

IArbas Getulorum rex, filius fuit Iouis & Garamantidis nymphæ, teſte Virgilio, qui dicit, Hic Ammone ſatus rapta Garamantide nympha, &c. Paulus uero dicit eum fuiſſe filium ex filia Biſalphis regis, quã dicit Iouem in forma arietis oppreſſiſſe. Sed huius rei fabulam ſic narrabat uenerabilis Andalo. Iuppiter à conuiuio Aethiopum rediens, cum uidiſſet in ripa Bragadæ fluminis Garamantidem nympham ſpecioſiſſimam lauantem pedes ſuos, ut erat in libidinẽ pronus, e ueſtigio cõcubitum eius optauit, quem in ſe euntem cũ uirgo uidiſſet, territa, uoluit capere fugam. Verum cancer quidam pedi nymphæ propinquus, minimo pedis digito ore capto nympham dolore captauit. quæ dum remouere eum conaretur, à superueniente Ioue capta & oppreſſa eſt, & ex eo concubitu concepit & peperit Iarbam. Iuppiter autem ob impenſum ſeruitium, cancrum in cælo locauit, ſignumq; zodiaci fecit. Leontius dicit credi Iarbam Iouis uere fuiſſe filium, cum ipſe mundum circuiens loca omnia libidine ſua fœdauerit, & Garamantidem filiam fuiſſe Garamantis regis Garamantum, eamq; ab eo in ripa Nili captam atq; uiolatam. Quod ego arbitror factum tempore ſolſtitii æſtiualis, & ob id fictum uirginem penes fluuium calore detentam à cancro moratam. Theodontius dicit Iarbam Garamantis regis fuiſſe filium, & Iouis dictũ, quia Getulos ab extremis Aethiopiæ ſolitudinibus, & arenis arentibus in Aphricũ littus eduxit, & eos in multis ad humanitatem pertinentibus inſtruxit. Præterea iam dictus Paulus longe aliter de hoc Iarba alibi ſcribit. Dicit enim ſe legiſſe Garamantidem ſpecioſiſſimã atq; nobilem regionis illius fuiſſe uirginem. Et cum ab æſtu æſtiuo penes fluuium quendam detineretur, à Mezetulio rege captam atq; oppreſſam, & ei peperiſſe Iarbam, ideo uetuſto more ab incolis, quibus poſt patris mortem imperauit, Iouis filium dictum ſeu creditum, eo quod optimis inſtitutis efferatos mores eorũ in mitiores redegerit. Hic, ut Virgilio placet, Didonem optauit in coniugem.

*Lib. 4. Aeneid.*

*a*

*a* *Higinius tamen aliter de cancro qui à Iunone inter aſtra relatum dicit, eo quod Herculis pedẽ mordicus arripuiſſet, dum ille Hydram Lerneam extingueret.*

De Mena xxi. Iouis filia. Cap. XII

MEnam Iouis fuiſſe filiã, ſed ignobilem teſtatur Auguſtinus, ubi de ciuitate dei, dicens. Sed ibi eſt Mena, quæ menſtruis floribus præeſt, quamuis Iouis filia, tamen ignobilis, &c. Hanc Papias dicit Lunam eſſe. Eſto Varro hoc officium Iunoni attribuat, ut ibidem Auguſtinus affirmat. Hanc Ioui filiam attributam ideo reor, quia à Ioue cauſatur. μὴν enim Græce, Latine defectus ſonat, qui hac in parte mulierum eſt, quarum in utero natura prouida in nutrimentũm fœtus puriſſimum ſeruat ſanguinem, qui infra menſem non concipiente muliere, à calore naturali per quem ſumitur Iuppiter, corrumpitur & corruptus emittitur.

De Myrmidone xxii. Iouis filio. Cap. XIII

MYrmidon, ut aſſerit Iſidorus ubi de etymo. & poſt eum Rabanus, fuit Iouis filius & Corymoſæ nymphæ, & ab eo uolunt Myrmidones nominatos, eo quod eorum dux fuerit, quem etiam Rabanus dicit poſt Cecropem regem Athenienſium fuiſſe. Sanè Seruius aliud ſenſit de nomine Myrmidonũ. Dicit autem in Attica regione fuiſſe puellam, cui nomen Myrmix erat. Quæ cum ob caſtimoniã & ſolertiam gratiſſima eſſet Mineruæ, contigit ut aratrum in odium Cereris à Minerua conditum omnibus oſtende-

ret. Quamobrem turbata Minerua, eam uertit in formicam, damnauitq́; ut nunquam à congregandis granis deſiſteret. Quæ cũ multitudinem procreaſſet, euenit quod morientibus Theſſalis, Aeaco Iouis filio ſubditi ex formicis illis in homines trãsformatis reſtaurarentur, ex quo Myrmidones dicti, eo quod formicæ myrmices dicerentur à Myrmice puella in formicam uerſa. Myrmidonem autem puto aliquem inſignem fuiſſe uirum, cuius agentibus meritis Iouis dixere filium.

a

*Rurſum aliter fabulã hãc Ouid. deſcribit lib. 7. Meta. qui dicit ex formicis homines factos, precibus à Ioue poſtulante Aeaco, poſtquàm peſtilẽtia eius totus populus periiſſet, & inde Myrmidones dictos.*

a

De Xantho fluuio xxiii. Iouis filio. Cap. XIIII

a

al's, Ilio

al's, Simoënti

XAnthus fluuius filius fuit Iouis, ut in Iliade teſtatur Homerus, dicens, Xanthi reuoluentis, quem immortalis genuit Iuppiter. Hic quidem fluuius ſub † Ilione effluit, & * Simoi prope mare miſcetur, & cum eo effluit. Eſt autem longe maior fama q̃ undis, eumq́; magna feciſſe fingit Homerus aduerſus Grecos. Sed mirandum eſt Homerum alibi dixiſſe omnes fluuios Oceani filios eſſe, & hic dicit Xanthum Iouis eſſe filiũ, quod profecto non inaduertenter factum eſt. Ferunt autem nonnulli Xanthum potius torrentem eſſe quàm fluuium inter quos Lucanus dicens, Inſcius in ſicco ſerpentem puluere riuum Tranſierat, qui Xanthus erat, &c. Et ideo cũ ex imbribus potius quàm ex fonte tumeſceret, non Oceani, ſed Iouis eſt filius, cum in aëre qui eſt Iuppiter cauſentur pluuiæ, ex quibus torrentes effluunt.

a

*ἀλλ' ὅτε δὴ πόρον ἷξον ἐϋῤῥεῖος ποταμοῖο Ξάνθου δινήεντος, ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς. Iliad. Φ*

*De hoc alij ſic fabulantur, Herculem quandoq; ſiti laboraſſe, oraſſeq; Iouem patrem, ut ſibi fontem aut riuulum aliquem oſtenderet. Qui cum filium nollet perire, iecit fulmen, cuius ictu terra proſciſſa emiſit aquam. Vnde Hercules ſiti reſtincta, terram latius effodit, fontemq; ad plenum perduxit: & quia inde laborem ſuum leuaret, Scamandrum uocauit, quaſi camandrum, quoniam καμάτῳ ipſius ἄκος fuiſſet, qui poſtea Xanthus dictus eſt, quod mulieres Troianæ in eo lauantes ξανθὰς κόμας ἴσχον. Cõ. Iliad. Φ*

De Lucifero xxiiii. Iouis filio, qui genuit Ceycem & Dędalionem. Cap. XV

LVciferum dicit Barlaam Iouis & Auroræ fuiſſe filium, & Trachinnam amaſſe nympham, & ex ea uiolata prolem geminã ſuſcepiſſe Ceycem ſcilicet & Dædalionem. Hunc ego ſpecioſiſſimum & mitem fuiſſe hominem arbitror, & ob id Iouis dictum filium. Quod autem eius mater Aurora dicta ſit, ob id puto quia Venus quę dum mane ſolem præcedens & Auroram, Lucifer dicitur, ex ſinu Auroræ oriri uideatur, & ideo à cõuenientia nominũ tractum reor. Et ſicuti cæleſtis Lucifer, ſic & iſte Auroræ dictus eſt filius. Et quia Trachinnæ prouinciæ imperauit, fictum eſt eum eam oppreſſiſſe, & ex ea geminam ſuſcepiſſe prolem.

De Dędalione Luciferi filio, qui genuit Chyonem. Cap. XVI

Lib. 11. Meta.

DAedalion Luciferi fuit filius, ut teſtatur Ouidius, dicens, Acer erat belloq́; ferox ad uimq́; paratus, Nomine Dædalion illo genitore creatus, Qui uocat Auroram cæloq́; nouiſſimus exit, &c. De hoc Ouidius refert fabulam, quod cum huic filia eſſet nomine Chyone, & hæc ob eius formoſitatem Phœbo & Mercurio placuiſſet, elata in Dianam auſa eſſet obloqui, ſecutum eſt, ut ab ea cum ſagittis cõfoſſa occumberet. Cui dum funeralia agerentur, uoluit ſæpius ſe ob dolorem in ignem in quo corpus filiæ comburebatur, iniicere. Quod cũ ter detentus nequiſſet, quarta uice dum obſtinatus ad ignẽ curreret, antequàm eò deueniret, in accipitrem uerſus euolauit, & quos mores habuerat homo, & auis etiam obſeruauit Theodõtius huic fictioni uelum amouens, hiſtoriam refert dicens, Chyonem Peonio Epidaurenſi nupſiſſe, & Dædalionem patrem eius rapaciſſimum hominem, & ob id à fratre Ceo pulſum à Peonio ſuſceptum, & ſummo honore habitũ. Verũ cũ mortua eſſet filia, de affinitate deſperans, in ueterẽ rediens morem, in accipitrẽ uerſum dixere.

De Chyone filia Dædalionis & Peonis cõiuge. Cap. XVII

CHyone filia fuit Dædalionis, quę cum xiiii. attigiſſet annum, formoſiſſima à multis in coniugẽ poſtulata, ut ait Theodõtius, Peonio Epidaurenſi nupſit, Inde redeunte





Ouidius lib. 11 Meta.

Mercurio à Cylleno mõte & Phœbo à Delphis, & ea uiſa, eius pulchritudine capti, cũ ſeperatim eius petiiſſent concubitum, Apollo ſpem optati coitus traxit in noctem, Mercurius feruentius optans, non expectata nocte, uirginem caduceo tetigit, & in ſoporem altiſſimum alligauit, dormientemq́; uitiauit atq; diſceſſit. Phœbus autem ueniente nocte anus formam aſſumpſit, & intrauit ad illam atq; oppreſſit. Et ſic factum eſt, ut ex utroq; conciperet, pareretq́; Mercurio Autolycum, qui tractu temporis à patre nõ degenerans artificioſiſſimus fur eſt effectus. Phœbo uero peperit Philammonẽ, qui grandis carmine & cithara ualuit. Sanè cũ hæc ob tam generoſam prolem, & quod tam ſplendidis diis placuiſſet, in ſuperbiam extolleretur, auſa eſt pulchritudinẽ ſuam pulchritudini Dianæ præferre. Quam ob cauſam commota Diana, ſagittis tumidam interemit. Sub cuius fabulæ cortice quid abſcõditum ſit, ubi de unoquoq; eorum ſcribitur, ſupra adapertũ eſt. Chyonem autem à Diana occiſam, nil aliud arbitror, niſi agentibus humoribus frigidis eam diem clauſiſſe.

De Ceyce Luciferi filio. Cap. XVIII

Ceycis meminit & Heſiodus in Aſpide

a

CEyx Trachinię telluris rex, fuit filius Luciferi. Vnde ſic Ouidius, Hic regnum ſine ui, ſine cęde regebat, Lucifero genitore latus patriũq́; nitorẽ Ore ferens, Ceyx, &c. Erat igitͬ, ut idem ſcribit Ouid. formoſo atq; pio homini uxor Halcyone, quã ipſe diligebat ſumme, & plurimum diligebatur ab ea, quæ cum is uellet ire cõſulturus Apollinem Clarium, nec poſſet terreſtre iter agere impediente Phorbantis bello, inquantum poterat, obſiſtebat ne mare ingrederetur. Verum Ceyx ſuo deſiderio magis quàm conſilio aut beneplacito coniugis credens, conſcenſa naui iter arripuit. Nec diu, & tempeſtas ingens exorta eſt, qua nimium fatigatum nauigium periclitatum eſt, & ipſe infelix ab undis abſorptus interiit. Halcyone autem domi die noctuq́; pro ſalute uiri precibus atq; ſacris Iunonem honorabat. Quæ cum friuolas deuotæ mulieris preces diu pati nõ poſſet, domum adiuit ſomni, egitq́; ut Morphea ex miniſtris ſuis unũ cui erãt uires diuerſas hominum inducere formas, mitteret, qui quod contigerat, in ſomnis Halcyone nũciaret. Quod cũ mœſta uidiſſet per quietem, abeunte ſomno cucurrit ad littus, ad quod fortuitu maris æſtus Ceycis cadauer impulerat. Quo uiſo, dum doloris impatiens ſe undis dare præcipitẽ conaretur, Deorum & Luciferi miſeratione ambo tam mortuum corpus, quàm præceps Halcyone in aues uerſæ ſunt, nomenq́; amantis mulieris tenent, & adhuc littora ac maria ſeruant. de quibus dicit Ambroſius in hexameron, Id temporis habent deputatum à partubus, quando maxime inſurgit mare, littoribusq́; uehementior fluctus illiditur. Et quod mirabile eſt, dicit quod poſitis ouis in littore confeſtim miteſcit mare, & omnes cadunt uentorum procellæ, donec ſeptem diebus oua foueat Halcyone ſua, & naſcuntur pulli, & poſt hęc aliis ſeptem diebus natos educat, & ſic xiiii. diebus mare quieſcit auibus his obſequioſum iubente deo, quos quidẽ nautæ Halcyoneos dies appellant, ſic Ambroſius. Si dixiſſet Poëta, fabuloſum putaſſem. Hãc Theodõtius hiſtoriam affirmat, & quod circa finem figmenti eſt, aſſerit à caſu & mulieris nomine fictum. Nam ea forte tempeſtate dum undis impulſum exanime corpus Ceycis deueniſſet in littus, & Halcyone dolore urgente, aues illę quibus nomen erat Halcyonis, aſtantibus apparuere, ex quo ab omnibus dictum eſt mortuos in Halcyonas aues fuiſſe mutatos.

a

*Fabula eſt apud Ouidium lib. 11. Meta. & apud Lucianum de diebus Halcyoneis. Declinatur autem hæc Halcyon, huius Halcyonis, ut apud Theocritũ Idyl. 7. uel hæc Halcyone, huius Halcyones, ut apud reliquos.*

De Orione xxv. Iouis filio, qui genuit Hyppologum. Cap. XIX

ORion Iouis & Neptuni, & Mercurii fuit ſecundum Ouidium filius. Sanè quia cõmunia à digniori denominari conſueuere, placet Theodontio, ut Iouis tantum filius appelletur. Attamen etſi de origine cõcordes ſint ueteres, de proceſſu uitæ & exitu diſcrepant. Nam ex eo ante alios Ouidius talem recitat fabulam, ſcilicet quod terram peragrantibus Ioue, Neptuno, & Mercurio factum eſt, ut nocte ſuperueniente nec aliud eſſet illis diuerſorium, Hyrei ſenis parui cultoris agelli gurguſtiolum intrarent. Qui cum illos

Lib. 5. Faſt.

incognitos comiter ſuſcepiſſet, q̃cito aduertit deos eſſe, occiſo boue eis ſacrificium obtulit. Qua deuotione motus Iuppiter, dixit ei ut peteret quod optaret. qui dixit ſe non habere coniugem, & præmortuæ promiſiſſe aliam non ſumpturum, optare tamen filiũ. Iuppiter autem cum reliquis duobus diis bouis occiſi ſumpſere corium, & cum in eo minxiſſent, iuſſerunt ſeni ut decem menſibus terra ſuperiniecta eſſe permitteret. qui cum feciſſet, *a* menſe decimo proſiliuit puer, qui Orion appellatus eſt, qui grandis factus, & in uenatione Dianæ ſocius, ſui fidens dicere auſus eſt, nullam eſſe feram quam non ſuperaret. Ex quo cõmotis diis factum eſt, ut Terra breue emitteret animal ei obuium, ſcorpionem ſcilicet, à quo ſuperatus occubuit. Latona autem Satelliti filię miſerta eum, in cælũ tranſtulit, & cæleſte ſignum ſecus taurum conſtituit, & cum eo canem ſuum quem Syrum uocabat, appoſuit. Hoc Ouidius. Seruius autem hæc Oenopioni regi cõtigiſſe dicit, eum'q; †grandem Dianæ cõcubitum exoptaſſe, à qua Horatio teſte, ſagittis confoſſus eſt. Cui & Homerus aſſentit in Odyſſea dum dicit, quod deorum inuidia à Diana apud Ortygiam ſagittis occiſus eſt. Lucanus autem dicit à Diana ſcorpione immiſſo eum occiſum, & deo*b*rum miſeratione in cælum aſſumptum, atq; inſigne tempeſtatum ſignum effectum. Sanè Seruius alibi longe aliter de eo ſentit, dicens quod Oenopionis habitus filius cum ingentis eſſet ſtaturæ, & uenator permaximus factus, Oenopionis filiã uitiare uoluit. Quã ob cauſam ab Oenopione oculis priuatus eſt. Qui cum ab oraculo habuiſſet, ſi per pelagus ita aduerſus Orientem pergeret, ut oculorum concauitates ſolariis radiis ſemper haberet oppoſitas, recuperare lumina poſſet. Quod ille facere conatus eſt, & audito ſtrepitu Cyclopum fabricantium, ſono duce ad eos deuenit, & ex eis unũ humeris ſuis impoſuit, & eius ductu in ſolem uadens lumina reaſſumpſit. Hæc autem tam uarie recitata fabula, & phyſicam rationem contegit, & hiſtoriam. Credo igitur Poëtas circa generationẽ Orionis initium noſtræ generationis oſtendere, per Iouem & Neptunum intelligentes calidũ & humidum humano ſemini annexum. Per bouis corium mulieris uterum, in quem poſtquàm deſcendit hominis ſemen, niſi quædam naturalis frigiditas ſuperueniat, quæ & os uteri ſtringat & claudat, & ſemen in unum cogat, non ſtabit in matrice ſemen, quã frigiditatem per Mercurium intelligi uoluere, qui complexione frigidus eſt. Ex corio autẽ terra tecto, id eſt, corporea circundato mole poſt decem menſes puer exit. Quod autẽ Dianam de ſtupro interpellauerit, poteſt intelligi, quia cũ Orion cæleſte ſignum ſit, & eo incipiente apparere, quod circa menſem Octobris fit, oriuntur pluuiæ, & uentorum impetus, & tempeſtates, ex quibus inundationes fiunt & maris motus, & ſic uidetur uelle in hoc Lunam, id eſt, Dianam, quæ cauſa motuũ aquarum eſt, ſuperare. Verũ eius deficiente potentia & Luna perſeuerante, ab ea ſuperatus apparet. Seu agente Lunæ motu fit perſæpe, ut Orionis frenẽtur impetus, & coërceatur tempeſtas, & ſic telis feriatur Dianæ. Quod à ſcorpione emiſſo à terra uictus ſit, ratio talis eſt, Imago Orionis ab antiquis Aſtrologis ſecus ſignũ tauri locata eſt, & de menſe Octobri ſurgit in oriente, & tunc incipiunt tẽpeſtates, ut dictũ eſt, quaſi ipſe ſecum afferat. Imago autem ſcorpionis ex oppoſita cæli parte ſituata eſt, nec ante incipit in oriente aſcendere, quàm Orion occidat in occidente. Et quoniam circa eius ortum ceſſant imbres & procellæ, & ſerenum tempus & uer primũ apparet, dictum eſt Orionem à ſcorpione ſuperatum, qui ideo à terra emiſſus dicit̃, quia ex terra oriatur, ſeu quia ſurgens ab oriente terram exire uidetur, quod luminibus ab Oenopione priuatus ſit. Et reliqua fabuloſa ad hiſtoriam pertinẽt, quam talem recitat Theodontius. Dicit enim Oenopionem regem fuiſſe Siciliæ, & Orionem eius fuiſſe filium robuſtiſſimum iuuenem, & uenationibus deditum, eum'q; die quadam uenationibus feſſum, antrum ſubiiſſe atq; obdormiuiſſe, ei'q; per quietem uiſum ſibi ſuaderi à Venere, ut primo ſibi ſurgenti occurſantis uirginis uteretur concubitu. Qui experrectus cum exiſſet antrum, obuiam habuit Candiopem ſororem ſuam æque uenationibus uacantem, quã cum renitentẽ traxiſſet in antrum, oppreſſit, & ex ea filiũ ſuſcepit quem uocauit Hippolagum, quod cũ reſciſſet Oenopion, indignans eum in exilium abire iuſſit. Orion autem regni

*Scilicet quod Ouidi. de Hyreo ſcribit †, i. Orionem*



regni ſpe priuatus, conſuluit oraculum; à quo illi reſponſum eſt, ſi in orientem tenderet decus regium recuperaturum, qui ſumptis nauibus & Candiope cum paruo filio docti *c* nautæ opera in Thraciam delatus eſt. ibi autem cũ uirtute ſua fauente cælo incolas ſubegiſſet, in magno fuit habitus precio, & Neptuni filius appellatus. Hac uiſa credo ſatis apparet fictionum intentio.

*Quaſi οὐρίων ab urina. οὐρεῖν enim urinam emittere ſignificat.* *a*

*Seruius in libro primo Aeneidos, Homerus Odyſſeæ quinto, quo tamen loco Homerus eum ab Aurora amatum dicit,* ὣς μὲν ὅτ᾽ ὠρίων᾽ ἕλετο ῥοδοδάκτυλος ἠώς τόφρα οἱ ἠγάασθε θεοὶ ῥεῖα ζώοντες, ἕως μιν ἐν ὀρτυγίῃ χρυσόθρονος ἄρτεμις ἁγνὴ οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχομένη κατέπεφνεν. *Quod quidem eò factum putant, quia uoluerit ui comprimere Dianam. Alij autem non à Diana, ſed ab Apolline natantem in mari ſagitta interfectum uolunt, cum Apollo contenderet cum Diana, ſe quod nigrũ in mari ferebatur (is autem Orion erat, neſciente Diana) ſagitta ferire poſſe, eóq; artem ſuam oſtentare ſe aſſimularet, cum tamen reipſa hoc agebat, ut Orionem interficeret, quem uiderat ita familiariter cum Diana ſorore conuerſantem, ut penè coniugis loco illi eſſet, & illa ſæpe ob eandem rem ab Apolline reprehenſa & obiurgata fuiſſet. Itaq; cum fluctus ad littora cadauer Orionis appuliſſet, & Diana interfectum agnouiſſet, illam uehementer perturbato animo cædem Orionis accepiſſe, donec à Ioue, aut ut alij, ab ipſa Diana inter ſydera collocatus eſt. Quod autem ad compreſſam Oenopionis filiam attinet, alij ſic narrant, Orionem ueniſſe à Thebis, ubi Hyreus (ſiue Erythreus is dictus eſt, ut Ariſtonico placet) agebat, in Chium, ibiq; Oenopionis filiam Meropem, per uinum cupiditate incenſum compreſſiſſe: ob quod factum ab Oenopione excæcatus, & ex inſula eiectus cum inde ad Vulcanum perueniſſet: ab eo ducem quẽdam Cædaliona nomine accepiſſe, quem collo ferens dicitur ad Solem ueniſſe, & ab eo ſanatus, Chium, ut ſe ulciſceretur, reuertiſſe. Oenopiona autem à ciuibus ſub terra cuſtoditum eſſe: quem poſtquàm Orion inuenire ſe deſperaret, relicto Chio in Cretam abiens, uenationi atq; Dianæ ſe adiunxiſſe fertur, & ibi ſiue quia ſe efferret, à terra emiſſo ſcorpio, ſiue quia Dianam comprimere uoluiſſet, interfectus eſſe. Vide Higinium.* *b*

*Fabulæ addit Ouidius lib. 13. Meta. Orionem duas filias habuiſſe, quæ cum Thebæ ab hoſtibus obſiderentur, pro ſalute patriæ ſeſe deuotas ipſas interfeciſſe: ex quarum rogo poſtea cum cremarentur, duos iuuenes procreatos exiſſe, qui poſtea Corones uocati ſunt. Heſiodus autem, ut ab Higinio citatur, dit Orionem Neptuni & Euryales filium fuiſſe, áq; patre datum ei fuiſſe, ut poſſet in mari ſummo pedibus incedere. Sydus autem Orionis à Latinis Iugula dicitur, ut apud Plautum in Amphit.* *c*

De Hippologo Orionis filio, qui genuit Dryantem. Cap. XX.

HIppologus, ut ſupra patet, Orionis fuit filius ex Candiope, ex quo nil penitus legiſſe memini, niſi quod Dryantem genuerit.

De Dryante Hippologi filio, qui genuit Lycurgum. Cap. XXI.

DRyas fuit filius Hippologi, ut teſtatur Statius, dicens, Horrendum'q; Dryanta monet cui ſanguinis autor Turbidus Orion, &c. Dicit Theodontius mediante Hippologo, cuius fuit filius. hic in bello Thebano fuit, & partibus fauit Etheoclis, qui cũ in pugna Parthenopeum letali ictu uulneraſſet, ut Lactantio placet, à Diana ſagittis occiſus eſt. Fuit illi Cluſtimena Colchida coniunx, ex qua Lycurgum filium ſuſcepit. *Lib. 9. Theb.*

*Et lib. 7. idem dit: Promouet ecce Dryas, hic cui niuea arma tridentem Atq; auro rude fulmen habent, Orionis alti. Nõ falſus uirtute nepos, procul oro paternum Omen & innuptæ uetus excidat ira Dianæ, &c.*

De Lycurgo Dryantis filio, qui genuit Angeum, Harpalicem, & Phyllidem. Cap. XXII.

LYcurgus, ut placet Homero in Iliade, filius fuit Dryantis. Ait enim ſic, Neq; enim neq; Dryantis filius fortis Lycurgus. De hoc autem multa narrantur. *a* Dicit enim Homerus ubi ſupra, quod cum hic perſequeretur Bacchi nutrices in Nyſa latitãtes, & ipſe Bacchus timens fugiſſet in mare, Lycurgus odioſus factus ſuperis, oculis priuatus eſt. Seruius autem dicit, quod cum is Bacchum contemneret, & uites eius ſe amputare crederet, ſua ſibi ſuccidit crura. Lactant. autẽ *b*

eum Thracum dicit regem, & in mare præcipitatum, eo quod primus aquam uino miſcuiſſet, & rem hauſtu ſynceram plurimis infeciſſet uenenis. Quæ tam diuerſa ſic in unũ reuocari poſſunt. Dicit enim Seruius hunc abſtemium fuiſſe, & hinc uini contẽptorem, & ob id à diis orbatum, quod tam inclyti liquoris moderate ſumpti commoda ignoraſſet. Quem dum aſpernaretur, & uites incideret, ſibi ideo crura incidiſſe finxerũt, eo quod uini hauſtus ad omnia faciat homines promptiores. Quod autẽ in mare deiectus ſit, nil aliud eſt niſi eum ſua ſimplicitate ad perpetuum aquæ potum fuiſſe damnatum à natura rerum, cum uinum omnino reſpueret. Seu aliter, hunc ideo Bacchi cõtemptorem uolunt, quia ingurgitator maximus Bacchi uidebatur contemnere uires, & ob nimiam uini ingurgitationem oculos perdidiſſe, quod pluribus contingit. Quod autem illius ſe arbitraretur uites incidere, nõ uult aliud niſi quia potando multum, credebat ſe uini penuriam immittere. Verum ſibi crura concidebat, id eſt, crurum uires auferebat, ut contingere ebriis ſæpe uidemus, dũ onuſti uino titubantes incedunt. Quod aũt in mare proiectus ſit dictũ eſt, quia cũ mare ſalſum ſit, & ſalſedo habeat ſitim afferre, & potatores huiuſmodi quanto magis potant, magis ſitiunt, in mare proiecti, id eſt, perpetuã ſitim eſſe uidentur.

a *οὐδὲ γὰρ οὐδὲ δρύαντος υἱὸς κρατερὸς λυκόοργος δὴν ἦν, ὅς ῥα θεοῖσιν ἐπουρανίοισιν ἔριζεν, ὅς ποτε μαινομένοιο διωνύσοιο τιθήνας σεῦε κατ᾽ ἠγάθεον νυσήιον, αἱ δ᾽ ἅμα πᾶσαι θύσθλα χαμαὶ κατέχευαν ὑπ᾽ ἀνδροφόνοιο λυκούργου θεινόμεναι βουπλῆγι, διώνυσος δὲ φοβηθεὶς δύσεθ᾽ ἁλὸς κατὰ κῦμα, θέτις δ᾽ ὑπεδέξατο κόλπῳ, &c. Iliad. 6*

b *Fuit & alius Lycurgus rex Nemeæ, ad quem profuga Hypſiphile, capta uenit, eiusq; filiũ Opheltem nutrijt, cuius meminit Statius lib. 4. Thebaidos.*

De Angeo Lycurgi filio. Cap. XXIII

Angeus ſecundũ Lactan. Lycurgi fuit filius, & ut dicit Stat. a Cernimus Aeacidas muriſq; b immane minantẽ Angæũ, &c. Videt ergo ex Argonautis fuiſſe, quãobrem non huius fuiſſe filium arbitror, cũ legamus Dryantem Lycurgi patrem in Thebano bello occubuiſſe, quod diu poſt fuit. Hunc prætetea dicit Iſidorus ubi de etymo. Samũ condidiſſe ex quo conſtat eum antiquiorem Lycurgo.

a *Thebaidos quinto, quo loco tamen noſtri codices Antæũ habẽt pro Ancæo, uitio librariorũ ut puto.*

b *Angæi, ſiue ut pleriq; ſcribũt, Ancæi huius meminit & Apollonius in primo Argon. ζίτατός γε, μὲν ἔπειτ᾽ ἴκσιν ἀγκαῖος, τὸν μὲν ῥα πατὴρ λυκόοργος ἔπεμπε. Quo loco commẽtarius inquit Lycurgi & Antinoës filij fuerũt Ancæus & Epiochus. Ceterũ eũ Lycurgum, Arcadem quendã dicit, cui etiam feſta quædã Molia uocata peragebant Arcades, eò quod Ereuthalionem occidiſſet. Meminit Ancæi & Flaccus lib 1. &c. Fuit & alius Ancæus filius Neptuni & Aſtypaleæ, cuius codẽ lib. Apol. meminit: καὶ δ᾽ ἄλλω δύο παῖδε ποσειδάωνος ἵκοντο ἤτοι, ὁ μὲν πτολίεθρον ἀγαυοῦ μιλήτοιο νοσφισθεὶς ἐργῖνος, ὁ δ᾽ ἰμβρασίης ἕδος ἥρης παρθενίης ἀγκαῖος ὑπέρβιος, &c. De hoc commentarius inquit, prouerbiũ natũ eſt, Multa cadũt inter calicem, ſupremaq; labra. De quo uide Adagia Eraſmi. Hic Ancæus poſt mortem Typhios Argo nauem gubernauit, ut Apoll, 2. Argonau.*

De Harpalice Lycurgi filia. Cap. XXIIII

Harpalicem, dicit Papias Thracem fuiſſe, & Lycurgi filiam, ac uenationibus deditã, de qua Virgilius, Vel qualis equo Threiſſa fatigat Harpalice, uolucremq; fuga præuertitur Hebrum, &c. Theo. dicit hanc patriam reliquiſſe, & ad Amazones abiiſſe, & ibidem imperaſſe. Seruius autem ſcribit de hac, quod cum patrem ſenem à Getis captum ſenſiſſet, collecta confeſtim multitudine, & celerius quàm de fœmina ſperari potuerit, illum armis & robore liberauit.

De Phyllide Lycurgi filia. Cap. XXV

Phyllis, ut ait Ouidius in epiſtolis, filia fuit Lycurgi regis Thraciæ, ad quam cum deiecto Ilio tẽpeſtate actus ueniſſet Demophoon, ab ea hoſpitio & lecto ſuſceptus eſt, & cum ob mortem Mneſtei regis Athenarum uellet in patriam redire, reſarcitis nauibus, & obtenta ad tempus licentia, illam dimiſit. Quæ cum angeretur, eo in terminum nõ redeunte, ut nonnulli uolunt, laqueo uitam finiuit. Alii dicũt dum in mare ſe præcipitem dare uellet, miſeratione deorũ in amygdalũ ſine foliis uerſa eſt. Redeunte tandem Demophoonte



phoonte eius in aduentu floruiſſe. Cuius figmenti talis poteſt eſſe ratio, Amygdalus Græce φύλλα uocatur, in qua morientis Phyllidis remanſit nomen. Hæc flante Zephyro, qui occidentalis eſt uentus, & in Thracas uadens, per Atticam regionem tranſitum facit, floret, cum uentus hic habeat plantis & graminibus adeo fauere ut floreant, & hinc fabulæ locus datus eſt, Phyllidam ſcilicet lætari & florere, redeunte ab Athenis amaſio. a

*Phylla Græce folia dicuntur. Seruius in Aeclog. Virg. fabulæ meminit.* a

De Minoë Iouis XXVI. filio, qui genuit Androgeum, Glaucum, Ariadnam, Phædram, & Deucalionem. Cap. XXVI

Minos Iouis & Europæ dictus eſt filius, quã ipſe ex littore Phœnicum rapuit, ut ſupra ubi de ea dictum eſt. Hic autẽ ætate prouectus, Paſiphaën Solis filiã ſumpſit uxorẽ, & ex ea filios filiasq; progenuit. Inter quos Androgeus præclaræ indolis fuit. hic ab Athenienſibus & Megarẽſibus inuidia occiſus eſt, eo quod cæteros in palæſtra ſuperaret. in ultionẽ cuius Minos aduerſus eos arripuit bellum, cuius circa initium, & in proceſſu quædam contigerunt, de quibus habetur ubi de Paſiphaë & Theſeo. Verum ante alia ſcelere Scyllæ Niſi regis filiæ Megarenſes ſubegit, & inde ſuperatos Athenienſes ſibi uectigales fecit. Poſtremo Dædalũ, eo quod operam dediſſet adulterio Paſiphaës unà cum Icaro filio Labyrintho clauſit, ex quo cum euolaſſent, ſumptis armis eos in Siciliam uſq; ſecutus eſt, ubi ut in Politicis Ariſtoteli placet, apud † Camærinum oppidum à filiabus * Crotali occiſus eſt, cuius poſt mortẽ eum *al's, Camicum* apud inferos iudicem dixere Poëtæ, ut Virgilii patet carmine, Quæſitorq; Minos urnam *al's, Cocali* mouet ille ſilentum Cõciliumq; uocat, uitasq; & crimina diſcit, &c. Quæ tam multa a cum hiſtoriis & fictionibus mixta ſint, de eis ſerioſius aduertendum eſt. Quod autem Iouis filius Minos habitus ſit, ſunt qui uelint uerum, & tunc Iouem hominem fuiſſe, & Cretenſium regem, & Europam internuncio præcaptam atque monitam, & ex Phœni- b cum littore raptam, & non tauri dorſo, ſed naui, cuius eſſet uel nomen, uel inſigne taurus, in Cretam delatam, & ibidem Ioui iunctam regi, & Minoëm aliosq; peperiſſe filios. Sunt qui uelint eam raptam & uitiatam à Ioue, & demum Aſterio regi Cretenſium nuptam, & ex eo quos diximus filios peperiſſe, ut in libro temporum ſcribit Euſebius. Et ſi ſic ſit, tunc fictum eſt eum Iouis fuiſſe filium, ſeu ad eius gloriam ampliandam, ſeu quia ex ſuis operibus ſe Ioui planetæ ſimilem exhibuerit. Fuit enim inter alia homo omnibus ſubditis æquus, & ſeuerus iuſtitia, legesq; Cretenſibus dedit, quas nondum habuerant. Et ut à rudi populo acceptiores haberentur, ſolus ſecedebat in antrum. & cum quod uidebatur opportunum, compoſuiſſet, exiens illud ſe à Ioue patre reportare monſtrabat. qua aſtutia & id forte conſecutum eſt eum arbitrari Iouis filium, & leges à ſe conditæ in maximo precio habitæ ſunt. Eum autem Aſterii filium fuiſſe nullo modo concedi uidetur à tempore, cum conſtet Aſterium in Creta regnaſſe Danao regnãte Argis, circa annos mundi iii. M. dcc. lii. cum bellum ab eo habitum aduerſus Athenienſes fuerit Aegeo regnante, qui regnauit circa annos mundi iii. M. dcccc. lx. Dædalum autẽ euolaſſe ideo dictum eſt, quia longis habitis nauibus, quæ remigio maxime ualent, clam tanquam euolaret abiit. Iudex ideo apud inferos dictus eſt, eo quod apud mortales, qui reſpectu habito ad ſupercæleſtia corpora, inferi ſumus, cõponendo leges & ius exhibendo poſcẽtibus, iudicis officiũ egit. Porrò omittendũ nõ eſt q̃ uarie de tẽpore huius ſcriptores ſenſerint. Legitur igitur apud Euſebiũ Minoëm anno xvii. Hitcei regis Arginorũ apud Cretã regnaſſe, qui annus mũdi fuit 3796. Nec multũ poſtea regnãte Acriſio Argis à Cretenſib. Europã raptã anno mũdi 3869. qui quantũ à ſuperiori diſtet, apparet. Subſequenter ſcribit ibidem, Pandione Athenis regnante Europam raptam, quod fuiſſe potuit circa annos mundi ferè iii. M. dcccc. xvi. & id conuenit longe melius, quàm ſuperiora tempora cum his quæ de Minoë leguntur. Nam ut idem Euſebius dicit, ut à Parrhadio memoratũ, regnãte Aegeo Athenis, Minos mare obtinuit, & leges Cretenſibus dedit, quod fuiſſe percipit anno mũdi iii. M. nonigenteſimo quinquageſimo tertio. Et eſto ibidẽ legat Platonẽ hoc eſſe falſum

ſum conuincere. conueniunt tamen cum his quæ à Philochoro in Attidis libro de Minotauro recitantur, dato aliquantulum diſcrepent ab his quæ poſtmodum ab Euſebio dicunt̃, qui aſſerit anno regni Atrei ſexageſimoprimo Minoëm in Sicilia aduerſus Dædalum arma corripuiſſe, quod ſecundum ſupputationem annorum mundi fuit anno iii. M. ſecundo, qui unus plurimum diſtat à cæteris. dato poſſibile ſit eum tam diu uixiſſe, niſi obſtarent tempora ſucceſſorum, ut in ſequentibus patebit. Quæ ad Taurum & Paſiphaën ſpectant, ſupra ubi de Paſiphaë explicata ſunt.

a *Sic enim Comment. Homeri habet Iliad. β. qui ait Minoëm ab illis ſuffuſione feruentis aquæ extinctũ eſſe. Vide & Diodorum libro quinto.*

b *De hac re uide Diodorum libro undecimo rerum antiquarum, & Comment. Homeri in Odyſſ. T*

De Androgeo Minois filio. Cap. XXVII.

ANdrogeus filius fuit Minois & Paſiphaës, iuuenis quidem egregiæ uirtutis, qui cũ Athenis in paleſtra ſuperaret omnes, ab Athenienſibus & Megarenſibus inuidia occiſus eſt. In cuius ultionem pater inſurgens, occiſo Niſo Megarenſium rege, Athenienſes acri bello ſuperauit, ſibiq́ue uectigales fecit.

De Glauco Minois filio. Cap. XXVIII.

GLaucus, ut ait Seruius, filius fuit Minois, ex qua matre non ponit. Hic, ut idem Seruius dicit, ad Italiam ueniens, ſibi poſcebat imperium. Quod ideo illi minime conceſſum eſt, eo quod nil præſtaret incolis, ſicut pater fecerat, qui zonam eis incinctis euntibus tranſmiſerat. Quamobrem is eis oſtendit ſcutum, à quo & ipſe Labicus dictus eſt, & populi Labici. Et ſic uidetur Minoëm apud Italos aliquando regnaſſe. quod ego miror, & ſuſpicor, ne corrupta uocabula hiſtoriam etiam faciant eſſe corruptam.

*Glauci Minois filij etiam Higinius meminit, cumq́; ab Aeſculapio uitæ reſtitutum dicit, cum in mellis dolio, ut alij tradunt, necatus fuiſſet.*

De Ariadna filia Minois, & coniuge Bacchi. Cap. XXIX.

a ARiadna filia fuit Minois ex Paſiphaë, ut ſæpe teſtatur Ouidius. Hæc Theſeum ab Athenienſibus Cretam miſſum amauit, & eius clam uſa contubernio ſumpta fide, quod eam in coniugem & Phædram ſororem ſuam pro Hippolyto aſportaret, eum docuit, quo pacto Labyrinthum poſſet intrare, & Minotaurũ ſuperare, & filo duce labyrinthũ exire.

b Qui cum perfeciſſet omnia, noctu Ariadna & Phędra naui poſitis clam diſceſſit, & in Chium inſulam, ut dicit Ouidius, ſeu Naxum, ut ait Lactantius, nocte diſcedens dimiſit Ariadnã ibidem dormientem. quæ expergefacta cum derelictam ſe cerneret, clamoribus & ululatu fœmineo cœpit omnia complere littora. Verum Bacchus forte ſecus nauigans, cum eam uidiſſet, amaſſetq́ue, in coniugem ſibi iunxit, & ex ea, ut placet aliquibus, Thoantem Lemni regem ſuſcepit. Sanè cum ſuperaſſet Bacchus Indorum regem, & eius amaſſet filiam, & Ariadna diu ob hoc queſta eſſet, à Baccho amplexibus & blãditiis lenita, coronam eius quam ante Vulcanus fecerat, & Veneri dederat, & Venus Ariadnæ conceſſerat, in cælum ſuſtulit, & nouem ſtellis ornauit, & inde à ſuo nomine Ariadnam uocatam liberamq́ue ſecum in cælum traxit, & cæleſtem fecit imaginem. Naxus ſeu Chios inſulæ ſunt optimo abundantes uino, quo captam Ariadnam puto, & ob id à Theſeo temulentam relictam. Et quoniam potationibus uacaſſet, poſtea Bacchi dicta eſt coniunx. inde quoniã à uino mulieris honeſtas omnis diſſoluitur, ei à Venere corona ſcilicet libidinis inſigne donatur. quod in cælum uſq;, id eſt, in notitiam omnium fertur, & non ſolum deteſtabile infamiæ dedecus per ora uirùm fertur, uerum agente uino mulier in amplexus quotuncunque dilabitur.

a *Ita ut quotannis ſeptem iuuenes Athenienſium regi in Cretam mitterentur, Virgilius libro ſexto,*
*In foribus letum Androgeo tum pendere pœnas Cecropidæ iuſſi, miſerum ſeptena quotannis*
*Corpora natorum, ſtat ductis ſortibus urna.*

b *De Ariadna Ouid. lib. 8. Meta. Porrò Comment. Home. in Odyſſ. Λ. & Iliad. Σ. addũt lineam eam fu*

iſſe Dæ-



*iſſe Dædali, & à Dædalo Ariadnæ datam, ut illa Theſeo daret, iuberetq́; ex iugo ianuæ alligare & deducere, donec in medium Labyrinthi ueniret, ubi ſi dormientem Minotaurum deprehendiſſet & occidiſſet, capillum capitis eius Neptuno porriceret, filumq́; relegens rediret: quo Theſeus facto, euaſit. Quod autem Ariadnem reliquit in Naxo, id Palladis iuſſu factũ eſſe Didymus ait, quæ illi in ſomnis apparuit, relictaq́; Ariadna, Athenas aufugere iuſſit, additq́; Ariadnem poſtea à Venere conſolatam eſſe, quæ illi futurum cum Baccho connubium indicauit, id quod factum poſtea dicunt. Et illam ex Baccho peperiſſe Oenopionem, Thoantem, Staphylum, Latramyn, Euanthem, & Tauropolim. Hi enim à Cõmẽt. Apoll. numerantur. Tandem autem Ariadne à Diana ſagittis occiſa dicitur, eò quod uirginitatem non ſeruaſſet.*

De Phædra Minois filia, & Theſei coniuge. Cap. XXX.

PHædra filia fuit Minois & Paſiphaës, ut ſatis ueteri fama uulgatũ eſt. Hæc cum Ariadna ſorore ſuperato Minotauro, cum Theſeo abiit, & Ariadna, ut ſupra dictum eſt, a
relicta, eius facta eſt coniunx, & ex eo peperit Demophoontem & Antilochum. Tandem b
cum Theſeus cum Pirithoo rapturus Proſerpinam deſcendiſſet ad inferos, Hippolytum priuignum amauit. cuius libidini cum conſentire nollet Hippolytus, furore incenſa illũ redeũti Theſeo accuſauit, quod illi uim uoluiſſet inferre. Quamobrem Hippolytus iram patris effugiens ferè, ut ſupra dictum eſt ubi de Hippolyto, ab equis diſtractus occiſus eſt. Tamen cum eum occiſum fama ferret, pœnituit eam falſæ accuſationis, & Theſeo ſcelus confeſſa ſuum cum enſe Hippolyti ſeipſam transfodit. Seruius autem dicit eam laqueo finiſſe uitam.

*Phædræ fabula narratur à Didymo in Odyſſ. 11. & ſupra in Hippolyto de eadẽ quædã annotauimus.* a

*Hunc ſuperius Antigonum uocat, cum tamen neutrius uocis autores idonei meminerint, ſed Acamantem nominent.* b

De Deucalione Minois filio, qui genuit Idomeneum. Cap. XXXI.

DEucalion, ut in Iliade placet Homero, Minois fuit filius, ex qua matre nõ habetur, eius tamen ſucceſſor præſumi poteſt, cũ Idomeneus eius filius rex Cretenſiũ fuerit.

*Quatuor fuiſſe Deucaliones indicat Comment. Apollonij in lib. 3. unum Promethei filium, alterũ de quo mentio fit, inquit apud Hellanicum, tertium Minois filium, & quartum Abantis, de quo Ariſtippus in Arcadicis.*

De Idomeneo filio Deucalionis, qui genuit Orſilochũ. Cap. XXXII.

IDomeneus Deucalionis fuit filius, Homero teſte, ubi genealogiã eius à Ioue in eũ uſq; deſcribit. Hic cũ Græcis aduerſus Troianos bellũ geſſit. Sanè ut dicit Seruius dũ Ilio deleto patriam nauibus repeteret, tempeſtatem paſſus pro ſalute ſua ſuperis uouit, ſi eum in regnum ſuum ſoſpitem redire concederent, ſe illis ſacrificium exhibiturũ ex ea re, quæ illi primo occurreret. qui cum Cretenſe littus teneret, contigit ut ante alios filius deſiderio uidendi patrem illi fieret obuius, quem cum ut aliqui dicunt, immolaſſet, ſeu ut aliis placet, immolare uoluiſſet, ob eius immanitatem à ciuibus pulſus eſt. quã ob cauſam cum nauem reaſcendiſſet, Salentinum uſq; promontorium Calabriæ uectus, ſtatuiſſetq́ue ibidẽ exilium agere, haud longe à littore ſibi ſuiſq́ue Petiliam condidit ciuitatem.

*Verſus ſunt Iliad. N.* ὄφρ' ἴδῃς οἷος Ζηνὸς γόνος ἐνθάδ' ἱκάνω· ὃς πρῶτον Μίνωα τέκε Κρήτῃ ἐπίουρον· Μίνως δ' αὖ τέκεθ' υἱὸν ἀμύμονα Δευκαλίωνα, Δευκαλίων δ' ἐμὲ τίκτε πολέεσσ' ἄνδρεσσιν ἄνακτα.

De Orſilocho Idomenei filio. Cap. XXXIII.

ORſilochus Idomenei fuit filius, ut in Odyſſea ſcribit Homerus, hic patrem Idomeneum in Troianam expeditionem ſecutus, cum per omne bellum ſibi ſucceſſiſſet Odyſſ. 13
ad uotum, in exitu rei ob eius inſolentiam, dum obſtaret totis uiribus, ne ex præda capti Ilionis ſors debita daretur Vlyſſi, ab eo occiſus eſt.

De Sarpedone xxvii. Iouis filio, qui genuit Antiphatem. Cap. XXXIIII.

SArpedonem Homerus dicit filium fuiſſe Iouis & Laodomiæ filiæ Bellerophontis, cuius etiã Seru. ueſtigia ſequit̃. Auguſtinus aũt aliter ſentire uidet̃, dicẽs per eos annos ſcilicet regnante Danao Argiuis à rege Xantho Cretenſiũ, cuius apud alios aliud nomen

inuenimus

a inuenimus, rapta perhibetur Europa, & inde geniti Rhadamantus, Sarpedon, & Minos, quod magis ex eadem muliere filios Iouis eſſe uulgatum, &c. Alii dicunt hos Aſterii fuiſſe filios, & ob id ego iſtum, non illum reor Sarpedonem eſſe, cum ille longe ſuperior fuerit tempore. Sed quoniam de illo nil legitur, ſatis ſit appoſuiſſe nomen, & de iſto quæ legimus proſequamur. Hic igitur rex Lyciæ fuit, & aduerſus Agamemnonē & Græcos partes Troianorū ſecutus inſignis uir armorum fuit, & multa memoratu digna pugnans fecit, ut per Homerum ſcribitur in Iliade. Tandem à Patroclo occiſus eſt, & iuſſu Iouis ab Apolline de medio pugnantium ſublatum eſt corpus eius, & flumine lotū atq; ambroſio reſperſum liquore, & regia indutum ueſte, ſuiſq; ad exequendum funus reſtitutum. Quod autem hic figmenti modicum eſt, nil aliud uult, niſi quod medici opere cadauer curatum ſit, & unguentis ad conſeruationem eius unctum atq; reſperſum.

*a Huic conſentiunt Heſiodus & Bacchylides, ut citantur à Comment. Iliad. M*

*b Comment. Homeri in Iliad. M. Aſterionem uocat, eiq; dicit Europam ſtatim poſtquàm cōpreſſa & grauida fuerat à Ioue elocatam eſſe, & apud eundem tres illos Minoëm, Rhadamantum, & Sarpedonem peperiſſe.*

### De Antiphate Sarpedonis filio. Cap. XXXV

ANtiphates filius fuit Sarpedonis, Virgilio teſte, dum dicit, Et primum Antiphatem, is enim ſe primus agebat Thebana de matre nothum Sarpedonis alti, &c. Hic Ilio ſubuerſo, in Italiam Aeneam ſecutus eſt, & ibi aduerſus Turnū bellum gerens, ab eodē occiſus eſt.

*Fuit & alius Antiphates filius Melampodis, de quo Odyſſ. O*

### De Rhadamanto xxviii. Iouis filio. Cap. XXXVI

RHadamantus Iouis fuit filius, & ut omnes uolunt, ex Europa, & regnante Danao Argis, ſecundum Euſebium rex fuit Lyciæ. Hic cum ſeuerus iuſtitiæ executor eſſet, eum apud inferos finxere Poëtæ, culpas explorare nocentum, de quo Virgilius, Gnoſius hæc Rhadamantus habet duriſſima regna, Caſtigat, auditq; dolos, ſubigitq; fateri, &c. De huius origine & fictione ſentiendum eſt, quod de Minoë dictum eſt.

### De Arceſio xxix. Iouis filio, qui genuit Laërtem. Cap. XXXVII

ARceſius, ut teſtatur Ouidius, Iouis fuit filius. De eo enim Ouidius Vlyſſem loquentem, atq; ſuam nobilitatem explicantē aduerſus Aiacem, paucis his uerbis ſcribit, Nam mihi Laërtes pater eſt, Arceſius illi, Iuppiter huic ſcilicet Arceſio.

*Ouid. lib. 13. & Homerus quoq; Laërtem Αρκεισιάδην uocat, & Arceſij Odyſſ. ξ. meminit.*

### De Laërte Arceſii filio, qui genuit Echimenem & Vlyſſem. Cap. XXXVIII

LAërtes, ut oſtenſum eſt, filius fuit Arceſii. Hic Anticliam Autolyci filiā ſumpſit uxorem, & ex ea ſuſcepit Vlyſſem & ſorores eius, uiditq; Vlyſſem nō ſua ſponte aduerſus Troianos euntem, tam quia diu uitam feſſam laboribus traxit, donec poſt longos errores redeuntem cerneret, & iniurias ulciſcentem.

### De Ctimene Laërtis filia. Cap. XXXIX

CTimene filia fuit Laërtis, ut in Odyſſea ſcribit Homerus, dicens, Simul cum Ctimene longi pepli filia uenerabili, quam iuniorem genuit filiorum, ſcilicet Laërtes. Hāc ut in eodem patet libro, parentes tradidere in coniugē cuidam, qui Saminidis dictus eſt.

*Odyſſ. O. οὕνεκα μ᾽ αὐτὴ θρέψεν ἅμα κτιμένῃ τανυπέπλῳ θυγατέρ᾽ ἰφθίμῃ, τὴν ὁπλοτάτην τίκε παίδων.*

*Non Samnidis dictus eſt, ſed in Same inſula habitabat. Sic enim Homerus: τὴν μὲν ἔπειτα σάμηνδε δόσαν καὶ μυρί᾽ ἕλοντο.*

### De Vlyſſe Laërtis filio, qui genuit Telemachū, Telegonū, & Auxoniū. Cap. XL

VLyſſis inclyti hominis apud ueteres dubium genus eſt. Nam alii eum Siſyphi latronis fuiſſe filium dicūt. Seruius enim dicit Anticliam eius matrem ante nuptias cum Siſypho Aeoli filio concubuiſſe, & Vlyſſem concepiſſe, quod illi apud Ouidium Aiax Thelamonius concionans obiicit, dicens, Et ſanguine cretus Siſyphio, quod etiam Theodontius aſſerit, dicens, Anticliam



Anticliam primo nupſiſſe Siſypho, & iam prægnans eo relicto ad Laërtem ueniſſe, & ex conceptu Siſyphi Vlyſſem peperiſſe. Leontius uero dicit, quod cum nupſiſſet Anticlia Laerti, & ad oraculum conſultum iret, à Siſypho latrone, qui poſtea à Theſeo occiſus eſt, capta & oppreſſa eſt, & prægnans effecta ex eo concubitu Vlyſſem peperiſſe. Alii autē eum Laërtis filium dicunt, inter quos Homerus & Virgilius, & inueterata ſeculorum plurium fama teſtatur, quorum ego autoritatem ſecutus, Vlyſſem Laërtis fuiſſe filium dico. Hic fuit homo ſublimis conſilii, & prægrandis ingenii, fraude an uirtute plus ualens incertum. Hunc multimodum perſæpe uocauit Homerus, quaſi ad omnia habentem modum. πολύτροπον Multa quidem perpeſſus, omnia mira fortitudine ſuperauit. Hic Penelopem Icarii filiam iuuenis ſumpſit in coniugem, uirtute & corpore ſpecioſiſſimam uirginem, & ex eo ilico Telemachum ſuſcepit filium. Tandem rapta Helena à Paride, dum delectum Gręcorum faceret Palamedes, ut dicit Seruius, ire ad Troiam fugere conatus eſt, ſe inſanum ſimulans, & ueniente ad Ithacam Palamede, animalia diuerſi generis iugo iunxit ad aratrum, & ſalem ſeminare compertus eſt. Verum Palamedes aſtutiam uiri ſuſpicatus, capto paruulo Telemacho, ad explorandam ingenii ſui fraudem, eum aratro opponit. Vlyſſes autem uiſo Telemacho, confeſtim dimouit aratrum, & ſic cognitus in expeditionem ire coactus eſt, in qua Diomedis Aetoli amicitiam ſumme perſeuerante obſidione ſeruauit. Et cum Iphigeniam pro captandis uentis ſub ſpecie nuptiarum duxiſſet in ſacrum, cum reliquis uenit Troiam, ubi maxima cum ſolertia ad obtinendam cœpti uictoriam, opportuna plurima operatus eſt. Nam ut dicit Theodontius, ſuo opere factum eſt, ut Achilles à matre apud filias Lycomedis in habitu uirginali abſconditus inueniretur, & in obſidionem etiam duceretur. Suo opere ſagittæ Herculis, abſq; quibus Troiam capi non poſſe dicebant, oraculo compertæ ſunt, & à Philoctete etiam obtentæ, & ad Troiam delatæ. Suo opere Laomedonteus cinis, qui ſuper Scæa porta Ilionis ſeruabatur, caute ſublatus eſt. Poſt hæc ipſe unà cum Diomede fatale Palladium ex Troia rapuit. Sic & Dolone perempto, æque cum Diomede explorator factus, Rheſum Thraciæ regem obtruncauit nocte, & albos eius equos antequàm Xanthum guſtaſſent, eduxit in caſtra Græcorum. a Et nonnunquam, ut dicit Seruius, habitu tectus mendici hominis uerbera uolens paſſus eſt, ut Troiam explorator intraret, & comperta cum fide retulit, ſemel cognitus ab Helena. Præterea cum florida plurimum ualeret eloquentia, inter Græcos & Priamum regem pro concordia legationis officium geſſit aliquando. Nec non in mediis aciebus quantum ualeret in armis, oſtendit ſæpiſſime. Sic & in concionibus perſæpe conſilio Græcos iuuit. Simultates habuit cum Palamede, eo quod inuitum traxiſſet in bellum, & frumentum portaſſet ex Thracia, quod ipſe miſſus facere noluerat. quamobrem mortem eius machinatus eſt fraude, ut ſupra ubi de Palamede dictum eſt. Ad ultimum creditur hunc proditionem compoſuiſſe, qua, arte Sinonis, ſeu alia uia Ilion captum & dirutum eſt. Capta deinde Troia pro armis Achillis in iurgium cum Aiace Telamonio uenit, & tandem illa aduerſus eum eloquentia ſua obtinuit. & Orſilocho regis Cretenſium filio cæſo, eo quod obſtaret, ne ſibi prædæ Troianæ pars daretur, ut reliquis dabatur principibus, & Polyxena occiſa, atque Aſtyanacte ſaxo illiſo, naues in patriam rediturus aſcendit. Sed longe illi à uoto contigit, multis quippe agitatus procellis, in longiſſimos errores atque peregrinationem decennem euectus eſt. Primo autem procellarum impulſu, ut ipſemet in Odyſſea Alcinoo Phæacum regi refert, ad Cicones delatus eſt, quos quum expugnaſſet, & Hiſmarum ciuitatem omnem uertiſſet in prædam, paucis ex ſociis perditis, ad Lotophagos tempeſtate impulſus eſt, exploratoréſque quos miſerat, cum Loto guſtato, reditum non curarent, retraxit. In Siciliam inde delatus, ubi antrum Polyphemi Cyclopis cum duodecim ex ſociis intrauit, ex quibus quum ſex deuoraſſet Cyclops, obruto ei oculo, præuſto fuſte, arietum pellibus inuolutus, cum ſuperſtitibus ſociis antrum exiuit Cyclopis. Inde delatus Aeoliam, ab Aeolo uentos in utrem coactos obtinuit. Et cum iam Ithacæ proximus eſſet, ſoluto utre à

ſociis

ſociis theſaurum credẽtibus, flante aduerſo uento in Aeoliam repulſus eſt, ex qua ab Aeolo pulſus nauigans die ſexto, deuenit ad Leſtrigonas. Quos cum haberet aduerſos, perditis nauibus ſociiſq́;, cum ſola naue ſua fugiens, deuenit ad Circen. Quæ cum exploratores ſuos mutaſſet in beluas, ipſe à Mercurio ſuſcepto pharmaco, ad illam acceſſit impauidus, & expedito gladio, mortẽ illi minatus eſt, ni e ueſtigio ſociis primas redderet formas.
b quod cum feciſſet, eius amicitia uſus anno iam trãſacto, & Telegono ex ea ſuſcepto filio, cum renuiſſet immortalitatẽ, ab ea eruditus de agendis, Elpenore ob uinolentiam caſu mortuo derelicto, nauem conſcendit, & ſecundo uento impulſus, nocte una ad Oceanũ uſq; deuenit. Quo peractis ſacris à Circe monſtratis, ad inferos habuit aditum, ubi & Anticliam matrem & Elpenorem nuper præcipitatum inter alios inuenit, & de multis futuris à Tyreſia uate certificatus eſt. Inde reuerſus ad nauem ad Circem rediit, & ſepulto Elpenore & prædoctus de futuris à Circe diſcedens, deuenit ad inſulam Sirenarũ, ad quas ne poſſet diuertere, ſociorum aures cera obſtruxit, & ſe malo nauis alligari iuſſit, & ſic eis canentibus loca earum præteriit. Inde Scyllam tranſiuit atq; Charibdim, nõ abſq; ingenti periculo & pari omnium labore. Et cũ ad ea loca ueniſſet, quibus à nymphis Solis greges ſeruabantur, iuſſit ne quis eos uiolaret. Quod cum eo dormiente fameſcẽtibus ſociis, ſuaſiſſet Eurylochus, & ex gregibus animalia plura ſumpſiſſent, ei tempeſtatẽ intolerabilem impetrauere, in qua cum fracta naue omnes deperiſſent ſocii, ipſe ſolus & nudus capto nauis malo, ix. diebus ab undis & uento agitatus eſt, & tandem ad Ogygiam depulſus inſulam, à Calypſone nympha ſuſceptus eſt, & ab ea vii. annis detẽtus. Tandem cum ab ea ægre diſceſſum impetraſſet, & nauem cũ ſociis obtinuiſſet, Neptunus infenſus, eo quod Cygnum filiũ eius occidiſſet in pugna, & Troiã quam ipſe cõſtruxerat, demoliri feciſſet, Cyclopẽq́; filiũ orbaſſet, ab impetu maris fatigatũ plurimo coẽgit, ut naui demerſa nudum ſe præcipitem daret in undas, cuius natantis miſerta Leucothoë uelum illi præſtitit ſuũ, cuius ſubſidio cũ die tertia ueniſſet ad littus, & hoſtia fluminis Phæacũ intraſſet, reiecto uelo in mare inter frondes nemorũ ſe nudũ compoſuit, ubi à Nauſicaa filia Alcinoi cõpertus ueſtes accepit, & inde Palladis opere uſq; ad Areten Alcinoi regis cõiugem deductus eſt, ubi meruit dona ſuſcipere, & nauim & ſocios, qui eum uſq; Ithacã reduxere, in qua dormientem cũ donis depoſuere. Excitatus autẽ à Pallade præmonitus de agẽdis, in mendicũ ſeniculum transformatus, ad ſubulcos deuenit ſuos, apud quos Telemachum uidit, & allocutus eſt. Tandẽ à Sybote porcario in patriã deducit̃ incognitus, ubi in propria domo à procatoribus Penelopis ignominioſa quędã perpeſſus eſt, & tandem ab Euryclia nutrice recognitus. inde ex cõpoſito arma cum filio & duobus ſubulcis confeſſis Vlyſſem, aduerſus procatores aſſumpſit, eoſq́; graui pugna omnes peremit. Eſto, Theodontius dicat eũ illos oculis priuaſſe, & in tantã deduxiſſe miſeriã, ut in triuiis ſtarent ſtipem quærentes ob uictũ. hinc uiſa Penelope, Laërtem ſenem uiſurus acceſſit in uillã. Poſtremo dicit Theodontius eum uariis exterritũ ſomniis, quorũ cum interpretationẽ quæſiſſet, habuit in reſponſis ut ſibi caueret à filio, qui recedens in loca abdita quantũ potuit, ſomniorũ portenta uitauit. Tandem Telegonus, qui ei natus fuerat ex Circe, cũ eam quærens ueniſſet Ithacam, à domo eius fuit prohibitus. Qui ut erat robuſti uigoris iuuenis, multos ex prohibentibus occidit, in finem Vlyſſes in eum letiferũ immiſit telum. Quod cum euitaſſet Telegonus, ẽo reaſſumpto tranſmiſit in patrem. Ex quo ictu cũ ſe moriturum cognoſceret, Vlyſſes quiſnam eſſet interrogauit. Et cũ eius nomen audiſſet, & patriã & filium cognouiſſet, cum præmonſtrata nequiſſet effugere, diem clauſit. Leontius uero dicit eum caſu à Telegono eum quærente, ſpina piſcis uenenoſa tractum, & inde mortuum. Longa equidem huius hiſtoria eſt, & ſuccincte narrata, nonnullis immixta fictionibus, ex quibus pars maxima in præcedentibus oſtenſa eſt. Et ideo uideamus paucis quæ ſuperſunt, & primo quid uelint per uentos in utre argentea catena ligatos, & ſolutos à ſociis. Vult quidem Homerus in Odyſſea cõponere bonum uirũ, & inter alia uolens oſtẽdere quid nobis naſcentibus à diuina bonitate dono datũ ſit, dicit ab Aeolo, id eſt, à deo

uentos



uentos, ideſt concupiſcibiles appetitus datos bouino in corio, ideſt in arbitrio uirilis ætatis, quæ fortis & conſtans eſſe debet, uti corium bouis eſt, & hi ſunt argentea cathena ligati, ideſt famoſa claræ uirtutis ſonoritate, qua profecto nonnulli longe magis firmatũ corium ſeruant, quàm diuini amoris intuitu. Hanc tamen cathenam ſocii Vlyſſis, ideſt ſenſus humani corporis ignauia noſtra rationi imperantes ſoluũt, prædã exiſtimantes, ideſt arbitrantes longe meliorẽ & dulciorẽ uitam in uoluptatibus nulla coactis regula, quàm eis ligatis in ratione ſolida. his tamẽ ſolutis dum in hanc & in illam labimur laſciuiam, inſurgũt tẽpeſtates animo, ideſt rubores, reprehẽſiones, cõſcientiæ redargutiones, fluctuationes animi, mœrores, inopia, ægritudines, & mille malorum ſpecies, quæ nos à prima forma, ideſt à quiete amouent. Iuiſſe autẽ ad Oceanum, & quod ibidẽ illi ad inferos iter apertũ ſit ſacris, arbitror Vlyſſem ad lacum Auernũ in ſinu Baiano nocte una nauigaſſe & ibidem occiſo Elpenore obſcœnum illud peregiſſe ſacrum, quo manes euocantur ad ſuperos, & de quæſitis habuiſſe ab immundis ſpiritibus reſpõſum. Velum autem Vlyſſi naufragio à Leucothoe præſtitum, nil aliud fuiſſe arbitror quàm ſpem immotam, quam euadendi forti ſeruabat pectore. hæc egit ne deſperando periclitaretur, quam quidẽ ſpem dum ſperatũ obtinuiſſet retro reiecit. eum autẽ ſæpiſſime adiutũ à Pallade eſt, quia ab ea cum aduertẽtia ſua inſtructus, multa euitauit pericula, & multa egit ſibi etiã opportuna.

*Hic filius Strymonis & Euterpes Muſæ fuit, & cum præſtaret reliquis hominibus bellica uirtute, ad* a
*Troiam cum auxilijs uenit: & cum unum diem pugnaſſet, multos Græcorum occidit, adeo ut Iuno quæ Græcis fauebat, ſollicita miſerit Palladem, cuius conſilio ille interficeretur, quæ in caſtra Græcorum noctu ueniens, concitauit Vlyſſem & Diomedem, ut Troiana ſpeculatum caſtra irent, qui ſuperuenientes dormienti Rheſo, ipſum occiderunt unà cum ſocijs: ſic Pindarus tradit, ut à Com. in Iliad. K. citatur. Homerus autem & alij dicunt prima nocte occiſum, antequam eius equi Xanthum bibiſſent, cum ueſpere tum primum aduenisſet: fuerat enim reſponſum illi oraculo, ſi ipſe & equi ipſius Xanthum bibiſſent, & pabula Troiana guſtaſſent, inuictum ipſum fore.*

*Heſiodus autem ex Circe Agrium & Latinum genuiſſe, ex Calypſo Nauſithoum & Nauſinoum in* b
*Theogonia dicit.*

### De Telemacho Vlyſſis filio. Cap. XLI.

TElemachus Vlyſſis fuit filius paruulus Penelopi matri à patre relictus, qui multa à procatoribus matris perpeſſus, tandẽ unà cum patre ſumpſit ex omnibus ultionẽ.

### De Telegono Vlyſſis filio. Cap. XLII.

TElegonus Vlyſſis & Circes fuit filius, qui dum grandis uidere patrem quęreret, eum incognitum occidit. in Italiam rediens Tyburim condidit, ut ait Ouidius, Et iam Telegoni iam mœnia Tyburis udi, Stabant agricolæ quæ poſuere manus. Papias autem dicit eum ædificaſſe Tuſculum.

*Falſus hic eſt Bocatius qui mœnia Tyburis & mœnia Telegoni pro iiſdem accipit, cũ multi Tuſculũ à Telegono, nemo Tybur cõditũ dicat, & hic ordo uerborũ poſtulat quoq;, ut de diuerſis intelligantur. Silius lib. 7. Quod peperere decus, Circæo Tuſcula dorſo Mœnia, Laertæ quondã regnata nepoti.*

### De Auſonio Vlyſſis filio. Cap. XLIII.

AVſonius filius fuit Vlyſſis, ut ſcribit Paulus Longobardus ea in hiſtoria, quã de geſtis Lõgobardorũ ſcripſit, dicens, ab eo omnẽ Italiã Auſoniã nuncupari. Titus Liuius autẽ aliter ſentire uidetur in libro nono ab urbe condita dicens, Minturnas & Veſtinam ciuitates Auſonidũ, M. Pellio, & C. Sulpitio cõſulibus, ab eiſdem proditione captas, & ferè deletam Auſoniã gentẽ, & ſic illa particula Italię fuit Auſonia. Ego hunc Auſoniũ puto eum Latinũ fuiſſe, quem Circes & Vlyſſis uolunt quidam fuiſſe filium ex Marica nympha ſuſceptum, dicens, cum teſte Seruio, Marica dea ſit littoris Minturnienſium iuxta Lyris fluuiũ. Nos & ſi multi ex Iouis prole ſuperſint, finẽ huic facientes libello, paululum quieſcamus.

*Auſonem alij uocant, ut & Commentarius in Apollonium lib. 4. Cum Auſonia dicta eſt, inquit,* ἀπὸ αὔσονος τοῦ ὀδυσσέως καὶ καλυψοῦς.

Libri undecimi finis.

B






# GENEALOGIAE DEORVM GENTILIVM LIBER DVODECIMVS.

## Procœmium.

SI POST longum prædeſtinati agri diſcurſum, rex illuſtris, &ſi iter in finem non uenerit, cōceditur aurigæ diſcreto anhelos equos curſu dimouere, & illos aliquantiſper uagos exonerare ueſicam permittere, & recenti fluuio, atq; florido recreari prato, dum ipſe apud mercennarium hoſpitem potu ſibimet parcit & ſomno. & aratori inſtructo, quamquā omnis ager uomere ſciſſus non ſit, parte adhuc diei ſuperſtite iugo boues ſoluere, & in quietem & paſcua ire permittere, dum ipſe leni blandiente aura fuſca ſub nemorū umbra, iam ſatur cantu rudi, duros conatur obliuiſci labores. Nec nō & egregio bellorū duci poſito in finem certaminis itum non ſit, feſſos & ſanguine graues dato ſigno reuocare milites, ut & à periculo cladis retrahat, & reſtauratis ocio uiribus, eos alias in hoſtes acriores immittat. Quis mihi nō eſſe fas dicet, eſto in finem numeroſæ prolis Cretenſis Iouis non uenerim, parte tamen maxima recitata, ſubſiſtere paululum, & quaſi ad certam uenerim metam reſipiſcere? Nemo arbitror iuſte, morem igitur aliorum ſecutus nō aliter quàm in certum & inſignē terminum deueniſſem. Labore attritus in Auſonium littus quamuis importuoſum ſubſtiti, arbitratus inſuper, quod breuioribus diſtinguitur ſignis, intellectu facilius capitur, & tenacius memoriæ commendatur. ibidem dum non feſſos oculos in circuitu ducerem, cœpi ueterum proſpectare ueſtigia rerum. Hic enim ueteres Cumæ Chalcidēſium opus, Dædali templum, Miſeni tumulus atq; Iuliæ aquæ admiratione tenebant animum. & ex oppoſito Inarime uetus ſimiarum hoſpitium, & ex Inarime excuſſa prochita diſtrahebāt. Sic ſonantes reuolutionibus æſtuantium fluminum Vulturni fauces atq; lyris Fuſini nebulæ & Linterni paludes exilio, & morte ampliſſima uiri primi Africani nobilitatę, & in cōſpectu ferè. M. Scauri uillula ſuo adhuc inſignis nomine, atq; Formiarū ferè deleta ueſtigia, & longiuſcule in radicibus montiū Calenus, Stelenates, atq; Cāpanus agri mira fertilitate conſpicui, & ſupereminētia agris oppida Sueſſa, Theanum, Sidicinū, Caſelinum, Theleſiæ, & alia plura tam Romanorū quàm Carthaginenſium monimenta, necnō & multa, quorū longa magis quàm utilis huic operi eſſet hiſtoria. O quàm lętabar animo Italiā meam uidere, claris operibus non tantū æquaſſe, ſed loquacē ſuperaſſe Græciam? Verum cum iam breui quiete recreatus animus uires in laborē promitteret, reintraui uolens mare ueliuolū, & in Phrygiā uſq; deuectus ſumpſi mentem Tantali, aliorumq; quorundam ex filiis Iouis prolem exquirere atq; deſcribere. Quōd ut peragā ille faciat precor, qui ad ictum uirgæ ſeruitoris ſui Moyſi ſitienti populo aquas affluenter emiſit ex rupe.

## De Tantalo. xxx. Iouis filio, qui genuit Niobem & Pelopem. Cap. I.

TAntalus, ut dicit Lactantius, filius fuit Iouis ex Plote nimpha ſuſceptus. Hūc dicit Euſebius Phrygum fuiſſe regem regnāte Erithreo Athenis. Et huic ob raptū Ganymedem bellum fuit aduerſus † Troium Dardanię regē, & Ganimedis patrem. Volunt præterea hunc deos in conuiuio habuiſſe, eisq; ut experientiam deitatis eorum aſſumeret occiſo filio illum membratim diſcerptum coctumq; appoſuiſſe comedendū, qui cum abhorruiſſent cibum, non ſolum abſtinuere, ſed collectis in unum membris puerum in formam priſtinā reduxere, & reuocata per Mercurium ab inferis anima, eam illi reſtituere. Sanè cùm aduerterent humerū deeſſe puero, quem deuorauerat Ceres, loco conſumpti eburneū refecere. Tantalū autē deiecere ad inferos, taliq; dānauere ſupplicio, ut fluuio ad os uſq; demerſus, ſiti uexaretur aſſidua, & dum os forte declinaret in potū, aquæ fluminis etiam declinarent in tantum, ne illas poſſet attingere. Deſuper autē arbores pomis onuſtas addidere, quæ ad os eius uſq; deſcēderent, ipſe tamē ingenti & cōtinua percitus fame dum illa carpere conaretur, ſe tamdiu

† a als Troem.

extollerent, quamdiu ipſe ut contingeret laboraret. Et ſic factũ eſt, ut inter poma & aquas poſitus fame ſitiq́ꝫ uiuens depereat infœlix homo. Nunc quid ſentiendũ ſit ex his aduertendum, & conceſſo eum Iouis fuiſſe filium, ſeu uerum, ſeu ob aliquam ſimilitudinem attributum. Et quæ ad Ganymedem ſpectant, ubi de Ganymede poſita ſint. Dico eum ob id diis filium appoſuiſſe dictum, quia cum auariſſimus homo fuerit, & rem domeſticam plurimum augere curauerit, frumenta, ex quibus popularem exhauriebat pecuniã, non aliter quam filiũ diligebat, quæ tunc diis appoſuit dum cultis agris iniecit, & iniecta quidem ſulcis in conſpectu ſuperorum ſunt, quæ eiſdem agentibus ſuperis in frugẽ uenientia priſtinam reaſſumunt formam. Verum humerus, ideſt ſemẽ deuoratus à Cerere ideſt terra cõſumptus eburneus reſtauratur, dum increſcente ſegete nutrimenti robur immittitur. Supplicium autem huius oſtendit liquido auari hominis deteſtabilem uitam. Dicit enim Fulgentius Tantalum interpretari uiſionem uolentem, quod optime cõpetit unicuiqꝫ auaro, non enim aurum & amplam ſuppellectilem cõgregat, ut eis utatur, quinimo ut illam intueatur, & cum pati non poſſit ſibi, quid boni ex congeſtis diuitiis facere eis immixtus fame periclitatur & ſiti.

*De Tantalo Didym. in Odyß. Λ. ſic* τάνταλος διὸς καὶ πλϐτϐς συνδιατρίβων τοῖς θεοῖς καὶ συνεσθόμενος, αὐτοῖς ἀπλήστως διετέθη, κλέψας γὰρ τὸ νέκταρ, καὶ τὴν ἀμβροσίαν οὐκ ἐξὸν αὐτῷ ἔδωκε τοῖς ὁμήλιξιν ἐφ' οἷς ἀγανακτήσαντα τὸν δία ἐκβαλεῖν αὐτὸν τῆς ἐν οὐρανῷ διαίτης, καὶ ἐξαρτῆσαι ὑπὸ ὄρους ὑψηλοῦ, ἐκ δεδεμένων τῶν χειρῶν, καὶ τὴν σίπυλον ἔνθα ἐκεκηδεύσατο ἀνατρέψαι ἱστορία παρὰ ἀσκληπιάδῃ. *Diodorus lib. 5. ait, ideo ad inferos detruſum, quia deorum ſecreta effutiuerat.*

## De Niobe Tantali filia & Amphionis coniuge. Cap. II.

NIobe filia fuit Tantali & Taygetæ, ut apud Ouidium ipſa teſtatur dicens, Mihi Tantalus autor, Cui licuit ſoli ſuperum contingere menſas. Pleiadũ ſoror eſt genitrix mea, &c. Sed ſalua reuerẽtia Ouidii. pater huius non fuit ille Tantalus, qui amicus deorum fuit. Nam ille fuit homo pius & Corinthiorum rex & tempore prior. Lactantius autem dicit hanc filiam fuiſſe Tantali & Penelopis. Hæc ut placet Theodõtio nupta fuit Amphioni regi Thebarum, ut faueret Amphion partibus Pelopis bellum gerentis aduerſus Oenomaum Elidis regem & Piſæ. Ex quo Amphione ipſa peperit ſeptem filios, totidemq́ꝫ filias. eſto Homerus in Iliade tantum duodecim fuiſſe filios dicat. hæc elati ſpiritus mulier ſacrificantibus Thebanis iuſſu Manthonis filiæ Tyrheſiæ latonæ cœpit eos acriter increpare uerbis, & ſe Latonæ præferre, quam ob cauſam indignata Latona & filiis queſta factum eſt, ut ludentibus filiis, atqꝫ filiabus in campis Apollo filios, & Diana filias occideret, qui apud Sipylum montem fuere ſepulti. Niobe autem orbata uiro & filiis apud urnas eorum in lapidem uerſa obriguit. De filiis & Amphione ſupra dictum eſt. Eam autem in lapidem uerſam Tullius, ubi de quæſtionibus Tuſculanis fictum arbitratur, propter eius æternum in luctu ſilentium. Verum huic fictioni Theodontius addit, dicens eius adhuc ſtatuam in Sipylo apparere lapideam, & adeo triſtem, ut lachrymis exiſtimetur deficere, quod præter naturam non eſt. Potuere quippe ueteres ad memoriam ingentis infortunii ſuperbę mulieris in Sipylo lapideam appoſuiſſe flentis mulieris ſtatuam, & cum frigidæ complexionis ſit lapis inſurgentibus in eum uaporibus ex terra humidis lapidis frigiditate ſoluuntur in guttas aqueas ad inſtar lachrymarum, & hinc forſan arbitrantur ignari Niobem adhuc flendo deficere.

## De Pelope Tantali filio, qui genuit Lyſidicem, Atreum, Thieſtem, & Plyſthenem. Cap. III.

PElops filius fuit Tantali & Taygetæ, & ut ait Barlaam homo bellorum fuit, & inſignis plurimum. Qui cum apud Phrygas regnaret bellum habuit aduerſus Oeconomaum regem Elidis atqꝫ Pyſæ, quod quidem memorabile fuit, & permaximum, ut ſcribit Thucydides. Belli cauſam dicit Paulus fuiſſe



fuiſſe Hippodamiam Enomai filiam à Pelope dilectam, atqꝫ in coniugium poſtulatam & denegatam. Dicit enim Seruius huius Hippodamiæ multos fuiſſe petitores ob inſignem eius pulchritudinem, quibus ab Oenomao ea lex indicta eſt, & id inde ſequutum quod ſupra ſcribitur, ubi de Hippodamia. Sed Barlaam dicit non ſic ſe habuiſſe negotium, quinimo cum Pelopi uideretur inhumana conditio, aduerſus Oenomaum arma mouit, & magnis hinc inde conuocatis ſubſidiis, fraude Myrtili præfecti armorum Oenomai, aſtutia Pelopis corrupti eum ſuperauit. & ſic Hippodamia & regno potitus Myrtilum poſtulantem proditionis præmium deiecit in mare. Hunc dicit Euſebius in libro temporum Hippodamiam uxorem duxiſſe regni Priti Argiuorum regis, anno decimo quarto, qui mundi fuit annus. iii. mil. octingenteſimus quinquageſimus ſeptimus & paulo ante dicit regnante Lynceo Argis Pelopẽ apud Argos regnaſſe annis quinquaginta tribus, & eos à ſuo nomine Peloponnenſes denominaſſe. Dicit etiam Acryſio regnãte Argiuis Pelopem olympiis interfuiſſe, & poſtea aduerſum Ilion arma mouiſſe, eumq́ꝫ à Dardano expugnatum, anno mundi. iii. mil. octingenteſimo octuageſimo primo. cum legatur diu ante fuiſſe Dardanũ. Ego autem tam diſcordantium opinionum ueritatem ignoro. huic ex Hippodamia plures fuere filii.

*Commentar. Homeri, addit etiam alia fabulæ. Nempe Pelopem habuiſſe duas uxores, & ex priore ſuſtuliſſe filium Chryſippum, quem cum ualde amaret, nouerca eius Hippodamia indigne id ferens, liberos ſuos Atreum & Thyeſtem impulit, qui illum interfecerunt, ob quam rem poſtea ipſi quoqꝫ à patre Pelope ex patria depulſi ſunt, nec Piſas redierunt, donec mortuo Pelope Atreus regno ſucceßit. Item alio loco longam fabulam de Cilla auriga Pelopis narrat, qui in itinere, antequam Pelops, ad Oenomaum ueniſſet ad certamen, obiit, cuius nomine Cilla oppidum Pelops condidit, templumq́ꝫ Cillei Apollinis.*

*Fuit & Alcathous filius Pelopis, qui cædis Chryſippi fratris ſuſpectus Megarã uenit, occiſoq́ꝫ leonẽ, qui Citheronius à loco dicebatur, multosq́ꝫ & in ijs Megarei regis filium Enippum necarat, aſcitus Megareo gener in regno ſucceßit. autor Direchidas, ut citatur à Parrhaſio, & ab hoc Alcathoi urbem Megaram uocauit Ouidius.*

## De Lyſidice Pelopis filia & Electrionis coniuge. Cap. IIII.

LYſidicen dicit Lactantius ex Hippodamia filiam fuiſſe Pelopis & Electrioni nuptã, ac ex eo Alcmenam peperit Herculis matrem.

*Alij inter quos & commentar. Homeri eſt. Matrem Alcmenes, non Lyſidicen Pelopis, ſed Anaxò Ancæi cuiuſdam filiam dicunt, Vide in Iliad. Ξ. Lyſidicem Plutarchus matrẽ Alcmenes facit, ſororem Pitthei ex Pelope & Hippodamia, Vide in uita Theſei.*

## De Atreo filio Pelopis, qui genuit Alceonum, Melampum, & Euiolum. Cap. V.

ATreus Pelopis & Hippodamiæ fuit filius, qui ut ex uerbis Senecæ poetæ in tragœdia Thyeſtis percipi poteſt, unà cum Thyeſte fratre apud Peloponneſum regnauit, alternis tamen uicibus, ſed tandem inter eos nata diſcordia eſt, cuius talem dicit Lactantius fuiſſe cauſam. Conſtat enim, ut ſupra dictum eſt à Pelope Myrtilum Mercurii filium in mare deiectum atqꝫ necatum, quod ægre ferens Mercurius, inter Atreum & Thyeſtem tantum iniecit Zizanię, ut hoſtes efficerentur. Inſuper erat apud Atreum aries, de quo ſic Seneca tragicus. Eſt Pelopis altis nobile in ſtabulis pecus Archanus aries ductor opulenti gregis. Huius per omne corpus infuſa coma dependet auro, Cuius è tergo noui aurata reges ſceptra Tantalia gerũt. Poſſeſſor huius regnat, hunc tantæ domus Fortuna ſequitur tuta ſepoſita ſacer. In parte carpit prata quæ claudit lapis. Fatale ſacto paſcuum muro tegens. &c. Hunc habere cupiens Thyeſtes arbitratus eſt poſſe per concubitum Aërope Atrei coniugis obtinere, nec defuit ſceleri locus. nam ex ea & filios concepit, & illam eripuit uiro, ex quo in bellum uenere, fratres & pulſus regno Thyeſtes eſt. Sed Atreus non contentus fratris exilio illum

ficta gratia reuocauit, & credulo tres filios decoctos in cõuiuio appoſuit, & eorũ ſanguinem poculis mixtum illi dedit in potum, repletoq; tam ſceleſto cibo capita manusq; natorum infœlici patri iuſſit apponi, atq; quid cõmediſſet detegi. Quod cum fieret, aiunt, ſolem ſurgentem in ortum retroceſſiſſe, ſcelus uidere fugientem. Hunc tamen Atreum, ut dicit Lactantius, Aegiſtus, Thyeſtis filius interemit. Aureum uellus in hac hiſtoria fictũ ſic intelligendum arbitror, ut intellexiſſe uidetur Varro, ubi de agricultura dum dicit pecudes propter caritatem aureas habuiſſe pelles, ut argis Atreis, quam ſibi Thyeſtem ſubtraxiſſe queritur, &c. Vel potius pro ariete iſto auri uelleris, theſaurus intelligendus, quo reges plurimum ualent, & abſq; quo opportuni ſumptus ad bella & ad ſplendorem re-

b gium ſuſtentandũ fieri non poſſunt. Sol autem in ortus ſuos reuolutus eclypſim ea tempeſtate fuiſſe demonſtrat, quæ cum eſſet hominibus incognita monſtruoſa uiſa eſt. Dicit tamen Lactantius hanc ab Atreo Mycenis prædictam & primitus adinuentam, cuius cum cerneret approbari dicta Thyeſtes inuidens ex urbe diſceſſit.

a *De hoc Ariete Græci fabulantur, cum Atreus aliquando uouiſſet, ſe quod optimum atq; pulcherrimum inter greges ſuos naſceretur Dianæ imolaturum eße, Aureum illi ariëtem natum, quem cum uoti pœnitentia ductus, incluſum ſeruaret, multaq; ad populum de eo theſauro iactaret, Thyeſtem inuidiſſe & corrupta uxore Atrei, Acrope, ab illa Arietem abſtuliße. Deinde cum rurſum de Ariete contenderent inter ſe Atreus & Thyeſtes, eò utrinq; itum, ut penes quem Aries illi foret, idem regni ſummam teneret. Atq; ibi cum Thyeſtes ſuperaturus erat, huius conſilio factum eße, ut ſol contrario curſu eo die ab occidente in Orientem iret. Itaq; quaſi etiam diuinitus cupiditate & auaritia Thyeſtis improbata, regnum Atreo relictum, & Thyeſtes inde expulſus eſt, Vide Commentar. Homer. in Iliad. ß.*

b *Hic Ouidius, Si non Acropen ſceleratus frater amaßet Auerſos ſolis non legeremus equos.*

De Alcmeone Melampo & Eolo filiis Atrei. Cap. VI.

*Lib. 3. de nat. deorum.*

ALcmeon Melampus & Eolus fuere fratres, & ut aſſerit Cicero ubi de naturis deorũ Atrei fuere filii, quos dicit apud Graios inter dioſcuros numeratos. Quamobrem celebres fuiſſe uiros credendum eſt, cum ex his fuerint Caſtor & Pollux, de eis autem nil amplius reperitur.

De Thyeſte Pelopis filio qui genuit Tantalum Plyſtenem Arpagigem Pelopiam & Aegiſtum. Gap. VII.

THyeſtes Pelopis & Hippodamiæ fuit filius, cui aduerſum fratrem Atreum quę dicta ſunt ſupra fuerũt odia, qui cum iam dicta paſſus eſſet à fratre, uindictæ auidus oraculum conſuluit, à quo reſponſum habuit ex ſe & Pelopea filia ſua naſci poſſe qui filiorum ulciſceretur morté. Quod cum audiſſet, ut qui erat in ſcelera, & potiſſime in libidinem pronus, confeſtim in amplexus filiæ uenit, & ex ea filium ſuſcepit Aegiſtũ, qui poſteà interfecit Atreum, ſtuprauit Clitemneſtram etiam Agamemnonem interemit.

De Tantalo Plyſthene & Arpagige filiis Thyeſtis. Cap. VIII.

TAntalus Plyſthenes & Arpagiges filii fuerunt Thyeſtis ex cõiuge Atrei ſuſcepti, ut per uerba Senecæ poetæ in tragœdia Thyeſtis compræhẽditur, eſto duos tantum nominet Tantalum ſcilicet dum dicit. primus pietati ne deeſſe pietatem putes auo dicatur Tantalus prima hoſtia eſt. deinde nominat Plyſthenem dicens. Tunc ille ad aras Plyſthenẽ ſæuus trahit. Adicitq; fratri &c. Tertium puerum uocat dum dicit ferrumq; gemina cæde perfuſum tenens. Oblitus in quem rueret infeſta manu; Exegit ultra corpus ac puer ſtatim Pectore receptus enſis à tergo extitit. Cadit ille &c. Tertium hunc puerum Theodontius dicit Arpagigem nuncupatum, & ſic ex eis præter patrui crimen & patris eſcam nil legitur.

De Pelopea Thyeſtis filia. Cap. IX.

*Mem. & Ser. in. 6. Aeneid. item in. 11.*

PElopea dicit Lactantius filia fuit Thyeſtis, ex qua matre non dicit. hanc ut ipſemet Lactantius aſſerit, Thyeſtes reſponſo deſuper dicto habito oppreſſit, & ex ea filius natus eſt, quem ipſa rubore ſceleris confeſtim feris expoſuit. Et ſic apparet ob luxuriam





Thyeſtis non ob reſponſum oraculi à Thyeſte in concubitum filiæ itum, reſponſum autem oraculi ad palliandam Thyeſtis ignominiam poſt cædem ſuorum ab Aegiſto factã compertum eſt.

De Aegiſto Thyeſtis filio. Cap. X.

AEgiſtus filius fuit Thyeſtis ex Pelopea eiuſdẽ Thyeſtis filia, ut ipſemet teſtatur in tragœdia Senecæ dicens. Coacta fatis nata fert uterum graue. Me patre dignum uerſa natura eſt retro &c. Hic quamcito natus fuit à matre ob pudorem ignominioſi criminis in ſyluas deiectus eſt, ut delaceratus à beluis turpidinis aui parentisq; atq; matris pariter & ſororis uiuens, teſtimoniũ non præſtaret Sed aliter factum eſt. Nam ſeu beneficio paſtorum, ſeu ſic permittente deo caprarum ſponte contigerit à capris ubera præſtantibus in ſyluis nutritus eſt, & inde dictus Aegiſtus ab ege, ſcilicet capra nutrice. Is tãdem à ſuis cognitus & in regiam deductus dum creuiſſet eſſetq; in paruo precio rerum præteritarum iam conſcius ſeu patre impellente, quod magis creditur. ut Lactantio placet, Atreum occidit, cui Thyeſtes occupata regia ſucceſſit, tandem iam Thyeſte mortuo cum regnarent Agamemnon & Menelaus & ob raptam Helenam in Troianum iuiſſet excidium Aegiſtus, ut Leontio placet, ſuaſionibus Nauplii in amplexus optantis Clitemneſtræ deuenit, & poſtremo redeuntem Agamemnonem à deſolatione Ilionis immane auſus facinus illũ fauente Clitemneſtra trucidauit, & regiam Pelopis ſeptem tenuit annis. Ad ultimum ab Oreſte Agamennonis filio unà cum adultera Clitemneſtra nulla remanente ex eo ſuperſtite obtruncatus eſt. a

*De hac re Homeri, uide Odyßea. 3. & 4.* a

De Plyſthene Pelopis filio, qui genuit Agamemnonem & Menelaum. Cap. XI.

PLyſthenes, ut ait Theodontius filius fuit Pelopis & Hippodamiæ, qui cum iuuenis moreretur Agamemnonem & Menelaum filios ſuos paruulos commendauit Atreo fratri ſuo, qui illos ſuſcepit, & in filios educauit, & ob id abolita tractu temporis Plyſthenis memoria Atrei filii habiti ſunt, & Atrides ab omnibus appellati.

*Quidam Phyliſthenem ſcribunt.*

De Menelao Plyſthenis filio, qui genuit Hermionam & Megapenthem. Cap. XII.

MEnelaus Lacedæmonum rex, ut Theodontio placet, filius fuit Plyſthenis et frater Agamemnonis. hos Seneca in tragœdia Thyeſtis uidetur omnino tenere filios fuiſſe Atrei in cuius perſona ſic ait. Conſilii Agamemnon mei ſciens miniſter fiat, & patris cliens. Menelaus aſſit prolis incertæ fides. Ex hoc petatur ſcelere ſi bella annuunt, & gerere uolunt odia, ſi patruum uocant pater eſt, &c. Et ſic Atrei ex Aerope uidentur filii, teneat quod mauult lector. Menelaus autem, ut Euſebius oſtendit in libro temporum, Atreo & Thyeſte uiuentibus Lacedæmonum rex dictus eſt, anno mundi. iii. mil. octingenteſimo nonageſimo ſeptimo. Cum Agamemnõ qui Thyeſti ſucceſſit ſecundum Homerum regnare cœperit Mycenis anno mundi. iiii. mil. ſeptimo fuit huic Helena Iouis filia coniunx, quã anno primo regni Agamemnonis, & ſecundum Euſebium decimum Menelai, ut ait Dares Phrygius, abſente Menelao, qui ad Neſtorem pylon iuerat, Paris legatus miſſus ad Caſtorem & pollucem rapuit ex inſula Cytherea ſub oppido Heleno, ea etiam conſentiente, exiſtentibus fratribus & Hermiona apud Agamemnonem. Dites uero dicit illo tunc Menelaũ cum Agamemnone Cretam iuiſſe diuiſuros theſauros, quos ibi depoſuerat Atreus. Hinc factum eſt, ut fratris conſilio Menelaus conquereretur Græcis principibus. Verum cum fruſtra legationibus obſidione demum repetita eſt Helena, & poſt decenniũ fraude magis quam uiribus capta Troia reaſſumpta eſt & reſtituta Menelao, qui cum ut cæteri nauim intraſſet patriam petiturus tempeſtate actus, ut ſcribit Euſebius, ad Thuorim

regem Aegypti, quem Polybium appellat Homerus cum ea deuectus eſt, & à Protheo uate, ut per Homerum patet in Odyſſea, conſilio ſumpto poſtquam octo annis erraſſet in Lacedæmoniã rediit Agamemnone diu ante cęſo, & illis forte diebus Aegyſtho. Qui tandem illi ſucceſſerit, quo uel qua morte diem clauſerit non inueni.

*Commentari. in.1. Iliados. Agamemnon, ( quod idem de Menelao intelligendum eſt ) ſecundum Homerum, inquit Atrei & Aëropes, ſecundum Heſiodum autem Pliſthenis filius dicitur, genere Mycenæus. Hic deleto Ilio, domum reuerſus ab Aegyſtho, qui eius uxorem interea adulterio uſurpauerat, Conuiuio acceptus, dolo occiſus eſt. Tragici autem dicunt ub uxore Clytemneſtra occiſum, cum illa ueſtem, quæ foramen per quod exeri caput ac collum poſſet non habebat, illi induendam obtuliſſet, itaq; impeditum & intricatũ interemiſſet. Idem lib.2. Iliad. Atreus, inquit Peloponneſi rex, cum haberet liberos ex Creuſa, uel ut alij ex Aërope, Agamemnonem & Menelaum, moriens patri Thyeſtæ reconciliato regnum tradidit ea conditione, ut poſtquam Agamemnon adoleuiſſet, illi idem reſtitueret. Quod feciſse eum ex Homero patet, ubi ait Thyeſtem Agamemnoni ſceptrum tradidiſſe.*

## De Hermiona Menelai filia & Pyrrhi, & inde Oreſtis coniuge. Cap. XIII.

HErmiona, ut Ouidius teſtatur in epiſtolis Menelai fuit filia ex Helena. Hæc autem Oreſti filio Agamemnonis deſponſata fuit. Porrò Pyrrhus cum occiſo Agamemnone regiam occupaſſet Aegyſthus, & fugiſſet Oreſtes, Andromacha olim Hectoris coniuge, quam à Troia duxerat, Heleno cõceſſa, hanc Oreſti ſubripuit & ſibi coniugio copulauit, attamen eo poſtea ab Oreſte occiſo in eiuſdem Oreſtis coniugium rediit ei'q; peperit Oreſtem filium.

## De Megapenthe Menelai filio. Cap. XIIII.

MEgapenthes dicit Theodontius filius fuit Menelai ex Lydia captiua ſuſceptus poſt raptam Helenam, quod Homerus teſtari uidetur in Odyſſea dum dicit. Filio autem à ſparte Alectoris accepit filiam. Qui ipſi unigenitus fuit fortis Megapenthis à ſerua. Helenæ autem dii filium non dederant, poſtquam primo genuit Hermionam filiam deſideratiuam, quæ formam habebat aureę Veneris. Et ſic per hos patet etiam Menelaum Magapenthi coniugem dediſſe filiam Alectoris ſpartani, cuius nuptias celebrantem Telemacus Vlyſſis filius ueniens ex Ithaca comperit.

*Verſus Homeri ſunt Odyß. Δ.* υἱεῖ δὲ σπάρτηθεν ἀλέκτορος ἤγετο, κούρην. ὅς οἱ τηλύγετος γένετο κρατερὸς μεγαπένθης ἐκ δούλης. *&c. Eius autem filiæ Alectoris nomen alij tradunt Iphilochen alij Echemelum. Ipſum autem Alectorem Argei filium dicunt, Argæum autem Pelopis. Quod autem ex Homero dicitur Helenam non peperiſſe, poſt natum Hermionẽ id iuniores corrigunt, qui dicũt ex Paride Corinthum natum, ex Menelao autem Nicoſtratum, ut ait Didymus in Odyſſea.4. Porphyrio ex Menelao etiam Diæthum & Morraphionem, à quo gentem Moraphiorum quæ in Perſis eſt, deducit addit. Et Nicoſtratus* κινάιθων *inquit, &* αἰθιόλα παρὰ λακεδαιμονίοις ἑλένης παῖδας τιμῶνται.

## De Agamemnone, Plyſthenis filio, qui genuit Iphigeniam, Chryſothemim, Laodicem, Iphianaſſam, Electram, Aleſum & Oreſtem. Gap. XV.

AGamemnõ Plyſthenis fuit filius, ut ſupra, & Atreo paruulus derelictus, fuit hic Mycenarum rex & Thyeſtis ſucceſſor, ut in Iliade etiam ſentire uidetur Homerus, ubi de ſceptro Agamemnonis, multos deſcribit uerſus ferè hoc dicentes. apud Troiam in concione Græcorum præſidens Agamemnon ſceptrum tenebat, quod Vulcanus artifex fecerat, illud'q; dedit Ioui Saturnio. Poſtea Iuppiter conceſſit Diactoro argiphonti. Hermias autem rex dedit Pelopi plexippo, poſtea Pelops dedit Atreo, qui moriens Thyeſti bellicoſo reliquit, qui Thyeſtes reliquit Agamẽnoni multis inſulis & argo imperanti. &c. In quibus uerbis non ſeruatur Genealogiæ deſcriptus ordo, quem latinorum autoritatem deſcribens ſequutus ſum. Cœpit autem regnare



nare Agamemnon ſecundum Euſebiũ anno mundi. iiii. Mil. vii. quo anno Helena rapta eſt. & Græcia omnis in Troianos excitata pari omnium conſenſu congregatis in aulide nauibus, & exercitui imperator factus in bellum perrexit. Clitemneſtra cõiuge relicta ex qua iam plures ſuſceperat filios, & apud Troiam labores multos paſſus. quorundam etiam principum ſimultates pertulit, quibus agentibus imperio depoſitus eſt, & illi Palamedes ſuffectus, qui crimine Vlyſſis occiſus Agamemnon maiori ſua gloria in imperiũ reaſſumptus eſt, quam ignominia depoſitus. Suſtinuit præterea indignationes Achillis ob Bryſeidam illi à ſe ſublatam. Tandem capto Ilione atq; diruto, cum illi ceſſiſſet in ſortem cum præda plurima Caſſandra Priami filia naues in patriam rediturus aſcendit. Verum tempeſtate actus ferè per annũ errauit, ut ſcribit Homerus, antequam ueniret in patriam. Interim autem, ut idem teſtatur Homerus, Aegiſtus Thyeſtis filius cum tacite omnia occupaſſet, poſitis per littus ſpeculatoribus, & audito ab eis Agamemnonis reditu uiginti ex amicis ſuis in inſidiis poſuit, & ipſe cum comitatu reliquo ficta amicitia illi obuius factus eſt, & ingens ei parauit conuium. In quo Clitemneſtræ conſenſu illum cum ſociis epulantem occidit. Seneca autem poeta aliter de morte eius ſentire uidetur, ea in tragœdia, cuius titulus eſt Agamemnon. dicit enim Clitemneſtrã acri dolore agitatã, quod Caſſandram Agamemnõ ſecum traheret. Ego autem credo commiſſi ſceleris timore, & cum Aegiſto adultero, eſto primo diſcorde, ſed in concordiam, ut percipitur reuocato ea die, qua in patriam intrauit domum parato Clitemneſtra conuiuio, & ipſe Agamemnon dum picta ueſte ſublimis iaceret Priami ſuperbas corpore exuuias gerens ei detrahere cultus hoſtiles uxor iubet, & induere potius coniugis fidelis manu textos amictus. Verum induta ueſtis exitum manibus negat, caput'q; laxi & inuii claudunt ſinus, & tunc haurit trementi ſemiuir dextra latus Agamemnonis, eum'q; interfecit ueſte inuia inuolutum.

*Deſcriptio ſceptri iſtius eſt Iliados B.*

ἀνὰ δὲ κρείων ἀγαμέμνων ἔστη
σκῆπτρον ἔχων, τὸ μὲν ἥφαιστος κάμε τεύχων,
ἥφαιστος μὲν δῶκε Διῒ κρονίωνι ἄνακτι,
αὐτὰρ ἄρα ζεὺς δῶκε διακτόρῳ ἀργειφόντῃ
Ερμείας δὲ ἄναξ, δῶκε πέλοπι πληξίππῳ,
Αὐτὰρ ὁ αὖτε πέλοψ δῶκ' ἀτρέϊ ποιμένι λαῶν
Ατρεὺς δὲ θνήσκων ἔλιπε πολύαρνι θυέστῃ
Αὐτὰρ ὁ αὖτε θυέστ' ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆναι
Πολλῇσι νήσοισι καὶ ἄργεϊ παντὶ ἀνάσσειν.

## De Iphigenia Agamemnonis filia. Cap. XVI.

IPhigenia Agamemnonis filia fuit, ut in Agamemnonis tragœdia, teſtatur idem Seneca. Hanc tamen alii Iphianaſſam uocant, ut Lucre. dicens, Aulide quo pacto triuiai uirginis arã Iphinaſſæo turparit ſanguine fœde. *Lib.1.* Hęc inſignis pulchritudine uirgo fuit, de qua Seruius talem refert hiſtoriã. Græci Troiam ituri cum ad Aulidem deueniſſent, Agamemnon Dianæ ceruũ occidit ignarus, quamobrẽ irata dea flatus uentorũ remouit, & ideo cum nauigare non poſſent, & peſtẽ inſuper ſuſtinerent, oracula conſulta dixerunt Agamẽnonio ſanguine Dianã eſſe placandã. ergo cum ab Vlyſſe per ſimulationẽ nuptiarũ adducta Iphigenia, & iam ut immolaretur eſſet altaribus admota numinis miſeratione ſublata eſt, & cerua ſuppoſita. Vnde Oui. Victa dea eſt, nubẽ'q; oculis obiecit, & inter Officiũ turbã'q; ſacri, uoces'q; præcantũ Suppoſita fertur mutaſſe micœnida cerua, &c. *12. Meta.* Virgo aũt, ut Seruius aſſerit, ad tauricã regionẽ trãſlata eſt, & Thoanti regi tradita, & in Dictyn Dianę ſacerdos effecta, & cũ ſecundũ ſtatutã cõſuetudinẽ humano ſãguine numẽ placaret. agnouit fratrem Oreſtẽ, quẽ diu nõ uiderat, qui accepto oraculo carendi furoris cauſa cũ amico Pylade Colchos petierat, & cũ his occiſo Thoãte ſimulachrũ ſuſtulit abſcõditũ faſce lignorũ, & ſic

& ſic ad Laconas Diana tranſlata eſt, Iphigenia reportante. Quid deinde de Iphigenia ſequutum ſit, nuſquam comperiſſe memini. Quod ſupra dictũ eſt Dianam, loco Iphigeniæ poſuiſſe ceruam, humanum fuiſſe artificium credendũ eſt, quod ut populus omnis Agamemnoni eſſet obediens adinuentum eſt, eum ſcilicet filiam imolaſſe, quæ medio in tumultu ſublata, ne fraus aperiri poſſet, in longinquam regionem tranſmiſſa, & ſub umbra ſacerdotii ſeruata eſt.

De Chryſothemi Laodice & Iphianaſſa filiabus Agamemnonis. Cap. XVII.

CHryſothemis Laodice & Iphianaſſa Agamemnonis fuere filiæ & Clitemneſtre (ut arbitror) cum ex eis unam, quam mallet Agamemnon apud Homerum Achilli offert dicẽs, Gener mihi erit, honorabo autem eum ſimilem Oreſti Qui mihi unigenitus nutritur abundantia in multa. Tres mihi ſunt filiæ in atrio benefacto Chryſothemis & Laodice & Iphianaſſa. Leontius tamen dicit hanc Iphianaſſam Iphigeniam eſſe, quod ego non credo. Quomodo enim dixiſſet Agamemnon Iphigeniã domi eſſe, quã ſciebat in ſacris pro uentis quærendis, aut occiſam, aut alibi clàm delatam.

*Iliados ι.* τρεῖς δέ μοι εἰσὶ θύγατρες ἐνὶ μεγάρῳ εὐπήκτῳ χρυσόθεμις, καὶ λαοδίκη καὶ, ἰφιάνασσα.

De Electra Agamemnonis filia. Cap. XVIII.

ELectra Agamemnonis & Clitemneſtræ fuit filia, ut liquido patet per Senecam in tragœdia Agamemnonis, in qua percipitur, quia ab Agamemnone Troiam eunti parua relicta ſit domi. Hæc cum patrem occiſum cerneret Strophilo Phocenſi Agamemnonis amico clàm commendauit Oreſtem, & inde matrem ob perpetratũ ſcelus increpauit aſpere, quam ob cauſam Clitemneſtra iubente in carcerem deducta eſt. Quid tandem ex ea ſequutum ſit legiſſe non memini.

*Sophocles cum Oreſte occiſa matre abijſſe dicit.*

De Haleſo Agamemnonis filio. Cap. XIX.

HAleſus filius fuit Agamemnonis, ut ſatis clare dicit Virgilius. Hinc Agamẽnonius Troiani nominis hoſtis Curru iungit Haleſus equos, &c. Ex qua tamen matre ſuſceptus ſit, in dubiũ uertitur. Nam alii dicũt eum ex Briſeida natum, alii ex Caſſandra, quod ego non credo. non enim ex Caſſandra natus potuiſſet aduerſus Aeneã fauiſſe Turno ætate non patiente. Hunc Theodontius arbitrari uidetur, cum Clitemneſtra ſenſiſſe aduerſus patrem, & ob id & Clitem-

Lib 7. neſtræ filium, & patria pulſum, qui quacumq; ex cauſa patriã liquerit in Italiam ueniſſe

Ouid.4.Faſt. Vir. aſſerit, & apud Maſſicum Campaniæ montem conſedit, ac inde tanquã Troiani nominis hoſtis uenit fauitq; aduerſus Aeneam partibus Turni. Ouidius uero ubi de Faſtis uidetur exiſtimare eum Faliſcos cõdidiſſe, & ob id dicit, Venerat atridæ fatis agitatus Haleſus. A quo ſe dictã terra Faliſca putat &c. Poſteritatis autem eius nulla extat memoria.

De Oreſte Agamemnonis filio, qui genuit Tiſamenem Corinthum & Oreſtem. Cap. XX.

ORestes Agamemnonis & Clitemneſtræ fuit filius, ut ſatis in præcedentibus oſtenſum eſt, huic dicit Theodontius Hermiona Menelai & Helenæ filia paruula adhuc deſponſata eſt, cum & ipſe paruulus eſſet. Hic tandem occiſo ab Aegiſto Agamẽnone ſtudio Electræ ſororis ſuæ à Strophilo Phocenſi clàm Mycenis ſubtractus & aſportatus atq; ſeruatus eſt, quærentibus eum in mortẽ matre atq; Aegiſto. Qui cũ tractu tẽporis excreuiſſet captato cõmodo Hermiona ſibi iam à Pyrrho ſubtracta in ultionẽ paternæ cædis ſurrexit, & Aegiſtũ adulterũ, cum .vii. iam regnaſſet annis, unà cum Clitẽneſtra matre occidit. Quo facto aiũt cõfeſtim in furiã deueniſſe, cũ ſibi uideret imminere occiſæ matris imaginẽ facibus & ſerpẽtibus armatã, & ei cõtinuũ minitantẽ exitiũ, ut dicit Statius, Armatam facibus matrẽ & ſerpẽtibus atris Cum fugit, ultricesq; ſedent in limine diræ &c. Cui Pylades Strophili filius, qui tempore paternæ



paternæ cædis tranſfuga erat, iunctus promiſſa illi ſalute, cum eo ad aram Dictynæ Dianæ in Colchos confugit, & ibi reſipuit Oreſtes, ſubmouitq; ab infeſtatione tali matrem, & ſorore cognita Iphigenia, quæ ibidem deæ ſacerdos erat, occiſo Thoante rege & ſimulacro deæ rapto atq; in faſce lignorum delato, ſecundũ quoſdam in regnum rediit, & fraude Macarei ſacerdotis Pyrrhum Achillis filium in templo Apollinis interemit, & ſibi Hermionem cõiugem reaſſumpſit. Alii uero uolunt eum antequam in regnum rediiſſet in Italiam deueniſſe, & haud longe à Roma apud Aritiam Dianæ ſimulacrum collocaſſe, & impia ſtatuiſſe ſacra. Sed quandocunq; hoc factum ſit, eum poſt occiſum Aegiſtũ regnaſſe annis .xv. affirmat Euſebius in libro temporum, & anno .xxi. regni Demophoontis regis Athenarũ occidiſſe Pyrrhum. Solinus uero in libro quem de mirabilibus ſcripſit, dicit eum poſt occiſam matrem profugum, Hermionam in omnes caſus habuiſſe ſociam. quo autem diem clauſerit, etiam in dubium uertitur. Cum dicat Seruius oſſa eius iam Roma condita ab Aritia Romam tranſlata, & ſepulta ante templum Saturni, quod eſt cliuum Capitolinum iuxta Concordiæ templũ. Solinus autem ubi ſupra dicit, quod Olympiade .lviii. oſſa eius à Spartanis oraculo monitis Tegei inuenta, & tantæ magnitudinis fuiſſe, ut implerent longitudinem cubitorum .vii.

*Vt etiam Silius uidetur uelle lib. 4. ubi Aritiam immitem, & aram Dianæ nominat.*

De Thyſamene Oreſtis filio. Cap. XXI.

THyſamenis † ut ſcribit Euſebius, filius fuit Oreſtis, & ei ſucceſſit in regno. *Tyßamenus Euſeb. habet*

De Corintho Oreſtis filio. Cap. XXII.

COrinthus filius fuit Oreſtis, ut dicit Anſelmus eo in libro, quem ſcripſit de imaginẽ mundi, in quo aſſerit eum Corinthum Achaiæ ciuitatem feciſſe, & ſuo nomine nũcupaſſe, & hoc idem affirmàt Geruaſius Tilliberienſis. Qui eſto noui ſint autores, nõ tamẽ paruæ ſunt grauitatis. Preterea & Iſidorus in libro Etym. dicit. Corinthũ in Achaia condidit Corinthus Oreſtis filius. Ego autem conditam non credo, ſed forte reſtauratam, cum ſcribat Euſebius in libro temporum eam diu ante à Siſypho conditã & Ephyram appellatam.

De Oreſte Oreſtis filio. Cap. XXIII.

ORestes, ut Solinus de mirabilibus mundi teſtatur, filius fuit Oreſtis ex Hermione, & ab eo affirmat populos, qui Oreſtides appellãtur denominatos dicens ſic. Mycenis profugus matricida cum abſceſſus lõgius deſtinaſſet, na- *Cap. 14.* tum ſibi in Emathia paruulum de Hermiona, quam in omnes caſus ſociã adſciuerat, hic mandauerat occulendum. Adoleuit & in ſpiritum regii ſanguinis, nomen patris ſui referens, occupatoq; quicquid eſt, quod procedit in Macedonicum ſinum & Adriaticum ſalum, quem cui imperitauerat Oreſtiam dixerat. De hoc ego nil ulterius legi, in longam tamen poſteritatem deueniſſe ſuos creditum eſt adeo, ut affirmet Trogus Pompeius Pauſaniam Philippi regis Macedonum occiſorem ab Oreſte originem duxiſſe, ſed quibus mediis, uetuſtate agente non reperitur.

De Dionyſio .xxi. Iouis filio. Cap. XXIIII.

DIonyſius, ut in libro de naturis deorum ſcribit Cicero, Iouis & Lunæ fuit fi- *Lib. 5.* lius, quem ego idem cum Baccho dicerem, ſi non eſſent in matre diſſimiles, cum ipſe idem Tullius fieri ei orgia arbitretur. Poſſibile tamen eſt, ut ſic ſit fictione mutata, dũmodo utrumq; pro uino non pro homine aſſumamus. Nam Iuppiter ideſt calor diei, & luna rore & humectatione nocte uites fouent, & ad incrementum atq; maturitatem uuas deducunt. Et ſic hic erit qui in culmine colitur Nyſæ, altero ex Parnaſi mõtibus uerticibus Baccho, eo quod uinetis abundet cõſecrato, & dicetur Dionyſius quaſi Nyſæ deus, nam διος Græce, Latine ſonat deus.

De Perſeo .xxii. Iouis filio, qui genuit Gorgophonem, Stelenum, Erythreum & Bacchemonem. Cap. XXV.

Perſeus

a Lib.4.Meta. PErſeus quem ueteres totius nobilitatis Græciæ patrem opinati ſunt, Iouis & Danaës Acriſii fuit filius, unde Ouidius. Non putet eſſe deum, nec enim Iouis eſſe putabat Perſea, quem Danaes pluuio conceperat auro. Qualiter autem ex Ioue & Danae natus, ubi de Danae in præcedentibus uideri poteſt. Is autem iam grandis, ut dicit Lactantius, Polydectæ regis imperio in Gorgonem expeditionẽ aſſumpſit, habuitq́ Pegaſum alatum equum, & Palladis ægidem, & talaria enſemq́ Mercurii, uolatumq́ cepit ex Apheſante monte, ut refert Statius Lib.5.Theb. ibi. Mons erat audaci ſeductus in æthera dorſo, & infra per.v.uerſus. Quam quidẽ Gorgonem prætenſa ægide pallantea uidit impune atq́ cõſiderauit, & uicit, eiq́ caput abſtulit, & Atlantem regem ſibi denegantem hoſpitium oſtenſo Gorgonis capite mutauit in ſaxum, inde remeãs in patriã, cum excelſo uidiſſet in Syrio littore circa regna Cephei Andromedam uirginẽ alligatã matris crimine & Ammonis ſententia ſcopulo, & ſic monſtro Marino expoſitã, flentesq́ parẽtes in littore, euolauit illuc, & cognita cauſa cum parentibus pactus eſt coniugium uirginis, ſi illam à belua liberaret, quod factum eſt. nam uenientem interemit. Inde celebrante eo nuptias cum Phineus Cephei frater, cui ante ſententiam puella deſponſata fuerat, eam repeteret, & ui conaretur tanquam ſuam auferre, De hac pugna. lib.5.Met. bellũ aduerſus eum iniuit. & cum multos ex hoſtibus occidiſſet, reliquos capite Gorgonis oſtenſo conuertit in lapides. poſt hæc Prætum aui ſui fratrem qui Acriſium regno pepulerat, transformauit in ſaxum, & regnũ auo reſtituit. In Perſas præterea bellum intuliſſe ferunt, & in eodem Liberum patrem aduerſum ſe conſiſtentem in prælio occidiſſe, ſubactamq́ nationem à ſe denominaſſe, ibiq́ Perſepolim regiam ciuitatem ædificaſſe, quam poſtea ut ſcribit Quintus Curtius de geſtis Alexandri, Alexander Macedo uino caleus & epulis demoliri fecit. attamen Acriſium auum, ut dicit Lactantius, in lapidem cõmutauit. Et inde dicunt eum unà cum Cepheo & Caſſiopia atq́ Andromeda cõiuge in cælum fuiſſe aſſumptum, & inter cæli ſidera collocatum, ut de imagine mundi teſtatur Anſelmus dicens, huic cõiungitur Cepheus rex & Caſſiopia uxor eius, cui aſſociatur Perſeus filius Iouis & Danaës habẽs iuxta ſe ſidus Andromedę &c. His appoſitis ad ſenſum fictionis ueniendum eſt. Perſeum equo Pegaſo uectum famæ cupidine tractum demonſtrat. Alii tamen uolunt eum ad tranſfretandum habuiſſe nauim, cui inſigne uel nomẽ fuerit Pegaſus. Scutum Palladis accipiendum reor pro prudentia, qua & hoſtiũ acta conſideramus, & noſipſos ab eorũdem inſidiis telisq́ protegimus. Mercurii talaria uelocitatem & uigilantiã in agendis ſignificare reor. Sic & enſis recuruus & à parte exteriori acutus oſtendit, quoniam bellorum tempore & prædas hoſtiũ ad nos trahere debere, eosq́ à noſtris amouere cædibus. De Gorgone autem & Atlante ſatis in præcedentibus, ubi de eis dictum eſt. Liberaſſe autem Andromedam à belua hiſtoriam reor, cum & in coſmo-Lib.1. graphia dicat Pomponius. Eſt Ioppe ante diluuium conditũ ut ferunt, ubi Cephea regnaſſe eo ſigno accolæ affirmant, quod titulum eius fratrisq́ Phinei ueteres quædam aræ cum religione plurima retinent. quinetiã rei celebratæ carminibus atq́ fabulis ſeruatæq́ à Perſeo Andromedæ clarum ueſtigium Marinæ beluæ oſſa immania oſtentat. hæc ille. Præterea & Hierony. preſbyter in libro, quem de diſtantiis locorum cõpoſuit dicit. Ioppe oppidum Palæſtinę maritimum in tribu Dan, ubi hodie quoq́ ſaxa monſtrantur in littore, in quibus Andromeda religata Perſei quondã uiri ſui fertur liberata ſubſidio. hæc Lib.9.c.5. Hieronymus. Plinius uero inter ſcriptores celeberrimus homo ſcribit. Beluæ, cui dicebatur expoſitam fuiſſe Andromedam, oſſa Romam apportata ex oppido Iudææ Ioppe, oſtendit inter reliqua miracula in ædilitate Marcus Scaurus, longitudine pedum quadraginta, altitudine coſtarum Indicos Elephantes excedente, ſpinæ groſſitudine ſexquipedali, & cætera. Perſeum autem hoſtes & Prætum in ſaxa uertiſſe capite Gorgonis oſtenſo nil aliud puto, niſi quia uictos diuitiis Gorgonis tacitos illos reddidit & imbelles. Acriſium autem auum conſtat per Euſebium in libro temporum aliter ſaxeum effeciſſe, nam ab eo non ſponte occiſus eſt, & ſic frigiditate perpetua lapidi ſimilis factus eſt.

Quod



Quod in cælis à Septẽtrionali plaga ſtellificatus luceat, ſententiam Tullii, ubi de quæſtionibus Tuſculanis, ſequendam puto, qui de eo & reliquis ait, Nec ſtellatus Cepheus cum uxore, genero, filia traderetur, niſi cæleſtiũ diuina cognitio nomen eorũ ad errorẽ fabulæ traduxiſſet. Hæc Tullius. Cæterũ de tempore eius ambigit̃ cum ſcribat Euſebius eum occidiſſe Gorgonẽ anno mũdi 3729. Tamen hoc eodem anno ſecundũ alios dicit eum cum coniuge in cælum raptum. Paulo poſt dicit anno ſecundo regis Cecropis, qui mũdi fuit 3857. eũ Gorgone occiſa aduerſus Perſas dimicaſſe. Nec multo poſt ſcribit anno 35. regni Cecropis Acriſium ab eo mortuum, & Argiuorum regnum in Mycenas tranſlatũ. quod ego uerum puto, cũm magis tempus conueniat rebus geſtis.

*Fabulã Perſei Higinius de ſtellis, & Eraſmus in prouerbio Orci galea deſcribunt. Cæterũ quando pleriq; tradunt Perſeũ unà cũ matre expoſitum mari, ad littus Appulum delatũ eſſe, ibiq; Pylumno Danaën nupſiße, ex eoq; Daunũ patrem Turni peperiſſe, libuit ex Pherecyde totã hanc fabulam, ut in Commẽt. Apollonij habetur, huc apponere:* a Φερεκύδης ἐν δωδεκάτῳ ἱστορεῖ ὡς ἀκρίσιος γαμεῖ εὐρυδίκην τὴν λακεδαίμονος, τῶν δὲ γίνεται δανάη. χρωμένῳ δὲ αὐτῷ περὶ ἄρσενος παιδὸς, ἔχρησεν ὁ θεὸς ἐν πυθοῖ, ὅτι αὐτῷ μὲν οὐκ ἔσται παῖς ἄρσην, ἐκ δὲ τῆς θυγατρὸς, πρὸς οὗ αὐτὸν δεῖ ἀπολέσθαι. ὁ δὲ ἐπανελθὼν εἰς ἄργος, θάλαμον ποιεῖ χαλκοῦν ἐν τῇ αὐλῇ τῆς οἰκίας κατὰ γῆς, ἔνθα τὴν δανάην εἰσάγει μετὰ τῆς τροφοῦ, ἐν ᾧ αὐτὴν ἐφύλασσεν ὅπως ἐξ αὐτῆς παῖς μὴ γένηται. ἐρασθεὶς δὲ ζεὺς τῆς παιδὸς ἐκ τοῦ ὀρόφου χρυσῷ παραπλήσιος, ῥέει. ἡ δὲ ὑποδέχεται τῷ κόλπῳ. καὶ ἐκφήνας αὑτὸν ὁ ζεὺς, τῇ παιδὶ μίγνυται. τῶν δὲ γίνεται περσεὺς. καὶ ἐκτρέφει αὐτὸν ἡ δανάη καὶ ἡ τροφὸς κρύπτουσαι ἀκρίσιον. ὅτε δὲ περσεὺς τριέτης ἢ τετραέτης ἐγένετο, ἤκουσεν αὐτοῦ τῆς φωνῆς παίζοντος. καὶ διὰ τῶν θεραπόντων μετακαλεσάμενος τὴν δανάην σὺν τῇ τροφῷ, τὴν μὲν ἀναιρεῖ. δανάην δὲ κατάγει σὺν τῷ παιδὶ ἐπὶ τὸν ὑπὸ τοῦ ἑρκίου διὸς βωμόν. μόνος δὲ αὐτὴν ἐρωτᾷ πόθεν εἴη αὐτῇ γεγονὼς ὁ παῖς. ἡ δὲ ἔφη ἐκ διός. ὁ δὲ οὐ πείθεται. ἀλλ' εἰς λάρνακα ἐμβιβάζει αὐτὴν μετὰ τοῦ παιδὸς, καὶ κλείσας καταποντοῖ. καὶ φερόμενοι ἀφικνοῦνται εἰς σέριφον τὴν νῆσον. καὶ αὐτοὺς ἐξέλκει δίκτυς ὁ περισθένους δικτύῳ ἁλιεύων. εἶτα ἡ δανάη ἀνοῖξαι ἱκετεύει τὴν λάρνακα. ὁ δὲ ἀνοίξας καὶ μαθὼν οἵτινές εἰσιν, ἄγει εἰς τὸν οἶκον καὶ τρέφει ὡς ἂν συγγενεῖς αὐτοῦ ὄντας. ἦσαν γὰρ ὁ δίκτυς καὶ ὁ πολυδέκτης ἀνδροθόης τῆς κάστορος καὶ περισθένους τοῦ δαμάστορος τοῦ ναυπλίου τοῦ ποσειδῶνος καὶ ἀμιμώνης, ὡς φερεκύδης ἐν πρώτῳ. *Hæc ex duodecimo Pherecydæ. Mox idem ex ſecundo eiuſdem autoris addit:* Περσέως ἐν σερίφῳ μετὰ μητρὸς διάγοντος παρὰ δίκτυϊ, καὶ ἡβήσαντος, πολυδέκτης ὁ δίκτυος ὁμομήτριος ἀδελφὸς, βασιλεὺς σερίφου τυγχάνων, ἰδὼν τὴν δανάην ἠράσθη αὐτῆς. ἠπόρει δὲ συγκοιμηθῆναι, καὶ παρασκευάσας ἄριστον ἐκάλει ἄλλους τε πολλοὺς καὶ αὐτὸν περσέα. περσέως δὲ πυθομένου ἐπὶ τίνι ὁ ἔρανος εὐωχεῖται. τοῦ δὲ φήσαντος ἐπὶ ἵππῳ, περσεὺς εἶπεν ἐπὶ τῇ τῆς γοργόνος κεφαλῇ. μετὰ δὲ τὸν ἔρανον τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ ὅτε οἱ ἄλλοι ἐρανισταὶ τὸν ἵππον ἀπεκόμιζον, καὶ περσεὺς, ὁ δὲ οὐκ ἐδέχετο. ἀπῄτει δὲ τὴν τῆς γοργόνος κεφαλὴν κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν, ἐὰν δὲ μὴ κομίσῃ, τὴν μητέρα αὐτοῦ λήψεσθαι ἔφη. ὁ δὲ ἀνιαθεὶς ἀπέρχεται ὀλοφυρόμενος τὴν συμφορὰν εἰς τὸ ἔσχατον τῆς νήσου. ἑρμῆς δὲ αὐτῷ ὀφθεὶς καὶ πεῦσιν αὐτῷ προσαγαγὼν, μανθάνει τὴν αἰτίαν τοῦ θρήνου. ὁ δὲ ἡγεῖται θαῤῥεῖν εἰπών. καὶ πρῶτον μὲν ἡγεῖται αὐτῷ πρὸς τὰς τοῦ φόρκου γραίας, πεμφρηδὼ καὶ ἐντὼ, καὶ ἰαινὼ, ἀθηνᾶς φρασάσης. καὶ αὐτῶν μὲν ὑφαιρεῖται τὸν ὀφθαλμὸν καὶ τὸν ὀδόντα ὀρεγουσῶν ἀλλήλαις. αἱ δὲ αἰσθανόμεναι βοῶσι καὶ ἱκετεύουσι τὸν ὀφθαλμὸν καὶ τὸν ὀδόντα ἀποδοῦναι. ἑνὶ γὰρ αἱ τρεῖς ἐκ διαδοχῆς ἐκέχρηντο. ὁ δὲ περσεὺς αὐτὸν ἔχειν ἔφη καὶ ἀποδώσειν, ἐὰν αὐτῷ ὑποδείξωσι τὰς νύμφας αἳ ἔχουσι τὴν ἄϊδος κυνῆν, καὶ τὰ πέδιλα τὰ ὑπόπτερα, καὶ τὴν κίβισιν. αἱ δὲ αὐτῷ φράζουσι. καὶ ὁ περσεὺς ἀποδίδωσι, καὶ ἀπελθὼν πρὸς τὰς νύμφας σὺν ἑρμῇ, αἰτήσας τε καὶ λαβὼν ὑποδεῖται τὰ ὑπόπτερα πέδιλα, καὶ τὴν κίβισιν περιβάλλει κατὰ τῶν ὤμων, καὶ τὴν ἄϊδος κυνῆν τῇ κεφαλῇ περιτίθησιν. εἶτα ἔρχεται πετώμενος κατὰ τὸν ὠκεανὸν, καὶ τὰς γοργόνας, συνεπομένων αὐτῷ ἑρμοῦ τε καὶ ἀθηνᾶς. ταύτας δὲ κοιμωμένας εὑρίσκει. ὑποτίθενται δὲ αὐτῷ οὗτοι οἱ θεοὶ, ὅπως χρὴ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμεῖν ἀπεστραμμένον, καὶ δεικνύουσιν ἐν τῷ κατόπτρῳ τὴν μέδουσαν. ἣ μόνη ἦν θνητὴ τῶν γοργόνων. ὁ δὲ πλησίον γενόμενος ἀποτέμνει τῇ ἅρπῃ τὴν κεφαλὴν, καὶ ἐνθεὶς εἰς τὴν κίβισιν φεύγει. αἱ δὲ αἰσθόμεναι διώκουσιν, οὐχ ὁρῶσι μέντοι αὐτὸν διὰ τὴν ἄϊδος κυνῆν. περσεὺς δὲ εἰς σέριφον γενόμενος, ἔρχεται παρὰ πολυδέ-

C κτην

κτην, καὶ κελεύει συναθροῖσαι τὸν λαὸν ὅπως δείξῃ αὐτοῖς τὴν τῆς γοργόνος κεφαλὴν, εἰδὼς ὅτι ἰδόντες ἀπολιθωθήσονται. ὁ δὲ πολυδέκτης ἀθροίσας τὸν ὄχλον, κελεύει αὐτὸν δεικνύειν. ὁ δὲ ἀποστρεφόμενος ἐξαίρει ἐκ τῆς κιβήσεως, καὶ δείκνυσιν. οἱ δὲ ἰδόντες, λίθοι ἐγένοντο. ἡ δὲ ἀθηνᾶ παρὰ περσέος λαβοῦσα τὴν κεφαλὴν, ἐντίθησιν εἰς τὴν ἑαυτῆς αἰγίδα. τὴν δὲ κίβησιν ἑρμῇ ἀποδίδωσι, καὶ τὰ πέδιλα, καὶ τὴν κυνῆν ταῖς νύμφαις. ἱστορεῖ φερεκύδης ἐν τῇ δευτέρᾳ. ἄλλοι δέ φασι τὸν περσέα καρατομήσαντα τὴν γοργόνα, ὑπὲρ τῆς λιβύης πετασθῆναι. ἐκ δὲ τῶν κατενεχθέντων σταγόνων τοῦ αἵματος γενέσθαι θηρία, διὸ καὶ τὴν λιβύην πολύθηρον εἶναι. τὸ αὐτό φησι καὶ ἀλέξανδρος. *Rurſus in eodem libro idem inquit:* Ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς καὶ περὶ τοῦ θανάτου προστίθησι φερεκύδης τοῦ ἀκρισίου, ὅτι μετὰ τὴν ἀπολίθωσιν πολυδέκτου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐκ τῆς κεφαλῆς τῆς γοργόνος ἐν σερίφῳ, δίκτυν μὲν περσεὺς ἀπολείπει ἐν τῇ σερίφῳ βασιλεύειν τῶν λελειμμένων σεριφίων, αὐτὸς δὲ ἔβη πλέων εἰς ἄργος σὺν τοῖς κύκλωψι καὶ τῇ δανάῃ καὶ τῇ ἀνδρομέδᾳ, καὶ ἐλθὼν, ἀκρίσιον οὐχ εὑρίσκει ἐν ἄργει. ὑπεχώρει γὰρ αὐτὸν δείσας, εἰς τοὺς πελασγοὺς εἰς λάρισσαν. μὴ καταλαβὼν δὲ αὐτὸν, τὴν μὲν δανάην καταλείπει παρὰ τῇ μητρὶ εὐρυδίκῃ, καὶ τὴν ἀνδρομέδαν, καὶ τοὺς κύκλωπας. αὐτὸς δὲ ἔβη εἰς λάρισσαν. καὶ ἀφικόμενος, ἀκρίσιον ἀναγνωρίζει, καὶ σὺν αὐτῷ ἕπεσθαι εἰς ἄργος πείθει. καὶ ὅτε δὴ ἔμελλον ἰέναι, συντυγχάνει ἀγῶνι νέων ἐν τῇ λαρίσσῃ. καὶ ὁ περσεὺς ἀποδύεται εἰς τὸν ἀγῶνα, καὶ λαβὼν τὸν δίσκον δισκεύει. τὸ δὲ πένταθλον οὔπω ἦν, ἀλλ' ἰδίᾳ ἕνα ἕκαστον τῶν ἄθλων ἤθλουν. ὁ δὲ δίσκος ἐποχαλισθεὶς ἐπὶ τὸν πόδα τοῦ ἀκρισίου, τιτρώσκει αὐτόν. κάμνων δὲ ἐκ τούτου ἀκρίσιος, ἀποθνήσκει αὐτοῦ ἐν λαρίσσῃ. καὶ αὐτὸν κατατίθεται περσεὺς καὶ οἱ λαρισσαῖοι πρόσθεν τῆς πόλεως, καὶ αὐτοῦ ποιοῦσι ἡρῷον οἱ ἐπιχώριοι. περσεὺς δὲ ἀναχωρεῖ τοῦ ἄργους.

De Gorgophone Perſei filio, qui genuit Electrionem & Alcęum. Cap. XXVI

GOrgophones, teſte Lactantio, filius fuit Perſei ex Andromade coniuge, de quo nil aliud habemus, niſi quia genuit Electrionem & Alcęum.

De Electrione Gorgophonis filio, qui genuit Alcmenam. Cap. XXVII

ELectrion, ut Lactantio placet, Gorgophonis fuit filius, ex quo niſi Alcmenam filiam haberemus, nudum nomen nobis liquiſſet antiquitas.

*Huius apud reliquos ferè nulla fit mentio, ſed apud Comment. Apoll. ita legitur: Perſei & Andromedæ quatuor fuerũt liberi, Alcæus, Sthenelus, Meſtor, & Electrion, ij cõmune inter ſe regnũ adminiſtrabant poſt mortẽ Perſei. Porrò Meſtori erat filia Hippothoë, ex qua Neptunus genuit Pterelam. Ex hoc nati ſunt Teleboas & Taphos (tametſi alij dicant ex Pterela Teleboi filio natos eſſe Teleboas) Ii igitur uenientes, ab Electrione auiæ ſuæ hæreditatem repetebant. Quibus cum filij Electrionis reſiſterent, in prælio ab iiſdem interfecti ſunt. Quapropter nubili iam Alcumena, cum multi eius cõnubium peterent, nulli addicere uoluit, niſi qui fratres eius ulciſceretur. Atq; ita Amphitryone id præſtante, ab eodem ducta eſt. Vide lib. 1. Argonaut. Alij dicunt Teleboas fuiſſe alioqui homines latrones & ληιστικούς, & incurſantes Argos, Electrionis boues abegiſſe, & inde bellum id natum eſſe. Porrò matrẽ Alcumenæ Anaxò filiam Ancæi Comment. Homer. uocat. Idem Electrionem in contentione propter boues, ab Amphitryone occiſum, & inde Amphitryonem Thebas confugiſſe unà cum Alcumena, ibiq; à Creonte rege benigne ſuſceptum dicit Iliad Ξ.*

De Alcmena Electrionis filia, & Amphitryonis cõiuge. Cap. XXVIII

ALcmena, ut dicit Lactãtius, filia fuit Electrionis, quod & Plautus in Amphitryone teſtatur, dicens, Qui cum Alcmena eſt nupta Electrionis filia, &c. Hæc quidem, ut idem & ibidẽ dicit Plautus, nupſit Amphitryoni Thebano, & à Ioue dilecta eſt, & in ſpecie Amphitryonis uiri ſui ab eo oppreſſa, Herculem peperit, ut in ſequentibus ubi de Hercule dicet latius.

De Alcęo filio Gorgophonis, qui genuit Amphitryonẽ. Ca. XXIX

ALcæus, ut ait Paulus, filius fuit Gorgophonis magis filii fama cognitus apud nos quàm ſplendore ſuo. Nam, ut aiunt, pater fuit Amphitryonis.

*Ab hoc Seruius uult Alcidem dictum eſſe Herculem. Vide 6. Aeneid.*

De Amphitryone filio Alcæi, qui genuit Iphicleum. Cap. XXX

AMphitryon, ut Plautus ait, filius fuit Alcæi, homo armorũ inſignis, ut Plautus in comœdia eiuſdem Amphitryonis oſtendit. Huic cõiunx fuit Alcmena, cum qua Thebis



Thebis morabatur, ubi dum ipſe pro Thebanis aduerſus Theleboas bellum gereret, Iuppiter eius in ſpecie Alcmenam oppreſſit, & ex ea ſuſcepit Herculem. Amphitryon autem eodem partu ex ea ſuſcepit Iphicleum. Placet præterea Plinio in libro naturalis hiſtoriæ huius fuiſſe inuentum oſtentorum atq; ſomniorum interpretationes.

*Videtur Bocatius legiſſe apud Plinium Amphitryon pro Amphictyon, ita enim Plinius ait: Interpretationem oſtentorum & ſomniorum Amphictyon, &c. Vide Plinium lib. 7. Cap. 56*

De Iphicleo Amphitryonis filio, qui genuit Iolaum. Cap. XXXI

IPhicleus, ut ſcribit Plautus in Amphitryone, fuit filius Amphitryonis et Alcmenę, eũq; uno partu cum Hercule editum dicit. Verum Iphicleus poſt nonũ conceptionis menſem natus eſt. Hercules autem unà ſecum natus ſeptimo non perfecto, quod Auguſtinus ſecundo de ciuitate dei concedere non uidetur, quod mulier poſſit in diuerſis temporibus diuerſos concipere.

*Similiter quem hic Iphicleum nominat, apud Plinium lib. 7. cap. 11. Iphiclus, apud Solinum Iphicles nominatur. Quanquam & Solinus ut Iphiclem cap. 5. Iolai patrem dicit, ita rurſum cap. 9. Iolaum Ariſtæi filiũ facit. Credo hic accidiſſe quod in alijs quoq; non raro uidemus, ut eidẽ diuerſi parentes aſſignentur, aut idem factũ diuerſis autoribus aſſcribatur. Cæterum cũ hoc Solini loco, etiã Diodorus conſentit, qui lib. 6. de Hercule loquens ſic dicit: Peractis ab eo, ſcilicet Hercule, laboribus, reſponſoq; à Dijs accepto, conferre plurimum ad cõſequendã immortalitatem, coloniam ad Sardos ab eo mitti, filiosq; ex Theſpiadibus ſuſceptos, coloniæ præfici duces, Iolaum nepotem cũ filijs, adoleſcentiores enim erant, deſtinauit. Et paulo poſt: Reliquis, inquit, pueris, multisq; præterea uoluntarijs ad ædificandam coloniam aſſumptis Iolaus in Sardiniam nauigans priorem inſulæ partem, campeſtrem ſcilicet, tenuit, Ioleam ab eo hodie quoq; dictam Hæc Diodorus. Fuit autem hic Iolaus Iphicli filius, is qui Herculi cum Hydram interficeret, adfuit, cãdẽtiq; ferro cruorẽ reſtinxit atq; cohibuit, ut Calaber in 6. & Heſiod. in Theog. teſtãtur*

De Iolao Iphiclei filio. Cap. XXXII

IOlaus, ut Solinus de mirabilibus mundi aſſerit, filius fuit Iphiclei. Hic, ut idem ait Solinus, Sardiniam ingreſſus, pallantes incolarum animos ad concordiam eblanditus Olbiam, atq; alia Græca oppida extruxit. Iolenſes ab eo dicti ſepulchro eius templum addiderunt, quod imitatus uirtutes patrui malis plurimis Sardiniam liberaſſet. Hæc ille. Fuere tamen & alii Iphiclei.

De Sthenelo Perſei filio, qui genuit Euryſteum. Cap. XXXIII

STheneIus, ut placet Homero, Perſei fuit filius & Andromdæ. Nam in Iliade Homerus deſcribit Agamemnonem concionantem, & Euriſtei genealogiam deſignãtem aſſerentemq; Sthenelum fuiſſe Perſei filium & Euriſtei patrem. Is quidem, ut dicit Euſebius in libro temporum, translato Argiuorum regno à Perſeo Mycenis poſt Perſeum regnauit, quando non reperitur. Nam mortuo Acriſio, qui xxxi. annis regnauit immediate ſequitur initium regni Euryſtei, quinq; tamen interpoſitis annis, eoq; ſcilicet Euriſtheo regnante ſcriptum cõperio Sthenelum xl. annis Mycenis regnaſſe, ubi hi perditi ſint, inuenire non poſſum.

De Euryſteo Stheneli filio. Cap. XXXIIII

EVryſteus Stheneli filius fuit, ut præmonſtratum eſt, de natiuitate eius talem refert Homerus fabulam, Cum die quadã Iuppiter apud ſuperos dixiſſet die illa naſciturum hominem, qui omnibus circumuicinis dominaretur, Iuno id fecit iuramẽto firmari, & confeſtim aſcendit in terras, & retinuit Ilithyam, quam nos Lucinam dicimus, deam parturientium apud uxorem Stheneli prægnantem iam vii. menſium, & ex utero eius eduxit filium vii. menſium, qui uocatus eſt Euryſteus. Erat quidem ea die naſciturus Hercules, ſed Alcmena ob retentã parturientium deam pepeiſſe non potuit, & ſic factum eſt, quod de Hercule Iuppiter intelligebat uerteretur in Euryſteũ, qui poſtmodũ aliis & Herculi etiã imperauit, regnauitq; Mycenis annis xlv. & ſucceſſorem moriens reliquit Atreũ. Fabula autem hæc ab euentu ſibi locum uendicauit, cum uiderent homines Euryſteum Herculi fortiſſimo uirorum imperantem.

*Fabula eſt apud Hom. Iliad. T. ubi & hic uerſus ponitur:* Εὐρυσθεὺς σθενέλοιο πάϊς περσηϊάδαο.

*Eſt tamen & alius Sthenelus cuius* Home. Iliad. 4. *meminit filius* Capanei, *eius qui ad* Thebas *fulmine à Ioue ictus perijt.* Et *tertius Sthenelus cuius meminit* Apollo. 2. Argonaut. *filius* Actoris, *qui unà cũ* Her*cule ad bellũ* Amazonũ *profectus, et in eo uulneratus cũ retro domũ abire uellet, in itinere mortuus eſt.*

b *Eam alij Antibiam, alij Leucippem uocant.* Vide Comment. Hom. Iliad. T

De Bacchemone Perſei filio, qui genuit Achemenidem. Cap. XXXV

BAcchemon, Lactantio teſte, Perſei fuit filius & Andromedę, & ut ipſe idẽ dicit, apud quoſdam Orientales populos imperauit, qui ab Achemenide eiuſdem Bacchemonis filio, ut dicit Theodont. Achemenides poſtea nũcupati ſunt. Qui Apollini ſacrorum ritus inueniſſe ſe aſſerunt, eſt autem apud eos is in ſpelio Perſico in habitu cum Tiara & utriſq; manibus cõprimẽs cornua bouis. Puto, quod ad immẽſam eius potẽtiã oſtẽdẽdã.

De Achemenide filio Bacchemonis, qui genuit Orchamum. Cap. XXXVI

AChemenides, ut dicit Theodõt. filius fuit Bacchemonis. Eſto, ſint qui uelint eum filium fuiſſe Perſei, hic autẽ Achemeniis populis imperauit, eoſq; à ſuo nomine nuncupauit, & moriens ſucceſſorem Orchamum filium reliquit.

De Orchamo filio Achemenidis, qui genuit Leucothoẽm. Cap. XXXVII

ORchamus, ut ſupra à Theodontio dictum eſt, filius fuit Achemenidis, cui cõiunx fuit Eurynome ſpecioſiſſima mulier, ex qua filiam unicam Leucothoẽm ſuſcepit, quam quia ſoli ſe diligenti paruerat, uiuam infodit.

De Leucothoë Orchami filia. Cap. XXXVIII

LEucothoẽm filiam fuiſſe Orchami & Eurynomes, teſtatur Ouidius in maiori uolumine ubi dicit, quod eam ſumme dilexit Phœbus, & in formam uerſus Eurimenis matris eius noctu acceſſit ad eam, & licentiatis mulieribus ſuis tãquam ſecreta ſecum locutura, in formam propriam rediit, & patientem compreſſit. Quod cũ Clitiæ quæ ante diligebatur à Phœbo ad aures deueniſſet, zelo percita confeſtim Orchamo accuſauit, qui iratus atq; ſeuerus nimium uiuam ſepeliri iuſſit. Phœbus autem cum illi uitam reſtituere nequiret, eam in uirgam thuream uertit. Huius fictionis ratio talis à quibuſdã redditur, puellam ob adulterium cum ſplendido iuuene perpetratũ iure Sabeo uiuam defoſſam, & cum eo in loco forte uirga thurea naſceretur, quarum abundantiſſima regio eſt, ſolis uirtute è ſinu terræ in altum deducta locum fabulę adinuenit. Ego autem apud Achemenidas locum puto, cui ſit nomen uel fuerit Leucothoë, qui quoniam thure abundet ab incolis, à Sole diligi dicitur, qui in matris formam transformatus, id eſt, in cõplexionem ad enutriendas thureas uirgas opportunam ibi deſcendit, & humiditati terræ iungitur, adeò ut qui uiuas plantas ibidem apponat, confeſtim in altum educat.

*Fabula ab* Ouidio *lib. 4. deſcribitur.* Rexit Achemenias *urbes pater* Orchamus, *iſq; Septimus à priſco numeratur origine* Belo.

De Erithreo Perſei filio. Cap. XXXIX

Cap. 35 ERithreus ſeu Erithra, ut placet Solino de mirabilibus mundi, filius fuit Perſei & Andromedæ, & in confinio rubri maris regnum habuit. Eſto ſint qui dicant eũ Aegypti fuiſſe regem, de quo idem Solinus ſcribit ſic, Vltra Peluſiacum enim hoſtium Arabia eſt ad rubrum pertinens mare, quod Erithreum ab Erithra rege Perſei & Andromedæ filio non ſolum à calore appellatum Varro dicit. Hæc ille. Hic Erithreus apud Arabes maximę fuit autoritatis, adeò ut morienti in quadam rubri maris inſula cæteris famoſiore inſigne plurimum ſepulchrum conſtruerent, eum loco dei colerent, & ab eo rubrum mare denominarent Erithreũ, quo nomine adhuc Gręci uocant ſcilicet erithrathalaſſon. Nam

θάλασσα † thalaſſon Latine ſonat mare, de poſteritate huius nil habemus.

De Perſe Perſei filio. Cap. XL

Lib. 7. cap. 56 PErſen filium fuiſſe Perſei in libro naturalis hiſtoriæ teſtatur Plinius, de quo nil aliud cõperi pręter quod idẽ Plinius aſſerit eũ ſcilicet primũ ſagittarũ repertorẽ fuiſſe, quod forſan apud ſuos uerũ eſt, cũ apud alias nationes illas longe antiquiores legerimus.

De Aone Iouis xxxiii. filio, qui genuit Dymantem. Cap. XLI

AOn, ut Paulus ait, Iouis fuit filius ex nimpha Muoſyde, à quo dicit Beotiã Aoniã nuncupatam



nuncupatã, quia ibi regnaſſet, nos autẽ ſupra Lactantii autoritatẽ ſecuti, Neptuni filiũ ſcripſimus. Quẽ Theodontius factione ſuorũ ex Apulia pulſum, & Oncheſti fuiſſe filiũ, & in Beotiã ueniſſe dicebat, & ibidẽ Neptunũ patrẽ quæſiſſe, & prouinciã de ſuo nomine nuncupaſſe, nullum tamen illi filiũ deſignabãt, ubi Paulus filiũ ſuũ Dymantem aſſerit.

De Dymante Aonis filio, qui genuit Aſium & Alyxothoẽn. Cap. XLII

Dymas, ut dicit Paul. filius fuit Aonis & Aſii atq; Alyxothois pater. Nec aliud de eo legi.

De Aſio Dymantis filio. Cap. XLIII

ASius filius fuit Dymantis, ut in Iliade ſcribit Homerus, dicẽs, Aſio qui auunculus erat Hectoris bellicoſi frater Hecubæ filius Dymantis, hunc quantumcũq; Homerus dicat fratrem fuiſſe Hecubæ & auunculum Hectoris, dicebat Leontius ex parte matris fuiſſe, quia ex eadem matre Aſius & Hecuba nati fuerũt, ſed ex diuerſis patribus. Hic autem aduerſus Græcos Priamo fauit.

Iliad. π. ταῦτ᾽ ἄρα οἱ φρονέων τὶ παρίστατο φοῖβος ἀπόλλων ἀνέρι εἰσάμενος αἰζηῷ τε κρατερῷ τε ἀσίῳ, ὃς μήτρως ἦν ἕκτορος ἱπποδάμοιο αὐτοκασίγνητος ἑκάβης, υἱὸς δὲ δύμαντος ὃς φρυγίην ναίεσκε ῥοῇς ἔπι σαγγαρίοιο. *Et fuerunt & alij Aſij quorũ paßim meminit* Homerus.

De Alyxothoë Dymantis filia, & matre Aeſaci. Cap. XLIIII

ALyxothoë filia fuit Dymantis, ut teſtari uidetur Ouidius, dicens, Quamuis eſt illũ proles enixa Dymantis Aeacon umbroſa furtim peperiſſe ſub Ida Fertur Alyxothoë, &c. Hæc igitur ex Priamo peperit Aeacum, qui poſtea in mergum uerſus eſt.

De Aeaco xxiii. Iouis filio, qui genuit Phocum, Thelamonem, & Peleũ. Cap. XLV

AEacus Iouis fuit filius & Aeginę, ut in Iliade dicit Homerus Pelius Aeacides. Ille autem Aeacus erat à Ioue patre. Qualiter autem Iuppiter Aeginam oppreſſerit, ſupra dictum eſt ubi de Aegina. Hunc inſuper dicit Ouidius regnaſſe apud Enopiam, quã ipſe Lib. 7. Meta. ex nomine matris uocauit Aeginam. In qua cum poſtea defeciſſent homines, & ipſe in ſomnis uidiſſet quercum plenam formicis nunc ſurſum, nunc deorſum deambulantibus, ſibi dormienti uiſum eſt oraſſe Iouem, ut omnes formicæ quas uidebat, homines efficerentur, quod & factum eſt, & ſic eius eſt reſtaurata ciuitas, & ciues Myrmidones appellati, nam Myrmix Græce Latine formica eſt. Hunc præterea dixere ueteres apud inferos cũ Minoë & Rhadamanto culpas hominum excutere, & pro meritis culpas inferre. Sub his autem figmentis latet hoc, primo ciuitas eius euacuata ciuibus peſte, ex agricultoribus reſtaurata eſt, qui more formicarũ æſtate meſſes ex agris & alia opportuna colligunt, ut hyeme fame nõ pereãt. Hos aũt ipſe legibus inſtruxit & uiuere coẽgit, & hinc Iouis dictus eſt filius, & apud inferos iudex. Nã per reſpectũ ad ſupercęleſtia corpora mortales inferi ſunt.

*De Aeaco, eiuſq; progenie Græci ſic tradunt: Aeacus ex Ioue & Aegina, inquiunt, natus, Endeida Chironis filiam uxorem duxit, & ex ea Peleum & Telamonem genuit. Poſtea autem & Pſammathe Nerei filia compreſſa genuit tertium Phocum. Hunc Peleus frater occidit, eoq; factum eſt, ut cum ſolum uerteret, in Theſſaliam ad Chironem uenerit. Telamon autem cum ipſe quoq; ex æqualibus quendã in uenatione Calydonij apri occidiſſet, fugiens Salamina peruenit, ductaq; uxore Eribœa filia Alcathi genuit Aiacem.*

De Phoco Aeaci filio. Cap. XLVI

PHocus Aeaci fuit filius, ut per Ouidium ſcribitur, dum legitur, Experit occurrunt illi Lib. 7. & 11. Telamonq; minorq; Quam Telamon Peleus & proles tertia Phocus, &c. Hic à Pe- Meta. leo occiſus eſt.

*A Phoco Phocenſes dictos ait Comment. Apoll.*

De Telamone Aeaci filio, qui genuit Aiacem & Teucrum. Cap. XLVII

TElamon Aeaci fuit filius fratrum maior natu, quem Seruius ex Argonautis fuiſſe dicit & Herculis ſocium. Et cum à Colcho reuerteret, quæreretq; Hercules Hylam puerum perditum apud Myſios, & ad Troianum deueniſſet littus, prohibitus à Laomedonte, indicto illi bello congregatis uiribus aduerſus eum rediret, tanquam ſuſceptæ iniuriæ particeps Telamon, unà ſecum uenit, & Ilio expugnato, atq; Laomedõte occiſo, eo quod primus muros ciuitatis aſcendiſſet, illi ex pręda capta Heſiona Laomedontis filia data eſt, ex qua cum iam ex alia ſuſcepiſſet Aiacem, Teucrũ ſuſcepit. Hic enim ſeu pulſus, ſeu non

 ſuſceptus

ſuſceptus in patria in Cyprum abiit, & Salaminam ibi condidit ciuitatem.

[a] *Meminerunt huius & qui Argonautica ſcripſerunt Flaccus & Apollo. in 1. ubi Comment. addit, & in expeditione contra Amazonas unà cum Hercule fuiſſe, præterea & Alcyoneum quendam occidiſſe.*

[b] *Cauſſam belli alij hanc referũt, quod Laomedon ob Heſionam à Ceto liberatã, de quo eſt apud Flaccum & alios, Herculi promiſſum præmium non ſoluiſſet. Fuit autem & alius Teucer ex fluuio Scamandro & Idea nympha genitus, cuius filiam Bateam Dardanus uxorem duxit, cuius nomine & Teucri Troiani dicuntur. De quo Diodorus in quinto.*

De Aiace Telamonis filio. Cap. XLVIII

AIax bellicoſiſſimus homo Telamonis fuit filius, hic cum aliis Græcis ad delẽdam Troiam arma ſumpſit, & ut reliqua quę in certaminibus miranda fecit, omittam, ſingulare certamen aduerſus Hectorem arripere auſus eſt, & ſi Homero fides ulla præſtanda eſt, ni illud nimis feſtina nox diremiſſet, uictor Aiax rediiſſet ad ſuos, ea tamen ſuperueniente cum illi uetuſto more Hector donaſſet gladium, & ab eo baltheum ſuſcepiſſet recens Aiax & animoſus diſcedens, feſſum Hectorem Troiam ire permiſit. Hæc dona ſecundum Seruium nephaſta fuere, cum eo ſe gladio poſtea interemerit Aiax, & cum baltheo ab Achille occiſus eſt Hector. Aiax autem Ilio capto atq; diruto de armis Achillis præmortui aduerſus Vlyſſem ingens litigium habuit. Tandem cum cerneret uirtutem bellicam eloquentiæ cedere in furorem uerſus, eo ſe, quem ab Hectore ſuſceperat, gladio interemit, & ut ait Ouidius, in florem ſui nominis uerſus eſt. In quo nos docet antiquitas noſtras uires caduci floris more in nihilum facile ſolui.

*De hoc item fabulantur Græci ueniſſe aliquando Herculem Salamina ad Telamonem, qui cum nuper Aiacem infantem ſuſcepiſſet, circumdediſſe illi Herculem τὴν λεοντῆν ſuam, precatumq; eſſe ut qua tegeretur puer τῇ λεοντῇ inuulnerabilis foret, quod poſtea factum, inuulnerabilemq; Aiacem fuiſſe omnibus partibus corporis præterquàm ceruice, ea enim τῇ λεοντῇ contecta non fuerat. Comment. Home. in Iliad. Ψ. Cæterum non ſimpliciter uictoria Vlyſſis & arma Achillis cauſa interitus Aiaci fuerunt, ſed quia cum poſt amiſſa arma in furorem inciderat per quem, ut infenſus Vlyſſi & Atridis ob id erat, in greges Græcorum irruebat, eosq; trucidabat & laniabat, putans per inſaniam, ſeipſos Græcos occidere, arietemq; unum captiuum in ſua tentoria abſtractum, miſere torquebat & cruciabat, quem ſibi Vlyſſem finxerat, reſtitutus ſanitati ac priſtinæ menti in tantam factorum pœnitentiam incidit, ut ſibi ultro mortem intulerit. Vide Tragœd. Soph. Aiacem & Calabrum.*

De Teucro Telamonis filio. Cap. XLIX

TEucer filius fuit Telamonis ex Heſiona Laomedontis filia, quæ non uidetur Telamonis fuiſſe coniunx, cum Homerus aliquãdo in Iliade dicat Teucrum fuiſſe Nothum. Hic tamẽ inſignis homo fuit, & armorum ualens, & unà cum fratre Aiace iuit in Troianum bellum. Eo tandem peracto cum abſq; fratre rediſſet, in patriam nõ ſuſceptus ſeceſſit in Cyprum, & ibidem Salaminam ciuitatem conſtruxit, & uitæ reſiduum habitauit. Quod ego uerius puto quàm quod de Telamone ſupra ſcriptum eſt.

*Iliad. Θ. καί σε νόθον περ ἐόντα κομίσσατο ᾧ ἐνὶ οἴκῳ. Verba Agamemnonis ſunt ad Teucrum.*

De Peleo filio Aeaci, qui genuit Polydoren & Achillem. Cap. L

PEleus Aeaci fuit filius, & magnis uiuens interfuit rebus. Nam cum Meleagro in uenationem apri Calydonii acceſſit. Sic & cum Pirithoo aduerſus Centauros pugnauit. Huic, ut refert Ouidius, cõiunx fuit Thetis aquarum dea, quam Iuppiter amauit, ſed ideo concubitum eius neglexit, quia oraculo nouerat ex ea filium naſciturum, qui maior eſſet patre. Ad hanc tamen obtinendam audaciam uireſq; fuere opportunæ. Nam cũ Peleus cõſilio Prothei ſenis eam die quadam cœpiſſet, ipſa in uarias mutata formas adeo eum exterruit, ut dimitteretur ab eo. Qui ad Protheum rediens, ab eodem ſibi ſuaſum eſt ne mutationes illas timeret, quinimo in tenendo eam perſeueraret, quia ſi feciſſet ipſa deſiderio ſuo cederet. Peleus die ſequenti cum dormientem eam in antro comperiſſet, cepit illam. Ipſa uero more ſuo in uarias uerſa formas, cum eum tenentem ſentiret, in propriam rediens in coniugium eius conſenſit. Porrò Iuppiter ad eorum nuptias omnes conuocauit deos præter Diſcordiam. Quæ indignans cum cerneret Iunonem, Palladem, &

Lib. 11. Meta.



dem, & Venerem inuicem ex parte unà ſedentes, ſumpto aureo malo illud inter eas proiecit, dixitq;, Digniori detur. Ex quo confeſtim inter eas ſeditio orta eſt, cum unaquæque ſe digniorem diceret. Et cum de hoc Iuppiter inter eas nollet ferre ſentẽtiam, ad Paridem qui in ſylua Ida morabatur, miſit eas. Is uero ob promiſſam ſibi à Venere ſpecioſiſſimam mulierem, ſpretis aliarum oblationibus, Veneri tanquam digniori tradidit. Quæ illi raptum Helenæ cõceſſit, ex quo ſubſecutum eſt Troianum bellum, & occiſus Achilles, qui ex nuptiis illis, ad quas uocata non fuerat Diſcordia, natus eſt, & ſic expiata iniuria. Peleus igitur ex Thetide ſuſcepit Achillem & Polydoren puellam. Demum cũ fratrem Phocum occidiſſet, [b] in exilium abiit ſeuera patris iubente iuſtitia. Et primo ad Ceycem regem Thrachinnæ aufugit, à quo amicabiliter ſuſceptus eſt. Inde poſtea diſcedens, ad Magnetas abiit, ubi ab Achaſto fraterna cæde purgatus eſt. Quid inde ſubſecutum ſit, neſcio. Nunc quid ſentiendum ſit, ex fictionibus aduertendum eſt. Thetis nobilis fuit mulier, cuius in natiuitate uiſum eſt ex ea naſciturum hominem, qui patrem uirtute ſuperaret. Et ob id Chiron pater eius uaria ſecum & plurima uoluit conſilia, cui nam illam concederet. Et his agentibus, petens eam Peleus, primo repulſus eſt, & ſic conſiliorum uariationes mutationes formarum Thetidis fuere. Tandem cum iterum Peleus peteret poſt multa patris conſilia, illi conceſſa eſt. Et eius in nuptiis, id eſt, procreatione Achillis, omnes conuocantur dii, id eſt, omnia ſupercæleſtia corpora, ad quæ ſpectat ſecundum diuerſas potentias ſuas in corpus iam creatum diuerſos effectus infundere, ut perfectũ ſit. Diſcordia autem non uocatur ne diſgreget cœptum opus & pereat. Ipſa autem poſtea ſeſe miſcet, dum homo incipit cogitare, quæ trium ſit ſplendidior uita aut contemplatiua, quæ per Palladem deſignatur, aut actiua, quæ per Iunonem intelligitur, aut uoluptuoſa, quæ per Venerem demonſtratur. Ex quibus noluit Iuppiter, id eſt, deus dare iudicium, ne uiderentur reliquæ ſua damnatæ ſententia, & homini iniecta neceſſitas. De his tamen tribus ſupra latius ubi de Paride.

[a] *Pelei fabulam multis uerſibus proſecutus eſt Catullus in eo carmine quod inſcripſit Argonautica, cuius initiũ eſt. Peliaco quondã prognatæ uertice pinus Dicũtur liquidas Neptuni naſſe per undas, &c.*

[b] *Id autem diſco factum eſt per imprudentiam inter ludendum, ut Diodorus in quinto.*

De Polydore filia Pelei & coniuge Boronis. Cap. LI

POlydore, ut in Iliade dicit Homerus, filia fuit Pelei, & à Sperchio flumine dilecta atque oppreſſa, & ſic Mneſteum peperit, qui Achillem in Troianum bellum ſecutus eſt. Hæc autem cuidam Boroni Pererei filio nupſit.

*Τῆς μὲν ἰῆς στιχὸς ἦρχε Μενέσθιος αἰολοθώρηξ υἱὸς Σπερχειοῖο διιπετέος ποταμοῖο ὃν τέκε Πηλῆος θυγάτηρ καλὴ Πολυδώρη Σπερχειῷ ἀκάμαντι γυνὴ θεῷ εὐνηθεῖσα αὐτὰρ ἐπίκλησιν Βώρῳ Περιήρεος υἷι ὅς ῥ᾽ ἀναφανδὸν ὄπυιε πορὼν ἀπερείσια ἕδνα. Iliad. Π. Cæterum hanc alij Peleo ex Euridice Actoris filia, alij ex Antigone Eurytionis, alij ex Laodamia Alcmeonis natã tradũt.*

De Achille filio Pelei, qui genuit Pyrrhum. Cap. LII

ACHilles Græcorũ fortiſſimus, ut præmonſtratũ eſt, Pelei & Thetidis fuit filius. [a] Quem cum peperiſſet mater, continuo ad inferos detulit, & ut laborum [b] patientem redderet, totum ſtygiis undis immerſit, excepto calcaneo, quo illum tenebat. Demum Chironi Centauro alendum tradidit, qui illum [c] educauit, non eo ritu, quo cæteri educantur, ſed ex medullis tantum beſtiarum ab eo captarum cibum confici faciebat, & hoc ut aſſiduo daretur exercitio. Et hic dicit Leontius, eum Achillem nuncupatum ab a quod eſt ſine, & chilos cibus, quaſi ſine cibo nutritus. [χιλός cibus] Hunc Chiron Aſtrologiam docuit & medicinam, ac etiam lyrã tangere. [d] Tandem cum Thetis rapta à Paride, Helena [e] præſagio cerneret bellum futurum, & in eum Achillem filium periturum, ad eius ſi poſſet euitandam mortem conſilio, clam illum adhuc impubem ex antro Chironis dormientem rapuit, & in Scyron inſulam in domũ Lycomedis regis detulit, & ueſtimẽtis puellaribus tectum atq; prædoctũ, ne ſe maſculum [f] cuipiã demonſtraret, quaſi uirginem inter filias ſeruandum tradidit Lycomedi.

Verum Deidamiæ uirgini Lycomedis filiæ diu eum maſculum fore occultũ, eſſe non potuit, cum qua tempore captato concubuit, & propter amoris cõmodum ipſa etiã iuuenis ſexum occuluit, ex eo tamen cõcepit & peperit filiũ, quem Pyrrhum poſtea uocauere. Cæterum cũ coniuraſſent in Troianos Græci, & reſpõſum accepiſſent abſq; Achille capi Tro-
g iam non poſſe, ad eum exquirendũ Vlyſſes miſſus eſt. Quem cũ audiſſet in muliebri habitu apud filias Lycomedis clam teneri, ne loco iuuenis uirginem auferrent, nouam cõmentus eſt fraudem, dumq; ſe in mercatorem finxiſſet, & iocalia, quibus ſe delectare uirgines conſueuere, filiabus Lycomedis appoſuiſſet, inter ea circumpoſuit & pharetram, arbitratus Achillem, ſi illis immixtus eſſet, arcum ſumpturum, nec defuit cogitationi ſucceſſus. Quem poſtquàm arcũ trahentem cognouit, facile ſuaſionibus induxit, ut ſe ſequeretur in bellum, in quo dum iret habitu fœmineo poſito, plures ciuitates hoſtiũ cœpit, ægitq; prędam ingentem, & inter alia uirginem ſacerdotis Apollinis filiam, quã Agamemnoni
h conceſſit, & Briſeidam, quã æque ceperat ſibi reſeruauit. Sanè cum iam iuſſu deorũ oportuiſſet Agamemnonem ſacerdoti natam reſtituere, Briſeidam illi ſurripuit. Quamobrem indignatus Achilles diu ſtetit, nec arma aduerſus Troianos capere uoluit ullius ſuaſione uel precibus. Tandem cũ die una acriter à Troianis urgerentur Græci à Neſtore Patroclus
i deductus eſt ad eum; ut oraret ſi nollet arma ſumere ſaltẽ permitteret, ut ipſe loco ſui ſua indueret, & currum ſuum aſcẽderet, & Myrmidones ocioſos in pugnã deduceret. Quod etſi ægre pateretur Achilles, Patroclo tamen nil negaturus conceſſit. Qui cum proceſſiſſet in præliũ, Achilles ab omnibus creditus multa mala Troianis intulit. Poſtremo Hector qui pugnam aduerſus Achillem diu optauerat eum putans aduenit, & Patroclum labore modico ſuperauit, armisq; ſuperatũ nudauit, & quaſi Achillem ſuperaſſet armis eius indutus, ingenti cũ pompa patriam reintrauit. Hoc caſu ſumme turbatus Achilles amicum aliquãdiu fleuit, eiq; officium funebre magnis ſumptibus & mirabili honorificentia peregit. Inde à Thetide matre, quę ad eius leniendas lachrymas uenerat nouis reaſſumptis armis, quæ ipſa à Vulcano ſuſceperat, armatus in ultionem amici perempti proceſſit in bellum, & cum multos ex Troianis occidiſſet, Hectorem etiã interemit. Nec ad ſatiandas iras eum occidiſſe ſatis uiſum eſt, quinimmo cũ eius corpus currui alligaſſet ſuo, dedecoroſe Ilion circuiuit, Priamo etiam proſpectãte, ac inde apud tumulum Patrocli xii. diebus nudum tenuit cadauer, illudq; tandem Priamo ſeni ad eum uenientí nocte, orantiq;, & maxima munera exhibenti conceſſit. Poſt hæc alia in pugna Troilum interfecit. Quo dolore commota Hecuba, ſuperſtitibus timens & patriæ, ſi longum uiuat Achilles,
k aſtu fœmineo inſidias in uitam eius tetendit. Nouerat autẽ eum Polyxenam diligere, eo quod illi induciarum tempore uiſa placuiſſet, & iccirco per intermedium ſpopondit illi nuptias ſuas, ſi à præliis abſtineret. Cui cum aſſenſiſſet Achilles, in talem compoſitionem itum eſt, ut clam ſolus nocte ueniret in templum Tymbrei Apollinis, quod ferè ſecus muros Ilii erat, & ibidem eam cum filia inueniret, eamq; deſponſaret. Quod amans, & cupiens Achilles credens iuxta compoſitum inermis, & ſolus nocte templum intrauit. In quem eueſtigio Paris ex inſidiis proſiliens, cum eſſet arcu doctiſſimus ſagitta eius calcaneum petiit atq; uulnerauit, eumq; fruſtra gladio in hoſtes diſcurſantẽ interemit, & tan-
l dem in Sigeo Troiano promontorio à ſuis ſepultus eſt. In tam longa hiſtoria, paucis ta-
m men recitata uerbis nil fictũ eſt præter Achillem ſtygiis merſum undis excepto calcaneo, & quod eo uulnerato mortuus ſit. Circa quod placet Fulgentio hominem ſtygiis undis unumquęq; laboribus duratum, cum † ſtyges interpretetur triſtitia, ut intelligatur neminem in lætis durari, ſed laxari potius, ſi aliàs duratus eſſet. Quod autẽ talus immerſus nõ ſit, Phyſicum regit myſterium. Volunt enim Phyſici quod uenæ quæ in talo ſunt ad renum & fœmorum, atq; uirilium rationem pertineant, & ideo per talum non merſum in ſtyge inuictam in Achille libidinem uoluerunt, quæ per durationes alias ſublata non eſt, ut ſatis apparet, cum libidine in manus iuerit hoſtium, & ab eis occiſus eſt.

*De hac re Virgilius in 6. & Seruius ibidẽ.*

*† al's, Styx*

a *Sunt qui non Thetidis filium Achillem, ſed ex Philomela quæ fuit Actoris filia, natum dicunt, ut Deimachus*



*machus, de quo in Commentarijs Apollonij lib. 1*

*De hac re paulo aliter Lycophron. qui Thetidem dicit natos ex Peleo omnes flammis inieciſſe. quo* b
*mortalitatem quæ in ijs erat ita tolleret, & ſic ſex liberos interfeciſſe. Septimum autem cum itidem uellet perdere, interuentu Pelij ereptum, & Chironi traditum eſſe, qui eum urſorum medullis nutritum Achillem uocauit, docuitq; Muſicam, & medicinam. Porrò Thetis irata, ob id à Peleo diſceſſit, inq; mari ſeorſim habitauit.*

*De educatione Achillis Statius Achilleida conſcripſit, ubi & de Vlyſſis cõſilio, & Lycomede ac Dei-* c
*damia, quæ ad fabulam pertinent, narrantur. Quod autem hic Achillem dictum putat, ab a & χιλός, quod non nutritus ſit uulgato more, id Græcorum quidam ſic deriuant: ἀπὸ μὴ θηγεῖν χείλεσι θηλῆς. Lacte enim, ut cæteros nutritum negant. Alij autem ab ἄχος & Ἴλιον deducunt, eò quod luctum Ilienſibus pariturus erat. Vide 1. Iliad. Comment.*

*Et hinc, ab eo Telephum ſanatum, & quod Iunonis conſilio primus ad Græcorũ ſenatũ de peſte amo-* d
*lienda, ut eſt Iliad. 1. rettulit, fictum quidam arbitrantur. Vide Comment. in 1. Iliad.*

*Ita enim à Ioue ſiue à Parcis acceperat, ſi cum exercitu Græcorum Troiam non proficiſceretur, lon-* e
*gæuam illi uitam, ſed ignobilem futuram, ſin uero ad Troiam ueniſſet breuem illum uitam, cæterũ nobilem & multis celebratam nominibus habiturum, quod ipſe Iliad. 1. ſic dicit:* μήτηρ γάρ τέ μέ φησι θεὰ Θέτις ἀργυρόπεζα διχθαδίας κῆρας φερέμεν θανάτοιο τέλοσδε. εἰ μέν κ' αὖθι μένων Τρώων πόλιν ἀμφὶ μαχῶμαι, ὤλετο μέν μοι νόστος, ἀτὰρ κλέος ἄφθιτον ἔσται. εἰ δέ κεν οἴκαδ' ἵκωμαι φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν, ὤλετό μοι κλέος ἐσθλὸν, ἐπὶ δηρὸν δέ μοι αἰὼν ἔσσεται, οὐδέ κε μ' ὦκα τέλος θανάτοιο κιχείη.

*Facie enim uenuſta ac puellari fuiſſe tradunt, ita ut facile pro puella ſeſe gereret.* f

*Et cum Vlyſſe Phœnix & Neſtor. Vide Home. Comment. Iliad. T* g

*Hanc nomine Aſtynomen Lerneſſo expugnato ſecum abſtulerat, occiſo eius uiro Mynete principe il-* h
*lius loci, ut patet 2. Iliad.*

*Patrocli genealogia ſic habet: Iuppiter Aeginam uiciatam Actori coniugem dedit, qui ex ea genuit* i
*Menœtiũ. Menœtius autem relicta Aegina, Opuntem in Locros ſe cõtulit, ibi Patroclum genuit. Sed Patroclus occiſo per Ludum Aſtragalorum Cleſonymo, ſeu, ut alij uocant, Aeane, Amphidamantis filio, ſolum uertens in Pthyam uenit, ubi à Peleo propter propinquitatem generis receptus, & unà cũ Achille apud Chironem educatus, cum eodem arctiſſ. amicitia coniunctus uixit. Matrem Patrocli Comment. Apollonij Sthenelen uocat.*

*De morte Achillis aliter Calaber, qui eũ in acie ante Troiam ab Apolline ſagitta ictũ interijſſe dicit.* k
*Cui ſententiæ uidetur & Homerus aſſentire Iliad. X. ubi Hector moriens Achilli uaticinatur:* φράζεο νῦν μή τοί τι θεῶν μήνιμα γένωμαι ἤματι τῷ, ὅτε κέν σε Πάρις καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων ἐσθλὸν ἐόντ' ὀλέσωσιν, ἐνὶ Σκαιῇσι πύλῃσιν. *Nã circa portas urbis, quouſque Achilles Troianos fugauerat, occiſus eſt. Quanquam & Bocatij ſententia ſuos autores habet.*

*Præterea ex ijs quæ circa Achillem memorabilia fuerunt, Equi quoq; ſunt Xanthus & Balius ex Ze-* l
*phyro & Harpya nati, ut Hom. Iliad. Π tradit, quos idem poſt mortem Patrocli lachrymaſſe, & Achilli in pugnam redeunti mortem prædixiſſe tradit, ut eſt Iliad. P. & T. Deinde autem & haſta Pelias, quã nemo præter Achillem uibrare poterat ob magnitudinẽ,* Πηλιάδα μελίην, τὴν πατρὶ φίλῳ πόρε Χείρων Πηλίου ἐκ κορυφῆς, φόνον ἔμμεναι ἡρώεσι. *Quæ & à Pallade decorticata & polita, à Vulcano cuſpidata dicitur fuiſſe. Præterea Auriga eius Antomedon filius Dioræ, & Phœnix, quem ſenem patris loco uenerabatur, qui filius Amyntoris cum matris Hippodamiæ, quam pater inducta pellice cõtemnebat, inſtinctu patris pellicem Clytiã ſtuprauerat, fugiens ad Peleũ uenit, qui eũ propter cognationem receptũ Dolopiæ præfecit, Achillemq; adhuc puerũ aliquãdiu alendũ tradidit, ut Hom. Iliad. 9. ait.*

*Huc pertinet & Calchantis fabula, de quo cum toties apud Homerum fiat mentio, mirum eſt eum à* m
*Bocatio præteritũ eſſe. Idmon, ut tradit Pherecydes, filius fuit Apollinis, & Aſteriæ Coroni filiæ, quanquam Abantis ab alijs Idmon putatur, is cum Argonautis in Colchum proficiſcens, ab apro in Mariandynis interfectus eſt, relicto filio ex Laothoë Theſtore. Theſtor autem genuit Calchantem, ſic enim & ab Homoro Theſtorides dicitur. Hic cum Græcis ad Troiam proficiſcitur, & cum diuinandi arte ſummopere præſtaret, eius conſilio multa geſta ſunt. Nam & in Daulide oſtendit quomodo placata Diana,*

ueniti

*uenti ſedari poſſent, & apud Troiam in caſtris docuit, quæ ratio placandi Apollinis, ut peſtilentia ceſſaret, foret. Et ex paſſere quæ cum nouem pullis à Dracone uorabatur, indicauit decennalem obſidionem Troiæ futuram, quapropter inter cæteros Achilli ualde acceptus erat, adeò ut eius præſidio plerunque defenderetur, ac præcipue cum ſuaderet Chryſeidem patri reddendã eſſe. Tum enim Agamemnon nõ ſolum in uatem, ſed etiam in ipſum Achillem accenſus ferebatur, ut eſt Iliad. 1. Tandem autem finito bello Troiano cum Amphito rediens, à Mopſo dicitur, augurandi certamine ſuperatus, mœrore ad mortem adactus eſſe, ut etiam Seru. meminit in 6. Eclog. Virg.*

De Pyrrho Achillis filio, qui genuit Peripeleum & Moloſſum. Cap. LIII

*Calaber libro 6. & 7*

PYrrhus, ut præmonſtratum eſt, Achillis & Deidamiæ fuit filius, ſic uocatus, ut dicit Seruius, à capillorum qualitate, cum Neoptolemus alio nomine uocaretur. Hic Achille mortuo uix pubes in Troianũ bellum ductus eſt animoſus ad inſtar patris, & acris ingenii iuuenis. Qui etſi circa finem belli ueniſſet, non tamen occiſus fuit. Inter alios quidem iuuenes ſtrennuos & audaces equum ligneum, quem Græci doloſe conſtrui fecerant intrauit, & in Ilion tractus, dum nocte exiſſet aliis uenietibus à Tenedo ſtragem maximam Troianorum peregit, & uſq; in abditiſſimum penetral regiæ domus Politem filium Priami ſecutus intrauit, eumq́; patris in gremio interemit, & inde Priamum obiurgantem, & in ſęuitiam eius obloquentem, ut ſanguine ſuo fœdaret, quas ipſe ſacrauerat, aras irruit. Inde Ilio deleto Polyxenam eximiæ formoſitatis uirginem ad manes placandos patrios apud Achillis ſepulchrũ occidit. Et cum ex Troiana præda illi Andromacha olim coniunx Hectoris contigiſſet, eam ſibi iunxit uxorem. Quæ illi ſecũdum quoſdam duos peperit filios, Peripeleum & Moloſſum. Inde captus pulchritudine Hermionis filiæ Menelai tradita Andromacha Heleno filio Priami cum parte regni, eo quod uates illum præmonuiſſet ne intraret mare ſicuti cæteri fecerant, Hermionã Horeſti rapuit, & ſibi coniugem fecit. Deinde ſeu paupertate coactus, ſeu ad prædã animi feruore impulſus, ut nonnullis placet, mare nauibus infeſtauit. Quæ quidem nauigatio infeſta aliis ab eo Pyrrhatica denominata eſt, & exercentes Pyrrhatę, eo quod ipſe primus exercuerit, ut dicit Paulus. Poſtremo cum Horeſtes ex Taurica regione poſita furia rediiſſet in regnum, corrupto Macareo ſacerdote tẽpli Apollinis Delphici Pyrrhũ trucidauit in tẽplo, & hic finis fuit illius.

*De hac re Euripides in Hecuba*

*Vir. 3. Aenei.*

De Peripeleo Pyrrhi filio. Cap. LIIII

PEripeleus, ut dicit Paulus, filius fuit Pyrrhi ex Andromacha. Theodontius autem dicit ex Hermiona, nec ex eo aliud ad nos uſq; peruenit.

De Moloſſo Pyrrhi filio, qui genuit Polydectam. Cap. LV

*Seruius lib. 3 Aeneid.*

MOloſſus filius fuit Pyrrhi & Andromachæ. Hic patri mortuo ſuccedens partẽ Epiri tenuit, populoſq́; ex ſuo nomine nuncupauit Moloſſos. Verum donec ad puberem deueniret ætatem, apud matrem & uitricum fuit, & moriens Polydectam filium dereliquit.

De Polydecta filio Moloſſi. Cap. LVI

POlydecta ſeu maſculus fuerit ſeu fœmina, non ſatis mihi notum eſt, eum tamen filium uel filiam fuiſſe Moloſſi Paulus affirmat. Poſt quem ſucceſſiue ex Aeacidibus neminem, niſi poſt plura ſecula comperio, cũ apud Græcos diu nulla ſit habita progenies nobilior. Ex Aeacidibus fuit Pyrrhus rex Epirotarum, qui aduerſus Romanos bellum geſſit Tarentinorum opere. Sic & Alexander Epirota à Lucano Satellite occiſus, & Olympias clariſſima Macedonum regina Alexandri mater. Et alii plures uirtutibus & titulis inſignes.

De Pylumno Iouis xxxv. filio, qui genuit Daunum. Cap. LVII

*Seruius lib. 9 Aeneid.*

PYlumnus, ut dicit Paulus, filius fuit Iouis, cui Seruius fratrem fuiſſe Pytumnum dicit, & eos ambos fuiſſe deos, horumq́; Pylumnum uſum ſtercorandorum agrorum inueniſſe, & inde Sterculinum dictum. Eſto Macrobius in libro Saturnaliorũ Saturnũ fuiſſe dicat. Pylumnũ uero piſendi frumẽti, & ob id à piſtorib. coli, & pilũ ab eo denominatũ. Ad hũc Theodont. dicit Danaën Acriſii filiã patris irã fugientẽ, delatã à paſtore unà cũ paruulo Perſeo, quam



quam ipſe genere cognito ſumpſit uxorem, & unà cum ea Appulia, in qua grandis erat, derelicta, eo quod oppoſita uideretur Acriſio ad Rutulos uenit, & ibidem cũ Danaë conſtruxit Ardeam, ac ex ea ſuſcepit Daunum.

De Dauno Pylumni filio, & proauo Turni. Cap. LVIII

DAunus filius fuit Pylumni, et ut Theodõtius aſſerit, ex Danaë Acriſii filia ſuſceptus. Huic regnum in Appulia fuit. & ab eo Daunia nũcupata, & hũc dicit idem Theodontius auum fuiſſe patris Turni, qui & Daunus dictus eſt. De filio huius & patre ſecundi Dauni nil me legiſſe memini.

De Dauno primi Dauni nepote, qui genuit Turnum & Iuturnam. Cap. LIX

DAunus præcedentis Dauni ſecundũ Theodontiũ ex filio nepos fuit. Huius cõiunx fuit Venilia ſoror Amatæ coniugis Latini regis, ex qua conſtat plures ſuſcepiſſe filios. Inter quos ea fuit, quam Diomedi profugo ferunt iunxiſſe coniugio. Paulus tamen dicebat Daunum patrem Turni filium fuiſſe Pylumni, eo quod dicat Virgilius, Cui Pylumnus auus, cui diua Venilia mater, de Turno loquens. Verum ego magis credo Theodontio, cum dicat idem Virgilius alibi in perſona Iunonis, Ille tamen noſtrum deducit origine nomen, Pylumnuſq́; illi quartus pater, &c. Quod eſſe non poſſet ſecũdum Paulum, ubi ſecundum Theodontium æque reſpondet numero.

De Turno Dauni filio. Cap. LX

TVrnus rex Rutulorum, filius fuit Dauni ex Venilia cõiuge, & cum armorum diſciplina inſignis fuerit æuo ſuo iuuenis, tantæ fuit corporeæ fortitudinis, ut nulla in hac fides præſtanda antiquis uideretur, ni recentiori teſtimonio firmaretur. Et inter alia eius roboris ſtantia argumenta de eo aduerſus Aeneam in ſingulari certamine pugnante ſic ſcribit Virgilius, Saxum circumſpicit ingens, Saxum antiquum campo quod forte iacebat, Limes agro poſitum, litem ut diſcerneret aruis, Vix illud lecti bis ſex ceruice ſubirent, Qualia nunc hominum producit corpore tellus. Ille manu raptum trepida torquebat in hoſtem, &c. Quod Auguſtinus in libro ciuitatis æternæ xv. ratum habere uidetur. Præterea & Pallantes ſeu Pallas Euandri filius ab eo in pugna occiſus multũ fidei affert. Legimus enim Henrico Cæſare tertio imperatore eius corpus haud longe Romam à fodiente uillico compertum integrum uti nuper ſepultum, eductumq́; ſepulchro altitudine ſeu proceritate Romana mœnia ſuperaſſe, & in eo adhuc impreſſi uulneris à lancea Turni apparere hiatum longitudine quatuor pedum excedentem. Ex quibus quãtus debuerit eſſe Turnus, quàm fortis qui iuuenem tam grandem ſuperauit, qui telum pugnãs tam prægrande tulerit, quod adeo grande uulnus impreſſerit, ſatis arbitrari poſſumus. Huic carmine celebri oſtẽdit in Aeneida Virgilius bellũ ingens fuiſſe aduerſus Aeneam, eo quod Latinus Lauiniam filiam ſuam, quam Turno promiſerat, Aeneæ dediſſet in cõiugem. Et ut idem oſtendit Virgilius, poſt multa cum hic Pallantem Euandri filium occidiſſet, nudaſſetq́; baltheo, illudq́; ob inſignem gloriam ſuperati iuuenis ipſe geſtaret, cum ea die quę illi ultima fuit in terris, aduerſus Aeneam ex compoſito ſingulari certamine pugnaret, & ab Aenea ſuperatus uitam oraret, impetraturus erat ni uiſus baltheus Aeneam in pietatem reuocaſſet amici, & ſic ab eo occiſus eſt. Hoc ſecundum Virgilium in laudibus Aeneæ totis tendentem uiribus, dictum eſt. ſecundum autem alios aliter. Dicũt quidam non paruæ autoritatis homines Aeneam à Turno ſuperatum, & penes Numicum fluuium fugientem occiſum, nec ulterius etiam corpus eius uiſum, & Turnũ poſt hæc ab Aſcanio interemptum, de quibus latius ſupra ubi de Aenea ſcriptum eſt.

De Iuturna Dauni filia. Cap. LXI

IVturna Dauni fuit filia, cui ut dicit Vir. Iuppiter uirginitatẽ abſtulit, & in munus ablati decoris illi immortalitatẽ exhibuit, & Numici fluminis nympha facta eſt. Hęc multa in ſubſidiũ fratris egit, q̃ etſi fictionib. uarient, in hoc unũ egiſſe arbitror, ut interpoſitiõe Numici fluminis actũ ſit, ut ab hoſtib. Turni in agrũ Ardeę, & ipſũ Turnũ libere & expedite iri nõ potuerit. uerũ dũ Turnũ deficere uidiſſet, mœſta ſeſe cõdidit undis. Sũt q̃ dicãt hanc

hanc clam cum Latino rege amicitiam habuiſſe, quod cũ palàm fieret, erubeſcens in Numicum ſe ſpõte ſua necauit, & ſic à Ioue, id eſt, à rege oppreſſa eſt, facta nympha Numici.

De Mercurio xxxvi. Iouis filio, qui genuit Eudorum, Mirtilum, Lares, Euandrum, & Pana. Cap. LXII

MErcurius Iouis fuit filius, & Maiæ Atlantis filiæ, ut ſatis uulgatum eſt. Fuere enim, ut in præcedentibus patet, Mercurii plures, & eſto ferè omnes ab antiquis eiſdem ornamentis inſigniti ſint, nõ tamen omnibus eadem eſt deitas attributa. Nam alius medicinæ deus, alius mercatorum, alius uero furum, & eloquentiæ alius, quem Theodontius hunc Maiæ filium eſſe uoluit. quid tamen illum moueat, nõ deſcribit, nec ego poſtquàm compertum non habeo, intendo inueſtigare ſubtilius. Credo tantum quemcunq;
a Mercurium eloquentiæ deum ueteres uoluiſſe, eo quod ad Mercurium planetam Mathematici aſſerũt ſpectare omne ſonans organum, ſeu fiſtulam in corporibus noſtris diſponere, & hinc credant nonnulli eum deorum dictum nuncium & interpretem, quia per organa ab eo diſpoſita cordis noſtri pandantur intrinſeca, quæ deorum ſecreta dici poſſunt, inquantum niſi exprimãtur nutu uel uerbis, nemo præter deũ cognoſcit, & in hoc interpres ſecretorum talium eſt, quia uerba quæ organizata ſunt per organa, ab eodẽ diſpoſita interpretantur & aperiunt, quæ ex nutu ſolo percipi non poterant. Deorum ergo nuncius & interpres eſt, & hinc eloquentiæ deus. Quod clarius & per officia attributa & per inſignia illi appoſita demonſtratur. Galero quippe tegitur Mercurius, ut oſtendatur quod aduerſus inuidiæ fulmina eloquentia ualido tegumento ſeruetur. quod nil aliud eſt ꝙ gratia, quam eloquens à beniuolis meretur auditoribus. Hoc in longũ ſcripta ueterum ſeruat aduerſus mordaces & inuidos, quod præuidiſſe ſibi uidetur Ouidius dũ dicit, Iamq́; opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignis, Nec poterit ferrum, nec edax abolere uetuſtas, &c. Alata autem fert Mercurius talaria, ut ſermonis deſcribatur uelocitas, qui eodem in momento ex ore loquentis egreditur, & in aures ſuſcipitur audientis. Deſignant præterea opportunam nunciis perſæpe uelocitatem. Virgam defert, ut nuncii officiũ denotet. Conſueuere idem nuncii, quaſi inſigne quoddã uirgas ferre, qua uirga dicũt Mercurium animas ab Orco euocare, & nõnullam in illũ dimittere. & ſic per illam eloquentis uires intelligere poſſumus, quibus iam plurimi è mortis faucibus ſubtracti ſunt, & nõ nulli in eaſdẽ impulſi. Quis Orco Milonem ſurripuit? Quis Popiliũ Lenatem? ut de reliquis taceam, niſi eloquẽtia Ciceronis? Quis in illum impegit Lentulum, Cethegum, Statilium, aliosq́; eiuſdem factionis homines, niſi Catonis eloquii uis acerrima? Hac præterea uirga dicunt Mercuriũ incitare uentos, ut aduertamus eloquentem poſſe furores immittere, ut in Cæſarem apud Ariminũ Curionis oratio, ſic & tranare nubila, id eſt, & turbationes auferre, ut pro Deiotario Tullius, dum Iulii Cęſaris in eũ turgidũ pectus placida oratione ſedauit. Quod autẽ ſomnos hæc eadem uirga adimat & immittat, ſatis clarum eſt: eloquentia inertes ſopitosq́; ad exercitium excitari, & in ſuũ decus animoſos nimiũ
b retrahere, componere, ſopire. Serpentem autem uirga cingit, ut à ſerpentis prudentia aſſumatur oportere eloquentem eſſe diſcretum circa electiones dicẽdorum, temporũ, locorum, ac etiam perſonarum, ut eò quò cupit, auditores deducat orator.

a *Huic eloquentiæ ſcilicet deo, etiam linguas conſecrabant. Mos enim fuit apud ueteres, ut priuſquàm cubitum irent, ante paulo merum libarent, & linguas igni ſacrificantes iniicerent, ut & apud Homerũ aliquoties uidere eſt. Quã rem Dirachidas, ut à Commẽt. Apollonij refertur, ab huiuſmodi cauſſa initiũ habuiſſe dicit. Alcathoũ, inquit, Pelopis filiũ, ob cædem Chryſippi, relicta Megara, in aliã neſcio quã urbẽ migraſſe. Qui cũ forte quadã incidiſſet in Leonẽ, qui Megarẽſem agrũ uaſtabat, & ad quẽ interficiẽdũ alij permulti à rege Megaren. miſſi fuerãt, occidit illũ, & linguã eius exectã, in perã impoſitã ſecum abſtulit. Deinde Megaram reuerſus, cum alij uictoriam Leonis, qui miſſi ad occidendũ fuerant, apud regem ſibi uendicarent, ipſe pera in medium prolata, ſublati leonis autorem ſeſe declarauit. Quapropter cum rex ſacrificare iam cœpiſſet, poſtremo linguam ab Alcathoo allatam, aræ impoſuit atq; cremauit, & exinde mos cœptus, ut linguæ poſtremo immolarentur. Comment. in 1. Argonaut. Apoll. Mercurij feſta qualia Romæ celebrata ſunt uide Ouidium Faſtorũ quinto. Hic & Tetragonus in Gymnaſijs Græcorum ponebatur, eo quod quatuor præcipuas artes inueniſſet, γράμματα, μουσικὴν, παλαίστραν, & γεωμετρίαν.*



b *De hac autem re & fabula extat, qua dicitur Mercurius poſtquàm ab Apolline uirgam, ut ſupra dictum eſt, accepiſſet, eamq́; manu tenens in Arcadiam proficiſceretur, dracones duos ſimul ligatos, & inter ſe mutuo pugnantes inueniſſe, quibus cum ille uirgam interpoſuiſſet, dicto citius prælium illorũ diremptum fuiſſe. Ex qua re uirgam eam pacis uirgam habere cœpit, & poſteri eius rei exemplo, Mercurio uirgam deinceps duorum draconum ſimilitudine ubiq; affinxerunt. Cæterum quod ad ueram Caducæi originem, ita ut ab Aegyptijs primo conſecratus fuit, attinet. Vide apud Perottum in uoce caducæi.*

De Eudoro Mercurii filio. Cap. LXIII

EVdorus, ut ait Homerus in Iliade, filius fuit Mercurii & Polymelæ filiæ Phylantis, de quo ſic, Atq; ſedem Eudorus martialis principabatur Parthenius. Quem genuit in chorea bona Polymeli Philantis filia hãc fortis Argiphontes, id eſt, Mercurius, &c. Huius Homerus proſequitur prolixiorem fabulam, dicens quod Mercurius uidens Polymelem eleganter in chorea ſaltantem cum cantantibus in choro Dianæ dilexit eam, & clam eius aſcendens palatium cum ea concubuit, & genuit Eudorum uelociſſimum hominem, atq; bellicoſum, qui cum Achille in Troianam expeditionem acceſſit.

*Verſus ſunt Homeri Iliad. Π.* τῆς δ' ἑτέρης, εὔδωρος ἀρήϊος ἡγεμόνευε παρθένιος, τὸν ἔτικτε χορῷ καλὴ πολυμήλη φύλαντος θυγάτηρ, τῆς δὲ κρατὺς ἀργειφόντης ἠράσατ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδὼν μετὰ μελπομένῃσιν, ἐν χορῷ ἀρτέμιδος χρυσηλακάτου κελαδεινῆς. αὐτίκα δ' εἰς ὑπερῷ' ἀναβὰς, παρελέξατο λάθρῃ ἑρμείας ἀκάκητα, πόρεν δέ οἱ ἀγλαὸν υἱὸν εὔδωρον, περὶ μὲν θείειν ταχὺν ἠδὲ μαχητήν. *Huius mater poſtea nupſit Echecli filio Actoris, auus autem Phylas Eudorum apud ſe aluit filij loco, &c.*

De Myrtilo Mercurii filio. Cap. LXIIII

MYrtilus, ut ait Lactantius, filius fuit Mercurii, & Auriga Oenomai regis, cuius filiã Hippodamiam cum poſtularet Pelops, in coniugem diſpoſitus curſus ſubire certamen, corrupit ſponſione primi coitus Myrtilum, qui facto currui cereo Axe, eoq́; in medio curſus fracto, obtinuit Pelops uictoriam & uirginem. Myrtilum autem promiſſa poſcentem deiecit in mare, in quò necatus mari nomẽ dedit, ut ab eo Myrtilum uocaretur. Huius autem Myrtili fraude, qui præpoſitus erat armorum, Oenomai ſuperatus bello Oenomaus eſt, ut ſupra de Pelope ſcribitur.

De Laribus Mercurii filiis. Cap. LXV

LAres fuere duo, Mercurii & Laris nymphæ filii, ut dicit Ouidius. Lactãtius autem in libro diuinarum inſtitutionum eam dicit uocari Larundam ſeu Laram. De origine tantum horum talem recitat Ouidius fabulam, Quod cum Iuppiter diligeret Iuturnam Tyberinam nympham, & Turni regis ſororem, reliquis loci nymphis impoſuit, ut eam fugientem retardarẽt, ne eo ſequente ipſa mergeretur in undas. Lara uero filia Almonis, ut dicit Paulus, unà Naiadũ iuſſa Iouis Iuturnæ retulit & Iunoni. Quamobrem Iuppiter indignatus Laram lingua priuauit, iuſſitq́ue Mercurio, ut illam ad inferos traheret, & ibi eſſet ſtygia nympha. Qui cum illam ducens aſpiceret, in eius concupiſcentiam incidit, & in itinere oppreſſit, quæ cum concepiſſet peperit illi geminos, quos ipſe de nomine matris Lares appellauit. Huius fabulæ fictio ſatis abſconditum tenet ſenſum. Iuppiter enim calor eſt. Iuturnam nympham, id eſt, humiditatem in quam agat appetẽs. Verum Lara quæ hic mulieris nimius eſt calor, opus agentis ignis diſgregat, ſed Mercurius, id eſt, frigiditas naturæ opere excitata ſuperfluo calore muliebri exinanito ſemen coẽgit in unum, & ſic Lara lingua priuata eſt, id eſt, nocendi potentia. De hac tantum calcata caliditate Mercurius, id eſt, naturæ moderata prudentia ſecundum gentiles elicit lares, non quidem recte ex ea, ſed ea amota fit ut ſecundum opinionem quorundam lares cum creato fœtu naſcantur ſeu creentur, qui ea ſtante creari non poterant. De quibus laribus non omnes æque ſenſere ueteres. Exiſtimauere autem antiqui cũ anima rationalis à Mercurio in corpus nouum deducta eſſet,

*Et deam Mutã lib. 1. ca. 20*
*Lib. 2. Faſtor.*

D ut aliàs

ut aliàs dixi, ideo à Mercurio deduci opinati, quia in ſexto menſe, qui Mercurio attribuit, fœtus animam credatur ſuſcipere, ſeu uitalem potentiam in anima deum ſeu deos nouę animæ uenire cuſtodes, quos aliqui genium uel genios uocauere, nonnulli dixere lares, ut pauloante dictum eſt. Et ut Cenſorinus aſſerit in libro de natali die, ubi uult eum dici genium, ſeū quia ut gignamur curat, ſeu quia una nobiſcū gignatur, ſeu quod genitos ſemper tueatur, & eundem eſſe genium, & larem dicit à multis ueteribus affirmatum, & potiſſime à Caio Flacco, eo in libro quem Cæſari de indigitamentis ſcriptum reliquit. Et eſto, quod unum tantum dicat genium, ſeu larem in ſubſequētibus adiicit opinionem Euclidis Socratici duplicem omnibus appoſitum genium, & ſic duo ſunt unicuiq; lares opinione ueterum. Quod ſatis firmari uidetur autoritate Annei Flori ſcribentis in quarto Epithomatis ſui ſic. Ipſiq; bruto per noctem cum illato lumine ex more aliquo ſecū agitaret atra quædam imago ſe obtulit, & quæ eſſet interrogata, tuus, inquit, malus genius. Hoc & ſub oculis mirantis euanuit, &c. Qui quidem nō adieciſſet malus, niſi & bonus alter eſſet, & ſic duo. Chriſtiana ueritas angelos uocat, non cum naſcente genitos, ſed natu ſociatos. Quorum alter bonus in bonum ſemper urget quem ſeruat, alter autem malus in contrarium nititur, & quaſi bonorum malorumq; noſtrorum obſeruatores & teſtes in mortem uſq; aſſiſtunt cōtinui. Hos præterea lares etiam priuatorum domibus ineſſe credidere, ut in principio Aulularię oſtendit Plautus, eosq; familiares ſeu domeſticos uocauere deos, & uti cuſtodiæ corporis appoſitos diximus, ſic & hos cuſtodiæ domus, eisq; in domibus locum communem domeſticis omnibus, ubi ſcilicet ignis area quam in medio aulæ ueteres faciebant dedere. Ibiq; eos uenerabātur ſacris ritu ueteri. Quod quidem nōdum apud nos oblitum eſt. Nam etſi error ille inſipidus abierit, ſtant adhuc nomina, & quædam ueterum ſacrorum ueſtigium ſapientia. Habemus autem Florentini & ſic forſan nōnullæ aliæ nationes, ut plurimum in aulis domeſticis, ubi fit communis ignis toti familiæ domus ferrea quædam inſtrumenta ad lignorum igni appoſitorū ſuſtentationem appoſita, quæ lares uocamus, & in ſero præcedente calendarum Ianuariarum die à patrefamilias omnis conuocatur familia, & repleto lignis igne ſtipes magnus apponitur, cuius caput unum igne crematur, in reliquo inſidet ipſe paterfamilias cæteris circunſtantibus, & uino ſumpto bibit ipſe pater primo, & inde capiti ſtipitis incenſi ſuperinfundit, quod uini ſuperfuerat in calice, & deinde cum in circuitu potauerint cæteri, quaſi perfecta ſolennitate ad officia conſurgunt ſua. Hæc ſæpe puer in domo patria celebrari uidi à patre meo catholico profecto homine. Nec dubitem quin à multis adhuc celebretur ratione potius conſuetudinis à maioribus ſumptæ, quàm aliqua idololatriæ ſuperſtitione deceptis.

Cap. 2

Lib. 4. de bello Caſsi & Bruti

De Euandro Mercurii filio, qui genuit Pallantem & Pallantiam. Cap. LXVI.

EVander Archadum rex, ut ait Paulus, filius fuit Mercurii ex Nicoſtrata, homo fortitudine & ingenio inſignis. [a] Dicit enim Seruius eum quendam immanem hominem occidiſſe, ut Hercules Gerionem, eumq; ob eius ſingularem probitatem unū inter multos Hercules numeratum. Et idem Seruius dicit, hunc Pallantis regis Archadiæ fuiſſe nepotem. Et cum patrem ſuum occidiſſet, uirum ſcilicet Nicoſtratæ ſuadente ipſa Nicoſtrata, quæ uates erat, dimiſſa Archadia in Italiam uenit, & pulſis Aboriginibus tenuit illa loca, [b] quæ poſtea Roma condita eſt, & oppidum modicum in monte Palatino fundauit, ibiq; Herculem ex Hiſpania redeūtem cum pompa ſuperati Gerionis ſuſcepit. Qui illum ab inſultibus Caci latronis liberauit. Inde poſt euerſionem Troiæ Aeneā nouas ſedes quęrentem recepit, & aduerſus Turnum iuuit, miſſo in bellum cum eo Pallante filio, quem ſenex Turno occiſum miſere fleuit. Mercurii autē ideo filius dictus eſt, quia eſſet inter cæteros eloquentiſſimus homo, ut aſſerit Theodontius.

a *Virg. lib. 8. Et regem hac Herilum dextra ſub tartara miſi.*

b *Et inde quia carmine futura prædicabat, Carmenta uocata eſt. Vide Seruium in 8. Aeneid. fabula ſiue ea hiſtoria eſt, Ouidius quoq; Faſtorum primo, & iterum libro quinto meminit.*

De Pal-



De Pallante Euandri filio. Cap. LXVII.

PAllas Euandri fuit filius, ut ſæpiſſime in Aeneide teſtatur Virgilius, hic iuuenis celebris uirtutis, ſpectabilis Aeneæ amicitia iunctus, congregatis auxiliis illum aduerſus Turnum ſecutus, à quo in acie uulneratus occubuit, & ab infelici patre ſepultus eſt. Huius autē corpus, ut refert Martinus eo in libro, qui Martiniana uocatur, imperante Romanis Henrico tertio imperatore, haud longe ab urbe à quodā agricola altius ſolito fodiente agellum compertum eſt, adhuc adeo integrum, ut nuperrime uideretur inf oſſum, & ſtatura adeo ingens, ut murorum altitudinem longitudine ſuperaret. Et quod longe magis mirandum refert, ſic in illo hiatus illati à Turno uulneris apparebat permaximus, ut longitudinem quatuor pedum excederet, addens ſupra caput eius lucernā perpetuo igne ardentem compertam, nec ullo poterat extingui ſpiritu uel liquore, tandem facto in fundo foramine extincta eſt. Inſuper dicit ſepulchro tale fuiſſe Epitaphium ſcriptum, Filius Euandri Pallas, quem lancea Turni militis occidit more ſuo, iacet hic.

De Pallantia Euandri filia. Cap. LXVIII.

PAllantia, ut dicit Seruius, filia fuit Euandri. Qui aſſerit hoc à Varrone narrari quam ait Herculem uitiaſſe, & ex ea genuiſſe Latinum regem Laurentum. Hāc tandē cum moreretur dicit ſepultam in monte, qui de ſuo nomine Pallatinus appellatus eſt.

De Pane Mercurii filio, Cap. LXIX.

PAn, non is qui Archadiæ dictus eſt deus, ſed alius Mercurii fuit filius & Penelopes, ut in libro de naturis deorum ſcribit Cicero. Et dato, dicat Licophron Penelopem Vlyſſis coniugem cum procatoribus omnibus concubuiſſe, Vlyſſe non redeunte, & ex uno Pana filium ſuſcepit. Sunt qui uelint huic fictioni locum datum, & intelligere contigiſſe alicuius eloquentia Penelopem in concubitum eius ueniſſe, & ex eo filium peperiſſe, qui eo quod eloquētia exquiſitus uidebatur, Mercurii filius dictus eſt. Ego autem aliàs dixi arbitrari non poſſum, pudicitiam tam celebrem uti Penelopis fuit, alicuius eloquio uel opere alio fœdari aut flecti potuiſſe: fuere quidē & aliæ mulieres nomine ſecū, ſed forte non pudicitia coęquales, & ſic ex aliarum una, naſci potuit Mercurio Pan filius.

*Hanc fabulam ualde feſtiue, ut alia omnia, Lucianus narrat in Dialogis Deorum.*

De Vulcano xxxvii. Iouis filio, qui genuit Erichthonium, Acum, Cechulū, & Tullium Seruilium. Cap. LXX.

VLcanus Iouis & Iunonis fuit filius, ut omnes ferè Poëtæ teſtantur. Hic eo quod claudus & deformis erat, quàmcito natus eſt à parētibus, in Lemnū inſulam eſt deiectus. De hoc in Buccolico carmine dicit Virgilius, Cui nō [a] riſere parentes. Nec deus hunc menſa, dea nec dignata cubili eſt, &c. Huic uxorem fuiſſe affirmant omnes, ſed quæ ea fuerit non æque demonſtrat à cunctis. Cingius enim, ut Macrob. in lib. Saturnaliorum refert, dicit Maiam uxorem fuiſſe Vulcani. Piſo autem dicit fuiſſe Maieſtam. Homerus primo, & inde Virgilius, & Poëtę Latini reliqui Venerem fuiſſe ſcribunt. Sanè cum certum ſit plures fuiſſe Vulcanos, poſſibile eſt hos omnes uerum dicere, cum cuius Vulcani fuerint coniuges Maia ſeu Maieſta non dicant. Quod autem Vulcani Lemnenſis Venus fuerit coniunx, ſatis comperto teneri uidetur. Hunc inſuper Iouis fabrum dicunt, & apud Lyparas & Vulcanias inſulas ad facienda fulmina, & deorum arma Cyclopes obſequioſos, & officinas habere teſtantur. Et ab eo quicquid artificioſe compoſitum eſt factum uolunt, ut Achillis & Aeneæ arma, monile Harmonies, & corona Ariadnæ, & huiuſmodi. Hunc præterea dicunt oſtenſo illi à Sole adulterio Veneris cōiugis ſuæ & Martis, ambos inuiſibilibus catenis alligaſſe. Vocant etiam illum Mulciberum, & filiorum plurium faciunt patrem. Volentes igitur ex dictis ſenſum elicere. Sciendum eſt primo Vulcanum hunc Iouis & Iunonis fuiſſe filium, & apud Lemnum regnaſſe, & Venerem habuiſſe coniugem, eamq; cum armigero comperiſſe iacentem, ut ſupra dictum eſt, ubi de Marte, & hoc quātum ad hiſtoriam. Quantum autem ad alium ſenſum eſt ante alia aduertendū, apud nos duplicem ignem



eſſe.

eſſe. Primus eſt elementum ipſum ignis, quod non uidemus, & hoc perſæpe Poëtæ Iouem uocant. Secũdus autem elementatus eſt ignis cauſatus à primo, & hic duplex eſt. Primus enim eſt, qui in aëre ob uelociſſimum circularem motum in nubibus accendit, & hic dum illas exeũdo frangitur choruſcationes & tonitrua facit, & maximo cum impetu in terras impellitur. Secundus autem is ignis eſt quo utimur ex lignis, aliiſq́ combuſtibilibus à nobis ex ſilicibus duris eductus, & fomentis educatus atq́ ſeruatus, de his tribus hac in fictione fit mentio. Nam primus Iuppiter eſt, ex quo & rebus aëreis & terreis, quæ pro Iunone intelligendæ ſunt, duo reliqui oriuntur. Ex his uterq́ claudus eſt, nam ſi fractionem nubis inſpexerimus nõ recte, gradientem ignem, ſed nũc in partem iſtam, nunc in illam declinantem uidebimus, & ſic claudicantem dicemus. Ex quo modo & noſtri ignis flammas, nunquam æquali ſeſe in altum extollentes gradu uidebimus, ſed more claudi nunc altius nunc depreſſius appetunt altiora. Ex his primus de cælo in terram, ut pręmonſtratum eſt, deiicitur: nec illi parentes arrident, quia quàm cito creatus eſt, eiicitur, & ſic nec in menſa dignatus eſt. In Lemnum autem ideo deiectum uolunt, quia perſæpe in inſulam illam cadunt fulmina. Quod autem dea nõ illum cubili dignata ſit, paulopoſt ubi de Erichthonio dicetur cauſa. à ſimiis aũt nutritus eſt, is qui penes nos eſt. Eſt enim ſimia animal hoc habens à natura, ut quicquid uideat hominem facientem, & ipſa conetur facere, & quoniam homines arte & ingenio ſuo in multis naturam imitari conantur, & circa actus tales plurimum opportunus eſt ignis, fictum eſt ſimias, id eſt, homines nutriſſe Vulcanum, id eſt, ignem fouiſſe, de quo ut eius opportunitas cognoſcatur, ſic in libro Ethicorum ſcribit Iſidorus. Abſq́ igne nullum metalli genus fundi extendiq́ poteſt. Nihil enim penè quod non in igne efficiatur. alibi enim uitrum, alibi aurum, alibi argentum, alibi plumbum, & alibi mineum, alibi pigmenta, & alibi medicamenta efficit, igne lapides in ære ſoluuntur, igne ferrum gignitur & domatur, igne aurum perficitur, igne cremato lapide cementa & parietes ligantur, ignis lapides nigros coquẽdo candificat, ligna candida urendo effuſcat, carbones ex pruina fulgida nigros facit, de lignis duris fragilia, de putribilibus imputribilia reddit, ſtricta ſoluit, ſoluta reſtringit, dura mollit, mollia dura reddit. Hæc Iſidorus. Volunt inſuper hunc Iouis eſſe fabrum, & aliarũ rerum omniũ artificioſarum cõpoſitorem, ut intelligatur quicquid artificioſum fit, ignis ſuffragio fieri, qui inquantum artificioſus dicitur Vulcanus ab aliquo inſigni artifice ſic dicto denominatur. Officinæ autem eius cur apud Liparã & Vulcanam inſulas eſſe di-
b cantur liquido patet. Inſulæ enim ignem euomentes ſunt, & earum nomen fictioni fauet. Vulcaniæ quippe nuncupantur, ſed non à Vulcano Iouis filio dictæ ſunt, quinimo à Vulcano quodam, qui in Emalio natus illas tenuit. Nec ſolum eum fabrũ armorum aut iocalium ignem, ſeu Vulcanum eſſe uoluere, ſed & hominum conuentionibus, & ſermonis initio cauſam præſtitiſſe uolunt, ut in libro de architectura Vitruuius uidetur aſſerere, dicens, homines ueteri more in ſyluis & ſpeluncis, & nemoribus naſcebantur, ciboq́ agreſti naſcendo uitam agebant. Interea quodam in loco à tempeſtatibus & uentis denſe crepitantibus arbores agitare, & inter ſe terentes ramos ignem excitauerunt, & eõ flamma uehementi perterriti, qui circa eum locum fuerunt ſunt fugati, poſtea requie data propius accedentes cum animaduertiſſent commoditatem eſſe magnam corporibus, ad ignis teporem ligna adiicientes, & id cõſeruantes alios adducebant, & nutu mõſtrantes oſtendebãt, quas ex eo haberent utilitates. In eo hominum greſſu cum profundebantur aliter è ſpiritu uoces quotidiana conſuetudine uocabula, ut obtingerent conſtiterant. Deinde ſegregãdo res ſæpius in uſu ex euentu fari fortuitu cœperunt, & ita ſermones intra ſe procreauerunt. Ergo cum propter ignis inuentionem initio apud homines & conſilium & conuictus eſſet natus, & in unum locum plures conuenirent, habentes à natura primũ præter reliqua animalia, ut non proni, ſed erecti ambularent, mundiq́ & aſtrorum magnificentiam aſpicerẽt in manibus & articulis, quam uellent rem faciliter tractarent, cœperunt in eo cœtu, alii de frondibus facere tecta, alii ſpeluncas fodere ſub monti-

bus,



bus, nõnulli hyrundinum nidos, & ædificationes earum imitantes de luto & uirgultis facere loca quæ ſubirent. Hæc Vitruuius. Non autem inſignis homo iſte Pentateuchum legerat, circa cuius initium longe alium ſermonis autorem Adam omnia nominantem legiſſet. Et alibi Caim, non domos tantum, ſed ciuitatem etiam conſtruere nouiſſet. Sed de hoc aliàs. Cur autẽ Vulcano Cyclopes obſequioſi dati ſint, ſupra ubi de Cyclopibus explicatum eſt. Vulcanus autem faber iſte ideo dictus eſt, ut ait Seruius, quaſi uolicanus, quod per aërem uolet. Rabanus autem dicit, Vulcanus uolans candor. Mulciber autem dicitur, ut ait Albericus, quaſi mulcens imbrem, eo quod cum nubes altiora petierint calore, in pluuias reſoluuntur. Ego autem Mulciberum dici puto, ideo quia molliat æra.

*Deiectus autem ideo fuit, quod cum Iuppiter Iunonem in uinculis teneret, eo quod cum alijs contra eum conſpirauerat, ſiue ut Cõment. Iliad. 1. ait, quod Iouẽ conſopierat, quo facilius Herculi nocere poſſet, Vulcanus illã clàm è uinculis liberare aggreßus fuit. Fabula eſt Iliad. primo.* a

*Eadem Comment. Apollon. lib. 4. niſi quod addit quoſdam fabulatos eße. Quod ſi quis ferrum rude in cauernas earum inſularum immiſiſſet, & poſtridie reuertißet, numerata mercede, enſem uel quicquid uoluißet fabrefactum accipere conſueuiſſe.* b

De Erichthonio Vulcani filio, qui genuit Procrim, Orithyam, & Pandionem. Cap. LXXI

ERichthonius quẽ Erechtheum appellat Homerus, filius fuit Vulcani & Mineruæ, ex creatione cuius talis fertur fabula ab antiquis. Quod cum Vulcanus fulmina Ioui aduerſus Gygantes pugnanti feciſſet, petiit idem loco præmii, ut liceret ſibi cum Minerua concumbere, quod ipſe conceſſit, data Mineruæ licentia, ut ſuam uirginitatem, ſi poſſet uiribus tueretur. Dum ergo Mineruæ cubiculum intraſſet Vulcanus, & Mineruæ acriter ſe defendenti uim inferre conaretur, actum eſt, ut uoluntate nimia percitus Vulcanus in pauimentum ſemen effunderet, ex quo aiunt Erichthonium natum, eiq́ ſerpentinos dicunt fuiſſe pedes, ad quos contegendos ætate prouectus currum primus excogitauit, ut dicit Virgilius. Primus Erichthonius currus & quatuor auſus Iungere equos, &c. Huius autem fictionis intentũ Auguſtinus in libro de ciuitate dei ſic detegit. Dicit enim apud Athenienſes templum fuiſſe Vulcano & Mineruæ cõmune, in quo compertus eſt infans dracone circumuolutus. qui cum eum magnũ uirum futurũ iudicio Athenienſium portenderet eum ſeruauerunt. & eo quod parentes eſſent incogniti iis quibus dicatum erat templum, in quo compertus erat, Vulcano ſcilicet & Mineruæ dederunt in filium. Hic præterea, ut dicit Anſelmus in libro de imagine mundi in cælum inter alias cæleſtes imagines aſſumptus ſerpentarius dictus eſt.

*Homerus 2. Iliad.* δῆμον ἐρεχθῆος μεγαλήτορος ὅν ποτ᾽ ἀθήνη θρέψε διὸς θυγάτηρ τέκε δὲ ζείδωρος ἄρουρα. *Quo loco Comment. Etymologiam Erichthonij* ἀπὸ τοῦ ἐρίου *quo illa effuſum deterſit, &* χθονὸς *deriuat. Ouidius fabulæ meminit lib. 2. Meta.*

De Procri Erichthonii filia, & coniuge Cephali. Cap. LXXII

PRocris filia fuit Erichthonii, ſeu Erechthei, & coniunx Cephali, Ouidio teſte, qui dicit, Quatuor ille quidem iuuenes totidemq́ crearat Fœmineæ ſortis, ſed erat par forma duarum, Ex quibus Eolides Cephalus te cõiuge felix Procri fuit, &c. Quæ huius fuerit fortuna, quæ mors poſt hæc ubi de Cephalo ſcribitur.

*Ouid. lib. 6. Fabula autẽ Procridis, quo pacto à marito Cephalo per imprudentiã occiſa ſit, lib. 8. deſcribit.*

De Orithya Erichthonii filia, & coniuge Boreæ. Cap. LXXIII

ORithya Erichthei, ſeu Erichthonii fuit filia, ut Euſebius in libro temporũ teſtatur. Hanc Trax Boreas Aſtrei filius rapuit, & ſibi matrimonio copulauit, quæ illi Zeten & Calaim filios peperit.

*Orithyæ raptus 6. Meta. deſcribitur. Cæterũ huius occaſionem Didim. Odyſſ. Ξ. hanc tradit Orithyã aliquando à patre ad canephorias Mineruæ* τῆς πολιάδος *in arcem Athenien. mißam eſſe. Quam cũ pulchre ornatam Boreas conſpexiſſet, amore incenſum rapuiße. Alij dum flores legeret apud Cephiſi amnem, raptam uolunt. Rurſum alij, dum inter æquales in Iliſſo luderet, Heſagoras non à Borea Aſtræi,*

*ſed Strymonis filio raptam dicit. Alij hãc præter Calam & Zethen etiã Chionem, Chthoniam, & Cleopatram Phinei primam uxorem peperiſſe tradunt. Eſt qui nec Erechthei filiam, ſed Cecropis facit, ſororemq; Creuſam hinc & Orithyæ adnumerat. Vide Comment. Apollonij.*

De Pandione Erichthonii filio, qui genuit Prognem & Philomenam.

Cap. LXXIIII

PAndion, ut Lactãtio placet, filius fuit Erichthonii Athenarum regis, ſibiq; ſucceſſit in regno. Ex quo præter regni tempus, quod uixit apud Euſebium annis xl. fuit, nil eſt niſi quia duos habuerit filios, & totidem filias, ex quibus bello feſſus, quod diu aduerſus Thracas geſſerat, cum in pacem ueniſſet unam prognem, ſcilicet Thereo Thracũ regi dedit in coniugem. Alterius autem Philomenæ ſcilicet infortunium fleuiſſe potuit, de quibus ſupra latius.

*Fabula eſt Ouid. lib. 6. Cæterum Ouidius Erichtheum Pandioni in regno ſucceſſiſſe dicit, quod minime equidẽ miror, cum Euſebius duos Erichtheos faciat, alterum cui Pandion ſucceſſit, alterum qui Pandioni ſucceſſit, & utriq; Orithyam à Borea Thrace raptam aſſignet. Porrò autem quia fabula de Philomela à Grammaticis uariatur, & quidam ea quæ de Itylo Terei filio referuntur ab Ouidio, ad Itylum Zethi fratris Amphionis transferunt. Viſum eſt non abs re fore, ſi totam eam narrationem ita ut eſt apud Didymum in Odyß. T. & N. huc adſcriberem, ibi enim Homerus Philomelæ ac Ityli meminit, ſed illam non Pandionis, ut Ouidius, uerum Pandarei cuiuſdam filiam uocat. Verba itaq; Didymi hæc ſunt:*

πανδάρεος ὁ μέροπος καὶ νύμφης ὀρείας παῖς, μιλήσιος τὸ γένος, γήμας ἁρμοθόην τὴν ἀμφιδάμαντος, ἴσχει παῖδας τρεῖς. ἀηδόνα καὶ κλεοθήραν καὶ μερόπην. ἃς ἔτρεφον ἀφροδίτη καὶ ἀθηνᾶ καὶ ἥρα. πανδάρεος δὲ γενόμενος εἰς κρήτην, κλέπτει τὸν τοῦ διὸς κύνα, καὶ αὐτὸν οὐκ ἤνεγκεν εἰς μίλητον, δείσας τὸν δία, παρὰ ταντάλῳ δὲ εἰς φρυγίαν κατατίθεται, φάμενος ἄγειν τοῦτον ἐκ φοίνικης. ὁ δὲ τάνταλος δεξάμενος ἐφύλασσεν. ἔπειτα κελεύσαντος διὸς ἐρευνᾶν τὸν κύνα, ὁ ἑρμῆς παραγίνεται πρὸς τάνταλον. ὁ δὲ ὄμνυται τὸν δία καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς, μὴ συνειδέναι τι περὶ τοῦ κυνός. ὁ δ᾽ ἑρμῆς εὑρίσκει αὐτὸν παρ᾽ αὐτῷ. ὅθεν ὁ ζεὺς κατέστρεψεν αὐτῷ σίπυλον τὸ ὄρος. ὡς δὲ ὁ πανδάρεος ἐπύθετο, φεύγει ἐκ τῆς πατρίδος σὺν τῇ γυναικὶ ἁρμοθόῃ καὶ ταῖς θυγατράσιν ἀγάμοις οὔσαις εἰς ἀθήνας. ἐκ δὲ ἀθηνῶν εἰς σικελίαν. ὁ δὲ ζεὺς αὐτὸν ἰδὼν, κτείνει σὺν τῇ γυναικί. ταῖς δὲ θυγατράσιν αὐτοῦ τὰς ἁρπυίας ἐφορμᾷ. αἱ δὲ ἀνελόμεναι, ἐριννύσιν αὐτὰς διδόασι δουλεύειν. ἀηδὼν δὲ ἡ πρεσβυτάτη ζήθῳ γαμηθεῖσα, τῷ διὸς υἱῷ, ἀμφίονος δὲ ἀδελφῷ, ἴτυλον τίκτει καὶ νηΐδα, καὶ ἴτυλον μὲν ἀποκτείνει διὰ νυκτὸς, δοκοῦσα εἶναι τὸν ἀμφίονος παῖδα, ζηλοῦσα τὴν τοῦ προειρημένου γυναῖκα, ὅτι αὐτῇ μὲν ἦσαν ἓξ παῖδες, αὐτῇ δὲ δύο. ἐφορμᾷ δὲ ταύτῃ ὁ ζεὺς ποινήν, ἡ δὲ εὔχεται ὄρνις γενέσθαι. καὶ ποιεῖ αὐτὴν ὁ ζεὺς ἀηδόνα. θρηνεῖ δὲ ἀεί ποτε τὸν ἴτυλον.

*Pandioni præter Prognen & Philomelen, alij filios quoq; aſſignant Aegeum, Lycum, Nyſum, & Pallantem, qui à Sophocle nominantur, & Theſpium, quem Stephanus & Euſtatius addunt, de quo ultimo in Hercule adnotauimus.*

De Progne & Philomena filiabus Pandionis. Cap. LXXV

PRogne & Philomena, ut ſatis late dicit Ouidius, filiæ fuere Pandionis Athenarum regis. Harum Prognem Pandion Thereo regi Thraciæ dedit in coniugem, & ipſa ex eo peperit Ithim filium. Philemona autem ſecundam Pandionis filiã dum ad Prognem Thereus duceret ſtuprauit, eiq; linguam abſtulit. Ex quo ſecutum eſt, ut Ithis à matre occideretur, & patri daretur in cibum, & inde Prognes mutaretur in hyrũdinem, Philomena in auem ſui nominis, Thereus in upupam, ut de omnibus planius ſupra ubi de Thereo.

De Caco Vulcani filio. Cap. LXXVI

CAcus filius fuit Vulcani, ut dicit Virgilius, Hic ſpelunca fuit uaſto ſummota receſſu Semihominis Caci facies quam dira tegebat Solis in acceſſum radiis ſemperq; recenti Cæde tepebat humus foribus affixa ſuperbis Ora uirúm triſti pendebant pallida tabo. Huic monſtro Vulcanus erat pater illius atros Ore uomens ignes magna ſe mole ferebat, &c. Ex hoc fert, quod Her-





culis ex Hiſpania redeuntis, & cum Euandro hoſpitantis boues noctu cauda traxit in antrum ſuum, quos cum diminutos mane cerneret Hercules, nec quorſum erraſſent poſſet aduertere. Videbat enim ueſtigia pedum antro ad armenta uenientia, cum reliquis recedebat. Sed cum mugirent ob relictos ſocios abeuntes, reſpondentes mugitu qui clauſi tenebantur cognita eſt Caci fraus, in quem dum uerteretur Hercules, ui ex antro illum eduxit, & claua interemit, & boues reaſſumpſit. Alli uero uolũt à Caca ſorore Caci fratris furtum Herculi reuelatum, & ob id meruiſſe ibidem diu ara ſacrisq; uenerari. Hũc ideo Vulcani filium dictum dicit Seruius, quia adiacentia omnia crebra combuſtione conſumeret, quem Albericus dicebat nequiſſimum Euandri filium fuiſſe ſeu ſeruũ, quod nomen ipſum ſonat. Nam Cacos Græce Latine malum ſonat. Sub fictione autem fabulæ uidet Solino ubi de mirabilibus hiſtoriam eſſe. Dicit enim habitaſſe Cacum eo in loco cui Salynæ nomen eſt, ubi poſtea trigemina urbis porta facta. Deinde dicit Cæliũ dicere, quod cum à Marſia rege, Tarchoni Tyrrheno legatus iuiſſet, & ab eo Megali Phrigio ſeruãdus eſſet traditus ab eodem cum amplioribus ſubſidiis, unde uenerat reductus regnum circa Vulturnum & Campaniam occupauerant. Et dum tentarent aduerſum Euandrum & Archades duce Hercule, qui tunc forte aderat Cacus oppreſſus eſt. Megalis autem ad Sabinos ſeceſſit, quos augurandi diſciplinam docuit.

*Verba Solini ſic habent. Hic, ut Cælius tradit, cum à Tarchone Tyrrheno ad quem legatus uenerat Marſiæ regis, ſocio Megale Phryge cuſtodie foret datus, fruſtratus uincula, unde uenerat redijt, præſidijs amplioribus occupato circa Vulturnum & Campaniam regno, dum etiam ea attrectare auderet, quæ conceſſerant in iura Arcadum, duce Hercule, qui tunc forte aderat oppreſſus eſt. Et Megalem Sabini receperunt, diſciplinam augurandi ab eo docti, &c. Hæc ideo apponenda putaui, quia ſententiam Solini Bocatius non recte in ſua tranſtuliſſe uidebatur. Sunt autem apud Solinum Cap. 2. Caci fabulam, Ouidius quoque libro primo Faſtorum ſcribit.*

De Ceculo Vulcani filio. Cap. LXXVII

CEculus, ſi Maroni fides præſtanda eſt, filius fuit Vulcani. Dicit enim de eo ſic. Nec prænestinæ fundator defuit urbis Vulcano genitum pecora inter agreſtia regem, Inuentumq; focis omnis quem credidit ætas Ceculus, &c. Ex hoc talis fertur fabula. Duo fuere fratres, quibus unica fuit ſoror, quæ dum ſecus ignem ſederet fauilla caſu eius in gremium ex torrente feruido euolauit, ex qua mulierem concepiſſe aiunt, & peperiſſe puerũ quem Vulcani dixere filium, eumq; ob lippitudinem oculorum dixere Ceculũ. Qui die quadam forſan infeſtatus improperatione, quia non Vulcani filius eſſet, orauit Vulcanum, ut ſi eius eſſet filius demonſtraret, nec mora Vulcano agente aiunt miſſum fulmẽ, à quo omnes qui non credebant exuſti atq; perempti ſunt, ex quo uere Vulcani filius à ſuperſtitibus habitus eſt. Ego exiſtimo fictionis huius rationem eſſe talem, Ceculum ſcilicet præneſtem proprio nomine nuncupatum, & ab ægritudine oculorũ. Ceculum, & idem eſſe cum Præneſte Latini regis filio, de quo ſupra, & ob euolatã fauillulam in gremium prægnantis matris adoptatum Vulcano, eumq; hoſtes ſuos igne & incendio caſtigaſſe, & Præneſtem condidiſſe ciuitatem, & uiribus Turnum aduerſus Aeneam iuuiſſe.

De Seruio Tullio Vulcani filio, qui genuit Tullias duas.

Cap. LXXVIII

SEruius Tullius Vulcani fuit filius ex Ocriſia Corniculana, ut in libro Faſtorum teſtatur Ouidius, dicens, Nanq; pater Tulli Vulcanus, Ocriſia mater Perſignis facie Corniculana fuit. Et paulopoſt, Iuſſa foco captiua ſedet conceptus ab illa Seruius à cælo ſemina gentis habet. Hunc præterea dicit Ouidius à Fortuna dilectum, eamq; ſolitam ad eum ire per feneſtram palatii, & ſecum eſſe, ubi poſtea facta eſt porta, quæ à feneſtra illa feneſtrale nomẽ accepit. Huius fabulæ intentũ ex hiſtoria per T. Liuiũ ſtilo egregio narrata ſumet, quã ut paucis cõplectar uerbis, dico q̃d capto Corniculano à Tarqnio Priſco Romanorũ rege inter alias captiuas iuuẽcula q̃dã, ex eo q̃d nobilis uideret à Tarquinio in domũ regiã deducta eſt, q̃ prægnãs,

peperit Seruium Tullium, quo adhuc infantulo & in cunis dorminente deſcendit ab alto igniculus, & capiti ſuo inſedit, nullam inferens leſionem. quem cum uidiſſet Tanaquil regina Auguriorum perita ſuaſit uiro ſuo puerum cum diligentia ſeruandum. Magnum enim futurum familiæ ſuæ commodum. Hinc ſeruatus cum ſtrennuus euaſiſſet Tarquinii filiam ſumpſit in coniugem, & uulnerato Tarquinio à filiis Anci Marci, & à regina ex uulnere mortuo clam ſeruato, ea iubente paruulis adhuc exiſtẽtibus filiis Tarquinii, Seruius illi occupauit regiam, qua occupata, & morte pateſacta Tarquinii, Seruius illi ſuffectus eſt rex, cui cum duæ eſſent ex cõiuge filiæ, illas filiis Tarquinii Priſci dedit uxores. Ipſe autem cum multa bona feciſſet Romanis, à Tarquinio ſuperbo genero ſuo filiæ impulſu occiſus eſt, cum regnaſſet annis xliiii. Illa igitur flammula de qua ſupra locũ dedit fabulæ, ut filius fingeretur Vulcani, quod oſtendit Ouidius. Signa dedit genitor, tũc cum caput igne coruſco Contigit, hincq́ omnis flammeus egit apex, &c. Quod autem à Fortuna dilectus fuerit, monſtrauere ſucceſſus. Hunc Plinius in libro uirorum illuſtriũ filium dicit fuiſſe Pub. Corniculani, & Ocretiæ captiuæ.

### De duabus Tulliis filiabus Seruii Tullii. Cap. LXXIX

TVlliæ duæ T. Liuio autore, filiæ fuere Seruii Tullii, & coniuges Aruntis & Lucii priſci Tarquinii filiorum. Maior quippe Tullia ſeueri atq; impatientis animi, & ad quæcunq; facinora procliui Arunti mitiſſimo iuueni contigit. Iunior uero, quæ piiſſima mulier erat Lucio acris & ambitioſi cordis iuueni data eſt. Ardebat Tullia maior deſiderio regni, ſegnemq́ uirum contumeliis infeſtabat, & ſuam damnabat fortunam, quod non Lucio data eſſet. Tandem actum eſt, ut moreretur Aruns & iunior Tullia, quamobrem e ueſtigio maior cõuenit cum Lucio, & patiente potius quàm approbante Seruio matrimonio iuncti ſunt, cœpitq́ ilico improba mulier uiri animum irritare uerbis, & ad regnum ſtimulis impellere. Ex quo factum eſt, ut die quadã curiam intraret Lucius, & pro rege ſederet, & uenientem Tullium pelli faceret, & inde ſequi atq; trucidari. Quod cũ audiuiſſet Tullia, conſcenſo uehiculo lætabũda ad ſalutandum uirum regem cucurrit. Rediens autem domum cum Seruii cadauer media in uia proſtratum uideret auriga, atque ſubſtaret, ne illud tranſiens uehiculo premeret, obiurgatus à Tullia, eo preſſo trãſiuit. Hęc peperit Lucio filios inter quos Sex. Tarquinium, ob cuius illatum in Lucretiam Collatini coniugem per uiolentiam ſtuprum Lucius filiiq́ ſecum in exilium acti ſunt, & ipſa cum eis, quæ apud Gabios trucidatum Sextum audiſſe potuit, & uidiſſe uirum apud Cumas Campaniæ tabida in ſenectute marcentem. quis autem mulieri finis fuerit, non legi.

LIBRI DVODECIMI FINIS

Tertius à decimo ſobolem Iouis explicat omnem.



# GENEALOGIAE DEORVM GENTILIVM, LIBER DECIMVSTERTIVS.

## PROOEMIVM

GVrgitis uaſti ac nimium æſtuoſi portio longe maior curſu'q; difficilior, uero præſtãte deo, poſt puppim relicta, cum iam cani mõtium uertices oppoſiti littoris ſe tenui quadã oſtentatione in remotis oſtẽderent, cœperat uideri mihi mare placidũ, & nullis ferè impeditum obicibus, & undas ſolito laxiores præſtare, & ſpe atq; auiditate cõtingendi littoris, in quo quies promittebat futura, & ob ſuperatos labores uectrici meæ Laurea ultro remis ferebam & uelo. Sed & ecce dum à Tyberis hoſtio dum lenis aura me detuliſſet in Euboicum ſalum, ſtetiſſent'q; corã Cadmeiæ Thebæ, & quas præterieram nõ aduertens, Eoliæ inſulæ in mentem ueniſſent: ſenſi mecum quid ſupereſſet agendum, eum ſcilicet deſcribendum monſtruoſarum rerum domitorem egregium cæteros mortales uiribus excedentem. Nec non & furentis populi regem, cuius perſæpe opere ferè naufragus factus ſum, & eorum inde numeroſas ſatis poſteritates annectere. Ex quo tepuit paululum feruor ille, qui me auidũ deferebat in littus & ſubſtiti, & dum mecum uoluerem facile non eſſe eos labores deſcribere, quibus præter Herculem nemo ſuffeciſſet mortalium, eum'q; regem cuius famuli orbem uidebatur poſſe cõcutere, exiſtimaui quieſcendum fore, & aliquali ocio languidas iam uires in neruum reuocare, ne inter egregios Alcidis ſudores deficerem. At ubi minime uellem debilis deferrer ab Aeolo, & ſic nondum Iouis tertii enumerata integre prole. Iterum rex inclyte ſteti tanquam incertum deueniſſem terminum, à quo iam factus robuſtior ſurgens in reſiduum itineris naiculæ uela cõcedo. Orans more ſolito, ut is faueat, me'q; laboris deducat in finem, cui facillimum fuit ex nihilo cuncta componere.

De Hercule xxxviii. Iouis filio, qui genuit xvii. filios, quorum hæc ſunt nomina, Oxias, Creontiades, Theromachus, Deicoon, Ithoneus, Chromis, Agilis, Hillus, Sardus, Cirnus, Diodorus, Tlepolemus, Theſſalus, Auentinus, Telephus, Lydus, & Lamirus. Cap. I

HErcules, ut ſcribit in Amphitryone Plautus, filius fuit Iouis & Alcmenæ, q̃, ut quidam uolunt, hac lege nupſit Amphitryoni, ut mortẽ fratris ſui à Thelebois occiſi ulciſceretur, in qua expeditione, ut ubi ſupra ait Plautus cum uerſaretur Amphitryon, Iuppiter in Alcmenam ardens Amphitryonis militantis forma ſumpta ante lucẽ, quaſi ab expeditione rediẽs acceſſit ad eam, quæ cum eum uirum ſuum crederet, cũ eo concubuit, ex quo concubitu, eſto, ex Amphitryone prægnans eſſet, concepit, ad quam cõceptionem uolunt noctem unam nõ ſuffeciſſe, quinimo, aiũt, tribus in unam iũctis laſciuiendi ſpacium adultero Ioui cõceſſum, quod à Lucano ſcribitur. Thebas Alcmenæ, qua dum frueretur Olympi Rector Luciferum ter iuſſerat heſperum eſſe, &c. Et ſic in tempore geminos peperit, ex Amphitryone uiro Iphicleum, ex Ioue autem Herculem. Præterea & aliam fabulam ad huius natiuita-
a tem ſpectantem recitat Homerus, quam quia ſupra ubi de Euryſtheo filio Steleni ſcripſimus, hic iterare ſuperfluum eſſet. Hunc ueteres maximis extollunt laudibus, & eum quantũ ad corporis ſtaturã maximũ ferunt, adeo ut nolint eius altitudinẽ ſuperaſſe quenquam, & eã ſeptem fuiſſe pedũ: quod Solinus probare uidet̃, ubi dicit, Licet ergo pleriq; diffiniãt nullũ poſſe excedere longitudinẽ pedũ ſeptem, quod intra hũc modũ Hercules fuit, &c. Et cũ Iunonis nouercę inimicitias eũ paſſum uelint, & Euryſtheo regi famulatũ pręſtitiſſet robore corporeo, & ingenio cęteros anteiſſe cõfirmãt. Cuius labores pręcipuos ferè omnes duodecim tantũ fuiſſe cõfirmant, cũ 31, eſto nõ omnes æquos, fuiſſe cõperiã.

Primo



Primo quidem dum adhuc eſſet infantulus, & in cunis cum fratre iaceret, à Iunone odiis inſecutus dormientibus parentibus, ad eum deuorandũ ſerpentes duo miſſi ſunt, quibus uiſis terrefactus Iphiclus, ex cunis decidit, & eiulatu ſuo parentes excitauit. Qui ſurgentes Herculem inuenere cœpiſſe manibus ſerpentes, & eos occidiſſe, de quibus in Tragœdia Herculis furentis ſic ait Seneca Poëta, Infantis ætas monſtra ſuperauit prius Quàm noſſe poſſet, gemina, criſtati caput angues ferebant ora, quos contra obuius Reptauit infans igneos ſerpentum oculos Remiſſo pectore ac placido intuens Arctos ſerenis uultibus nodos tulit Et tumida tenera guttura elidens manu, &c. Secundo apud Lærnam paludem cum Hydra immani monſtro certamen habuit, cui cum eſſent capita ſeptem, & uno exciſo ſeptem illi renaſcerentur ilico, exquiſita uitalium origine illam conſumpſit, de qua ſic Seneca Tragœdus ubi ſupra, Quid ſæua Lærnæ monſtra numeroſum malum, Non igne demum uicit & docuit mori, &c. Tertio cum Nemeus leo eſſet toti regioni terribilis ſuſceptus à Molorco paſtore, qui loco proximus erat, ubi leo aduerſus eum animoſus acceſſit, & captum atq; enectum excoriauit, & ob uirtutis inſigne loco pallii corio eius poſtea uſus eſt. Vnde Ouidius, Iis eliſa iacet moles nemeæ lacertis.

Quarto aduerſus Theumeſium leonem, nulla ex parte minus horribilem Nemeo, audaci proceſſit pectore, proſtratum'q; iugulauit, cuius facti in Thebaide meminit Statius, dicẽs, Illius in ſpeciem, quẽ per Teumeſia tempe, Amphitrioniades fractum iuuenilibus armis Ante Clionei ueſtitur prælia monſtri, &c. Quinto autem aprum Menaliũ cuncta uaſtantem cœpit, ex quo Seneca ubi ſupra, Solitum'q; denſis hiſpidum Erimanti iugis Archadia quater nemea menalium ſuem, &c. Et, ut dicit Lactantius, hunc aprum uiuum detulit Euryſtheo. Sexto ceruam æneos habentem pedes, & aurea cornua Menali nemoris hoſpitam, quam nemo poterat curſu contingere, ipſe curſu ſuperauit atq; cepit, de qua ſic Seneca ubi ſupra, Menali pernix fera Multo decoro præferens auro caput Deprenſa curſu eſt. Septimo arcu Stymphalides occidit aues Harpiyas ſcilicet, de quibus b
ſic idem Seneca, Solitas'q; pennis condere obductis diem petiit ab ipſis nubibus Stymphalidas, &c. Octauo taurum quem uictor Theſeus à Creta detulerat, qui ob inſolentiam Atticam regionem uaſtabat, deprehendit. De quo tauro ſupra ubi de Paſiphaë, cuius mentionem ubi ſupra Seneca faciens dicit, Taurum'que centum non leuem populis metum, &c. Nono Acheolum ſuperauit, cuius facti fabula ubi ſupra de Acheloo, de quo Ouidius, Vos ne manus ualidi preſſiſtis cornua tauri, &c. Decimo Diomedem regem Thraciæ, cui mos erat hoſpites ſuos occidere, & iumentis ſuis in cibum apponere, ipſe ſuperauit & occidit, & eiſdem iumentis manducandum appoſuit, unde idem Seneca, Quid ſtabula memorem diri Byſtonii regis, &c. Vndecimo cum Buſiris rex Neptuni & Lybiæ filius oras omnes Nilo adiacentes prædator ingens infeſtaret, & forenſes hoſpites ſuis mactaret diis, accedens Hercules eo ſuperato, illam regionem pacatam reddidit. Vnde Ouid. Ergo ego fœdantẽ peregrino templa cruore Buſirim domui, &c. Duodecimo Libyam petiit, & Antheum terræ filium lucta ſuperauit apud *Summictũ Aphri *
cæ ciuitatẽ, ut dicit Lactant. de quo Ouid. idẽ dicit, Sæuo'q; alimenta parentis Antheo eripui, &c. Huius fabulam ſcripſiſſe memini ubi de Antheo ipſo. Tertiodecimo colũnas in occidẽte poſuit, de quibus Pomponius Mela in Coſmographia ait, Deinde eſt mons peraltus, quem ex aduerſo Hiſpania attollit obiectus. Hunc Abilam illum Calpen uocãt columnas Herculis utrũq; addit fama nominis fabulam Herculem ipſum iunctos olim perpetuo iugo diremiſſe colles, atq; ita excluſum antea mole montium Oceanũ, ad quæ nunc inundat admiſſum, &c. Nec hoc etiã Seneca tacuit ubi ſupra, dicens, Vtrinq; montes ſoluit abrupto obice. Etiã ruenti fecit Oceano uiam, &c. Quartodecimo aurea mala ſuſtulit puellis Heſperiis draconi peruigili interempto, ex quo ſic ait Seneca, Poſt hæc ad ortus nemoris opulenti domos Aurifera uigilis ſpolia ſerpentis tuli, &c. Quintode- c
cimo aduerſus Geryonem trianimem bellum habuit, eo'q; ſuperato atq; interempto, Hiſpanũ atq; egregiũ pecus in Græciã uſq; maxima cũ pompa deduxit. Vnde Seneca, Inter

temotoq;

remotos gentis Heſperiæ greges. Paſtor triformis littoris Cartheſii peremptus acta eſt præda ab occaſu ultimo. Notum Cytheron pauit Oceano pecus, &c. Sextodecimo [d] baltheum reginæ Amazonum Euryſtheo regi reportauit ea ſuperata, de quo idem Seneca, Nõ uicit illũ cœlibis ſemper tori Regina gentis uidua Thermodõtiæ, &c. Septimodecimo Cacum Auentini furem etiam interemit. Vnde Boëtius ubi de conſolatione, Cacus Euãdri ſatiauit iras. Decimooctauo Centauros inſolentes, uolentesq́; Hyppodamiam nuptiarum die ſurripere Pirithoo Hercules acri bello ſuperauit, ex quo Ouidius, Nec mihi Centauri potuere reſiſtere, &c. Nonodecimo Neſſum Centaurum ſibi ſub ſpecie obſequii Deianiram cõiugem ſurripere conantem occidit, ut patet latius ſupra ubi de Neſſo.

Vigeſimo Albionem & Bargionem iter impedientes ſuũ, haud longe ab hoſtio Rhodani à Ioue lapideo adiutus imbre ſuperauit, ut in Coſmographia teſtatur Pomponius.

Vigeſimoprimo Heſionam Laomedontis filiam liberauit à monſtro marino, ut ſupra patet ubi de Laomedonte. Vigeſimoſecundo Troiam deleuit, ut ubi de Laomedonte plenius. Vigeſimotertio Lacinum latronem extremam Italiæ oram latrociniis infeſtantem occidit, Iunoniq́; templum conſtituit, quod Iunonis laciniæ appellauit. [e] Vigeſimoquarto, ut Homerus teſtatur in Iliade, Iunonem in Papilla telo triſulco uulnerauit, quod feciſſe dicit Leontius, eo quod ab Euryſtheo rege audiſſet eam ſibi laborum omnium cauſam fore. Vigeſimoquinto cælum humeris tolerauit, cuius cauſam fuiſſe dicit Anſelmus, ubi de imagine mundi, quod cũ Gygantes deos impugnarẽt, dii quoq; omnes in unam cæli partem conueniſſent tantum ponderis ingeſſerunt, ut cælum uideretur minari ruinam, quod ne caderet Hercules unà cũ Atlante, ſuppoſuit humeros. Vulgatior tamen fabula eſt, feſſo Atlanti atq; optanti humerũ mutare. Herculem interim humerum ſuppoſuiſſe ſuum. Vnde Ouidius eum queritãtem deſcribens dicit. Hac cælum ceruice tuli, &c. Vigeſimoſexto Hercules deſcẽdit ad inferos, & ibi, ut in Iliade dicit Homerus, ditem uulnerauit. Vigeſimoſeptimo Theſeum pauitantem Pirithoo mortuo liberauit ab inferis, & eduxit ad ſuperos. Vigeſimooctauo Alceſtem Admeti regis Theſſaliæ coniugem retraxit ad uirum. Dicũt enim, quod cum infirmaretur Admetus, imploraſſetq́; Apollinis auxilium, ſibi ab Apolline dictum mortem euadere non poſſe, niſi illam aliquis ex affinibus atq; neceſſariis ſubiret. Quod cum audiſſet Alceſtis coniunx, nõ dubitauit ſuam pro ſalute uiri concedere, & ſic ea mortua Admetus liberatus eſt, qui plurimum uxori compatiens Herculem orauit, ut ad inferos uadens illius animam reuocaret [f] ad ſuperos, quod & factum eſt. Vigeſimonono Cerberum tricipitem introitum illi negantem barba cepit atq; deiecit, eumq́; triplici catena ligauit, & in lucem traxit, ut patet ſupra, ubi de eo ſcriptum eſt. Trigeſimo ab inferis rediens Lycum Thebarum regem, eo quod Megaræ coniugi uim uoluiſſet inferre, interemit, ut in Tragœdia Herculis furentis dicit Seneca. Sic & in furiam uerſus filios occidit & cõiugem. Olympiaca inſuper certamina ipſe conſtituit in honorem Pelopis. Poſtremo ut in finem eius aliquando ueniamus. Trigeſimumprimum laborem ſuperaſſe non potuit. Nam cum cætera ſuperaſſet monſtra, amori muliebri ſuccubuit. Dicit enim Seruius, quod cum Eurytus rex Oechaliæ ei ſpopondiſſet in coniugem Iolem filiam diſſuaſione filii, eo quod Megaram occidiſſet, petenti denegauit, quãobrem capta ciuitate, & Eurito occiſo, Iolem obtinuit. Huius enim amore ardens ea iubente leonis ſpolium & clauam depoſuit, ſertis & unguentis, & purpura annulisq́; uſus eſt, & quod turpius, inter pediſſequas amatæ iuuenis ſedẽs penſo ſuſcepto uenit. Vnde in Thebaide dicit Statius, Sic Lydia coniunx Amphitrioniadem exutum horrentia terga Pendere ſydonios humeris ridebat amictus Et turbare colos & tympana rumpere dextra, &c. Verum tamen Ouidius in maiori uolumine, & hic Statius, Non Iolem Aetholam, ſed Omphalem Lydiam fuiſſe quæ illum colo nere iuſſerit. Sanè poſſibile eſt utrũq; uerum, cum multi fuerint Hercules, & ſic uariis apud uarias mulieres uarie potuit contigiſſe. Dum autem tam illecebri teneretur amore, memor Deianira muneris ſibi à Neſſo Centauro olim cõceſſi. Verũ credens quod ille firmauerat mo-





riens, Herculem in ſui cõcupiſcentiam reuocare uolens, miſit illi clàm Centauri ueſtem, quam cum nõ aduertẽs induiſſet, & circa uenationem laboraret, ſudore reſolutus ſanguis uenenatus per poros ampliatos calore in præcordia lapſus eſt, eumq́; in dolorẽ adeo intollerabilem accendit, ut mori deliberaret, & conſtructo in Oeta monte rogo ſagittis, & pharetra conceſſis Philocteti Pæantis filio in eum cõſcendit, incendiq; iuſſit, & ſic feſſam animam exhalauit. Hũc Sene. in tragœdia Herculis Oetei in cælum à Ioue ſuſceptũ dicit, eiq́; Iunoni nouercæ conciliato deſponſatam Heben iuuentutis deam & Iunonis filiam aſſerit. Homerus uero in Odyſſea, dicit eum ab Vlyſſe apud inferos conuentũ & multa locutum. dicit tamen non eum quem uidebat Vlyſſes Herculem, uerum eſſe ſed eius idolum. hic inſuper quantum uiuens mortales fortitudine ſua fecit attonitos, tantũ uel amplius mortuus decepit inſanos. Nam tanta ueneratione ſui mentes inuaſit, ut pro excellentiſſimo numine haberetur. Nec ſola hoc errore Græcia decepta eſt, ſed Romæ & orbi toto uenerabilis factus templis ſtatuis, & ſacris illi conſtitutis ſanctiſſime immo ſtultiſſime diuino cultu honoratus eſt. Sed iam quid ſibi fictiones uelint aduertẽdum eſt, & ante alia quid ſonet Herculis nomẽ. Dicebat autem Leontius. Herculẽ dici ab hera quod eſt terra, & cleos quod eſt gloria, & ſit Hercules idem quod glorioſus in terra. uel heracles ab heros & cleos, & ſic glorioſus heros. Paulus autem dicebat Herculẽ dici ab eri, quod eſt lis & cleos gloria, & ſic glorioſus litium. Rabanus autem in libro de origine rerum, dicit quod cum crederent Herculem deum uirtutis eum dici quaſi heruncleos, quod latine uirorum fortium famam dicimus. Et ſcribit idem Rabanus à Sexto Pompeio ſcribi Herculem fuiſſe agricolam. Hunc tamen Græci hiraclim uocant, propter quod nos Heracles non Hercules dicere deberemus. Sed cum ſic dicatur antiquata conſuetudine à latinis uidetur uitium excuſari. Hoc tamen nomen Hercules unius tantum hominis proprium fuiſſe reor, eius ſcilicet qui Thebis ex Alcmena natus eſt, cum multorum appellatiuũ fuiſſe credatur. nam Varro cum xliii. homines Hercules cognominatos connumeraſſet, dicit omnes qui fecerunt fortiter Hercules uocabantur. hinc igitur eſt quod legimus Herculem, Thyrinthium argiuum, Thebanum, Lybin & huiuſmodi. Ex quo ſumetur non omnes præſcriptos labores unius hominis fuiſſe tantum, ſed plurium, quos quoniam abuſio nominum miſcuit, cui appropriari debeãt de omnibus non habetur, nec etiam quæ prius ſeu quæ poſtea facta fuerint, & hinc uni tantũ, & mixtim dantur Herculi. nec ex tot impoſſibile ſecundum Pomp. unum fuiſſe agricolam. Non enim ſolis nobilibus liberalis natura eſt, quanquam nobilium corpora fortuna faciat clariora. fuiſſe autem primo Iphicleum genitũ, & inde alio coitu Herculẽ, morum & operum diuerſitas adinuenit. Nam cum remiſſus homo eſſet Iphicleus Amphitrioni datus eſt. & ideo primogenitus dictus, quia uidetur aſtrologis cõſtellatio illa, quæ tunc erat dum arbitrati ſunt eum gigni potuiſſe, conueniens moribus ſuis, & ſubſequẽs Herculi, & hinc ſecundo genitus, & quia eſſet iniuriarum ultor & religionum atq; legum introductor Ioui datus eſt filius. Ego autem credo filium fuiſſe Amphitrionis, & eodem cõcubitu cum Iphicleo genitum, eſto mathematicorũ perſpicacitas nequeat rationem aliam cernere cur gemini fuerint moribus diſpares præter conſtellationum diuerſitates. Sic Eſau & Iacob, ſic & alii plures etiam æuo noſtro fuere gemini, non diuerſis temporibus, ſed uno & eodẽ coitu concepti, ut arbitratur Auguſtinus, ubi de ciuitate dei, & ipſam diuerſorum operũ rationẽ nondum ſatis nota eſt, niſi deo, dato multa poſſint dici, quæ forſitan uiderẽtur conuenientia ueritati. Triplicem autem noctem conceptioni huius attributam puto ab operibus humanis ſumptum. non enim adeo in breui tempore ædificia magna perficimus, ſicuti pauperũ domunculas faceremus, & ideo quaſi ſic natura circa productionẽ magnorum uirorum, & plurimum ponat temporis & laboris, ubi in productione aliorum hominũ nox una ſuffeciſſe uidetur, Herculi, qui cæteros debebat excedere, tres datæ ſunt. Eum autẽ Iunonem habuiſſe aduerſam, ideo fictum credo, quia Euryſteus rex, qui illi dominabatur, quem pro Iunone regnorũ dea poſſumus hic aſſumere, eum forſan ob

Ouid. Lib. 9. Meta.

g

Odyſſ. Λ.

eius inclytam uirtutem ſuſpectum habens, ne aliquid noui moliretur, in regno continuis in expeditionibus ſemper amotum tenuit, & ſic illi poteſtas regia aduerſata eſt. Labores Herculi aſcriptos iam plurium fuiſſe diximus, & ſic fictiones quarundam ſupra enucleatæ ſunt. Vbi his contigere, qui ex numero talium crediti ſunt, Et nonnulli etiam ſimplicem hiſtoriam referunt, & ob id ex multis pauci ſuperſunt poetico uelamine tecti, ad quod auferendum uenientes dicit Theodontius in quibuſdam Græcorum codicibus legiſſe Herculem Amphitrionis fuiſſe filium & non Iouis, & noctu ad cunas eius, atq; fratris geminos acceſſiſſe ſerpentes, ut exiſtimatum eſt domeſticos. & lactis odore tractos, cuius auidi ſunt, inuentum'q; à parentibus Herculem uigilantem & inpauidum illos, ut poterat manibus amouentem, quod per maximum fuit exiſtimatum, & tanta ex hoc infantis indoles aſſumpta eſt, ut non ſolum crederetur eum futurum mirabilem hominem, ſed etiam illum dei filium arbitrari inſipidi cœperint, ex quo ſibi locum fecit fabula, eum ſcilicet ex Ioue conceptum, quem ex uiro mulier honeſta conceperat. Secunda Herculis gloria eſt hydram ſepticipitem occidiſſe, cuius figmenti rationem talem recitat Albericus Dicit enim hydram locum fuiſſe aquam è diuerſis locis euomentem, aqua ciuitas & circumuicina loca omnia uaſtabantur, cuius uno clauſo meatu erumpebant multi. quod cum uideret Hercules loca multa in circuitu exuſſit, & ſic aquę clauſit meatus. Ego autem arbitror aliquem ſtrennuum fuiſſe uirum, qui auerterit aquas ex diuerſis ſcaturiginibus loca paluſtria atq; fœtida facientes, hoc pacto ut exquiſito earum principio, illud in partem aliam uerſum paludem Lærneam ſiccam liquerit, quam uocauere Hydram, quia more hydræ circumflecteretur & ſerperet, ac etiā Hydor Græce aqua eſt, & quia locus ubi ante palus ſiccus relictus eſt, ideo Hydram finxere exuſtam. Euſebius autem in libro temporum, de hac Hydra aliter ſentire Platonem dicit, quem ait aſſerere Hydram callidiſſimum fuiſſe Sophiſtam. nam ſophiſtarū mos eſt, niſi quis auertat, adeo propoſitiōes ſuas tradere, ut uno ſoluto dubio multa cōſurgant. Sed aſtutus philoſophus dimiſſis acceſſoriis ad internitionē principalis conatur, quo remoto cætera remouentur. Eum Acheloum ſuperaſſe ſupra ubi de Acheloo ſcriptū eſt, & declaratio fictionis appoſita. Similiter & Anthei fabula ubi de Antheo, & de malis Heſperidum, ubi de eiſdem. Circa Geryonis figmentum dicit Seruius, Geryonem regem fuiſſe Hiſpaniæ tricipitem ſeu trimembrem, ſic ideo exiſtimatum, quia tribus inſulis præfuerit, Hiſpaniæ adiacentibus Balearibus ſcilicet maiori & minori & Ebuſo. Bicipitem etiam canem habuiſſe dicit uolens ob hoc intelligi, quia & terreſtri, & nauali certamine plurimum potuerit, ad quem ait Herculem olla ferrea delatum eum'q; ſuperaſſe. per ferream ollam intelligens fortem nauem & ære munitam, qua uectus Hercules acceſſit ad eum. Alii autem eum dixere trianimem. quid Rabanus intelligit eum duos habuiſſe fratres adeo ſecum concordes, ut in unoquoq; eorum ſua & reliquorum animæ ineſſe uiderentur. Iuſtinus autem de eo ſic ait in alia parte Hiſpaniæ, quæ & inſulis conſtat regnū penes Geryonem fuit. In hac tanta pabuli lætitia eſt, ut niſi abſtinentia interpolata ſagina fuerit, pecora corrumpantur. Inde dicta armenta Geryonis, quæ illis temporibus ſolæ opes habebantur, tantæ famæ fuere, ut Herculem ex Aſia prædæ magnitudine allexerint. Porrò Geryonem ipſum non triplicis naturę, ut fabulæ fuiſſe ferunt, ſed tres tantæ cōcordiæ extitiſſe, ut uno animo omnes regi uiderentur, nec bellum Herculi ſua ſponte intuliſſe, ſed cum armēta ſua rapi uidiſſet amiſſa bello repetiſſe. hæc Iuſtinus. De Caco Auentini fure ſupra ubi dē eodem dictum eſt. De leonibus duobus & Menalio apro, quoniā hiſtoriographa credimus nil dicendum ſupereſt. & de Stymphalidis auibus, ubi de Harpyis habetur. ſic & de tauro ubi de Minoe rege, & de Diomede & Buſyride, & columnis hiſtoriæ ſunt, nec minus de Baltheo reginæ Amazonidū, & de ſuperatis Centauris, etiā ubi de eis dictū eſt, & de Neſſo cētauro & de ſuperatis Albione & Bergione, & de Heſiona, de quibus omnibus ſupra de eis ſingularis eſt ſermo. deleſſe eum Troiam notiſſima hiſtoria eſt, nec occidiſſe Lacinium ſonat aliud quam latronis interitum, cælum toleraſſe humeris



humeris impropriè dictum eſt. ab Atlante quidem ea tempeſtate inſigni aſtrologo doctus, eo ſeu uolente quieſcere, ſeu moriente ipſe locum eius tenuit, & laborem in docendo ſuper cæleſtium corporum curſus ſubintrauit. Vulneraſſe triſulco telo Iunonem ſapientis deſcribit opus. nam diuitias & ſublimes poteſtates prudens deſpicit & uilipendit triplici ratione. Sunt enim temporalia in regendo anxia, in ſeruando ſuſpitionibus & curis plena, & ſtatu dubia, & caduca, & ſic triſulco telo uulneratur ab Hercule Iuno. Ad inferos autem deſcēdiſſe, & Ditem etiam uulneraſſe, illud idem ſonat, quod de Iunone dictum, cum diuitiarum deus ſit Dis, qui totiens uulneratur quotiens deſpiciuntur diuitiæ ut nonnullos feciſſe Philoſophos legimus, eo quod illas ſtudiorum arbitrarētur hoſtes. Theſeum uero liberaſſe hiſtoria potius eſt quam fictio. De Alceſti ad Admetū ab inferis reuocata. dicit Fulgentius quod cum Alceſtis pater uolenti eam in cōiugem hanc legem appoſuiſſet, ut duas diſpares beſtias apponeret currui, Admetus Apollinis & Herculis munere Leonem iunxit & aprum, & ſic accepit Alceſtim. Dicit ergo Admetū & in modum mentiſ poſitum, & eum Admetum dictū, quaſi quem adire poterit metus. hic Alceſtim in coniugem deſiderat. Alce autem lingua attica præſumptio dicitur. ergo mens præſumptionē ſperans ſibi coniungi duas feras ſuo currui iungit, ideſt ſuæ uitæ duas uirtutes adſciſſit animi & corporis, leonem ut uirtutem animi, & aprum ut uirtutē corporis. deniq; & Apollinem & Herculem ſibi propiciat, ideſt uirtutem & uirtutem. Ergo pręſumptio ſemetipſam ad mortem pro anima obiicit, ut Alceſtis. quam præſumptionem, quamuis in periculo mortis deficiente uirtus ab inferis reuocat, ut Hercules fecit. Ego autem aliter ſentio, Admetus anima ratiōalis eſt, cui tunc Alceſtis, ideſt uirtus. nam alce Grę ce uirtus eſt latine, quæ iungitur dum à leone & apro, ideſt ab appetitu iraſcibili & cōcupiſcibili. Currus eius, ideſt uita qui circuitionibus conſumatur, trahitur. ideſt agitatur. Virtus enim non ob aliud iungitur, niſi ut ab ea paſſiones frenentur, & ſic pro ſalute animæ aduerſus paſſiones uirtus ſeipſam opponit, quæ ſi aliquando fragilitate noſtra ſuccumbit à reuocata fortitudine releuatur. De Cerbero ad ſuperos tracto ſupra ubi de Pyrithoo ſatis dictum eſt. Lycum regem ab eo occiſum cum reliquis ad hiſtoriam tendūnt. Herculem autem mortuum cōſtat, ut ſcribit Euſebius, anno regni Atrei & Thyeſtis ſexageſimo tertio, eo quod in morbum peſtilentē incidiſſet, & ob remedium dolorum ſe ieciſſet in flammas. & hic Thebanus fuit Hercules Amphitrionis filius, morte autem functus eſt anno ætatis ſuæ. lii. anno uero mūdi. iiii. mil. cccc. eum in cælum tranſportatum dicunt, eo quod inter alias cæleſtes imagines deſcriptus ſit ab aſtrologis, quia & ipſe fuit aſtrologus, Iuuentutem autem ſumpſiſſe in coniugem, ideo fictum eſt quantumcunq; quia pereat corpus uiri egregii fama nomen'q; eius perpetuæ iungitur iuuentuti. Iunoni autem conciliatus ideo dicitur, quia qui hominem exuit, nec à concupiſcentia regnorū, nec ab imperante aliquo mortali amplius uexari poteſt.

*Hic autem Euryſtheus Herculi imperabat laboreſq; mandabat, ſed per præconem Copreum & extra ciuitatem manenti. Neq; enim ad ſe coram accedere ſinebat Herculem ueritus illius Virtutem & uires.* a

*Stymphalus oppidum eſt Arcadiæ, & Stymphalis palus. In hac aues quædam immenſæ magnitudinis fuerunt, quas Hercules non ſagittis, ut hic Bocatius, ſed ſonitu abenei crepitaculi, ut Pherecydes, & Apollonius quoq; narrant, fugauit, & uſq; ad inſulam Aretiada, ut inquit Commentarius Apollonij, propulit Tametſi Mnaſeas Stymphali cuiuſdā, Herois, ex Orinthe uxore Stymphalidas filias faciat, dicatq; eas ab Hercule occiſas eſſe eo, quod ipſum hoſpicio non recepiſſent, recepiſſentq; Molionas, Verſus Apollonij ſunt ex ſecundo libro.* Ουδὲ γὰρ ἡρακλέης ὁπότ' ἤλυθεν Αρκαδίηνδε, πλωίδας ὄρνιθας συμφαλίδας ἔσθενε λίμνης ὤσασθαι τόξοισι, τὸ μέν τ' ἐγὼ αὐτὸς ὄπωπα, ἀλλ' ὅγε χαλκείην πλαταγὴν ἐνὶ χερσὶ τινάσσων Δούπει ἐπὶ σκοπιῆς περιμήκεος, αἳ δ' φέβοντο τηλοῦ ἀζυζηλῷ ἐπὶ δείματι κεκληγυῖαι. *πλωίδας autem uocat à natando Apollonius. Ferunt autem Herculem, Stymphalidem, Paludem, in multas foſſas deriuatam exiccaſſe, & hinc fortaſſe fabula nata eſt.* b

c Hunc filium Chryſaoris uocat Heſiodus, χρυσάωρ δ' ἔτεκεν τρικέφαλον γηρυονῆα, τὸν μὲν ἄρ' ἐξενάριξε βίη ἡρακληείη βουσὶ παρ' εἰλιπόδεσσι περιῤῥύτῳ ἐν ἐρυθείῃ ἤματι τῷ ὅτε περ βοῦς ἤλασεν εὐρυμετώπους τίρυνθ' εἰς ἱερὴν διαβὰς πόρον ὠκεανοῖο ὄρθον τε κτείνας (is erat canis, frater Cerberi) καὶ βουκόλον Εὐρυτίωνα σταθμῷ ἐν ἠερόεντι πέρην κλυτοῦ ὠκεανοῖο.

d In quo prælio adiutum dicunt, auxilijs Mariandynorum, eo tempore à Bithynis deuictorũ, & in pugna cecidiße Priolaum ducem Mariandynorum, cuius exequias poſtea Hercules celebrauit, etiam certamine inſtituto, in quo ipſe Tityam ſuperauit. Amazonas autem aiunt, cum à uiris multo tempore contumelijs affectæ fuiſſent, ad bellum profectas, à patria excluſiſſe, eosq; qui domi manſerant interfeciße. Has quidem ex Libya in Europam tranſiſſe dicunt. Vide Apollonij commentarium lib. 2. reliqua ſupra uide in fabula Theſei & Iuſtini, lib. 2.

e Homer. Iliad. E. τλῆ δ' ἥρη, ὅτε μιν, κρατερὸς πάϊς ἀμφιτρύωνος Δεξίτερον κατὰ μαζὸν ὀϊστῷ τριγλώχινι βεβλήκει &c. Et rurſum de Plutone. τλῆ δ' ἀΐδης ἐν τοῖσι πελώριος ὠκὺν ὀϊστὸν εὖτέ μιν ωὐτὸς ἀνὴρ υἱὸς διὸς αἰγιόχοιο Ἐν πύλῳ ἐν νεκύεσσι βαλὼν, ὀδύνῃσιν ἔδωκεν.

f De raptu autem Cerberi idem meminit lib. 8. Iliados. Quo loco commentarius hanc fabulam recitat. Cum Hercules intra octo annos ac menſem unum labores ſuos abſoluiſſet. Euryſtheus autem Hydræ & purgati ſtabuli Augeæ labores pro nullo reciperet, undecimum Herculi mandaſſe laborem, quo ſcilicet Cerberum ab inferis aſportaret. Habebat autem hic capita tria Canina & Caudam draconis. Hercules igitur cum ad hunc quoq; afferendum iret, Acceßit primum Eumolpum apud Eleuſinem, ut ab eo initiaretur, & quod peregrinis tamen non licebat initiari, factus eſt Pylij filius adoptiuus, itaq; initiatus eſt, ſed cum adhuc à myſterijs prohiberetur, eo quod à cede Centaurorũ nondum luſtratus fuiſſet, ab Eumolpo luſtrari ſe fecit, & ita ad myſteria admiſſus eſt. Poſt hæc igitur ad Tænarum Laconiæ promontorium abiens, per ſpecum, eius montem ad inferos deſcendit. Quem poſtquam manes aſpexerunt, territi omnes præter Meleagrum & Meduſam, aufugerunt. Hercules igitur cum gladium aduerſus Meduſam ſtrinxiſſet, à Mercurio prohibitus eſt, qui illi oſtendit uanam effigiem tantummodo eſſe. Poſtquam autem ad portas Plutonis ueniſſet Thæſeum ibi depræhenſum, ac ſolio immoto inſidentem excitat. ſimiliter Pirithoum quoq; uolentem, crebri terræmotus absterrent. Mactato igitur Plutonis boue uno, & potatis ex eo ſanguine umbris, cũ Cerbero & Thæſeo ad ſuperos aſcendit. Hæc ille. Porrò Cerberi ſpuma in Aconitum mutata eſt, de qua re Ouid. lib. 7. Meta.

Eurytus Oechaliæ rex, Ioles filiæ ſuæ nuptias pollicebatur, quicunq; ſagittandi arte ſe, uel ut alij, filios ſuos uiciſſet. Nam ab Apolline artem hanc dono acceperat. Hercule igitur uincente in certamine, Eurytus filiam illi negauit. Quamobrem Hercules iratus urbem Euryti diripuit, & Iolen ui abſtulit. Cæterum cum poſtea Iphitus Euryti filius, equorum cauſſa, quos amiſerat, Tirynthum ueniſſet, & immemor Vaticinij Polyidæ, quo monitus erat, ne Tirynthum unquam accederet, pernicioſum enim id fore) in manus Herculis incidiſſet, ab eo in turrem altam ſublatus, atq; inde præcipitatus eſt, itaque uetus contumelia uindicata eſt. Quamquam Hercules ob eam cædem cum ſentiret ſe pollutum eſſe, ad Neleum exinde uenit, ut ab eo de cæde purgaretur, ſed Neleus prohibitus à liberis infecta re Herculem dimiſit. Quapropter poſtea Hercules, cum à Deiphobo Arcadum rege luſtratus eſſet, expeditionem aduerſus Neleum ſuſcepit, & non ſolum Pylum diripuit, ſed etiam ipſam Iunonem Neleo ſupetias ferentem uulnerauit, totamq; Nelei domum, præter Neſtorem, qui tamen puer in Gerenis nutriebatur, occidit. Cæterum Iuppiter ob indignam cædem Iphiti iratus Mercurium miſit, qui Herculem in ſeruitutem uenderet. qui illum in Lydiam abſtractum, Omphalæ Lydorum reginæ, tribus talentis uendidit, & hinc eſt quod illi ſeruiſſe, & Calathos ſubminiſtraſſe dicitur. Hæc ex commentario Homeri.

g De ijs ſagittis fabulantur Græci, cum Troiam non fas eſſet, abſq; illis capi. Philoctetem adductum eſſe, ut cum reliquis ad Troiam proficiſceretur, ſed in itinere cum aram Palladis, quæ Aurea cognaminabatur, purgaret, forte à ſerpente ictum, & ſaucium in Lemno, ut à ſacerdotibus Vulcani, quibus eius rei poteſtas erat, curaretur relictum eſſe. Poſt mortem autem Achillis eò regreſſum Vlyſſem, à Philoctete illa retuliſſe, atq; ita demum Troiam captam eſſe, meminit partim Homerus. 2. Iliados, partim Ouidius. 13. Meta, & commentarius Iliad. reliqua de Philoctete, uide apud Seruium in. 3. Aeneid. Plenius autem Calaber lib. 9.





Sunt autem & alia Herculis geſta, quæ hic neſcio, qua cauſa Bocatius omiſit. Nam & Augiæ ſtabulum egeßit, quod tantum fimi congeſtum habuit, ut etiam prouerbio locum fecerit. Fuit autem Augias Solis nomine, re autem ipſa Phorbantis filius ex Hirmine Nelei, ſiue, ut alij Nyctei, ſeu (ut rurſum alij) Epochi filius, ex cuius oculis aiunt radios tanquam ſolares micuiſſe. Hic igitur cum Herculi ſtabulum illud, pacta mercede, purgandum collocaßet, isq; purgaſſet, de mercede tergiuerſatus eſt. Quapropter Phyleus Augiæ filius arbiter aſſumptus, is ſecundum Herculem pronunciat, quod pater ægre ferens illum eiecit, eiectusq; ad Dulychium uenit. Vnde poſtea reuocatus ab Hercule, qui Elim, ob perfidiam Augiæ diripuerat, patri in imperio ſucceßit. Et quia bello eo ciues ferè defecerant, permiſit Hercules ut Eliẽſes mulieres cum exercitu ſuo cõcumberent. unde multitudine iterũ collecta, Hercules Olympicum certamen Ioui patri inſtituit, primusq; in eo certamine certauit. Hæc commentarius in Iliados. Λ. Et promethei aquilam, qui ſenis iſtius in Caucaſo alligati epar deuorabat, ſagittis interfecit, quod quidam ad hiſtoriam (in Commentario Apollon. in. 2. Argi. teſtatur) referunt qui dicunt Prometheum habuiſſe terram fertilem, quam fluuius ἀετὸς nomine alluuionibus crebris detriuit, donec ab Hercule foßis diminutus & alíorſum deriuatus eſt. & affinitas uerborum eſt. ἧπαρ & οὔταρ.

Deinde & Cygnum equeſtri certamine uicit, filium Martis, in quo certamine adiutus eſt equo Arione, quem Neptunus in faciem equi conuerſus ex Erinny genuit, deditq; Copreo Haliarti regi, qui eundem poſtea Herculi donauit. Hercules autem Adraſto dedit, qui eius auxilio apud Thebas euaſit, cum cæteri duces omnes occiderentur, ut inquit Commentarius in Iliade. Ψ. Præterea dicitur Hercules inſulam Cô aliquando diripuiſſe, regemq; Eurypylum filium Neptuni, una cum liberis ex uxore (quam Clytiam Theocritus uocat) occidiße, eo quod illum tempeſtate eo adpulſum & impeditum, ab urbe & hoſpitio prohiberent, poſtquam à uaſtatione Troiæ & Laomedontis rediſſet. Chalciopen autem filiam Eurypyli compreßiſſe, genuiſſeq; ex ea Theſſalum, Vt eſt apud Commentarium Homeri Iliad. Ξ. Occidit item & Theodamantem. Cum enim ex Calydonia, occiſo Oenei pincerna fugeret, ueniſſetq; cum Deianira & Hyla filio in Deyopes, & eſurienti puero, cum Lycas pædagogus abeſſet, à Theodamante aliquid cibi poſtulaßet, ille autem, ut gentis alioqui Barbaries & immanitas erat denegaſſet, arreptum unum ex bobus Theodamantis mactauit atq; coxit. Quamobrem Theodamas conuocatis popularibus arma aduerſus Herculem mouit, feruntq; in eo certamine ita ab hoſtibus preſſum fuiße Herculem, ut etiam Deianiram uxorem armaret, quæ & in mamillã uulnerata eſt. Ipſe tamẽ uictoriam obtinens, Theodomantem occidit, filiumq; eius Hylam ſecum abduxit, quem tum deinde pro chariſſimo habuit. ſecumq; etiam cum Argouautis reliquis in Colchũ proficiſcens abduxit. qui poſtea cũ in Myſis, aquatũ ſolum iuiſſet, in ſylua quadã. ſiue in fontẽ præcipitatus, ſiue à Nymphis abreptus, ut fabula habet, perijt. Hercules autem interitum eius ſic doluit, ut relictis Argonautis retro abierit, Hylamq; per omnem regionem requiſiuierit, de qua re eſt apud Apollon. Argon. primo, & apud Flaccum, aliosq; nonnullos. Superauit Hercules & Cercopas, dum apud Omphalen in Lydia ſeruiret. hi duo fratres erant, Paſſalus & Achemon, ſiue ut alij, Candalus & Atlas omnium ſcelerum authores & participes, quos Iuppiter in ſimias poſtremo mutauit. unde & inſulis Pithecuſis nomen factũ, in quibus illi habitabant, ab Ouidio libro decimoquarto dicitur, quo modo autem ab Hercule capti, & qua cauſſa rurſum dimißi, non opus erat hic adnotare, cum Chiliades Eraſmi omnibus obuiæ ſint, qui in prouerbio ne in Melampygum incidas, totam fabulam ex Suida alijsq; recenſet. ſunt tamẽ, ut Ian. Parrhaſius indicat, ex Græcis, qui hos non ex Sennone matre, ut Zenobius uult, ſed ex Thia & Oceano natos dicant. Quidam etiam nomina uariant, alterumq; Olum, & alterum Eurybatum uocant, quæ omnia à Parrhaſio in tertium Claud. de rapt. Proſer. diligenter adnotantur. Super hæc Theſpij quoque filias numero quinquaginta compreßit, de qua re Diodorus ita tradit. Theſpius (ſiue Theſpis legendum eſt) uir fuit nobilis Athenienſis Erechthei filius, qui imperans ei, quæ ab ſe denominata eſt, regioni, ex pluribus fœminis filias genuit quinquaginta. Hercules autem puer ad huc, ſed robore præſtans corporis, cupiens ex eis prolem ſuſcipere, uocato ad ſacrificium patre, quum opipare illi epulas paraſſet, accerſitis filiabus, ſingillatim cognouit omnes. ex quibus geniti quinquaginta mares, omnes eiuſdem ferme ætatis, communi nomine Theſpiades dicti ſunt. Hos decreuit in coloniam mittere iuxta oraculi reſponſum, & præfecto claßis Iolao exercitu tradito, & Theſpiadum & coloniæ deducendæ

*curam Hercules permiſit.* Hæc Diodorus. *Alij autem ut Stephanus & Euſtathius Teuthrantem patrem Theſpij dicunt filium Pandionis, quorum ſententiam Ouidius quoq; ſecutus uidetur in epiſtolis, cum ait, Nec tibi crimen erunt Teuthrantia turba ſorores. Quarum de populo nulla relicta tibi eſt. De qua re plura Parrhaſius in Claudian. & Politianus in miſcellaneis. Porrò in uniuerſum de Herculis laboribus ſcripſerunt Virgilius in Epigrammat. Ouid. libro nono Metamorph, Seneca in Tragœd. Silius libro tertio. Copioſiſsime autem omnium Diodorus in. 5. & Calaber libro ſexto.*

*Occidit Hercules & Erginum Orchomeni regem, eo quod tributa quottannis à Thebis exigeret, urbemq; incenſa regia euertit, ob quam rem Creon rex Thebanus, uirtutem iuuenis admiratus, filiam Megaram illi uxorem dedit, quam rem pluribus narrat Diodorus in quinto. Interfecit item Damaſcum, quem de præcelſa rupe præcipitauit & Termerum eadem morte, qua ipſe alios ſolebat mulctauit. A quo & Termeria mala dicta ſunt, de quibus Eraſmum in prouerbijs uide. Reſtant etiam alia quædam, quæ hic tum bello tum aliâs peregit, quæ quoniam non ita celebrata ſunt, aut memorabilia, omnia, ſuperſedi annotare. Ea tamen ſi quis uolet ex Diodoro petat.*

*Ex ſexto Libro Calabri, Clypeus Eurypyli.*

ὡς δὲ καὶ Εὐρύπυλος μεγάλοις περὶ κάτθετο γυίοις Τεύχεα μαρμαρέῃσιν ἐειδόμενα στεροπῇσι. καὶ οἱ δαίδαλα πολλὰ κατ᾽ ἀσπίδα δῖαν ἔκειτο, ὁππόσα πρόσθεν ἔρεξε θρασυσθένος Ἡρακλῆος. ἐν μὲν, ἔσαν βλοσυρῇσι γενύεσσι λιχμώωντες δοιὼ κινυμένοισιν ἐοικότες ὄιμα δρακόντων, σμερδαλέων μεμαῶτες, ὁ δὲ, σφέας ἄλλοθεν ἄλλος Τυτθὸς ἐὼν ὑπεδάμνατο, καί οἱ ἀταρβὴς ἔσκε νόος, καὶ θυμὸς, ἐπεὶ Διὶ κάρτος ἐῴκει ἐξ ἀρχῆς, οὐ γάρ τι θεῶν σθένος οὐρανιώνων ἄπρηκτον τελέθει, ἢ ἀμήχανον, ἀλλά οἱ ἀλκὴ ἕσπετ᾽ ἀπειρεσίη, καὶ νηδύος ἔνδον ἐόντι. ἐν δὲ Νεμειαίοιο βίη τέτυκτο λέοντος ὀμβρίμου Ἡρακλῆος ἐπὶ στιβαρῇσι χέρεσσι Τειρομένου κρατερῶς, βλοσυροῖς δέ οἱ ἀμφὶ γένυσσιν αἱματόεις ἀφρὸς ἔσκεν, ἀποψύχοντι δ᾽ ἐῴκει, ἄγχι δέ οἱ πεπόνητο μένος πολυδειράδος ὕδρης, αἰνὸν λιχμώωσα, καρήατα δ᾽ ἀλγινόεντα, ἄλλα μὲν οἱ δέδμητο κατὰ χθονὸς, ἄλλα δ᾽ ἄεξεν Ἐξ ὀλίγων μάλα πολλὰ, πόνος δ᾽ ἔχεν Ἡρακλῆα, Θαρσαλέον τ᾽ Ἰόλαον ἐπεὶ κρατερὰ φρονέοντε ἄμφω, ὁ μὲν τέμνεσκε κάρηατα μαιμώωντα ἅρπῃ ὑπ᾽ ἀγκυλόδοντι θοῶς, ὁ δὲ καῖε σιδήρῳ αἰθομένῳ, κρατερὴ δὲ κατήνυτο θηρὸς ὁμοκλή. ἑξείης δ᾽ ἐτέτυκτο βίη συὸς ἀκαμάτοιο, ἀφριόων γενύεσσι, φέρεν δὲ μιν ὡς ἐτεόν περ, ζωὸν ἐς Εὐρυσθῆα μέγα σθένος ἀλκείδαο. κεμμὰς δ᾽ εὖ ἤσκητο θοὴ πόδας, ἥτ᾽ ἀλεγεινὴν ἀμφὶ περικτιόνων μέγ᾽ ἐτίνυτο πᾶσαν ἀλωήν, καὶ τὴν μὲν χρυσοῖο κεράατος ὄμβριμος ἥρως, ἀμφέχεν, οὐλομένοιο πυρὸς πνείουσαν ἀϋτμήν. ἀμφὶ δ᾽ ἄρα στυγεραὶ στυμφηλίδες, αἱ μὲν ὀϊστοῖς βλήμεναι, ἐν κονίῃσιν ἀπέπνεον, αἱ δ᾽ ἔτι φύζης μνωόμεναι, πολιοῖο δι᾽ ἠέρος ἐσσεύοντο. ταῖσι δ᾽ ἐφ᾽ Ἡρακλέης κεχολωμένος, ἄλλον ἐπ᾽ ἄλλῳ ἰὸν προΐαλλε, μάλα σπεύδοντι ἐοικώς.

ἐν δὲ καὶ Αὐγείαο μεγασθένος ἀντιθέοιο, Τεχνήεις ἤσκητο κατ᾽ ἀκαμάτοιο βοείης.

τοῖς δ᾽ ἄρα θεσπεσίοιο βαθύρροον Ἀλφειοῖο ὄμβριμος Ἡρακλέης ἐπαγίνεεν, ἀμφὶ δὲ νύμφαι θάμβεον ἄσπετον ἔργον, ἀπόπροθι δ᾽ ἔπλετο ταῦρος Πυρπνόος, ὅν ῥα καὶ αὐτὸν ἀμαιμάκετόν περ ἐόντα, γνάμπτε βίῃ κρατεροῖο κέραατος, οἱ δέ οἱ ἄμφω ἀκάματοι κνῶν εὐ ἐρειδόμενοι τέταντο, καὶ ῥ᾽ ὁ μὲν, ὡς μυκηθμὸν ἱεὶς πέλεν ἄγχι δ᾽ ἄρ αὐτοῦ, ἀμφὶ σάκος πεπόνητο θεῶν ἐπιειμένη εἶδος Ἱππολύτη, καὶ τὴν μὲν, ὑπὸ κρατερῇσι χέρεσσι δαιδαλέου ζωστῆρος ἀμερσέμεναι μενεαίνων εἷλκε κόμης ἵπποιο κατ᾽ ὠκέος, αἱ δ᾽ ἀπάτερθεν ἄλλαι ὑποτρομέεσκον Ἀμαζόνες, ἀμφὶ δὲ λυγραὶ Θρηϊκίην ἀνὰ γαῖαν ἔσαν Διομήδεος ἵπποι ἀνδροφόροι, καὶ τὰς μὲν ὑπὸ στυγερῇσι φάτνῃς αὐτῷ σὺν βασιλῆϊ κακὰ φρονέοντι δάϊξεν. ἐν δὲ, καὶ ἀκαμάτοιο δέμας πέλε Γηρυονῆος, τεθναότος παρὰ βουσὶ, κάρη δέ μιν ἐν κονίῃσιν αἱματόεντα κέχυντο, βίῃ ῥοπάλοιο δαμέντα. πρόσθε δέ οἱ δέδμητο κύων ὀλοώτατος ἄλλων, Ὄρθρῳ ἀνικρῷ ἐναλίγκιος ὄμβριμος ἀλκὴν κερβέρῳ, ὅς ῥά οἱ ἔσκεν ἀδελφεὸς, ἀμφὶ δ᾽ ἔκειτο βουκόλος Εὐρυτίων μεμορυγμένος αἵματι πολλῷ. ἀμφὶ δὲ χρύσεα μῆλα τετεύχατο μαρμαίροντα ἑσπερίδων ἀνὰ πρέμνον ἀκήρατον, ἀμφὶ δ᾽ ἄρ αὐτῷ, σμερδαλέος δέδμητο δράκων ταὶ δ᾽ ἄλλοθεν ἄλλαι πτώσσουσαι, θρασὺν υἷα Διὸς μεγάλοιο φέβοντο, ἐν δ᾽ ἄρ ἔην μέγα δεῖμα καὶ ἀθανάτοισιν ἰδέσθαι. κέρβερος, ὅν ῥ᾽ ἀκάμαπτι τυ-





τι τυφωεῖ γείνατ᾽ ἔχιδνα ἄντρῳ ὑπ᾽ ὀκρυόεντι, μελαίνης ἀγχόθι νυκτὸς, ἀμφ᾽ ὀλοῇσι πύλῃσι πολυκλαύτου ἀΐδαο, εἴργων νεκρῶν ὅμιλον ὑπ᾽ ἠερόεντι βερέθρῳ, ῥεῖα δέ μιν Διὸς υἱὸς ὑπὸ πληγῇσι δαμάσσας. ἦγε καρηβαρέοντα παρὰ στυγὸς αἰπὰ ῥέεθρα, ἕλκων οὐκ ἐθέλοντα βίῃ πρὸς λήθεα χῶρον. θαρσαλέως δ᾽ ἐτέτυκτο ἀπὸ προσθεν ἄγκεα μακρὰ καυκάσου, ἀμφὶ δὲ δέσμα Προμηθέος ἄλλυδις ἄλλα αὐτῇσι σὺν πέτρῃσιν ἀναρρήξας ἅμα γυίοις

λῦε μέγαν Τιτῆνα, λυγρὸς δέ οἱ ἀγχόθι κεῖτο αἰετὸς ἀλγινόεντι δέμας βεβλημένος ἰῷ. κενταύρων δ᾽ ἐτέτυκτο πολυσθενέων μέγα κάρτος ἀμφὶ Φόλοιο μέλαθρον, ἔρις δ᾽ ὀρόθυνε, καὶ οἶνος, ἀντίον Ἡρακλῆϊ τεράατα κεῖνα μάχεσθαι. καὶ ῥ᾽ οἱ μὲν, πεύκεσι περιδμηθέντες ἔκειντο, τὰς ἔχον ἐν χέρεσσι μάχης ἄκος, οἱ δ᾽ ἔτι μακρῇς δηριόωντ᾽ ἐλάτῃσι μεμαότες οὐδ᾽ ἀπέληγον ὑσμίνης. πάντων δὲ κάρηατα δεύετο λύθρῳ φθινομένων ἀνὰ δῆριν ἀμείλιχον ὡς ἐτεόν περ. οἴνῳ δ᾽ αἷμα μέμικτο, συνηλοίητο δὲ πάντα εἴδατα, καὶ κρητῆρες ἐΰξεστοί τε τράπεζαι. Νέσσον δ᾽ αὖ ἑτέρωθε παρὰ ῥόον Εὐηνοῖο κείνης ἐκπροφυγόντα μάχης ὑπεδάμνατ᾽ ὀϊστῷ, ἀμφ᾽ ἐρατῆς ἀλόχοιο χολούμενος, ἐν δ᾽ ἐτέτυκτο ὀμβρίμου Ἀνταίοιο μέγα σθένος, ὅν ῥα καὶ αὐτὸν ἀμφὶ παλαισμοσύνης ἄμοτον περιδηριόωντα ὑψοῦ ἀειράμενος, κρατεραῖς συνέαξε χέρεσσι. κεῖτο δ᾽ ἐπὶ προχοῇσιν ἐΰρρόου Ἑλλησπόντου ἐργαλέον μέγα κῆτος, ἀμειλικτοῖσιν ὀϊστοῖς βλήμενον, Ἡσιόνης δὲ, κακοὺς ἀπελύετο δεσμοὺς ἄλλα δ᾽ ἄρ ἀλκείδαο θρασύφρονος ἄσπετα ἔργα ἀμφέλεν Εὐρυπύλοιο διοτρεφέος σάκος εὐρὺ, φαίνετο δ᾽ ἶσος ἄρηϊ μετὰ στίχας ἀΐσσοντι.

De Oxea, Creontiade, Theriomacho, & Decoonte filiis Herculis. Cap. II

OXeas, Creontiades, Thereomachus & Decoontes filii fuerũt Herculis ex Megara filia Creontis Thebani. ex quibus tres Creontiadem, Theromachum, & Decoonta. Homerus in Odyſſea filios Herculis ex Megara fuiſſe dicit, & occiſos ab eo in reditum ab inferis poſt occiſum Lycum. Seneca autẽ poeta in tragœdia Herculis furentis, duos nominat Oxeam & Creontiadem, & eos ab Hercule redeunte interemptos dicit, & ideo quatuor poſui, de quibus nil aliud comperiſſe memini.

*De filijs Megaræ Didymus in Odyſſ. Λ. Megara, inquit, Creontis Thebani regis filia Herculi nupſit, ex quo peperit Theriomachum & Creontiadem, quos Lycus, interea dum Hercules ad Cerberum aſportandum ad inferos abijſſet, inſtinctu Iunonis ſacrificare parat, neq; enim Herculẽ redire putabat. Sed Hercules rediens ipſum Lycum occidit, atq; deinde à Iunone in furorem uerſus proprios quoq; liberos interfecit, additurus & Iphicleum fratrem niſi Pallas obſtitiſſet. Hæc ille. De loco autem Homeri, quem hic Bocatius adducit, alij uiderint.*

De Ithoneo Herculis filio. Cap. III.

IThoneus, ut placet Lactantio filius fuit Herculis ex Paphia, ex quo Statius, qui illum in bello Thebano fauiſſe dicit Etheocli, ſic ait. Ducit Ithoneos et Alalcomenea Mineruæ agmina, &c. Et alibi. Seu pandiona noſtras inuiſere cædes Monte uenis, ſiue Aonia diuertis Ithone. Ithone autem ciuitas eſt Boetię, in qua hic regnauit. alibi autẽ dicit Lactan. quod Statius hic Ithone Mineruam cognominat ab oppido, quod in Macedonia eſt, ubi antiqua eius ſedes eſt.

*Neq; hic planè aſſeruerim Bocatij ſententiam, cum Ithonæos accuſatiuo caſu apud Statium hoc loco ponatur. Niſi quod Lactantium huius commentarium habere non potui, nihil pronunciare uolo. Apud Comment. autem Apollon. lib. 1. Argon. de Itone ſic legitur* ἀρμενίδας δὲ ἐν τοῖς θηβαϊκοῖς ἀμφικτύονος υἱὸν ἴτωνον ἐν θεσσαλίᾳ γεννηθῆναι εἶναι λέγει ἀφ᾽ οὗ ἴτων πόλις, καὶ ἰτωνὶς ἀθηνᾶ. *& alio loco idem,* ἐν θεσσαλίᾳ *inquit.* ἰτωνὶς τιμᾶται, καὶ ἐν κορωνείᾳ πόλει τῆς βοιωτίας. ἀπὸ ἴτωνου τοῦ ἱερέως. *Ego itaq; Itonæos apud Statium pro poſſeſsiuo accipio, proprium autem Itonum dici iudico, ſiue is Herculis ſiue Amphictyonis filius fuit, & Itonus Boeti filius, quem Diodorus quatuor filios reliquiſſe dicit Hippodamum, Electrionem, Archilycum, Alegenorem, quorum magna progenies fuit, ut ibidem lib. 5. patet.*

De Cromi Herculis filio, Cap. IIII.

*Vide libri. 6. Thebaid.*

CHromis Herculis fuit filius, ut Lactantius teſtatur dicens, Conſtat Chromim Herculis fuiſſe filium, & equos habuiſſe Thraces, quos Hercules occiſo Diomede abduxerat humanis carminibus ueſci conſuetos. Verum Statius huius rei aſſertor antiquior dicit. It Chromis Hippodamusq́ alter ſatus Herculе magno Scilicet Chromis, & paulo infra. Mox Chromis Hippodamum metæ interioris ad orbem Viribus Herculeis & toto robore patris &c. hic cum Adraſto rege acceſſit in bellum Thebanum.

De Agile Herculis filio. Cap. V.

AGilis ut placere uidetur Lactantio filius fuit Herculis cum dicat Tyrinthiam pubẽ intelligi deberi eos, qui cum Agile Herculis filio in bello fuere Thebano.

De Hylo Herculis filio. Cap. VI.

HYlus Herculis & Deianiræ fuit filius, ut teſtari uidetur Seneca poeta in tragœdia Herculis Oethei eidem loquentem Deianira. ſi uera pietas Hyle quærenda eſt tibi. Iam perime matrem. & paulopoſt. Herculem eripui tibi. & poſt hæc infra. Natus Alcide times &c, hic cum reliquis ex Alcide mortuo ſuperſtites fuere pulſi ab Euriſteo rege Athenas confugit, & ibidem unà cum eis templum Miſericordæ ſeu Clementiæ conſtruxit, in teſtimonium auxilii ſibi impenſi ab Athenienſibus & refugium in poſterum deiectorum.

*Commentarius Apollonij alterius quoq; Hylli meminit, quem dicit Herculem ex Melita Aegei fluuij filia genuiſſe, & ab eodem Hyllienſes populos, & Hyllicum portum denominatũ. Et idem, Pamaſis uero inquit, tradit Herculem in Lydia ægrotantem ex fluuio Hyllo priſtinam ualetudinem recepiſſe, quamobrem in gratiam eius fluminis duos filios ſuos Hyllos uocaſſe, Vide lib. 4.*

De Sardo Herculis filio. Cap. VII.

SArdus Herculis fuit filius, ut dicunt Rabanus & Anſelmus, quem multitudine à Libya diſceſſiſſe & inſulam Sardiniæ occupaſſe, & quæ Ichus uocabatur à Græcis de ſuo nomine Sardiniam nuncupaſſe. Solinus uero ubi de mirabilibus mundi dicit, eam à Timæo Sandaliatem dictam, & à Chryſippo Ichnuſam, & quod Sardus Hercule procreatus nomine mutato eam uocauit Sardiniam.

De Cyrno Herculis filio. Cap. VIII.

CYrnus Herculis fuit filius, ut placet Rabano, qui aſſerit ab eo inſulam, quam hodie Corſicam dicimus habitatam primo, & Cyrnum à ſuo nomine nuncupatam.

De Dodorim Herculis filio, qui genuit Soronem. Cap. IX.

DIodorim, ut in libro antiquitatum Iudæorum ſcribit Ioſephus, Herculis fuit filius aſſerens Apheram & Iamphratem filios Abrahæ ex Cethura ab Hercule in Aphrycam ſubſidium ſuſcepiſſe, eiq́ Hecæam filiam Iaphram dediſſe in coniugem, & ipſum ex ea ſuſcepiſſe Dodorim, cuius Soron fuit filius. & ſic apparet hunc antiquiſſimum fuiſſe Herculem, qui Didotim genuit.

*Verba Ioſephi ſic habent. Teſtatur meo ſermoni, inquit Alexander, qui dicitur Polyhiſtor, ſic dicens. Cleodemus autem propheta, qui & Malchus ſcribens hiſtoriam Iudæorum, ſicut etiam Moſes legiſlator eorum rettulit, ait, quia de Cetura Abrahæ, multi filij fuerunt. Dicit autem eorum etiam nomina tria, Aphoran, Surim & Iaphran, & de Surim quidem, Aſſyriam nuncupatam, ex duobus autem reliquis Iaphran & Aphoran, ciuitatem Abran, & prouinciam Aphricam nominatam. His etiam auxilium præbuiſſe Herculem in Libya, & duxiſſe uxorem filiam Iaphran, nomine Hecæam, & genuiſſe Dodorim filium, cuius fuit filius Soron, ex quo Barbari ex ea Sorophaci nominantur. Ex libro primo Antiquorum Cap. 23.*

De Sorone Dodorim filio. Cap. X.

Soron



SOron ut aſſerit Ioſephus in libro antiquitatis Iudaicæ, filius fuit Dodori, & regnauit in Aphrica, atq; ut idem ſcribit Ioſephus, barbari Libycæ regionis ab iſto Sorone, Sorophaci nominati ſunt.

De Tlepolemo Herculis filio. Cap. XI.

TLeptolemus, ut in Iliade placet Homero, filius fuit Herculis ex Aſtiochia quã rapuit ex Ephyre ciuitate Laconię, qui grandis factus, ut idem dicit Homerus occidit auunculum ſuum ſenem nomine Lycimnion à Marte progeniẽ ducentem, & fabricatis nauibus cum multitudine gentium fratres fugiens & affines intrauit mare, & Rhodon abiit, ibiq́ imperauit Rhodiis. inde euntibus Græcis in Troianam expeditionem, & ipſe etiam uenit, ut ſatis patet per Homerũ in libro deſuper dicto.

*Verſus ipſos aſcribendos putaui, neq; enim per omnia Bocatius ſententiã Homeri reddidit. Sunt autẽ Iliad β.* τῶν μὲν Τληπόλεμος δουρίκλυτος ἡγεμόνευεν, ὃν τέκεν Ἀστυόχεια βίῃ Ἡρακληείῃ· τὴν ἄγετ' ἐξ Ἐφύρης ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος, πέρσας ἄστεα πολλὰ διοτρεφέων αἰζηῶν, Τληπόλεμος δ' ἐπεὶ οὖν τράφ' ἐνὶ μεγάρῳ εὐπήκτῳ αὐτίκα πατρὸς ἑοῖο φίλον μήτρωα κατέκτα, ἤδη γηράσκοντα Λικύμνιον ὄζον Ἄρηος· αἶψα δὲ νῆας ἔπηξε, πολὺν δ' ὅ γε λαὸν ἀγείρας βῆ φεύγων ἐπὶ πόντον. ἀπείλησαν γάρ οἱ ἄλλοι υἱέες υἱωνοί τε βίης Ἡρακληείης. αὐτὰρ ὅ γ' ἐς Ῥόδον ἷξεν ἀλώμενος. *Licymnij autem & Commentarius meminit. 1. Iliad. ſi modo is eſt, de quo hic agitur. Qui eum dicit Herculi filium Argeum ad expeditionem poſtulanti denegaſſe, eo quod priorem ipſius filium Eonum, quem itidem abduxerat, non reduxiſſet, qua propter Herculem iuſiurandum dediſſe, ſe illum reducturum, & quod ui morbi peregre Argeus perierat, Herculem poſtea quo iuſiurandum ſeruaret cremati cineres rettuliſſe, huncq; primum fuiſſe, qui mortuus crematus ſit, & ab eo deinde morem ſeruatum.*

De Theſſalo Herculis filio, qui genuit Phidippum & Antiphum. Cap. XII.

THeſſalus, ut in Iliade dicit Homerus, filius fuit Herculis, genuitq́ filios duos, cum quibus in Troianam expeditionem cum Græcis cæteris fuit in armis,

*Iliad. β.* οἳ δ' ἄρα Νίσυρόν τ' εἶχον, Κράπαθόν τε Κάσον τε, καὶ Κῶν Εὐρυπύλοιο πόλιν, νήσους τε Καλύδνας, τῶν δ' αὖ Φείδιππός τε καὶ Ἄντιφος ἡγησάσθην Θεσσαλοῦ υἷε δύο Ἡρακλείδαο ἄνακτος. *Hunc Theſſalum Hercules genuit ex Chalciope Eurypyli filia, ut ſupra in Hercule.*

De Phidippo & Antipho Theſſali filiis. Cap. XIII.

PHidippus & Antiphus Theſſali fuere filii, de quibus in Iliade ſic ait Homerus hos autem Phidippusq́ & Antyphus duxerunt Theſſali filii duo Herculei regis. dicit Leontius, quod Herculei in carmine Homeri appoſitum patronymicum eſt Theſſali. & ideo Theſſalum Herculis dicit fuiſſe filium. hic quidem Phydippus & Anthyphus patrem ſecuti cum Græcis apud Troiam fuere.

De Auentino Herculis filio. Cap. XIIII.

AVentinus fuit filius Herculis & Rheæ, ut oſtendit Virgilius ibi. Victorque oſtendat equos ſatus Hercule pulchro. Pulcher Auentinus &c. Hic Turno fauit aduerſus Aeneam, & hunc dicit Theodontius eſſe, quem Latinum uolunt ex Fauni filia ſuſceptum. *Lib. 7. Aene.*

De Telepho Herculis filio, qui genuit Eurypylum & Cypariſſum. Cap. XV.

TElephus ut dicit Lactantius, filius fuit Herculis ex Auge procreatus, & ab ea cum fuiſſet in ſyluis expoſitus à ceruа lactatus eſt. hic ut Leontius aſſerit in Lycia Cetéſibus imperauit, moriensq́ duos filios derelinquit.

*Odyſſe. λ.* ἀλλ' οἷον τὸν Τηλεφίδην κατενήρατο χαλκῷ ἥρω' Εὐρύπυλον, πολλοὶ δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι Κήτειοι κτείνοντο γενναίων εἵνεκα δώρων.

*Calaber libri ſexto,* τὸν γὰρ δὴ τέκε δῖη κασιγνήτη Πριάμοιο Ἀστυόχη κρατερῇσιν ὑπ' ἀγκοίνῃσι μιγεῖσα Τηλέφου, ὅν ῥα καὶ αὐτὸν ἀταρβέϊ Ἡρακλῆϊ λάθρῃ ἑοῖο τοκῆος ἐϋπλόκαμος

τέκεν

*τέκεν Αὔγη καὶ μιν τυτθὸν ἐόντα, καὶ ἰσχανόωντα γάλακτος θρέψε βοὴ ποτε κεμμὰς ἴσῳ δ' ἴσα φίλατο νεβρῷ. Cæterum quæ ex Leontio citantur, ijs eadem Didymus in Odyſſ. Λ.*

*Diodorus autem lib. 5. fabulam longius proſequitur, qui Augen ſiue (ut ipſe uocat) Augeam, à patre Aleo cuidam Nauclero ut mergeretur datam ſcribit, quod non crederet ab Hercule compreſſam, quæ cum duceretur ad mare in itinere, Telephum peperiſſe, & inter Virgulta abditum reliquiſſe, quē poſtea paſtores inuentum Coritho regi tradidere, qui illum Telephum, eo quod à Cerua nutritus fuerat uocauit. Ipſam uero Augen in Cariam abductam à mercatoribus, quibus illam Nauclerus demergere nolens, dono dederat, & regi Teuthranti donatam eſſe. quam cum poſtea Telephus adultus quæſiſſet, ueniſſetq; ad Teuthrantem in Myſiam, ab eo honorifice acceptum, filiamq; eius Argiopem uxorem ipſi deſponſatam, regniq; ſucceſſorem inſtitutum eſſe. Vide lib. 5. de Ant. Geſt.*

De Eurypylo Telephi filio. Cap. XVI.

EVrypylus fuit filius Telephi, ut in Odyſſea teſtatur Homerus dicens. Sed ſolum †Telephidem interfecit ferro Hercem Eurypylum, multiq; circum ipſum ſocii Cetii interfecti fuerunt muliebrium cauſa donorum. dicit Leontius uineam auream à Ioue Troio datam ob precium Ganymedis rapti, quæ per ſucceſſionem deuenit ad Priamum, qui cum audiſſet uirtutem Eurypyli circa bellica miſit eam matri eius, ut ipſa eum ſibi auxiliarē mitteret, quæ dono ſuſcepto ſtatim miſit, ipſe uero à Neoptolemo cum multis ex Cetiis, quibus poſt patrem imperauerat occiſus eſt apud Troiam.

*al's qualem.*

De Cypariſſo Telephi filio. Cap. XVII.

CYpariſſus, ut ait Lactantius, filius fuit Telephi. hunc dicit Seruius, Syluanus ſyluarum deus amauit, qui cum haberet manſuetiſſimam ceruam, eamq; ſumme diligeret illam Syluanus inaduertenter occidit, quamobrem Cypariſſus ſumme dolens mortuus eſt, Syluanus autem illum in arborem ſui nominis uertit. Huic fictioni conuenientia nominis. & quia continue gemat dedere cauſam.

*De Cyrariſſo Paulo aliter fabulam narrat Ouidius, uide librum decimum Metamorph. Non enim à Syluano, ſed à Phœbo amatum dicit.*

De Lydo & Lamyro filiis Herculis qui Lydus genuit Lanium. Cap. XVIII.

LYdus & Lamyrus, ut Paulus aſſerit, filii fuere Herculis ex Iole Euryti regis filia ſuſcepti, ex quibus nil aliud quam nuda nomina reliquiſſe uideť antiquitas, præter quod ex Lydo Lanium † genitum idem Paulus affirmat.

*al's Lamum*

*Quid, ſi legas Lindum & Camirum, his enim nominibus Licyminis Herculis amicus, & cum poſteris eiuſdem multa paſſus, Ciuitates Rhodi, quo poſt occiſum Triptolemum confugerat appellauit, ut ſcribitur à Diodoro libro quinto. Eſt tamen & Lydus à quo Lydia dicta eſt. Atys filius Tyrrheni frater, de quo Herodotus, ſed hic nihil ad præſentem cauſſam attinet.*

De Lanio Lydi filio. Cap, XIX.

LAnius † prout prędictus aſſerit Paulus, Lydi fuit filius, ex qua matre uel quid egerit, nil omnino rettulit.

*al's Lamus.*

*Fuit & Lamus rex Leſtrigonum, de quo in Odyſſea.* Ἑβδομάτῃ δ' ἱκόμεθα λάμυ αἰπὺ πτολίεθρον. *Hic ut ait Didymus filius fuit Neptuni.*

De Aeolo. xxxix. Iouis filio, qui genuit Macareum, Canacem, Alcionem, Miſenum, Criteum, Salmoneum, Iphiclum, Siſyphum, Cephalum. & Athamantem. Cap. XX.

HErculis magnifici deſcripta prole ſupereſt, ut de Aeolo rege uentorum ſermo fiat, quem Theodontius. & poſt ipſum Paulus aiunt Iouis fuiſſe filium. & Sergeſtæ filiæ Hippotæ Troiani, & ſic uterinum Aceſtis fratrem. Plinius autē in libro naturalis hiſtorię dicit eum cuiuſdā Heleni filiū fuiſſe, & uentorū inueniſſe rationē, hic tamen ut eidē placet, regnauit apud inſulas, quæ



quæ ſunt propinquæ Siciliæ Italiam uerſus, quas quidem Aeolias ab hoc Aeolo, nōnulli Vulcanias à Vulcano olim earundem rege nuncupant, quarum potior Lypara eſt. hūc Poetæ regem ſeu deum uentorum dicunt, ex quo eius deſcribens regiam & officiū Virg. dicit, Aeoliam uenit. hic uaſto rex Aeolus antro Luctantes uentos tempeſtateſq; ſonoras Imperio premit, ac uinclis & carcere frenat. Illi indignantes, &c. & infra per octo uerſus. attamē ipſe Aeolus Virgil. teſte regnum & uentorum imperium à Iunone tenere fatetur dicens. Tu mihi quodcunq; hoc regni tu ſceptra Iouemq; Cōcilias, tu das epulis accumbere diuum. Nymborumq; facis tempeſtatumq; potentem &c. Præterea dicit Homerus in Odyſſea, cum huic eſſent filii. vi. & totidem filiæ, eaſq; maſculis dediſſet in coniuges ad eum Vlyſſem uagum deueniſſe eiq; Aeolum uentos omnes in corio bouis argentea cathena alligatos præter Zephyrum dediſſe. Harum fictionū cauſas tales nonnulli aſſignant. Dicit enim Solinus ubi de mirabilibus, Strongylē unam ex inſulis eſſe Aeoliis, & eam à ſolis ortu minime anguloſam, & à cæteris liquidioribus differentem flammis, cū ferè omnes flammas euomant. qua ex cauſa fit quod ex eius fumo potiſſime incolæ præſentiſcunt, qui nam flatus in triduo ſint futuri. quo factum eſt, ut Aeolus uentorum crederetur deus, cum afferat Paulus eum nondum aduertentibus aliis primum fuiſſe, qui murmurationibus atq; motibus flammarum aliquamdiu adeo cōſideratis, ut dum eas audiret, aut uideret, confeſtim quis uentus eſſet in partibus illis futurus prædiceret, non aliter quam ſi ipſi emittendi eſſet imperium. & ideo huius erroneæ credulitatis conualeſcens fama ſibi ab ignaris impetrauit, ut uentorum exiſtimaretur deus. Sunt tamen qui uelint hac fictione Virg. eum ſublimi in arce reſidentem rationem eſſe ſedem habentem in cerebro. Ventos uero illecebres appetitus in antro humani pectoris tumultuantes, qui ni ratione frenentur, in exitiale præcipitium deferant emittentem neceſſe eſt, quinimo nonunquam mundum omnem lanient & diſcerpant. Nouiſſe enim potuimus quid ſecutum ſit ex male laxata libidine Paridis. quid ex ſtolida præſumptione Xerxis Perſarū regis. quid ex ambitione Marii. quid ex auaritia Craſſi & aliorū plurium. quid ex eis in corio datis Vlyſſi ſentiendum ſit, ſupra ubi de Vlyſſe demonſtratum eſt. Tangit præterea Virgilius artificioſe naturalem uentorum cauſam, oriuntur quippe in cauernis agente aeris motu, & exeuntes per aerem efferuntur. & ſic a Iunone regnum tenere fatetur, id eſt ab aere abſq; quo uentus creari non poteſt, & cum ſe extollunt in altum, Ioui conciliantur, in quantum proximiores regioni ignis efficiuntur. & menſis deorum, ideſt ſuperiorum corporum accumbunt, & perſeuerante aeris diſpoſitione cōgrua ad eos producendos, ipſi etiam perſeuerant. Sunt inſuper qui uolunt duodecim filios Aeoli duodecim uentos eſſe prout eos fore dicit Ariſto. in metheoris, & ex his uolunt ſex eſſe, qui ſuo ſpiritu habeant agere ut terra ad producendum fructum uires emittat ſeu diſponat. vi. uero qui illam ad ſuſcipiendum præparatam faciant, & ſic agentes maſculi, & quos patientes faciunt fœminæ.

*Virg. 1. Aen.*

*Odyſſ. 10.*

*Cap. 11.*

*Sunt autem ſeptem Aeoliæ inſulæ Strongyle, Enonymos, Hiera, Lipara, Didyme, Ericodes, Phœnicodes. Ex his Hieran aiunt Vulcani officinam eſſe, cui fabulæ natura montis & ſpecuum qui in eo ſunt occaſionem dedere. Vide Solin. Cap. 11. Commentarium autem Apollonij lib. tertio, qui copioſe de ea re tradidit. Didym. autem Odyſſ. K. Duos Aeolos fuiſſe tradit, alterum Hippote filium Nimiantis nepotem, alterum Ellanos filium Iouis nepotem. Et quoſdam per Aeoli. 12. filios. 12. anni menſes intelligere. Huius inſulas Homerus Plotus quoq; appellat, quod ideo factum quidam putant, quia olim inſtabiles fuerint, ut Delos.*

De Macareo & Canace filiis Aeoli. Cap. XXI.

MAcareus & Canace, ut in epiſtolis oſtendit Ouidius. Aeoli fuere filii, & cum ſe minus honeſte amarent uterenturq; conſanguinitatis cōmoditate concepit ex Macareo Canace & peperit filium, quem dum clàm è regia per nutricem emitteret ut aleretur, infœlix infans ſe ſuo uagitu patefecit auo qui filiorum incenſus ſcelere iuſſit

innocuum

innocuum exponi canibus, & per ſatellitem Canace gladiũ miſit, ut eo pro meritis uteretur, quid ex ea ſecutum ſit, neſcio. Macareus autem aufugit. & ſunt qui uelint hunc Macareum, eum fuiſſe, qui poſtea Apollinis delphici ſacerdos factus in mortẽ Pyrrhi Achillis filii Oreſte conceſſit aſſenſum.

*Meminit alterius quoq; Macarei Diodorus lib.6. quem Iouis & Cyreneæ filium dicit, patrem Methymnes, & Mytilenes, qui filijs ſuis paßim emißis multarum inſularum imperium occupauit.*

De Halcione filia Aeoli coniuge Ceycis. Cap. XXII.

ALciones filia fuit Aeoli, ut per Ouidium patet dum dicit. Neue tuum fallax animũ fiducia tegat, Quod ſocer Happotades tibi ſit, qui carcere fortes contineat uentos. &c. Huic enim coniunx fuit Ceyx ex Trachinne Luciferi filius, de quibus ambobus & infœlici eorum caſu ubi de Ceyce dictum eſt.

*Ouidius Lib.11. Meta. Comment. Theocriti matrem Halcyones uocat Canóben. In Idill.7. Commentarius autem Homeri Iliad.1. Cauſam infortunij fuiſſe Ceyci & Halcyone, eo quod Ceyx ſeſe nimium efferens, Iouem uocari faciebat, & Halcyonem Iunonem. dicta autem eſt Halcyon. ἀπὸ τοῦ ἐν ἁλὶ κύειν. Reliqua ſupra uide.*

De Miſeno Aeoli filio. Cap. XXIII.

MIſenus Aeoli fuit filius, ut ait Virg. Miſenũ Aeolidẽ quo non præſtãtior alter Aere ciere uiros, Martemq; accendere cantu. Et infra per. xiii. uerſus, in quibus deſcribit Virgilius, qualiter Hectore mortuo Aeneã ſecutus ſit. & cum die quadã cantu certaret cum diis à Tritone tractus ſit, & demerſus. nec poſt multum ſubdit eum ab Aenea ſepultum, & loco ſuo nomen impoſitum. Nunc quoniam ſimpliciter à Virgilio dicta uera non ſunt, quid ſit abſconditum aduertendum. Fingit ergo Miſenum Aeoli filium, eo quod fuit tubicen. nam tubæ ſonus nil aliud eſt, quam ſpiritus per fiſtulam ab ore emiſſus, ſicuti & uentus eſt aer impulſus, & per terræ fiſtulas è cauernis emiſſus. & quia uentorum Aeolus deus dicitur, quaſi eorum auctor ſit, à ſimilitudine operis Miſenus eius dicitur filius. Eum autem à Tritone Neptuni tubicina tractum atq; demerſum in undas, ſunt qui credant à Virgilio inuentum ad tegendam Aeneæ iniquitatem, quem ſæpe pium uocat, eo quod putent ipſum apud lacum auerni ab ipſo Aenea ſacrum illud infauſtũ inferis faciente occiſum. ſicuti Elpenor in eodem loco occiſus eſt, cum nequeat illud perfici abſq; humano ſanguine. Quod autem illi ſepulchrũ fecerit facile credi poteſt, in præmium ſublatæ uitæ. nec dubium quin apud Baias ſit mons paruus, cui adhuc Miſenus nomen eſt. an illi à ſepulto homine datum ſit, an potius à monte homini ut fictioni melius conueniret, neſcio.

De Cretheo Aeoli filio, qui genuit Aeſonem, Pheretem, Amythaonem, & Alcymedontem. Cap. XXIIII.

Lib.11. CRetheus filius fuit Aeoli, ut in Odyſſea ſcribit Homerus. huic fuit coniunx Tyro filia Salmonei regis fratris ſui, ex qua ipſe ſuſcepit Aeſonem, Pheretem, Alcymedontem, atq; Amythaonem.

De Aeſone Crethei filio, qui genuit Iaſonem & Polymiam. Cap. XXV.

AEſon Crethei fuit filius ex Tyro, ut ſupra dictum eſt, qui cum genuiſſet inſignem Iaſonem eo æui toti grçcię iuuenẽ, & is miſſus à Pelia in Colchos & inde uictor aureum reportaſſet uellus, & Medeam Aetæ regis filiam ſibi in coniugem in Theſſaliã deduxiſſet, ut Ouidius aſſerit, ab eadem uirtute herbarũ, cum ſenex eſſet iuuenis factus eſt, cuius fictionis talis poteſt eſſe ſenſus. Aeſoni ſcilicet ex inſperato reditu filii, tam difficilis expeditionis glorioſi, tam grandis læticia addita eſt, ut ætas quæ tendebat in mortem, in ætatem retroceſſiſſe floridam uideretur. (Lib. 7. Meta.)

*Diodorus lib.5. A Pelia occiſum dicit. Peliam autem à Medea.*

De Iaſone



De Iaſone Aeſonis filio, qui genuit Thoantem, Eunæum, Philomelum, & Plutum. Cap. XXVI

IAſon Aeſonis fuit filius, Ouidio teſte, ex quo talis recitatur hiſtoria. Fuit Ia- Lib. 7. Meta.
ſoni patruus Pelyas rex Theſſalię, cui oraculo iuſſum erat, ut ſingulis annis
Neptuno patri ſacrificium exhiberet, ut ait Lactãtius, dumq; cerneret eo ce-
lebrante quenquam nudo pede ad ſacrum uenientem de proximo ſe mo-
riturum ſciret. Cõtigit inde, ut eo ſacrum faciente Iaſonem feſtinantem ad a
ſacrum in limo Anauri fluminis calciamentum alterius pedis liquiſſe, quod uidens Pe-
lyas filiis timens ſuaſit Iaſoni ut Colchos iret aureum uellus quæſiturus, eum non reditu
rum exiſtimans, cum audiſſet opus eſſe humanis uiribus inſuperabile. Qui expeditione
aſſumpta fabricata eſt illi nauis longa ab Argo in ſinu Pagaſeo, & Argo ab autore deno- b
minata, nobiles Græciæ iuuenes ferè omnes conuocauit, inter quos Hercules fuit. Fuere
præterea Orpheus, Caſtor, Pollux, Zetes, Calais, aliiq; plures ſplendidiſſimi genere & uir
tute iuuenes, quos ob nobilitatẽ ſemideos appellat Statius in Thebaide, dicens, Iam tum
prima cum pube uirentẽ, Semideos inter pinus me Theſſala reges Duceret, &c. Qui à no
mine nauis Argonautæ appellati ſunt. quibus cõgregatis ex ſinu Pegaſęo nauem ſoluit, c
& inde ſecundo urgente uento in Lemnum deductus eſt. Ibi autem cum mulieres uiros
omnes interfeciſſent ſuos, uirorum imperium aſpernatę, regnaretq; Hypſipyle Thoantis
olim regis filia, eis, ut teſtatur Statius, ſuperatis, Iaſon ab Hypſipyle hoſpitio ſuſceptus eſt
& thalamo. Tandem cum redargutus ab Hercule Hypſipylem prægnãtem liquiſſet, de-
uenit in Colchos, ubi cum florida iuuentute & formoſitate ualeret à Medea Colchorum
regis filia receptus eſt, cui cum clam ſe maritum futurum ſpopondiſſet, ab ea doctus eſt
quo pacto Aeripedes tauros & domare, & iugo ſubigere poſſet, occidere draconem per-
uigilem, & eius dentes ſulcis immittere. Et ex dentibus ſurgentes armatos in perniciem
ſuam cõcurrere ſineret, & hoc pacto qualiter illi ad aureum uellus iter peruium eſſet. qui
cum iuxta monita peregiſſet omnia, in prædam deuenit optatam, & ea ſublata clam cũ
ſociis & Medea fugam arripuit. Sanè unum omnes non tenuiſſe iter in reditu ſatis con-
ſtat, cũ Hercules & reliqui ferè omnes ad Propontidem & Heleſpontum ueniſſe legan-
tur, cum Iaſonem ſcribãt omnes ueteres Hiſtri hoſtium intraſſe, & inde ad eam uſq; par- d
tem deueniſſe, in qua diuiſus Hiſter in Adriaticum fertur, & eam intraſſe & in Adriaticũ
deueniſſe, quod Ariſtoteles ubi de mirabiliũ auditu aſſerit, dicens quod eſto ibi loca in-
nauigabilia ſint, Iaſonem nauigabila feciſſe per Cyaneas tendentem. Et ad probationem
huius itineris dicit, quia loca illa per quæ Iaſonem iter feciſſe traditur admirandorum ple
na & crebra per eadem à Iaſone altaria inueniri compoſita, & in una Adriatici maris in-
ſula Dianæ templum à Medea dedicatum. Prætereà & oppidum Pola, quod in noſtrum
uſq; æuum perſeuerat à Colchis colonis primo habitum. Hæc meo iudicio nauigationẽ
non probant, imò potius poſſent firmare, quæ alii arbitrantur Iaſonem ſcilicet quandiu
potuerit naui peregiſſe iter. Inde obſtãtibus nauigationi montibus portantibus ſociis na
uem humeris ſuperaſſe montes, & Hiſtrum ciſalpinum deueniſſe flumen, aras & altaria
quæ narrantur peragrando feciſſe. Sed quodcunq; tenuerit iter, conſtat aureo cum uelle-
re in patriam remeaſſe, & illud, ut Lactantius dicit, Creonti Corinthiorum regi detuliſſe.
Is autem cum ex Medea duos ſuſcepiſſet filios, eiusq; opera iunior factus Aeſon, & à filia
bus trucidatus Pelyas, ſeu criminum enormitate, ſeu alia ex cauſa fecerit, eam repudiauit.
Et, ut dicit Lactantius, Glaucem aſſumpſit uxorem. Seneca uero Poëta in Tragœdia Me-
deæ eum aſſumpſiſſe Creuſam Creontis regis Corinthiorum filiam oſtendit. Ob quam
indignationem cum maleficiis Medeæ regiam & nouam cõiugem, ut aſſerit Seneca, ui-
diſſet exũſtam, ab eadẽ oculis ſuis uidit quos ex ea ſuſceperat filios gladio laniari, & hinc e
ſubſequi poteſt quod Lactantius aſſerit, eum Glaucem accepiſſe. Tandem cum ob ſuum
crimen Medea, quæ ab Egeo in coniugem ſuſcepta fuerat aufugiſſet ab eo, iterum à Iaſo- f
ne Theſſalia pulſo, ut aiũt, ſuſcepta eſt. Et cum ea Colchos iterum transfretauit, Aeetamq;

ſenem Medeæ patrem regno pulſum reduxit in regnum, & multa inſuper per Aſiã egit magnifica, in tantum ut ibidem dei ritu coleretur, & ſuo nomini templa cõſtituerentur plurima. Quæ poſtea Alexandri Macedonis iuſſu forſan eius gloriæ inuidentis demolita ſunt, qualis tamen illi fuerit finis, aut ubi, legiſſe nõ memini. Huius hiſtoriæ tam ſuccincte recitatæ, quædam ſunt Poëtica fictione uelata, quæ ſi poſſumus, aperienda ſunt. Legitur enim primo tauros æneos habentes pedes, efflantes naribus ignes domuiſſe. Quos ego reor regni Colchorum proceres inſuperabiles uiribus, elatiq́ʒ ſpiritus fuiſſe, quos nõ bello, ſed oratione ac circumuentionibus ſuperatos puto, & in ſuam Medeæq́ʒ ſentẽtiam tractos populares ad ſeditionem diſpoſuiſſe, & cæſo per fraudem dracone peruigili, id eſt præfecto cuſtodiæ regni, & ob eius mortem quaſi ſeminatis dentibus, id eſt, diſſenſionũ cauſis aduerſum ſeipſos armarentur Colchi, & in bellum perſeuerãtes adeo fatigarentur, ut demum à Iaſone ſubigerẽtur facile atqʒ diuitiis nudarentur, & aureo uellere, id eſt, grege habente precioſiſſimum uellus. Hunc arbitratur Plinius primum fuiſſe, qui longa naui nauigauerit.

a *Commentarius Odyſſ. M fabulam paulo aliter incipit. Dicit enim Aeſonem ex Polymila, ſeu ut Pherecydes ex Alcimede ſuſtuliſſe Iaſonem, quem cũ ipſe moreretur, fratri Peliæ in tutelam cõmendaſſe, & regnum quoq; tradidiſſe, ea tamen lege, ut illud adulto Iaſoni reſtitueret. Porrò matrem Alcimedem ſuſpectum habuiſſe Peliam, eoq́; Iaſonem Chironi alendum dediſſe. Itaq; cum adultus eſſet iam Iaſon, ueniſſe eum ad repetẽdum paternum regnum, ac ibi quo regnum ipſe teneret, Peliam commentũ fraudem, iuſſiſſe Iaſonem ut prius aureum uellus, occiſis igniuomis tauris ex Colchide referret. Quæ res cum primo impoſſibilis Iaſoni uideretur, Chironem illi comites* τοὺς ἡμιθέους *excitatos addidiſſe, & ita à Pallade parata naui quam Argo uocant, Iaſonem cum ſocijs in Colchum nauigaſſe, & primo ad Lemnades, deinde ad Phineum regem (cuius fabulam ſupra annotauimus) ueniſſe, quem ab Harpyis liberãtes, ab eodem muneris loco docti ſunt, qui ratione & uia per Cyaneas petras inter ſe cõcurrẽtes, ad Colchos uſq; peruenire poſſent. Reliqua nota ſunt tum ex Flacco, tum ex Ouidio 11. Comment. tamen Apollonij ex Timonacte dicit Iaſonem uolente ac deſpondente Aeeta Medeam duxiſſe, & monumenta fuiſſe eius rei hortos Iaſonios, Medeæ thalamum & templũ, & neſcio quæ alia. Ex Timæo autem, nuptias in Corcyra factas, & eius rei cauſa annua quoq; ſacra ibidem celebrari, &c. Vide lib. 4. Idem lib. 1. matrẽ Iaſonis, iuxta Herodorũ, uocat polyphemem filiam Autolyci, iuxta Pherecydem, Alcimedem filiam Phylaci.*

b *Vt etiam Apollonius in 1. alij tamen à celeritate dictum uolunt.*

c *Vocantur communi quoq; nomine Minyæ, ita enim Beotij appellantur, ſiue, ut Sceptius uult, ij qui circa Iolcum habitarunt, à Minya rege Orchomeni filio Neptuni, eius enim gentis fuerunt pleriq;, qui cum Iaſone in Colchum nauigarunt.*

d *Hanc ut fabulam Cato in originibus uidet, ſed tamen & inter Græcos ſunt qui hoc tradunt, ut Timagetes, quem ſecutus Apollonius uidetur, qui Iſtrum ex Celticis montibus deferri ſcribit uſq; in paludem Celticam, exinde diuidi in duo cornua, quorum alterum in Euxinum, alterum in Celticum, hoc eſt, Adriaticũ, ſic enim ego intelligo, mare exit, & per hoc rediſſe Argonautas ait, & in Tyrrhenos ueniſſe. Herodorus autem per eandem illos uiam rediſſe, qua in Colchos profecti fuerant. Hecatæus & alij nonnulli ex Phaſide in Oceanum tranſiſſe dicit, ex Oceano autem circumuectos in Libyam, & inde in Nilum ueniſſe, per Nilum autem in mediterraneum rediſſe. Sed hoc Artemidorus ut mendacium refutat. Vide Comment. in quartum Apollonij.*

e *Diodorus nomina horum ponit, Theſſandrum, Didymum, Teſſalum, & Alcymenum. Vide lib. 5*

f *Home. Comment. hanc fugæ cauſam tradit. Poſtquàm Aegeo nupſiſſet Medea, inquit, Theſeum ex Trœzene, ad cognitionem patris uenientem, uerbis impulit, ut poculum à ſe temperatum illi daret, quo poto ille moreretur. Quod cum Theſeus iam facturus eſſet, uidet apud Aegeum gladiũ quem ipſe Trœzene reliquerat, atq; ita patre agnito, Medeam tam nefandi conſilij cauſam, ex Attica eiecit.*

De Thoante & Euneo Iaſonis filiis. Cap. XXVII

Lib. 6 THoas & Euneus filii fuere Iaſonis ex Hypſipyle, ut ſatis patet per Statium in Thebaide. Creditum quippe eſt eam prægnantem ex Iaſone ad Colchos eunte remanſiſſe. Et ut cõprehendi poteſt, cum gemellos peperiſſet, nec fas eſſet apud Lemniades maſculos alere,



eam illos alendos alibi tranſmiſiſſet, & dum ob detectum ſeruati patris facinus regno pulſa fuiſſet, & à Piratis capta, atqʒ Lycurgo regi Nemeo uendita, aut tanquam ſerua tradita nũquam poſtea illos uidit, qui cum adoleuiſſent, & cum Adraſto rege in Thebanum bellum irent, audirentq́ʒ eam in ſylua Nemea caſus recitantem ſuos Adraſto, illam eueſtigio matrem cognouerunt, & iræ Lycurgi regis ob male ſeruatum Opheltem filium eam ſurripuerunt. Quid autem ex eis poſtea actum ſit, mihi incertum eſt.

*Statius lib. 6. Ecce & Iaſonidæ iuuenes noua gloria matris Hypſipyles ſubiere iugo, quo uectus uterque Nomen auo gentile Thoas, atq; omine dictus Euneus Argoo, geminis eadem omnia, &c.*

De Philomelo Iaſonis filio, qui genuit Plutum. Cap. XXVIII

PHilomelus, ut ſcribit Rabanus in libro de originibus rerum, filius fuit Iaſonis. Nec de eo habetur aliud, niſi quia Plutum genuit.

De Pluto Philomeli filio, qui genuit Pareantem. Cap. XXIX

PLutus, ut ſcribit Iſido. ubi de etym. filius fuit Philomeli, de quo nil aliud niſi quia genuit Pareantem.

De Pareante filio Pluti. Cap. XXX

PAreantes filius fuit Pluti, ut ſcribit Iſidorus ubi ſupra, qui ibidem ait eum Paron inſulam tenuiſſe, eamq́ʒ & eius oppidum Paron de ſuo nomine nuncupaſſe cum primo Minoia uocaretur.

De Polymila Aeſonis filio. Cap. XXXI

POlymilas, ut Leontius aſſerit, filius fuit Aeſonis, qui Leontius dicit Aeſoni preter hũc nullum fuiſſe filium. Verum ego plus fidei antiquatæ famæ exhibeo, qua habemus Iaſonem Aeſonis fuiſſe filium, quàm autori nouo. Tamen poſſibile eſt Iaſonem fuiſſe Bynomium.

*Hæc tria capita de Polymila, Alcimedonte, & Epitropo imperitia Græcæ linguæ huc accreuerunt, cũ neq; Polymila Aeſonis filia, neq; Alcimedon Crethei, neq; Alcymedontis Epitropus filius eſſe, apud ullum alium idoneum, credo autorem legatur. Res autem ſic habet apud Didymũ in Odyſſeæ M. ita ſcriptum eſt:* τυρὼ ἡ σαλμωνέως ἔχουσα δύο παῖδας ἐκ ποσειδῶνος νηλέα τε καὶ πελίαν, ἔγημε κρηθέα, καὶ ἴσχει παῖδας ἐξ αὐτοῦ τρεῖς αἴσονα καὶ φέρητα, καὶ ἀμυθάονα. αἴσονος δὲ καὶ πολυμήλας κατὰ ἡσίοδον γίνεται ἰάσων, κατὰ δὲ φερεκύδην ἐξ ἀλκιμέδης. τελευτῶν δὲ οὗτος καταλείπει τὸν παῖδα ἐπίτροπον τὸν ἀδελφὸν πελίαν, ἐγχειρίσας αὐτῷ καὶ τὴν βασιλείαν, ἵνα αὐξηθέντι τῷ νέῳ παράσχῃ. ἡ δὲ τοῦ ἰάσονος μήτηρ ἀλκιμήδη δείσασα δίδωσιν αὐτὸν τρέφεσθαι χείρωνι τῷ κενταύρῳ. τραφεὶς δὲ καὶ ἡβήσας ἔρχεται εἰς ἰωλκὸν ἀπαιτῶν τὴν πατρῴαν ἀρχὴν τὸν πελίαν. ὁ δὲ ἔφασκεν, ἐχρῆν αὐτὸν πρότερον διακομίσαι τὸ χρυσοῦν δέρος ἀπὸ κόλχων, καὶ τοὺς πυριπνόους ἀνελεῖν ταύρους. ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ ἰάσων λέγει τῷ χείρωνι, καὶ αὐτῷ ὁ χείρων συνεκπέμπει τοὺς ἡμιθέους, κατασκευάζει δὲ ἡ ἀθηνᾶ τὴν ἀργώ, &c. *Hunc locum Leontius ut & alia pleraq; ex Didymo uertiſſe uidetur. Et quia ſiue Leontius Græca, ſiue Bocatius ipſum Leontium minus intellexit, factum eſt, cum apud Didymum ponatur* αἴσονος δὲ καὶ πολυμήλας κατὰ ἡσίοδον γίνεται ἰάσων, *ut Polymilam Aeſonis filium putarint. Deinde rurſum ubi Didymus habet,* κατὰ δὲ φερεκύδην ἐξ ἀλκιμέδης, &c. *Idem breuitatem Græcæ linguæ non aſſequens, intellexit Alcimedem aliquem eſſe, qui moriens fratri Peliæ filium Epitropum commendarit, non aduertens* ἐπίτροπον *appellationem eſſe, & ſignificare tutorem. Et quia Peliam fratrem uocat, mox putauit Aeſonis filium eſſe Alcimedontem, quia fratrem Peliam haberet. Similiter quia apud Lactantium & reliquos de Aeſone ſcribitur, eum uixiſſe uſq; in reditum filij, & Medeæ aduentum. Facile putauit ea quæ de commiſſo regno, & filio Chironi à matre tradito, de alio, eoq́; quem ipſe Epitropum uocat, non de Iaſone dicta eſſe, adeò difficile eſt recte in literis uerſari abſq; cognitione Græcæ linguæ. Et hoc pacto accidiſſe arbitror etiam ſupra Cap. 11. cum nominat tres filios Herculis ab Homero poſitos, & lib. 5. cap. 33. & 34. cum Ithilum & Thyim filios Zethi, Calatum filium Iouis & Antiope ex Homero uocat, quæ eodem modo ex Didymo, non ſatis, ut uidetur, intellecto, fluxerunt ut ibidem quoq; annotauimus.*

De Alcimedonte Crethei filio, qui genuit Epitropum. Cap. XXXII

ALcimedontem filium fuiſſe Crethei Leontius dicit, aſſerens à Pherecyde recitari ab Alcimedonte moriente Epitropum paruum filium ſuum Peliæ fratri derelictum, quem cum mater Chironi nutriendum dediſſet, grandis à Pelia Colchos miſſus eſt.

De Epitropo Alcimedontis filio. Cap. XXXIII

EPitropus ſecundũ Leontium, filius fuit Alcimedõtis, qui, ut refert Pherecydes, à matre Chironi Centauro alendus traditus eſt, & cũ adoleuiſſet in patriam rediens Peliæ patruo paternam petiit hæreditatem, à quo Colchos miſſus eſt, uellus aureum quæſiturus.

De Pherete Crethei filio. Cap. XXXIIII

Pheretes filius fuit Crethei ex Tyro ſuſceptus, ut in Odyſſea teſtatur Homerus.

*Home. Odyß. Λ.* τὺς δ' ἑτέρους κρηθῆϊ τέκε βασίλεια γυναικῶν
αἴσονά τ' ἠδὲ φέρητ' ἀμυθάονά θ' ἱππιοχάρμην. *Loquitur de Tyro.*

De Amythaone Crethei filio, qui genuit Melampum & Biantem. Cap. XXXV

AMythaon, ut in Odyſſea Homeri legitur, Crethei fuit filius ex Tyro ſuſceptus. Hũc Homerus dicit bellicoſiſſimum fuiſſe hominem, neque de eo amplius niſi quod Melampum genuit & Biantem.

De Melampo Amythaonis filio, qui genuit Thiodamantem. Cap. XXXVI

MElampus olim augur ingens filius fuit Amythaonis, ut in Thebaide teſtatur Statius ibi. Sacra mouere deum ſolers tibi cura futuri. Et infra per octo uerſus. Scribit aũt Lactantius hũc filias Prœti regis ab inſania curaſſe, ut ſupra de Prœto, & ſic unam ex eis in coniugem & regni portionem conſecutus eſt. fuit quippe Melampus iſte herbariæ artis peritiſſimus, ut ueteres tradidere, & Thiodamantem filium ſuperſtitem reliquit.

*De filiabus Prœti ſupra libro ſecundo, Cap. 30. tractauimus.*

*Melampus filius fuit Amythaonis & Dorippes (quanquam Didymus uidetur Talaonis facere, cum inquit:* βίας ὁ ταλαοῦ. *Nam Bias omnium conſenſu Melampodis frater dicitur) Melampus autem dictus eſt, eo quod mater infantem expoſuerat, toto corpore tectum, præterquàm pedibus, qui à Sole atro colore attracto, nomini cauſam dederunt. Hic fertur aliquando peregre proficiſcens apud Polyphatem diuertiſſe, quo ſacrificante, cum Draco quidam ſeruum eius morſu petiſſet, & ille Draconem interfeciſſet, Melampus interfectum ſepeliit. Ob quod meritum pulli Draconis, aures Melampodis lingendo, diuinationem illi inſpirarunt, ex quo Melampus non ſolum uaticinari, ſed etiam uolucrum & brutorum uoces intelligere cœpit. Fuit iiſdem temporibus filia Salmonei, Tyro, quæ à Neptuno cõpreſſa peperit Neleum & Peliam: & quia patrem grauida metuebat, ad auunculum Deioneum confugit, qui illam poſtea Cretheo fratri nuptum dedit, ex qua Aeſonem, Pheretum, & Amythaonem poſtea peperit. Porrò fuit huic Deioneo nepos Iphiclus ex Phylaco & matre Clymene filia Minyæ, quæ ante ex Apolline Phaëthontẽ pepererat, ut quidam uolunt, homo tantæ agilitatis & celeritatis, ut pedibus ſuper ſummas ariſtas curreret, neq; ſpicas illarum infringeret, adeoq; cum ipſis uentis curſu certaret. Ab hoc Neleus poſtquàm adoleuiſſet, matris ſuæ Tyroũs bona repetebat. Quæ cum ille denegaret, Neleus filiam quam habebat omnium uenuſtiſſimam Perô nomine, nemini elocare uoluit, niſi qui boues Iphicli ablatas ſibi Pylum adduxiſſet. Quod cum diu nemo auderet, tandem Bias frater Melampodis faciendum ſuſcepit, fratremq; Melampodem impulit, ut boues abducendos aggrederetur. Qui quanquam ſciret rem ſibi primo non ſucceſſuram, tamen in fratris gratiam aggreſſus, & in furto deprehenſus, à paſtoribus ad Iphiclum captiuus ductus eſt, à quo poſtea inter uirum & mulierem uinctus, in carcerem coniectus eſt. Et ex iis quidem qui ſimul uincti erant, uir eum reuerenter habuit, mulier autem multis contumeliis proſecuta eſt, quare & poſtea temeritatis pœnas dedit. Nam cũ in uinclis teneretur, anno iam prope exacto Melampus, audiretq; uermes inter ſe colloquentes, de trabibus ædificii in quo uinctus tenebatur, iam corroſis diuinabatq; inde non multo poſt ruiturum illud eſſe, accerſito miniſtro carceris, iuſſit ſe inde in alium locum efferri. Quod cum ille faceret, uirum quidem à capite, mulierem uero ad pedes locat, qui illum extulerunt. Cæterum nondum exierant cum ædificium à tergo collabitur, ac mulierem in limine depræhenſam interficit. Qua re cognita & Melampodis diuinitate patefacta, Iphiclus è uinculis illum dimittit, pollicerturq; ſe illi boues ultro daturum, ſi ſua arte efficiat, ut liberos procreare poſſit, erat enim ad eum diem ſine liberis Iphiclus. Melampus igitur promiſit, & paratis ſacris, omnibus auibus ſuas portiones*



*nes diſtribuit, quæ aduolantes omnes præter uulturem ad ſacra conuenerunt. Has poſtea Melampus interrogat, qua ratione Iphiclus liberos procreare poſſit, ſed eæ dubitantes uulturem accerſunt, qui ueniens ſterilitatis cauſam aperuit. Nam Phylacum olim cum uidiſſet Iphiclum adhuc paruum, pecora caſtrantem, machæra eum perſecutum eſſe, & cum apprehendere eum non poſſet, machæram ſub cortice* ἀχέρδου*, id fruticis ſpinoſi genus eſt, abdidiſſe. Iphiclum autem ex eo timore uſq; ſterilem factum eſſe. Iuſſit igitur uultur machæram ex Acherdo referre, & rubiginem ex illo deterſam, in uino potandam Iphiclo, per decem dies dare, exindeq; Iphiclum à ſterilitate ſolutum iri. Quod cum Iphiclus, interpretante Melampode, feciſſet, liberos procreauit Podarcem, &, ut quidam uolunt, Proteſilaum. Melampus autem acceptis bobus, eas fratri attulit, qui illas Neleo dedit, uxoremq; Pero accepit, ex qua Perialcen, Aritũ, & Alpheſibœam genuit, ut ait Pherecydes. Hæc ex Commentariis Odyſſeæ, & Apollonii. Porrò Biantis filios alios recenſet Apollonius, quàm uel hic Pherecydes, uel in textu Bocatius lib. 1. Argon.* ἀργόθεν, *inquit,* αὖ ταλαὸς καὶ ἀρήιος, υἷε βίαντος ἤλυθον ἴφθιμός τε λεώδοκος, οὓς τέκε πηρὼ νηληὶς· τῆς δ' ἀμφὶ δύην ἐμόγησε βαρεῖαν αἰολίδης σταθμοῖσιν ἰφίκλοιο μελάμπους. *Commentarius quoq; Theocriti in Idyll. 3. fabulam eodem ferè modo narrat, niſi quod circa cauſam ſterilitatis Iphicli nonnihil uariat. Ait enim Phylacum inguina filii falce perſtrinxiſſe, cum forte aſtaret arborem reſecanti, &c.*

De Thiodomante filio Melampi. Cap. XXXVII

THiodamas filius fuit Melampi, Statio teſte, qui dicit, Inſignem fama ſanctoq; Melampode cretum Thiodamanta uolunt, &c. Fuit iſte Thiodamas augur egregius, adeò ut abſorpto terræ hiatu Amphiarao apud Thebas, Adraſtus & reliqui principes qui ſecum Thebas obſidebant, eum abſorpti loco ſubſtituerunt. *Lib. 8. Theb.*

De Biatee ſeu Bia Amythaonis filio, qui genuit Mantium & Anthiphatem. Cap. XXXVIII

BIas Amythaonis fuit filius, ut Theodontius dicit, ex quo Homerus hiſtoriam refert qualiter Piro Nelei filia nupta ſit, quæ quod ſupra ubi de Piro ſcribitur plene, nec de eo aliud legitur, niſi quod cum cõiuge habitauerit apud Pylum Nelei ciuitatem, & quod ex ea ſuſceperit duos filios Mantium & Anthiphatem.

*Homerus autem Mantium & Antiphatem non Biantis, ſed Melampodis filios facit libro Odyß. decimoquinto. Nam de Theoclymeno primum ſic ait:* μάντις, ἀτὰρ γενεήν γε μελάμποδος ἔκγονος ἦεν. *Et poſtea de Melampode ſic ait:* ἔνθα δ' ἔγημε γυναῖκα καὶ ὑψερεφὲς θέτο δῶμα. γείνατο δ' ἀντιφάτην, καὶ μάντιον υἷε κραταιώ. ἀντιφάτης μὲν ἔτικτεν οἰκλῆα μεγάθυμον, αὐτὰρ οἰκλείης λαόσσοον ἀμφιάραον, ὃν περὶ κῆρι φίλει ζεύς τ' αἰγίοχος καὶ ἀπόλλων, παντοίην φιλότητ'. οὐδ' ἵκετο γήραος οὐδόν. ἀλλ' ὄλετ' ἐν θήβῃσι γυναίων εἵνεκα δώρων. τοῦ δ' υἱεῖς ἐγένοντ' ἀλκμάων ἀμφίλοχός τε. *Et ſequitur:* μάντιος αὖ τέκετο πολυφείδεά τε κλεῖτόν τε, ἀλλ' ἤτοι κλεῖτον χρυσόθρονος ἥρπασεν ἠώς. κάλλεος εἵνεκα οἷο, &c. *Et rurſum:* αὐτὰρ ὑπέρθυμον πολυφείδεα μάντιν ἀπόλλων θῆκε βροτῶν ὄχ' ἄριστον, ἐπεὶ θάνεν ἀμφιάραος, τοῦ μὲν ἄρ' υἱὸς ἐπῆλθε, θεοκλύμενος δ' ὄνομ' ἦεν. *Et ſic patet ex Melampode Mantium & Antiphatem natum ex Mantio, Clitũ, & Polyphidem, ex Polyphide Theoclymenum. Rurſum ex Antiphate Oicleum, ex Oicleo Amphiaraum, &c. De Biantis autem filiis in Melampode uide.*

De Mantio Biantis filio, qui genuit Clitum & Polyphidem. Cap. XXXIX

MAntius, ut in Odyſſea ſcribit Homerus, filius fuit Biantis ex Pyro. Nec ex eo aliud refert niſi quod genuit Clitum & Polyphidem.

De Clito Mantii filio. Cap. XL

CLitus Mantii fuit filius, ut in Odyſſea teſtatur Homerus ubi dicit, quod cum eſſet forma & decore conſpicuus eum ab Aurora raptum, nec ultra uſquam comparuiſſe. Dicit tamen Barlaam hunc ad orientales partes abiiſſe, & ibidem de reditu in patriam nõ curans quibuſdam populis imperaſſe, & ob id fictum eum ab aurora raptum.

De Polyphide Mantii filio, qui genuit Theoclimenum. Cap. XLI

POlyphides filius fuit Mantii, ut Homerus dicit in Odyſſea, ubi eum egregium fuiſſe uatem aſſerit, & Amphiarao in bello Thebano ab hiatu terræ abſorpto ſubſtitutum

 ab Argi=

ab Argiuis, ubi Statius Amphiarao ſuffectum dicit Diodamantem Melampi filium, hic Theoclymenum genuit.

De Theoclymeno Polyphidis filio. Cap. XLII

THeoclymenus, ut in Odyſſea placet Homero, filius fuit Polyphidis. Et cum moraretur in Argo ciuitate, & haberetur augur inſignis, ibi hominē interfecit. Ob quam cauſam cum inde diſceſſiſſet, & in Pylon ciuitatem ueniſſet, exinde cum Telemacho filio Vlyſſis abiit in Ithacam.

*Nomen matris quoq; à Didymo ponitur, uidelicet Sariuſa, ex qua alterum quoq; filium Harmonidem nomine eidem natum dicit. Odyſs. O*

De Antiphate Biantis filio, qui genuit Oicleum. Cap. XLIII

ANtiphates, ut aſſerit Homerus in Odyſſea, filius fuit Biantis ex Pero coniuge ſuſceptus. Nec ex eo aliud habetur, niſi quod genuit Oicleum.

De Oicleo Antiphatis filio, qui genuit Amphiaraum. Cap. XLIIII

OIcleus eodem Homero teſte, filius fuit Antiphatis, & Amphiaraum uatem genuit, quem nonnulli Lyncei regis Argiuorum ex Hypermeſtra filium fuiſſe arbitrantur.

De Amphiarao filio Oiclei, qui genuit Almeonem, Amphilochum, & Catillum. Cap. XLV

AMphiaraus, quicquid alii dicāt, Oiclei fuit filius, ut in Odyſſea teſtatur Homerus, & Statius in Thebaide dicens, Tandem prorumpere ad actus Oiclides, &c. Hic autem inter cæteros Augures ueteres clarior habetur. Qui cum Adraſtus Argiuus rex bellum aduerſus Thebanos initurus eſſet, montem unà cum Melampo uiſurus quid futurum eſſet Argiuis, ſi bellū aduerſus Thebanos aſſumerent, aſcendit, & cum inter alia uidiſſet ſe ſi in bellum iret, non rediturum in patriam, latebras petiit, & Eriphyle coniugi ſuæ, ex qua iam quoſdam ſuſceperat filios, tantum tanquam fidiſſimæ latebras ſuas patefecit. Sanè cum inſtarent Argiui principes, ut in Thebanos irent, eumq́ ſolum perquirerent, nec inuenire poſſent, contigit ut Eriphyle Argiæ filiæ Adraſti cōiugis Polynicis uideret monile, quod olim Vulcanus Hermoniæ priuignæ ſuæ & coniugi Cadmi dono dederat, & illud deſideraret, & inde cum Argia in compoſitionem ueniens, monili ſuſcepto Amphiaraum patefecit, ut in Thebaide plenius ſcribit Statius. Sic igitur Amphiaraus coniugis fraude detectus, cum aliis Argiuorum principibus non rediturus iuit in bellum, in quo dum die quadam armis & curru inſignis prælium intraſſet, atq; acriter in Thebanos pugnaret, repente terræmotu facto ingenti, & ea in parte in qua cōſiſtebat uoragine telluris, patefacta abſorptus eſt cum maxima ſuperſtitum perturbatione. Hunc Statius armatum uiuumq́ in conſpectu ditis deſcendiſſe deſcribit, & Poëtico more multa peroraſſe dicit, quæ ad propoſitum nil afferūt. Fuit tamen ea tempeſtate tanta ueteribus cæcitas, ut quem dei iudicio à terra abſorptum cernerent, amicum dei, imò deum etiam exiſtimarent, eiq́ ea in parte in qua abſorptum nouerant, tanquam deo templum conſtruerent, & aras dicarent, & ſacra conficerent, & ritu dei illum colerent. Huius autem inuentum in libro naturalis hiſtoriæ dicit Plinius fuiſſe igniſpicam, quod utrum credam, neſcio. Memini autem legiſſe apud Chaldæos Nembroth opus fuiſſe qui per multa ſecula præceſſit Amphyaraum.

*Lib. 7. Theb.*

De Alcmeone Amphiarai filio. Cap. XLVI

ALcmeon Amphiarai uatis & Eriphyles fuit filius. Huic Amphiaraus in bellum ire coactus nequitiam in ſe Eriphyles aperuit, eiq́ue futuræ mortis ſuæ uindictam reliquit, qui defuncto patre memor præcepti tempore ſumpto, ut paternam pietatem ſeruaret, in matrem impius factus eſt, eamq́ peremit.

*Huic fabulæ à cæteris additur, cum poſtea ob matris cædem Alcmæon furijs agitaretur, ueniſse eum ad fluuium Phegeum, à quo luſtratus eſt. Et cum filiam eiuſdem Alpheſibœam amaſſet, donato illi monili, quod matris Eriphyles fuerat, uxorem illam duxiſse. Cæterum cum aliquando poſt ea tempora ad Acheloum fluuium forte rediſſet, placuiſſetq́; ipſi Calbirhoë Acheloi filia quoq; monile, quod superiori*

*coniugi*



*coniugi dederat, etiam huic nuptiarum ſpe, pollicitum eſse. Ad quod tamen cum repetendum proficiſceretur, à fratribus Alpheſibœæ Themone & Axione occiſum eſse, qui tamen & ipſi ab eodem mutuis uulneribus petiti, perierunt. Vel ut Ouidius uidetur ſentire, à filijs Callirrhoës, quos Iuppiter natos ſtatim uiros fecerat, in ultionem patris occiſi ſunt. Ouid. lib. 9. Meta.*

De Amphilocho Amphiarai filio. Cap. XLVII

AMphilochus, ut in Odyſſea dicit Homerus, filius fuit Amphiarai ex Eriphyle ſuſceptus, nec de eo legi amplius.

De Catillo Amphiarai filio, qui genuit Tiburtinum, Catillum, & Coracen. Cap. XLVIII

CAtillus, ut ait Solinus in libro Mirabilium, filius fuit Amphiarai, de quo ſic ſcribit. Catillus enim Amphiarai filius poſt prodigialem patris apud Thebas interitum † Oicli aui iuſſu cum omni fœtu uel ſacro miſſus tres liberos in Italia procreauit Tyburtum, Coracem, & Catillum, qui depulſis ex oppido Siciliæ ueteribus Sicanis à nomine Tyburti fratris natu maximi urbem uocauerunt. Hæc ille.

*Oicli aui iuſsu cum omni fœtu uel ſacro miſſus, ita apud Solinum legitur, quanquam haud ſcio an his quoq; uerbis uitium adeſt. Vide Cap. 7*

De Tyburtino, ſeu Tyburto Catilli filio. Cap. XLIX

TYburtinus, ſeu Tyburtus filius fuit Catilli ſecundum Solinum, & ab eo quia natu maior eſſet, Tybur ciuitas à fratribus denominata eſt. Plinius autem ubi de naturali hiſtoria dicit. *lib. 16. ca. 44.* Tyburtes multo ante Romam originem habuiſſe, & apud eos dicit extare tres ilices Tyburtino eorum conditore uetuſtiores apud quas inauguratus traditur. Tradunt autem eum ſcilicet Tyburtinum filium fuiſſe Amphiarai, qui apud Thebas obiit una ætate ante Iliacum bellum.

De Catillo Catilli filio. Cap. L

CAtillus Catilli filii Amphiarai fuit filius, ut aſſerit Solinus ubi ſupra, Qui ſicut Cato facit teſtimonium Archas fuit, & claſſis Euandri præfectus & Tyburis conditor.

De Corace primi Catilli filio. Cap. LI

COrax, ut Solinus de mirabilibus mundi dicit, filius fuit Catilli, eius ſcilicet qui filius fuit Amphiarai, & unà cum Tyburtino, & Catillo fratribus urbem cepere Siculorum haud longe à Roma, quàm, ut ſupra dictum eſt, à Tyburtino fratre maiore Tybur uocauerunt.

De Salmoneo Aeoli filio, qui genuit Tyro. Cap. LII

SAlmoneus, ut dicit Lactantius, filius fuit Aeoli, & apud Elidem regnauit, homo inſolens & importabilis. Qui cum non eſſet regia ſublimitate contentus, conatus eſt ſe deum eſſe ſuis oſtendere, & fabricato æneo ponte in ſublimi adeo ut Elidis partem deſuper tegeret ſuper eo currus agitari faciebat, qui tam ſuo ſtrepitu quàm pontis ærei ſonoritate in tam grandem ſonum ueniebat, ut tonitruum uideretur, quod cum ex improuiſo faceret ad inſtar tonitrui ſubditos exterrebat. Præterea ex excelſo ignitis facibus in ſimilitudinem fulminum iaculabatur, ſtantibus ſatellitibus eius intentis ut fulminatus quilibet, ſi face iniecta non periret, gladiis iuſſu ſuo occideretur, & hac fatuitate ſe Iouem fulminantem arbitrari uolebat. Verum deus ueſaniam hanc non diu paſſus eſt, quinimo eum uero fulmine percuſſum deiecit ad inferos, ut ait Virgilius,

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas.
Dum flammas Iouis & ſonitus imitatur olympi, &c.

Huic tantum unica filia Tyro ſuperſtes fuit.

*Seruius non Aeoli uentorum regis, ſed alterius qui apud Elim regnauit, filium dicit. Vide in 6. Aene.*

De Tyro filia Salmonei. Cap. LIII

TYro, ut in Odyſſea placet Homero, filia fuit Salmonei regis Elidis, & ex ea iuxta Enipeum fluuium Neptunus transformatus in ſpeciem eiuſdem fluminis cum illam

 oppreſ-

oppreſſiſſet, duos ſuſcepit filios, Neleum & Peliam, ut ſupra de eis dictum eſt, quæ poſtea
nupſit Cretheo filio Aeoli, & ei peperit Aeſonem, Pheretem, & Amytaonem.

*Homerus Odyſſ. Λ. ut ſupra quoq; annotatum eſt.*

### De Iphiclo filio Aeoli, qui genuit Podarcem. Cap. LIIII

IPhiclus, ut ait Lactantius, Aeoli fuit filius, & cum potens eſſet, boues Tyro filiæ Salmo
nei & matris Nelei, qui Neleo debebantur ſurripuit atq; detinuit, donec Biantis generi
Nelei, aut Melampi auguris fratris ſui opere reſtitueret. Nam hic eſt, qui cum non poſ-
ſet filios procreare, habuit à Melampo ſeu à Bya, ut ſerpentis uenenum potaret, quo pota-
to, confeſtim Podarcem genuit. Dicit Leontius uenenum ſerpentis herbam eſſe, ex qua ſi
guſtauerit ſerpens, illico morietur, ſterilibus autem confert.

*De hoc quo patre natus eſſet ſupra in Melampode annotauimus Autores ſecuti Didymum & cõmen
tarios Apollonij pariter & Theocriti, qui omnes Iphiclum Phylaci filium, Phylacum autem Deionei,
Deioneum Aeoli faciunt.*

### De Podarce filio Iphicli. Cap. LV

Podarces, ut Lactantius aſſerit, Iphicli fuit filius, nec de eo aliquid plus habemus.

### De Siſypho Aeoli filio, qui genuit Glaucum & Creontem. Cap. LVI

SIſyphus Aeoli fuit filius, ut ſatis per Ouidium patet, dicentem, Reddit, ubi
Aeolidem ſaxum graue Siſyphon urget, &c. Et Horatius in Odis dicit, Si-
ſyphus Aeolides, &c. Vbi aduertendum Siſyphos fuiſſe duos, & ſic Aeo-
los de neceſſitate fuiſſe plures, quanquam duos tantum fuiſſe dicat Lactan
tius. Sed primo de Siſyphis uideamus. Siſyphus primus contemporaneus
fuit Danao Argiuorum regi, ſeu ſaltem Lynceo Aegiſti filio, qui Danao ſucceſſit in re-
gno. Nam utrunque teſtatur Euſebius in libro temporum. Dicit enim eum Ephyram ci
uitatem, quam poſtea Corinthus Horeſtis filius à ſe Corinthum appellauit Danao re-
gnante condidiſſe anno ſcilicet mundi iii. M. dcc. xxix. Nec multo poſt dicit ſecundum
alios eum ſcilicet Siſyphum condidiſſe eam Ephyram anno decimoquinto regni Lyn-
cei, qui fuit annus mũdi iii. M. dcc. xciiii. & hic Corinthiorum rex dictus eſt, id eſt, Ephy-
ræ. Nam qui Corinthiorum reges dicti ſunt, longe poſtea inceperũt, ſcilicet circa annum
mundi iiii. M. c. regnante Latinis Aenea Syluio, & Athenienſibus Melanthone patre Co
dri, & fuit rex eorum primus Aletius, & ſic iſte eius Aeoli fuit filius, cuius & Cretheus, &
Salmoneus, & Iphiclus, & alii horum contemporanei. Et huius fuit coniunx Merope
filia Atlantis, de quo Ouidius, Septima mortali Merope tibi Siſyphe nupſit. Et huius fue
re filii qui ſequuntur, Glaucus & Creon. Fuit & alter Siſyphus, & hic Aeoli pariter filius,
& de hoc ſuperiores autoritates teſtantur potius quàm de quo dictum eſt, & hic Aegeo
Athenis regnante fuit. Nam, ut dicit Lactantius, cum inter duo maria, ſcilicet Ionium &
Aegeum montem poſitum, qui Iſthmos dictus eſt, Siſyphus crudeli latrocinio occupaſ-
ſet, hac pœna mortalium paſcebatur, ut homines prægrauans ingenti ſaxo necaret. Serui
us uero dicit, quod cum tranſeũtes cepiſſet reſidens in ſcopulo ad lauandos ſibi pedes ad
uocabat, intentos officio calce illos ex prærupto præcipitabat in mare. Hunc autem dicit
Homerus moram traxiſſe in Ephyra ciuitate Argiuorũ, quæ poſtea Corinthus dicta. Alii
inſuper dicunt, quod hic ſecretarius fuerit deorum. Et quia ſecreta mortalibus reuelaſſet,
apud inferos damnatus eſt, hac pœna, ut ſemper ſaxum ingẽtis ponderis euoluat, ut ait
Ouidius, Aut petis, aut urges ruiturum Siſyphe ſaxum, &c. Hunc Theſeus, ut ſupra ubi
de eo ſcripſimus, occidit. Qui ſi filius Aeoli fuit, eſſe non potuit eius Aeoli cuius ſuperior
fuit Siſyphus, qui longe fuit antiquior. Nec potuit eſſe Aeoli regnantis apud Lyparam, cũ
hic iam mortuus eſſet antequàm ille naſceretur. Et ſic uidetur tres fuiſſe Aeolos, quos in-
differenter Poëtæ uentorum deos, ſeu omnes unum uentorum deum nominant, huius
Siſyphi ſunt qui credant Vlyſſem fuiſſe filiũ, ut ibi de eo dictum eſt. Saxum autẽ ſurſum
deducere, & demum ad inferiora dimittere, dicit Macrobius ſuper ſomnio Scipionis in-
telligi



telligi debere eum inefficacibus laborioſiſq; conatibus uitam terere, quod profecto præ-
donum eſt.

*De Siſypho & morte, ab eodem in uincula coniecto ſupra in fabula Aeginæ annotauimus, inde ea
require.*

### De Glauco filio Siſyphi, qui genuit Bellerophontem. Cap. LVII

GLaucus, ut in Iliade ait Homerus, filius fuit Siſyphi regis Ephyræ. Nam in perſona
Glauci huius Glauci nepotis aduerſus Diomedem pugnantis apud Troiam om-
nem Genealogiam eiuſdem Glauci deſcribit, ut ſequitur.

*Addit & alios Siſyphi liberos Comment. in 3. Argonaut. Apoll. Nam Siſyphi, inquit, filij fuerunt Al
mos & Porphyrio. Ex Almi autem filia Chryſogone & Neptuno Minyas natus eſt, rex Orchomeni,
quanquam alio loco matrem Minyæ Hermippem filiam Bœoti, idem appellat.*

### De Bellerophonte Glauci filio, qui genuit Laodamiam, Iſandrum, & & Hyppolochum. Cap. LVIII

BEllerophon, ut in prædicta Glauci oratione ad Diomedem, filius fuit Glau-
ci prædicti. Fuit equidem Bellerophon iſte iuuenis inclyto decore conſpicu
us & inſignis, uirtutis eximiæ. Hunc regem Ephyræ fuiſſe dicit Homerus,
qui à Prœto rege Argiuorum regno priuatus, apud eum eo iubẽte diuertit.
Cuius uxor Antia, ſeu ſecundum Lactantium Stenobe formoſitate eius ca-
pta, in ſuam compellauit libidinem, renuentemq;, quod ei uim uoluiſſet inferre Prœto
accuſauit. Qui indignatus cum noluiſſet occidere eum, literis in quibus iubebatur occi-
di, Ariobati ſocero ſuo deferendas tradidit illi. Bellerophon autem in Lyciam ueniens ab
Ariobate, ut moreretur ad occidẽdam Chimæram miſſus eſt. Erat enim Chimæra mon-
ſtrum, ut ubi ſupra de ea dictum eſt. Bellerophon autem equo Pegaſo ſumpto, euolauit
ad illam atq; occidit. Inde cum eſſet Ariobati aduerſus Solymos bellum, de uirtute Belle-
rophontis confidens, illum miſit in pugnam. Qui æque Solymos expugnauit atq; fuga
uit. Tertio aduerſus Amazonas inſultãtes in eum, arma arripi iuſſit. Bellerophon autem
ſuperatas in terminos redire coëgit. Quæ cũ uidiſſet rex eius, miſertus eſt, & Achimenem
filiam ſuam Antiæ ſororem, ut dicit Lactantius, dedit in coniugem cum parte regni, ex
qua ipſe ſuſcepit Iſandrum, Hippolochum, & Laodamiam. Stenobe autem ſeu Antia
cum reſciſſet eum à patre honoratum, ſeipſam interemit. Et ut placet Seruio, ob hoc cri-
men Prœti filiæ in inſaniam deuenere. Ex eo uero quod hic fictum eſt, ſic ſentit Fulgen-
tius. Dicit enim Bellerophontem quaſi * Buleſertina, quod nos Latine ſapientiæ conſul- *βουληφορόμ πνα fortaſſe.*
torem dicimus, qui libidinem ſpernit, id eſt, Antiam. Antion enim Græcæ contrariũ La-
tine dicitur, quę Antia Prœti cõiunx eſt, quia Prœtos Pamphilia lingua ſordidus dicitur,
& cuius uxor libido niſi ſordidi eſt? & bona conſultatio, id eſt, Bellerophon qualẽ equũ
ſedet niſi Pegaſum? quaſi Pegaſion, id eſt, fontem æternum. Sapientia enim bonæ cõſul-
tationis æternus fons eſt, ideo pennatus quia mundi naturam uniuerſam celeri cogita-
tionũ theoria colluſtrat. Præterea Bellerophon Chimæram occidit. Chimæra enim quaſi
Chimæron, id eſt, fluctuatio amoris quam tricipitem dicit Fulgẽtius, & ideo tricipitem,
quia tres amoris ſint actus, hoc eſt, incipere, perficere, & finire. Dum enim amor nouiter
uenit, ut leo feraliter inuadit, quod capra in medio ſit, uel fingatur, perfectio libidinis eſt,
ea uidelicet cauſa, quod animal ſit in libidinem ualde pronum. At uero quod poſtremo
Draco dicitur, quia poſt perfectionem uulnus det pœnitentiæ uenenumq; peccati, &c.
Sed quicquid dicat Fulgentius, hoc habet hiſtoria, Chimæram montẽ eſſe Lyciæ in ſum-
mitate flammas euomentem. Demũ leones paululum inferius inde alens, & poſtremo
in radicibus ſerpentum abundans. Quæ cum illum redderent inhabitabilem, & circum
adiacentibus noxiũ. Bellerophon, ut alibi dictũ eſt, his nociuis ſublatis habitabilẽ reddi-
dit. Præterea uidetr placere Plin. in lib. naturalis hiſtoriæ ab hoc primo equo uehi cõpertũ.

*Hic ab initio Hipponous dictus eſt. Poſt occiſum uero Bellerum Corinthiorũ primatem quendã Bel-
lerophontes uocari cœpit, Et quanquam Glauci filius putaretur, ipſa tamẽ re Neptuni fuit, à quo & Pe
gaſum*

*gaſum equum accepit. Hic poſt cædem Belleri profugus ad Prœtum in Arcadiam uenit, à quo luſtratus, cum aliquando apud eum degiſſet ab Antia amatus eſt, conſecutaq́; ea ſunt quæ hic à Bocatio tradūtur, niſi quod hic quarti periculi nō meminit in quod à ſocero Prœti Iobate (ſic enim ab Aſclepiade uocatur) coniectus eſt, uidelicet cum eos quos ille multos in inſidijs locauerat, ut Bellerophontem interimerēt improuiſum, omnes (ut Homerus ait) occidit. Poſt quod facinus demum Iophates regni partem & filiā Caſſandram (ſic enim ab eodem autore dicitur) illi dedit. De interitu autem Bellerophontæ idem Aſclepiades ſic tradit: Superbientem eum, ex rerum felici ſucceſſu, tentaſſe cum Pegaſo in cælum quoq; ſubuolare, quam audaciam cum Iuppiter odiſſet, immiſiſſe Aeſtrum Pegaſo, à quo agitatus excuſſit Bellerophontem, ceciditq́; in campum Lyciæ, qui poſt ab eodem Aleius dictus eſt, eo quod cæcus in eo erraſſet Bellerophontes donec periret. Pegaſum autem poſt huius mortem precibus à Ioue impetraſſe Auroram idem dicit, eoq́; circumeundo mundum uehi.*

De Laodamia Bellerophontis filia, & Sarpedonis matre. Cap. L I X

LAodamia filia fuit Bellerophontis & Achimenes coniugis eius. Hæc autem cū uirgo formoſa eſſet, Ioui placuit, qui cum ea concubuit, & ut dicit Homerus, ex ea Sarpedonem peperit, qui poſtea rex Lyciæ fuit.

*De his omnibus Homerus Iliados ſexto.*

De Iſandro Bellerophontis filio. Cap. L X

ISander, ut Homerus ſcribit in Iliade, filius fuit Bellerophontis & Achimenes. Et cum eſſet bellum inter Lycios & Solymos aduerſus Solymos acriter pugnans, occiſus eſt.

De Hippolocho Bellerophontis filio, qui genuit Glaucum. Cap. L X I

HIppolochus, ut ſupra dicit Homerus, Bellerophontis fuit filius, ex quo nil aliud recitat, niſi quod Glaucum genuerit.

De Glauco Hippolochi filio. Cap. L X I I

GLaucus Hippolochi fuit filius, ut ipſemet in Iliade interrogāti Diomedi dicit. Nam cum iſte Troianis ueniſſet adiutor, & die una aliquandiu aduerſus Diomedem pugnaſſet, cum eo tandem in colloquium uenit, & inter alia qualiter à Siſypho per Glaucū & per Bellerophontem, & Hippolochum natus ſit, recitauit. ob quam recitationem memor factus Diomedes ueteris amicitiæ, prædeceſſorum ſuorum ſecum conuenit, ne amplius inuicem pugnam inirent. Et hinc inde datis ſumptisq́; muneribus diſceſſerūt, iſte tamen Glaucus in prælio poſtea occiſus eſt.

*Qui Homeri hiſtoriam proſecutus eſt, tradit hunc ab Aiace cum pro corpore interfecti Achillis pugnaretur, occiſum eſſe, & poſtea uentis in Lyciam delatum, in fluuium mutatum eſſe. Vide Calab. lib. 3. & 4. Ab hoc prouerbium quoq; ortum eſt, Glauci & Diomedis commutatio*

De Creonte Siſyphi filio, qui genuit Creuſam. Cap. L X I I I

CReon rex fuit Corinthiorum, & Siſyphi filius, ut Medeæ uerbis in Tragœdia euiſdem Seneca Poëta demonſtrat, dicens. Non ueniat unquā tam malus miſeris dies. Qui prole fœda miſceat prolem inclytam Phœbi nepotes Siſyphi nepotibus, &c. Credo hic intelligi Creontem hunc Siſyphi latronis fuiſſe filium, & ob id Medæa tanquam ex turpi genere procreatos, Siſyphi nepotes hic reſpuit filiis ſuis conſanguineos futuros.

De Creuſa Creontis filia deſponſata Iaſoni. Cap. L X I I I I

CReuſa, ut ſatis proximo ſupra patet, filia fuit Creontis Corinthiorū regis, & deſponſata Iaſoni. Quamobrem indignata Medæa, cantaminibus ſuis ignem inextinguibilem ſcrineolo incluſit, illudq́; firmatum tanquam iocale aliquod ad eius gratiam filiis promerendam eidem Creuſæ per filios paruulos miſit, quæ cū uiſura quid muneris mitteretur, ſcrineolū aperuiſſet, euolauit ex eo ignis confeſtim, qui Creuſam regiamq́; Creontis exuſſit omnem, cum iam Medeæ filii præmoniti diſceſſiſſent.

De Cephalo Aeoli filio, qui genuit Heſperum. Cap. L X V

CEphalus Aeoli fuit filius, ut de eo loquens carmen ſonat Ouidii, ubi dicit, Aſpicit Aeolidem ignota ex arbore factam, &c. Huic fuit uxor Procris Erechtei regis filia. Eam tamen dicit Seruius Hyphili fuiſſe filiam. Fuit & hic ab Aurora dilectus, quæ ut



quæ, ut dicit Seruius, illi dedit canem uocatum Lelapam, & haſtilia duo omnia quæ uellet contingentia, eo quod uenationibus delectaretur, cui cum eius poſtularet amplexus, reſpondit Cephalus ſe iuſiurandum habere cum cōiuge mutuæ caſtitatis, cui Aurora caſtimoniam Procris quæſo transformatus experiatis. Qui cum ſe mercatorem finxiſſet, & munera ingentia promiſiſſet, eam in ſuum deſiderium flexit, & turbatus ſe maritum cōfeſſus eſt. Ouidius uero dicit, quod cum Aurora Cephali uteretur amplexu, & hic nil præter Procrin amaret ab Aurora indignāte dictum. Siſte tuas ingrate quærelas Procrin habe dixit, quod ſi mea prouida mens eſt, Non habuiſſe uoles, &c. Quibus auditis, cœpit Cephalus de pudicitia coniugis ſuſpicari, & experturus in mercatorem ſe tranſtulit, & domum ueniens ſuam cum omnia caſtitati congruentia cerneret, à cœptis deſiſtere uoluit. Tandem perſeuerans in propoſito, muneribus pactus eſt eius concubitum, quo facto ſe Cephalum demonſtrauit. Procris autem criminis cōſcia erubeſcens in ſyluas abiit, & adhæſit Dianę, cœpitq́; unà cum ea uenari, cui Diana canem dedit, & iaculum. Porrò cum precibus ad ſe reuocaſſet Cephalus, ab ea canem & iaculum habuit. Ipſe autem uenationibus uacans more ſolito ferueſcēte ſole ſecedebat in umbras, auram refrigerii cauſa cantu uocans. Ruſticus autem quidam nympham uocari putās, Procri retulit, quæ zelo percita, ut uideret quæ nam eſſet quæ uocata accederet, inter uirgulta uallis ſe abſcondit. Et cum audiſſet Cephalum blanda uoce Auram uocantem, mouit ſe paululum, ut uideret quod uidiſſe noluiſſet. Cephalus uiſo uirgultorum motu, ferā ratus iniecit iaculum, & inaduertens uulnerauit uxorem. Quæ ulnis eius ſuſcepta, orans ne Aura loco ſui duceretur, uxor à Cephalo expirauit. Anſelmus autem uidetur credere hanc Auram fuiſſe fœminam, & ſcribit Cephalum ex ea ſuſcepiſſe filium Heſperum, quod & Theodontius arbitratur, & ſic erit hiſtoria & non fictio quod narratur.

*Ouidius fabulam ſcribit lib. 7. Meta. Didymus in Odyſſeæ Λ. Cephalum Deionei filium uocat, qua ratione Aeoli nepos foret.*

De Heſpero Cephali filio. Cap. L X V I

HEſperus alter à ſuperiori filius fuit Cephali, & Auræ ſeu Auroræ, ut dicit Anſelmus, ubi de imagine mundi, de quo nomine excepto nil aliud reperitur.

De Athamante Aeoli filio, qui genuit Phrixum, Hellem, Learchum, & Melicertem. Cap. L X V I I

AThamas rex filius fuit Aeoli, ut ſatis per Ouidium patet, ex quo talem hiſtoriam Seruius refert. *Lib. 4. Meta.* Dicit enim, quod Athamas habuit † Neiphilem uxorē, *Nephelen Cōment. Home. uocat* ex qua ſuſcepit Phrixum, & Hellem. Verum cum inſania liberi patris concitata in ſyluas abiiſſet, Athamas filiis eius Inoëm Cadmi filiam ſuperinduxit nouercam. Quæ uti nouercarū mos eſt, priuignis exitium machinata cum matronis egit, ut frumēta ſerenda corrumperent, quo peracto fames ualida ſubſecuta eſt. Tandem cum ad conſulendum Apollinem miſiſſet Athamas, Ino eum, qui miſſus fuerat, doloſe corrupit, egitq́;, ut referret ab oraculo dictum, Neiphiles filios ad famem auferendam immolandos, quos & ipſa accuſauerat, quod frumenta incendiſſent. Athamas autem inuidiam plebis timens, Phrixum & Hellem publice arbitrio commiſit nouercæ, clam autem illis ſalutare conceſſit remediū, egitq́; ut Phrixus aureum abduceret arietem. Qui Iunonis nutu monitus unà cum Helle ſorore ſua illum conſcendens mortem euitauit, & abiit. Inde ſuperaddit Ouidius, Iunonem excitaſſe ab inferis furias in Athamantem, quæ uenientes in aulam, in qua forte tūc erat Athamas, eum colubribus iniectis in tantam deduxerūt inſaniā, ut dum uideret Inoëm ad ſe uenientem cū duobus filiis Leenam illam crederet, & filios ſuos Leenæ catulos, quamobrem emiſſo clamore ingenti in eos irruit, & Learchū ex filiis alterū ex ulnis matris exceptū totis uiribus illideret ſaxo. Quod Ino uidēs territa cū Melicerte filio altero fugiens, ſe ex rupe quę Leucothea dicitur pcipitē dedit in mare. Quid tandē de Athamāte factū ſit nullū extat ueſtigiū. Iunonē regnorū & diuitiarū deā Thebanis infeſtā ſæpiſſime Poëtæ dicunt, propter crebrā regū apud eos mutationē *Expoſitio fabulæ*

ex qua

ex qua profecto populis mala cōſequuntur plurima. Verum quod ad Athamantem ſpe-
ctat dicit Barlaam Inonis odium in priuignos egiſſe, ut opere cuiuſdam arietis nutritoris
Phrixi, Phrixus ipſe cum ſorore Helle cum omni ornatu regio, & theſauro aufugerent,
quod Ino dolens non tantum Athamantem infeſtabat iurgiis, quod regnum ſpoliaſſet
diuitiis, & ſplendore regio, ſed omnes regni proceres in eum tanquam in regni deſolato
rem incenderat, quibus impulſus Athamas, & in Inoëm accenſus, non in eam ſolū, ſed
& in filios, quos ex ea ſuſceperat die quadam more furentis irruit, & ſecutum exinde eſt,
quod ſupra dictum eſt.

a *Comment. Homeri Iliad. H. fabulam diuerſe tradit. Athamantem enim ait regem Thebanum, cū duxiſſet uxorem Ino filiam Cadmi, haberetq; ex ea liberos Clearchum & Melicertem, impulſu Iunonis repudiata hac, aliam uxorem Nephelen duxiſſe, quæ illi peperit Phrixum & Hellem. Sed tamen cum nihilo minus Athamas cum Ino clam conſueuiſſet, Nephelen comperta ea re ab illo rurſum diſceſſiſſe. Quo facto, mox Ino in ædes receptam iterum, dediſſe omnibus modis operam, ut liberos Nepheles opprimeret. Itaq; ea molitam eſſe, quæ hic Bocatius de frumento & oraculo corrupto refert. Athamantem tamē Phrixum & Hellen, ipſum interficere palàm noluiſſe, ſed prætextu ſacrificij cum ariete quem inter greges pulcherrimum habebat, & aureum ablegaſſe. Et hic fabulātur alij, arietem humana uoce locutum eſſe, monuiſſeq; Phrixum, ut cum ſorore tergo ſuo inſidentes, è periculo ſeſe eriperent, totamq; nouercæ iram atq; inſidias illis detexiſſe. Atq; ita poſtea Helle, quæ impetum auolantis arietis ferre non poterat, ſubmerſa, Phrixum in Colchos ueniſſe, Athamantem autem furore correptum, ea quæ à Bocatio hic narrantur, feciſſe.*

De Phrixo & Helle filiis Athamantis, qui Phrixus genuit Cytorum. Cap. LXVIII

a PHrixus & Helles filii fuere Athamantis regis & Nepheles in quos dum Ino nouerca
machinaretur mortem, ipſiq́;, ut dicit Lactantius per inſulam ferrentur incerti, eis à
matre aries aurei uelleris apparatus eſt. Seruius autem ſupra dixit à patre, eaq́; iubēte illum
conſcenderunt ambo Colchos uſq; petituri ſalutem. Quos cū per mare deferret aries, con
tigit, ut Helles perterrita caderet in pontum, & confeſtim à uertigine raperetur aquarū, ex
quo ſecutum eſt, ut æternum illi cognomen Ponto imponeret. Nam ab ea demerſa de ce
tero ſemper Helleſpontus illa maris particula in qua periit appellata eſt. Phrixus autem in
columis deuenit ad Aeetam Colchorum regem, & cū ab eo comiter fuiſſet ſuſceptus, iu-
xta matris imperium arietem ſacrauit ſuperis. Alii Marti tantum conſecratum uolunt. Et,
ut ſcribit Pomponius Mela, iuxta Phaſis fluminis hoſtia oppidum à Themiſtagora Mile
ſio cōditum eſt, & Phaſis denominatum, penes quod Phrixi templum, & lucus fuit no-
b bilis aurei uelleris ariete. Phrixo tandem Aeeta filiam dedit in cōiugem puto ego Calcio-
pem. Verum cum oraculo dicēte audiſſet, ut ſibi caueret ab Aeoli prole, ſciretq́; Phrixum
Aeoli nepotem, eſto, illi filiam in coniugem dediſſet, & iam Phrixus ex ea filios ſuſcepiſ-
ſet, ſibi magis timens, quàm genero parceret ad euitandum periculum illi pronūciatum
Phrixum interfecit incautum. Quod autem hic fabuloſum uidetur, & ſi ſupra ſecūdum
opinionem Barlaæ expoſitum ſit, libet aliorum ſenſum apponere. Sunt ergo qui dicant
c Phrixo & Helle nauem ad fugam fuiſſe paratam, cui aureus aries eſſet inſigne. Euſebius
autem dicit à Paleſato affirmari arietem uocatum fuiſſe nutritorem, per quem à nouerca-
libus inſidiis liberati ſunt. Sed quid ergo diis ſeu Marti cōſecratum fuit à Phrixo, ſi nauis
tantum aut aries nutritor fuit? Ego autem quod dicit Barlaam aut uerū, aut ueritati proxi
mum reor, & quod à matre ſit illi aries apparatus, ſic poteſt intelligi. Diximus enim ſupra
eam non mortuam, ſed in ſyluas aufugiſſe, quæ uiuens potuit tanquam conſcia filio re-
uelaſſe theſauri locum, & ſic arietem aureum præparaſſe. Marti autem ideo cōſecratus eſt
aries, ut intelligamus reges conſecrare theſauros, & ſeruare ut eis opitulantibus uolentes
bellum poſſint inferre, aut à ſe inſtante opportunitate repellere. Scribit inſuper Euſebius
hoc ſecundum quoſdā fuiſſe regnante Athenis Erichtheo, Argis uero Abante anno mū-
di iii. M. dccc. xx. Secundum autem alios regnante Argis Præto, anno uero mundi iii.
M. dccc. xliii.





*Ita & Herodotus eam uocat, additq; ex ea genitos Phrixo liberos quatuor, Argum, Phrontim, Melanem, Cytiſorum (hunc puto eſſe qui ab alijs Cytorus dicitur) Quanquam Acuſilaus & Heſiodus uxorem Phrixi Iophoſſen appellant, filijs quoq;, quintus ab Epimenide additur Preſbon nomine. Vide Comment. in 2. Argonaut. Apoll.* a

*Herodorus præter Hellem & Phrixum etiam Schœneum, Erythreum, Leucona, & Pœum numerat. quos omnes Athamantem ait ex Themiſto uxore (ſic enim uocat, quam alij Neiphilen) ſuſcepiſſe, minimos autem natu inter iſtos fuiſſe Phrixum ex Hellen.* b

*Alterum Hecateus, alterum Dionyſius aſſerit, ut eſt in Comment. Apollonij.* c

De Cytoro Phrixi filio. Cap. LXIX

CYtorus filius fuit Phrixi, ut in Coſmographia teſtatur Pomponius. Dicit enim cir-
ca Parthenium amnem inter alias eſſe Cytorum ciuitatem à Cytoro Phrixi filio po
ſitam. Hic cum aliis Phrixi filiis, ut dicit Lactantius, Phrixo occiſo, intrauit mare, ut ad
Athamantem auum aufugeret, ſed naufragio uexatus ab Aeſone Iaſonis patre, unà cum
fratribus ſuſceptus eſt, nomina tamen fratrum non uidimus.

De Learcho & Melicerte filiis Athamantis. Cap. LXX

LEarchus & Melicertes filii fuere Athamantis, ex Inone Cadmi filia, ut ſupra dictum
eſt. Hi tamen, ut præmonſtrauimus, paruuli periere. Nam Learchus ſaxo illiſus à pa
tre obiit. Melicertes autem cum ſe unà cum eo Ino mater dediſſet in undas, abſorptus eſt. *Ouid. lib. 4*
Aiunt tamen Venerem miſertam eorum oraſſe Neptunum, ut numero deorum maris il *Meta.*
los iungeret, quod factum eſt, & ob id Ino Leucothoë uocata eſt, à rupe ex qua ſe deiecit
in mare. Latine tamen Matuta dicitur. Melicertes uero Palæmon dictus eſt, qui Latine ſo-
nat Portunnus, & ueneratione præcipua templis & ſacris ritu deorum culti fuere iam du
dum. Seruius autem dicit Melicertem à Beotia nauigio Iſthmum adiiſſe, eumq́; demum
ab Aethiope rege ſuſceptum, & Iſthmia ſacra, quæ in honorem Neptuni celebrabantur
facta Melicerthia. Et hinc eſt quod à Neptuno numero deorum aſcripti ſunt. Theodōtius
addit cauſam dicens, quod cum Ino forma ualeret, & ætate, & Melicertes ſpecioſiſſimus
fuiſſet puer, & fugientes nauigio deueniſſent ad Siſyphum, qui & Aethiops à nonnullis
uocatus eſt, ipſum Aethiopem in libidinem pronum eorum abuſum fuiſſe concubitu,
& in præmium eius eos maris feciſſe deos, & ſic apparet Venerem pro eis interpellaſſe. Et
alibi dicit idem Theodontius, Aethiopem illos profugos portui præfeciſſe, eiſq́; in quoti
dianos ſumptus prouentus omnes ex portu dediſſe, & hinc illis nomina immutata.

*Huic ſententiæ & interpres Apoll. lib. 3. aſſcribit, qui Iſthmia ſacra ſunt, inquit, quæ primum Neptuno fiebant. Deinde autem Melicertæ iuſſu Siſyphi Aeolidæ, qui tum Corinthi regnabat, qui delatum ad id littus Melicertæ corpus poſtquàm aſpexit, ex figura ſtatim, quod fratris Athamantis filius eſſet, agnouit, eumq; honore eò certaminis Iſthmi affecit. in quo certamine uictores primū pura fronde, mox Apio coronabantur. Muſæus autem duo certamina in Iſthmo celebrari ſolita dicit, alterum Neptuno, alterum Melicertæ. Hæc ille.*

Cur autor Alexandrum Macedonem, & Scipionem Africanum inter Iouis
filios non apponat. Cap. LXXI

POteram, ſi placuiſſet, tam ampliſſimæ tertii Iouis proli duos illuſtres addere uiros,
Alexandrum ſcilicet Macedonem Aſiæ domitorem, & Pub. Cornelium Scipionē,
cui conceſſum eſt & Hiſpanias ab Afris occupatas recuperare, & ipſos Afros Romanis
ſubigere. Verum, quoniam iam horum æuo in deſuetudinem abiiſſe uidetur ſtultitia ue
tus, illa qua gloriabantur inſignes fictionibus generi deorum aſcribi, & illa aduenerant
ſecula, in quibus per uirtutem claritas quæreretur, hac extuliſſe illos fictione potius quàm
ſplendor, uideretur ridiculum, omittendos cenſui. Præterea quod ambitione quæritur
atq; fraude, aut taciturnitate reſpuitur, non ſatis iuſte conceditur. Paſſus enim primo Ale-
xander eſt fabulari Iouem anguis in ſpeciem cum Olympiade matre mixtum, & ſe geni-
tum ex concubitu illo. inde iam non contentus titulorum multiplicium, quos fortuna
audaciæ ſuæ fauens ſplendori addiderat ſuo, & quod ſatis uulgi fabula non uidebatur

quæſitum, fraude Iouem in patrem ſibi quærere conatus eſt, ſacerdotibus ad hoc Ammonis Libyci ſubornatis. O inſipidum inclyti iuuenis deſiderium, malle potius ſe adulterio quàm ex connubio genitum, malle matrem habere inceſtuoſam potius quàm pudicam, malle draconis ſe filium credi, quàm Philippi clariſſimi regis, & potius ſpurium, quàm legitimum arbitrari. O mortalium mentium, non ſolum inanis, ſed deteſtanda gloria, is qui continue in oculis amicorum patiebatur mortalia per mendaciorum faſcinationes, ab eiſdem ſe immortalem exiſtimari cupiebat inſipide. Sed quid tandem? Hãc ob cauſam reiicitur merito, ne fraude gaudeat qui uirtute poterat laudari. Scipio autem etſi murmure uulgi diceretur à Ioue in ſpeciem ſerpentis in cubiculo matris uerſato genitus, & ob id, & quoniam noctu eunti in Capitolium nunquam latrarent canes occurrentes, & eius operantibus meritis uideretur augeri fabulæ fides, & ſi non negauerit cum ſapientiſſimus eſſet, confiteri nunquam uoluit, quamobrem cum friuolo honori tacite renunciaſſe uideatur, non eſt meum illũ eidem expreſſe concedere. Et ſic cum nuſquã alios Iouis cõpererim filios uel nepotes, & ſibi fecerit proſapia finẽ, ego æque libello conficiam.

LIBRI DECIMITERTII FINIS



# GENEALOGIAE DEORVM GENTILIVM, LIBER DECIMVSQVARTVS, IN QVO AVTOR OBIVRGATIONIBVS RESPONDENS IN HOSTES POETICI NOMINIS INVEHITVR.

*Hoc libro defendit Poëticen Bocatius, ac primo Methodicôs, quid Poëſis, & quod eius officium, & à quibus, & quando inuenta ſit, docet. Deinde reſpondet obtrectatorum obiectionibus, & teſtimonijs perperam aduerſus hanc ex Hieronymo, Platone, & Boëtio allegatis.*

## PROOEMIVM

ORCI domos opacas & cælo remotiſſimas, animarum ſontiũ ſedes, eſto titubanti gradu, diuina tamen luce præuia, perambulauimus, & maris ampliſſimi non ſolum ſcabroſa littora, quinimo & inſulas uario ſub ſole iacentes indefeſſa nauigatione per circuitum, quęſiuimus omnes, ac inſuper eius profundiſſimos gurgites, adeò perſpicaci quadam indagatione ſulcauimus, ut Neptuni cæruleas ædes, atq; Prothei ſenis, & Nympharum choros, & thalamos ac etiam eiuſdẽ pelagi beluas, & agmina piſcium, & fluminum uiderimus capita. Poſt hæc & urbes præclaras, & umbroſa nemora, ſyluas inuias, celſos montes, & lubricas ualles, atq; abſcondita rupibus antra. Necnõ & æquora tractu longiſſima, ac ſimilitudines ipſo horrendas nomine peragrauimus. Et quaſi ſumptis Dædali pennis audaci quodam uolatu in cælum uſq; meditatione delati, Iouis aureum tronum, Solis auream domũ, deorum atria, templa ingentia gemmis, & auro conſpicua, & cõſiſtorium ſuperũ mira luce ſplendidum atq; uenerabile, & ſyderum claritates perpetuas, & eorum flexus atq; reflexus, & admirabili compoſitos motus perſpeximus ordine, & undiq; clemẽtiſſime rex, iuxta promiſſum ueteris naufragii prout conceſſum eſt, deſuper fragmenta collegimus, & in unũ corpus qualecunque ſit pro uiribus ingenii noſtri redegimus, adeò ut à Dæmogorgone, quem primum deorũ omniũ errantes priſci dixere initio ſumpto, per eiuſdem ſucceſſiones ordinare ad extremum uſq; Iouis tertii filium Aeolum, eiusq; Aeoli Athamantem & Athamantis Learchũ, & Melicerten filios deduximus omni diligentia adhibita, ut tuum impleretur deſiderium. At inde ne in aliquo tuis uotis uideretur omiſſum, aut quos comperimus ex antiquis, aut quos mea ſententia approbaui fictionibus cunctis ſenſus appoſuimus, ut ipſe præſtãte deo uiſurus es. Quibus ſic peractis, quaſi in quæſitam à principio ſtationem ſeu ſinum uenerimus, ſuadebat quietis deſiderium, ut in littus ex nauigio proſilirem, & ſacro gratiarum deo exhibitori rite peracto laborum uictrici Cymbæ lauros apponere, & inde in exoptatum ocium ire. Attamẽ conſilium longe probabilius menti deſuper infudit deus. Monemur enim autoritate prudentũm, ut ex pręteritis quid futurum ſit coniectura prænoſcamus. Agitari quippe procellis infeſtis, nõnunquam in perniciem uſq; niſi præmunita ſint, permaxima etiam conſueuere nauigia, quid ergo naui culæ futurum arbitrandum eſt, ſi medio in ſalo ſoluta, & abſq; gubernatore linquatur? Non ergo adhuc paruus ſupereſt labor. Prora quippe alliganda eſt continenti, & anchoris fundanda ualidis, ac etiam quibus poſſumus tegenda tutamentis eſt, ne ab ignitis ſtrepentis ętheris fulminibus exuratur, ſeu ab imbribus mixtis grandine diluatᷣ, aut à ſtridulo Aquilone, turbido Auſtro, furenti Euro, Libyco, aliisq; nullo perflãtibus ordine, ſcopulo, aut littori illidatur, uel forſan ab undis fluctuãtibus abſorbeatur & pereat. Quam ſudore plurimo per eurypos & ſonantia ſaxa, per maris æſtus, & mille pericula incolumem itineris in finem uſq; deduximus. Quæ quidem tũc peregiſſe reor, dum obiecta iamdudum, aut obiicienda in Poeſim, & poemata ab hoſtibus Poetici nominis rationibus ueris retudero. Noui equidem & memini, quot & quæ ignari iam dixerint non habentes in contra-

 tium

riũ reſponſore. Et hinc dũ hoc perlegent opus inuidia infeſtante, quid in Poetas, & quid in me dicturi ſunt, ſatis percipio. Labori igit̃ huic extremo, ꝙ duobus aliis uoluminibus terminabit̃ auxiliũ deſuper fundat, qui rerum omniũ Alpha & O, principiũ eſt & finis.

Alloquitur autor regem. Cap. I

VEniet opitulante Ieſu Chriſto, quoniam ſic mihi propoſitũ eſt, rex illuſtris opus hoc antequàm alibi gradum flectat in ſacras celſitudinis tuæ manus, ut cuius iuſſu factum eſt, ſe primo illius exponat iudicio, & eidem pro uiribus præſtet obſequium. Quod poſtquàm benigne ſuſceptum conſpexeris, ratione & ſublimi ingenio tuo partes eius quaſcunq; diſcuſſeris, miraberis quod in tam protenſum uolumen poſtulatum tuæ claritatis euaſerit, quantumcunq; ob librorum penuriam multis in locis non ſatis integrum putem, & forſan legens latentes nuper ſub rudi cortice ſenſus nunc productos in lucem non aliter quàm ſi ex igneo globo recentes ſcaturire latices uideas mirabundus aſpicies, te'q; ipſum modeſta quadam delectatione laudabis, quod iam dudum de Poetis uera arbitratus ſis, eos ſcilicet non fabuloſos fuiſſe ſimpliciter homines, ut inuidi quidam uolunt. Sed eruditiſſimos quidẽ atq; diuino quodam animo, & artificio præditos. Verum collectis omnibus qualis de opere toto tua futura exiſtimatio ſit non ſatis certum habeo. Hoc tamen mecũ cogito te de corpore & membris ſola agente iuſtitia, ſanam & integram laturam ſententiam, ac etiã opinor, quia minus apta regia charitate tua redargues, & commendabis quæ laudãda comperies. Magnum quippe, imò maximum hoc mihi erit, & iam ſpe ipſa lætor & gaudeo. Cæterum cum uiſum iam illud in amicorum manus uiſendum tradideris, & tua licentia prodibit in medium, reor nõ æqua ſic ab omnibus ponderabitur lance, nec nouum hoc erit ſub ſole. Trahit ſua quenq; uoluptas. Præterea liuor edax lætalis uiuentium peſtis adeo occupauit à primæuo hominum pectora, ut rariſſima eo exurente æqua in quẽuis præſtentur iudicia. Quam ob cauſam in eum ſurgent rabido latratu plurimi, & quas cõperient partes minus acri ſoliditate firmatas, morſu impio auferent & diſcerpent. Aduerſus quos, quorũ ex ueteri more iam uerba & obiectiones ariolorum, ut iam dixi, ne longus labor reſoluatur facile, & ignitis agentibus ſpiculis euolet in cinerem & fauillam, opportunis reſponſionibus occurram neceſſe eſt. Oro tamen, ut & ipſe rex optime, cui laboraui diu, unà mecum generoſum pectus opponas, ſecurus ſi feceris hoſtes laboris noſtri tanquam fumus in auras euaneſcent.

Pauca aduerſus ignaros. Cap. II

COncurrent, ut fit, ad ſpectaculum noui operis nõ ſolum uulgus ineptum, ſed & eruditi homines conuenient, & poſtquàm undiq; proſpectauerint, non dubitem quin aliqui uiri ſint probitate uenerabiles & integræ mentis atq; ſcientiæ, qui tua ſequentes ueſtigia commendanda laudabunt, & affectione quadam ſacra minus probãda redarguent. Quibus ego benedicere, gratias agere, obſequiũ præſtare, & eorũ tenebor collaudare iuſtitiã. Sed lõge numeroſior multitudo corona in circuitu facta in rimas minus bene cõpacti operis, & quaſcũq; mendas, ſi quæ erunt, impinget oculos auidior uidiſſe quid mordeat, ꝙ̃ inueniſſe quid probet. Aduerſus hos mihi ſupereſt bellum, mihi arma ſumenda ſunt, & melioribus rationibus, ut conculcem neceſſe eſt. Sanè non in totum ſimul agmen. Nam circumuentus forſan opprimeret facile, ſed diſtinctis aciebus, ut aſſueſcant certamini manus, & paulatim conterant̃ hoſtes, in debilibus primo corripiẽda ſunt iacula. Sunt hi, ut reliquũ ſinamus uulgus, homines quidã inſani, quibus tanta loquacitas eſt, & deteſtabilis arrogantia, ut aduerſus omnia quorumcunq; probatiſſimorũ hominum præſumant clamoribus ferre ſententiã, eos floccifacere uilipẽdere, & ſi queant turpi damnare ſermone. qui poſtꝙ̃ boatu ſonoro, quaſi maximum ſuum prædicent decus ſe idiotas confeſſi ſunt, ueluti nil amplius in ſuam ignauiã iniici poſſit, ſummũ bonũ cõmeſſationibus, libidinibus, & inertiocio uacare exiſtimantes, in ganeis atq; lupanaribus ſpumãtia uino præ ſe tenentes pocula. Et *externa eructantes crapula eruditorum hominum uigilias, meditationes, & ſtudia, honeſtos'q; labores, & modeſtiam ſpurcido ore damnare, & ſuis obſcœnitatibus fœdare conantur, ex quo fiet, ut hoc uiſo opere ridentes dicant. O inſipidus homo, quantũ dulciſſimæ quietis, quantum temporis optimi perdidit, quantum friuoli laboris impendit, quot membranas amiſit, & incaſſum uerſiculos exarauit? Nónne ſatius fuerat amaſſe, potaſſe, dormiſſe, & tam grãde tempus uoluptatibus tribuiſſe, quàm has ſcripſiſſe nugas? Profecto qui ſe prudentes haberi uolunt, ſtultiſſimũ genus hominum eſt. Nam perdito lucubrationibus tempore, antequàm unam diem lætam ſentiant, damnando probanda in mortem concidunt æquam cũctis. O ſanum. O uenerabile iudicium, ex lenonum bacchanalibus, ex ſenatu Gnatonicorum, ex Ganeis mãduconum atq; bibonum, & ex meretricantium emiſſum fornicibus. Sed quid multa? Horum ergo uituperationes illuſtrium uirorum ſplendidas laudes arbitror, cũ turpitudinis participem à turpibus laudatum exiſtimem. Vadãt ergo tales, & cauponibus, laniſtis, cætariis, atq; meretriculis gannientes applaudant, & ſomno uino'q; marcentes, ſuas illis laudes ingerant, & ſapiẽtes uiros eorum'q; labores in ſua luce permittant. Cum nil ignaro indecentius homine, nil indocto faſtidioſius, ante quidem diem miſerum atq; caducum mortalitatis ſuæ corpus, infelicis animę fecere ſepulchrum. Hi quippe tam fœtida olent infamia, ut rudentes aſinos, grunnientes ſues, mugientes'q; boues, ſapientes poſſint cum patientia audire, eos audire non poſſunt. Eant iterum tales & uentri deſeruiant, & ne dum alios reprehendere, ſed apparere, ſi quando ſobrii ſunt in conuentu hominum erubeſcant.

*al's, heſternâ



Aduerſus eos qui cum non ſint ſapientes, cupiunt apparere, & præcipue Theologos. Cap. III

*Fuit enim hoc hominum generi, & fortaſſe etiam erit (ut ex plurimis coniecturam licet facere) perpetuum cum bonis literis & honeſtis artibus bellum.*

PRoſpectabit, & hoc opus ſpecies hominum altera moribus forte minus redarguẽdã priore, ſed prudẽtia nõ maior, & hi ſunt qui ante uiſum ſcholarum limen, quia quandoq; philoſophorum quorundam audiuere nomina putant ſe philoſophos eſſe, ſeu ſi non putent ut ab aliis credantur exoptant, & quadam ficta grauitate uerborum, & morum ponderoſitate uiſis aliquando nonnullis libellis uulgarium, non niſi de apicibus rerum uerba faciant, & ut æſtimentur quod cupiunt, apud eruditiſſimos uiros uerſantur, mouentes perſæpe de ſublimioribus dubia, utputa qualiter tribus perſonis una tantum ſit deitas, uel nunquid deus poſſit ſibi ſimilem facere, aut cur non per mille millia ſeculorum creauerit deus orbem, quàm fecerit & huiuſmodi. Et dum reſponſa prudentum percipiunt factis quibuſdam ratiunculis friuolis in contrarium, & auditis doctorum replicationibus atq; concluſionibus, quaſi non ſatis illis ſatisfactum ſit, quatientes ſi uideantur paululum caput, & torquentes cum cachinno faciem, & circumſtantes etiam intuentes nõ aliter, quàm ſi indulgeant reuerentiæ reſpondentis prætereunt. Et tandem, quia ex ore probatiſſimorũ hominum intellectus eorum tenuit, & remiſſus excepit, ſeruauit'q; memoria apud mulierculatum textrinas, ſeu potius ſi præſtetur in triuiis ignaro auſcultante popello, uti ipſum deum conſuluerint poſt longum ſuſpirium blaterantes, emittunt uolentes ex hoc percipi, quod nõ abſq; labore plurimo quod dixerint ingenio & ſpeculatione ſua ex penetralibus diuinæ mentis euulſum ſit, & ut omnino inſipidis ſapientes apparẽt, ampliatis ſermonibus non tamen eodem uerborum contextu, quinimò nunc huc, nũc illuc per uarias materias ſaltitantes, nec de aliqua concludentes, ſed ſe auditores'q; implicantes ſuos, ſeu pleniſſime liberales artes nouerint, quarum perſæpe nomina non nouerunt, Priſcianum, Ariſtotelem, Ciceronem, Ariſtarchũ, Euclidem, atq; Ptolemæum, alios'q; circa hos inſignes uiros ſtomachoſa quadam dicacitate neglexiſſe demonſtrãt ſe tractos aientes ad ſublimiora Theologiæ dulcedine. Sic & de moribus hominum, & de geſtis heroum, ac de ſacris legibus & inſtitutis, legum'q; latoribus. Et ſi quando contingant Poëſis, aut Poë

 tarum

tarum intrare colloquium, tanto cum faſtidio illos, & poëmata, uti integre uiderint omnia, & deſpicienda cognouerint damnant, uituperant, floccifaciunt, & à ſe eiicere oſtendunt, ut uix tolerare poſſint. etiam imprudētes & balbutientes aiunt Muſas, Heliconem Caſtalium fontem, & Phœbi nemus, & huiuſmodi delyrantium hominū nugas eſſe, & puerorum ad grammaticā eſſe præludia. Ex quibus fatuitatibus iam ſatis ſcio quid monſtrum iſtud ſpectantes in me, quid in opus meum, quid in Poëtas dicturi ſint. Verum reor horum uecordiæ compatiendum potius quàm rationibus inſiſtendum. Nam cum ſe ipſos non intelligant, longe minus alios intellecturi ſunt, ignari ſunt & luce ueritatis carentes, ſenſualitate duce ſe trahi permittunt, quibus charitate mea non eorum merito dixiſſe uelim, ut alienis omiſſis officiis exerceant ſua. Et ſic hac glorię cupiditate agitātur, ut ſapientes exiſtimentur, ſcholas intrent, audiant pręceptores, libros euoluant, uigilent atq; diſcant, & paleſtras diſputantium ſolertes uiſitent, memores ne feſtini in doctoratū euolent, Pythagorici inſtituti, quo cauebatur, ne quis ſcholas eius intrans locuturus de Philoſophis os aperiret antequàm per quinquennium audiiſſet. Quod cum laudabiliter fecerint, & in bene meritum titulum uenerint, ſi libet in medium prodeant, prędicent, diſputent, redarguant, & caſtigent, atq; acri ſpiritu ſuis redargutoribus inſtent. Aliter autem feciſſe non oſtentatio ſapientiæ, ſed dementiæ eſt.

Quædam in Iuriſperitos paucis de paupertate laudibus immixtis. Cap. IIII

SVnt inſuper homines quidam toga aureis bullis, & ornatu ferè regio, inſignes, nec minus inceſſu & morum grauitate, atq; oris facundia ſpectabiles, magnis poſtergati clientorum cateruatis, & ingenti autoritate conſpicui. Hi quidem ſunt clariſſimi legum pręceptores, & tribunalium pręſides, à quibus ſi rite exerceantur iura, frenētur hominum illecebres mores, extollitur innocentia, & quod ſuum eſt unicuiq; poſcenti conceditur, quibus reipub. neruus non ſolum in ſuis uiribus ſeruatur, ſed perenni iuſtitia augetur in melius. Venerabiles ergo & præcipuo honore digniſſimi ſunt. Sanè quantumcunq; aliorum purgent ſua prudentia notas, una tamen labe ferè polluti ſunt omnes, auri cupiditate laborāt, nec aliquid ſeu aliquem laude dignum putant, ni fulgeat auro. Hos ego uenturos exiſtimo cum reliquis, ut proſpectent, nunquid operi noſtro aliquid criminis poſſint ſuis inferre legibus. Nec me fallit, ſi morem ſequentur ueterem quid obiecturi ſint. Conſueuere quidē relictis roſtris, & pręetoria exeuntes, & potiſſime dum curis paululum ſoluti, in conuentum amicorum ueniunt, ſi contingat inter loquendum fieri mentio Poëtarum illos extollere laudibus, quoniam erudítiſſimi atq; eloquentiſſimi fuere uiri. Tandem poſt multa abſconditum ſub melle uenenum, non lætale tamen emittunt. Dicuntq; eos parum fuiſſe prudentes inquātum tempus omne terentes facultatem ſecuti ſunt, ex qua poſt longos labores nullæ cōſequuntur opes, ſuperaddentes ob hoc pauperrimos homines fuiſſe Poëtas, nullo ſplendore ſpectabiles, nullis diuitiis, nullo famulatu inſignes, uolentes ex his intelligi, quia non diuites fuere, nullius precii eorum exiſtimanda ſit facultas. Quæ quidē uerba unà cum abſcondita concluſione facile audientium animos intrant, cum omnes in auaritiam proni ſimus, & ſtulta credulitate arbitremur ſummum bonum poſſidere diuitias. Hac ergo impulſi peſte autumo, ſi laborem inſpexerint noſtrū, eos poſt multa dicturos opus ſcilicet pulchrum, ſed ſuperuacaneum, & inutilem ſudorem meū, eo quod minime tendat quo cæterorum mortalium labores intendunt, & ſic non ſolum aduerſum me apparebit dixiſſe ſententiam, ſed ex conſequentia quadam tanquam ſummum & deteſtabile malum, unà cum opere Poëtas cum paupertate damnaſſe uidebuntur. Pia quippe & humanitati conformis, atq; opinioni uulgari hæc uidetur obiectio, & gratiarū actione digniſſima, dummodo ex fonte charitatis exundaret in mediū. Verum quoniā ex offuſcato appetitus inepti iudicio ſumit originem, ridenda eſt atq; abiicienda, & eorū prurigini compatiendū. Et quoniam dignitati talium inſuper deferendum eſt, ne ſe poſtergatos exiſtiment obiectionē eorū, uerbis amplioribus in ſuos ortus uertendam puto. Confi





tebor ergo ſponte quod dictum eſt, poëſim nullas afferre ſubſtantias, & Poëtas paūperes fuiſſe, ſi pauperes dici debent, qui ultro ſpreuere diuitias. Stolidos autem fuiſſe non confitebor, eo quod poëſis ſtudium ſecuti ſunt, cum prudētiſſimos arbitrarer, ſi uerum deum catholice cognouiſſent, & nunc reaſſumendo, ne confeſſione mea tam ultronea uideat abſolute obiectoribus tanquā uictoribus aream liquiſſe certaminis, & obiectionem primam deducamus in medium. Dicūt ergo ſplendidi legum interpretes inſignes, poëſim nullas afferrere diuitias, uolentes ob id, ut ſatis percipi poteſt, eam ab imitādis excludere, quaſi nullius inter ſcientias reliquas ſit momenti. Equidem ut iterato dixerim, certum eſt poëſim nullas afferre diuitias, non tamen aſſentio, ut iſti uolunt, hoc ignobilitate cōtingere. Verum quia ſpeculatiuarum diſciplinarum non ſit officium tale, aut intentum, ſed mechanicorum artificum ſeu fœneratorum, quorum in hunc finem omnis tendit intentio, qui ut cito ueniat, nil gratis penitus operantur. Sic & Cauſidici qui hinc ex delictis hominum, inde ex legum peritia ſibi officinas conſtruunt, in quibus uenalis linguę malleo nummiſmata cudunt, & aurum ex miſerorum lachrymis uerboſitate conficiūt, quod poëſis generoſæ memor originis omnino abhorret & renuit, ex quo ſi damnanda aut paruipendenda eſt, nullius una ſecum precii erit Phyſica rerū magiſtra, & cuius opere entium cauſas diſcimus. Nullius æque Theologia, cuius demōſtrationibus rite deum cognoſcimus, quibus nullum unquam quęrendi theſauros fuiſſe ſtudium audiui. Si neſciunt iſti, poëſis maioribus uacat. Nam cū cælos inhabitet diuinis immixta cōſiliis paucorum hominum mentes ex alto in deſideriū æterni numinis mouet, & ſua pulchritudine in ſublimes cogitationes impellit, tractisq; inuentiones peregrinas oſtendit, atq; ex ingeniis egregiis ſermones exquiſitos emittit. Et ſi quando placidis uocata precibus è ſublimi ſede deſcendit in terras ſacris comitata muſis, non celſa regum palatia, non moles delitioſorum domos, exquirit habitatura. Verum antra atq; prærupta montiū, umbras nemorum, fontes argenteos, ſeceſſusq; ſtudentium, quantumcunq; pauperrimos, & luce peritura uacuos intrat & incolit, quod alibi forſan plenius oſtendetur exigente materia. Et ſic cum æthera ſit, atq; perennis nullum ſibi cum perituris commercium eſt, ſplendoresq; manu factos tanquam futiles & inanes paruifacit, & renuit de ſuis contenta bonis non curat aggregare diuitias. Poſt hæc ex iam dicta poſitione ſubnectunt minus prudentes fuiſſe Poetas, qui tale ſecuti ſunt dogma, ex quo nullæ ſequacibus cōſequantur opes. Quibus ut reſponſum ſit, reor plurimū prudentis opus circa eligenda conſiſtere, & ideo hos conuenire uelim, quis in eligendo prudentior ſit habēdus merito, Iuridicus, an Poeta. Aedepol prudētius actum puto elegiſſe trahentem ad ſublimia mentem, quàm ad terreſtria deprimentem, ſtabilem, quàm caſuram, quæ longæuum bonum præſtet, quàm quæ breuiſſimum exhibet. Elegere Poetæ ſcientiam inter ſydera, inter deorū ſedes, ornatusq; cæleſtes ſuos cōtinua meditatione trahentem. Nunquid hoc uerum ſit teſtimoniū reddant ipſa uatū poemata impulſu trahentis elegāti ſtilo Poetarū deſcripta calamo. Cauſidici uero legū facultatē ſecuti ſol[illegible] ſcriptorū ualent memoria, nō ex ingenio, ſed ex literis legumlatorū iura reddentes, nec putandū eſt, ut ſatis uideri poteſt, eos inſiſtere circa excelſa, aut ſemota naturæ, utputa nūquid recta an tranſuerſa uia ſol ab Indis petat Hiſpanos, quinimo nūquid hæreditario iure an emphyteotico uel pręcario Titius uel Sempronius occupet agellum, nunquid certū debitū, aut uſuariū dicendū ſit. Nunquid ardens fœmina ſolui poſſit à frigido uiro. Magna ſunt & egregia hęc, & ex gremio naturę ſublata. Prętera poeſis quā ueteres prælegere Poetæ ſtabilis eſt, & fixa ſcientia æternis fundata atq; ſolidata principiis, ubiq; & omni tempore eadem, nec ullis unquam cōcuſſa motibus. Leges autem non ſic, non æquo iure uiuit cum Aethiope Sauromata. Non eadem legū autoritas bello laborantibus, atq; læta pace quietis. necnon augent ſæpe minuunt, quæ plurimū poteſtatis inſtituta municipalia legibus, conſtitutionesq; regnorū facit illas in dictū iuſtitiū mutas. Seneſcūt etiā & moriunt aliquādo. Nā nōnullæ iamdudū in precio fuere permaximo, q̄ æuo noſtro, aut neglectæ ſunt, aut oīno abolitę, & ſic nō idē ſemper ſunt,

ut comperta Poëſis, ex quibus ne plura dicam ſatis patet facultatem legum, nō ſcientiam eſſe dicendam. Et quàm p̄æſit ſcientia facultati, prudentes nouerūt tam ueteres quā moderni. Inſuper longæuum bonum præſtat imitatoribus Poëſis, ſi bonum dicendum eſt, quod omnes optare uidemur uitam, ſcilicet fama ſaltem, ſi nō detur aliter in longæuum æuum deducere. Nam ut liquido cōſtat, ferè immortalia ſunt, cum nomine componentis carmina Poëtarum. Iuriſtæ uero etſi paululum ſplendeant ueſtibus, ſæpiſſime moriū̄ cum corpore nomen. Breue eſt ualuiſſe per ſeculum, ſi ſecula numerentur Homeri. Et ut in optatum ueniam, nulli uidebitur dubium erudito prudenter elegiſſe Poëtas, ubi minus Iuriſperiti in electione fuere prudentes, inſipiētes effecti, dum quod ſuum eſt uitium conantur in immeritos retorquere. Pauperrimos fuiſſe Poëtas ex eodem, quo ſupra fonte haurientes pleno effundunt ore, & potiſſime cum ipſi ſint doctiſſimi legiſtæ, quaſi infamis & deteſtabilis ſit paupertas. Manifeſtum eſt equidem Iuriſperitos, ex lachrymis alienis, ex ærumnis, & alienis periculis, & perſæpe miſeriis, ut dictum eſt, auri iam multum cōflaſſe, & inde palliatos, fimbriatos, uaria tectos pelle, aureis coruſcos clauis, longa poſt tergum clientum comitante caterua, cum ſic mortaliū uelit dementia incedentes. Sic Poëtas non ignauia ſua, ſed innocentia, & quia uolunt pauperes fuiſſe, negari nō poteſt, ſed quod iſti minime uolunt ſpectabiles inſigni atque perenni claritate fuere, quod exemplis oſtendiſſe non erit difficile. Certum habemus Homerum, adeo inopem extitiſſe, ut non eſſet illi luminibus capto, unde ſumptus puero duci poſſet impendere. Sed expecta pauxillum, & uidebis nunquid hæc fuerit ornata paupertas. Superato Dario potentiſſimo atq; ditiſſimo Perſarum rege ab Alexandro Macedone, eius in mediū uenere iocalia, inter quæ capſula aurea comperta eſt artificio, & ornatu precioſiſſima. Hæc tam regis quàm procerum conſenſu unanimi non Alexandri iocalibus, ſed Homeri uoluminibus ſeruata eſt. Quis unquam tam ſplēdidus phaleratis Iuriſtis honor impenſus eſt? Sarſinatæ bonorum fortunæ Plauto pauperior nemo fuit, ægeſtate quippe, ut honeſte uentrem paſceret, ad molas manuarias precio fatigabatur die, noctes in componendis comœdiis ducebat inſomnes, quarum numeroſitas & artificium egit, ut laurea uictorum atq; triūphantium imperatorum inſigne præcipuum non paruipenderet eius quantumcunq; pauperis ambire comas, cuius odor & uiriditas in eius nominis decus perſeuerat uſq; in hodiernum, ubi legum interpretum birreta auro non prohibente mures & tineæ conſumpſere. Ennio inſuper Brondusino, homini clariſſimo, tamen uati adeo tenues fuere ſubſtantiæ, ut in Auentino unius tantum ancillulæ contentaretur obſequio, cuius ſeruitorū penuria honorum abundantia reſtaurata eſt, ex quibus cum de ſe famoſiſſimus homo ſit, unum tantum appoſuiſſe mihi ſufficit. Huius enim cum diem clauſiſſet corpus, Scipiones, quorum fuerat amicitia uſus, ſuo ſepeliri ſepulchro uoluere. Non aſpernantes Brondusini hominis cineres Corneliorum miſceri cineribus. Præterea quis Maronem Virgilium pauperem, & lutifiguli filium non audiuit? Fuit illi non amplius in bonis quàm patrius agellus unus apud uicum Anden, †cui dicūt Pietola hodierni, haud longe Mantuam non abſque litigio poſſeſſus, cuius agentibus ſtudiorum meritis Octauiani Cæſaris orbi toto præſidentis amicitia uſus eſt, à quo cum iuſſiſſet moriens Aeneida igne cremari, ut ſeruaretur poëma egregium, omnis legum autoritas pedibus calcata eſt, & eleganti carmine iuſſum ſeruari coliq́;. Quis, præcor, legiſtarum quantumcunq; ſplendentium indicis lapillis, & auro honor tā magnificus à tam glorioſo principe impenſus eſt? Veniebāt inſuper plurimi læta paupertate, & honoribus æquis cōſpicui. Sed exemplis finis imponendus eſt. Cum tam his, q̄ præmonſtratis rationibus ſatis oſtendiſſe arbitror Poëtas prudentes, & quantūcunq; pauperes ſplendidos etiam fuiſſe, eosq́; perenni uiuere fama, ubi cauſidicorū opes & nomina tanquam fumus in auras abiere, necnō eiſdem rationibus demonſtraſſe opus hoc ſi ualent poëmata minime ſuperuacaneū eſſe, nec ſudores meos friuolos cōponēdo. Nūc autē poſt hęc libet paululū exire limen, ſi forte queā obloquentiū in paupertatē frenare impetū. Eſt igitur paupertas quā multi fugiūt tanquā importabile

*In hunc modū ἐγκώμιον Poetarum digne ac grauiter compoſitum, apud Ciceronem quoq; habes in oratione p Archia. al's, quem*

*Pro pauperta te digreſſio*



importabile malum, ut uulgo placet, caducorum bonorū paucitas. Eſto ego exiſtimem eam animi ægritudinem fore, qua & abundantes perſæpe laborant. Prima quippe, ſi deſiderio careat augendi, placida atq; optabilis eſt, & eius infinita ſunt cōmoda. Secūda uero pacis & quietis eſt hoſtis miſere crucians mentes, quibus inhabitat. Prima Poëtarū fuit quos iſti pauperes uolunt, eis quippe dummodo eſſet quod uitæ ſufficeret ſatis erat. Hac enim duce libertatem uolentes cōſequimur animi tranquillitatem, & cum his laudabile ocium, quibus mediis uiuentes in terris guſtamus cæleſtia. Hæc in ſolido ſita eſt, nec fortunæ mundana uerſantis minas aut iacula timet, fulminet æther deſuper, concutiat uentorum impetuoſa rabies orbem, inundent campos imbres aſſidui, diluant flumina, ſonet claſſicum, tumultuoſa oriantur bella, diſcurrant prædones undiq;. Hęc ruinas ridens & incendia dulci ſecuritate lætatur. Hęc oraculo Apollinis in perſona Aglai Sophidii parui poſſeſſoris Agelli theſauris Gygis regis prælata eſt. Hac delectati Poëtę ornare uirtutibus animū, meditationibus uacare cæleſtiū, altiſonis carminibus poëmata texere, & nomen ſibi perpetuū quærere potuere. Hac delectatus Diogenes, ſui æui ſplendidiſſimus Cynicorum princeps diuitias, quarū abundantiſſimus erat, omnes potuit largiri uolentibus atq; largitus eſt. Doliumq́; quaſi uerſatilem domū q̄ palatia habitare maluit, & lactucas ſyluestres ſuis lotas manibus manducare, q̄ Dionyſio adulari, ut tuccetis uteretur regiis. Hæc uoluntaria rerum abiectio, & claritas ſtudiorum ad ſe uiſendum euocaſſe potuere ſuperbum iuuenem, atq; iam animo orbis tenentem imperiū *Alexandrum Macedonem* eius amicitiā exquirentem, & fruſtra munera ingentia offerentem. Hac delectatus Xenocrates hortulo cōtentus modico, eiuſdem iuuenis animū mouiſſe potuit in deſideriū beneuolentię ſuæ q̄ inſigni legatione atq; donis regiis poſtulauit. Hac delectatus Democritus patrios agros & innumerabiles opes reipub. Athenienſiū ultro conceſſit, ſatius ducens cum paupertate ſtudiorum libertate lętari, quàm opum ſeruili cura uexari. Hac delectatus Anaxagoras dulcedine tractus philoſophiæ potuit ingentia prædia neglexiſſe, aſſerens quoniam ſeipſum perdidiſſet, ſi illā colere uoluiſſet. Huius opere Amyclas pauper nauta nocte in littore ſolus clamantem Cæſarem, cuius uocem ſuperbi timebāt reges, ad hoſtium gurguſtioli atq; pulſantem audiuit intrepidus. Sic & pauper Aruns flagrante Italia omni ciuilis belli incendio inter marmoreos lunæ mōtes cæli ſolis lunæq́; proſpectans motus, ſtetit impauidus. Hæc non intuentur, qui paupertatem lacerant fugiuntq́;. Dicant, oro, ſi oportuiſſet Homerum de re agraria cum uilico litigare, aut de domeſtica à curatore domus rationem exigere, quando Iliacum excogitaſſe carmen, & nomen ſuum claritate ſyderea floridum in hodiernum uſq; protendere potuiſſet, quando Virg. Quando reliqui Poëticam cum paupertate ſectantes. Non igitur illam ſpreuerūt amicti purpura, eo quod palliaſtro tenui tecta procedat. Nam rite ſtudentium prima gloria eſt neſcio quippe, imò ſcio quid referat corpus ornaſſe ueſtibus aureis, ſi mens uitiorum labe ſordeſcit, nec ut arbitranł anxia comitati turba ſola procedit. Hanc uates ſemper laureis inſigniti proſequūtur, & ſæpe nominatus Homerus, Heſiodus, Euripides, Ennius, Terentius, Virgilius, Flaccus, aliique plures diuinis ornauere carminibus. Sic pompa tamen fulgidiori palmatis induti tunicis Camilli, Quintii, Curtii, Fabritii, Scipiones, Catones inuidia olim & gloria facinorum quàm auro ditiores ſplendidis comitantur triumphis, eamque exceſſis præpoſuere regibus, orbis præfecere imperio. Sic ergo ſociatam, ſic ornatam ſolam ſqualentem peritique iuris dicent incedere. Secunda inſuper paupertas eorum profecto eſt, qui eam tanquam hoſtem conantur effugere, nō aduertentes dum maiori conatu ſequuntur diuitias, uere proruant paupertatis in gremium. Precor quid aliud paupertas eſt quàm ſumma in abundantia angi deſiderio congregandi? Tantalum ne diuitem dicam, ſi cibis circundatus, & poculis fame ſitiq́; pereat? Abſit, pauperrimus habendus eſt. Sed cōcedamus, legiſtis noſtris opulētiā dari, & quid exinde uoluptatis poſſint aſſumere uideamus, ſi experiētię credimus aſſidua, ardentiq́; ſemp premunł ſollicitudine, q diuites nūcupanł. Si appareat in aëre nubecula, cōfeſtim pluuiā ſuſpicał, & timet anxius, ne nimis

*Lucan. lib. 5*

mia corrūpant̃ ſata, ſi uētus excitet̃, ne euellant̃ arbuſta, aut ędificia impellant̃ paueſcit. Si ſuſcitet̃ in terris incendiū, ne in ſuas euolet ædes timore labaſcit. Si bellū naſcatur armentis gregibusq́ ſuperiminere rapinam, miſer ariolatur. Si concordia ex litigiis oriatur, tanquam ſuum infortunium ingemiſcit. Amicorum inuidiam, latronum aſtutiam, raptorum uiolentiā, affinium inſidias, tumultus ciuicos, ſecordia uexatus aſſidua expaueſcit. Poſſem ſuperaddere multa, quæ non ſolum diuites hos pauperes faciunt, ſed egenos. In lubrico poſita ſunt fortunæ bona, nullo certo firmata ſubſidio. Deſiſtāt ergo in benemeritos inſultum facere miſeri, uideantq́ ut litigii cauſam auferant omnem, nil ſecum uates uoluiſſe commune illi turbęlis immixta, & frequentia fori apud roſtra inſiſtūt clamore uenali Poëtæ, in ſyluis & ſolitudinibus ocia meditationibus terunt. Illi ſontium crimina cupido exquirunt animo. Iſti illuſtrium carmine extollunt clara facinora. Illi totis affectibus cupiunt aurum. Iſti totis uiribus gloriam quærūt & inclytam famam, & ne pluribus inſtem, ſatis hæc inter ſe diſtantia ſunt. Quæ ſi uos omnium rerum iudices mouere non poſſunt, ut loquamini moderatius in Poëtas, moueat uos ueſtri Solonis autoritas, qui ex ampliſſimo legumlatore in Poëſim iam ſenex uoluntarius euolauit.

## Qui ſint & quàm multa Poëtis quidam apponant. Cap. V.

*In monachos & magiſtros noſtros, quos puto aperte inſcribere propter ætatis ſuæ tyrannidem, ueritus eſt.*

EST pręterea ſereniſſime regum, ut tu longe melius noſti, diuino munere domus in terris compoſita ad inſtar cæleſtis concilii, ſacris tantum ſtudiis dicata, in hac ſublimi in ſolio ex dei miſſa gremio Philoſophia rerum magiſtra præſidet auguſta facie, & diuino ſplendore conſpicua, regiis induta ueſtibus, & aurea inſignita corona, nec aliter quàm mortaliū imperatrix, cū prima ſiniſtra libellos, & dextra regale baiulat ſceptrum, & diſerto ſermone audire uolentes, qui ſint laudabiles hominum mores, quæ naturæ parētis uires, quid uerum bonum & cæleſtia docet archana. Quam ſi intres, non eſt dubium quin ſacrarium omni reuerentia digniſſimum uideas, & ſi circūſpectes quicquid humana poſſunt agere ſtudia, quicquid ingenia ſpeculari, quicquid comprehendere intellectus, uidebis liquido & adeo miraberis, ut tecum ducas unum totum continens domū eſſe, imò ipſam ferè diuinæ mentis effigiem, & inter alia ſumma ueneratione digniſſima ſunt ibi poſt dominam celſiori in ſede locati homines, non multi tamen, mites aſpectu, atq; eloquio etiam morum grauitate tanta honeſtate atq; uera humilitate ſpectabiles, ut credas deos potius quàm mortales. Hi iam præſidentes dogmatibus pleni abunde aliis ingerunt quæ nouerunt. Eſt & alia multitudo perſtrepens, uariarum quidem hominum ſpecierum, ex qua nonnulli omni abiecta ſuperbia, uigiles mandatis inſiſtunt, ſi forte ſtudio queant in altiorem deuenire gradum. Alii uero ſunt, qui ferè rerum principiis auditis elato animo in ueſtes imperatricis uncas iniiciunt manus, & acri uiolentia quibuſdam ſubreptis periculis uariis inſigniti titulis, quos nonnunquam extra domum uenales comperiunt, non aliter quàm ſi mentem omnem diuinitatis perceperint faſtu quodam inflati, ex ſacra ſe proripiunt ęde. Quanto tamen cum detrimento inſipientum prudentes aduertunt. Hi autem aduerſus quaſcunq; bonas artes coniuratione unanimi facta, ante alia conantur fingere bonū uirum. Exterminant autem facies ſuas, ut appareant uigilantes. Incedūt inſuper deiectis in terram oculis, ut nunquam à meditationibus ſeparari uideantur. Tardo tamen feruntur gradu, ut ſub pondere ſublimium ſpeculationum nimio ab inſipidis titubare credantur, honeſto ueſtimentorum utuntūr habitu, non quia mens honeſta ſit, ſed ut ficta ſanctitate decipiant, perrarus eſt ſermo illis grauisq́, rogati non abſq; præmiſſo ſuſpirio, & tempuſculo interpoſito, ac eleuatis in cælum oculis paululum reſponſa concedunt. Volentes ex his à circumſtantibus arbitrari, quia ex longinquo ſupercæleſtium ſanctorum archano non abſq; difficultate uerba deducant in labia, quæ ſunt dicturi pietatem, ſanctitatē, & iuſtitiā profitentur, prophetico perſæpe utentes uerbo ſcilicet, Zelus domus dei

comedit



comedit me. Hinc ad oſtentationem ſuæ admirandæ ſcientiæ procedentes, quæ non nouerunt omnia, damnant, nec fruſtra. Hoc faciunt enim, ſeu ut non interrogentur de quibus reſpondere neſcirent, ſeu ut tanquā uilia & minora, & à ſe cognita deſpexiſſe atq; neglexiſſe uideantur, & uacaſſe maioribus. His autem decipulis captiuatis inſipiētū iudiciis ciuitates ambire, ſecularibus ſe miſcere negociis, conſilia pręſtare, cōnubia tractare, cōmeſſationibus intereſſe, teſtantiū dictare tabulas, teſtamentorū executiones aſſumere, & multa minus philoſophos decentia agere præſumptuoſe incipiunt atq; proſequuntur. ex quibus fit, ut in famoſam uulgi famam quandoq; deueniant, ex qua tanta tumiditate turgeſcunt, ut incedentes cupiant à uulgo digito demōſtrari, & longe magis audire, quia pergrandes magiſtri ſint, uidere quod eis aſſurgant præſidentes in triuiis, eos rabi uocitent, ſalutent, inuitent, præponant, atq; præficiant. Ex his omni conſideratione ſepoſita audēt omnia, nec uerentur in alienas meſſes falces immittere ſuas. ex quo fit, ut dum cætera præter ſua ignominioſe deturpare conantur, interueniat aliquando de Poëſi, & Poetis colloquium, quorum audito nomine tanto repente accendātur furore, ut igneos oculos illos habere diceres. Nec poſſunt conſiſtere, fremunt, agunturq́ impetu. Demum quaſi aduerſus eos, non aliter quàm in letales hoſtes coniuratum, fit nunc in ſcholis, nunc in plateis, nunc in pulpitis auſcultante nōnunquam uulgo inerti in eos inſano clamore prorumpunt, ut non de innocuis tantum, ſed & de ſe timeant circumſtantes, & aiunt poeſim omnino nullam, aut futilem facultatē atq; ridiculam. Poetas homines eſſe fabuloſos, imò illos, ut deſpectiori utantur uocabulo, nonnunquam fabulones appellant. Rura ſyluas & montana colentes, eo quod nec moribus nec urbanitate ualeant. Præterea eorum poemata eſſe dicunt obſcura nimis atq; mendacia laſciuiis plena, & deorum gentilium nugis atq; ineptiis referta. Aſſerentia Iouem quendam adulterum & ſpurcidum hominem, nunc deorum patrem, nunc cælorum regem, nunc ignem, nunc aerem, nūc hominem, nunc taurum, nunc aquilam, & huiuſmodi incōuenientia. Sic & Iunonem & alios infinitos eos multorum nominum celebres facientia. Mentium inſuper ſeductores clamitant eſſe Poetas, ac ſuaſores criminum, & ut turpiori, ſi poſſint, commaculent nota, prędicant eos philoſophorum ſimias eſſe. firmantes inde Poetarū libros legiſſe, aut tenere prægrāde piaculum, ac nulla facta diſtinctione autoritate, ut aiunt, fulti Platonis eos ne dum è domibus, ſed ex urbibus eſſe pellendos, & eorū ſcenicas meretriculas Boetio approbante in exitium uſq; dulces deſteſtabiles fore atq; eiiciendas unà cum eis, & renuēdas omnino. Quid multa? longum nimis eſſet omnia in medium deducere, quę illis exitiale odiū infeſtante inuidia, dicenda furentibus parat. Ad hos tam celebres iudices, tam ęquos, tam mites, tam fauorabiles ſatis credēdum eſt princeps inclyte, deueniet opus noſtrum, quod ſcio circumdabunt more leonis famelici, ut inueniant quid deuorent. & quoniam omne Poeticum eſt, non expecto mitiorem ſententiam, quàm irati fulminent in Poetas, nec ſcio quibus ſpiculis pectus opponam, niſi eis quæ uetus odium demonſtrauit, illa conabor repellere. O bone deus ſis tam indiſcretis, tam inconſideratis clamoribus obuius, & horum dementiū obſiſte furori. Et tu etiam rex optime, quoniam ad Triarios uentū eſt generoſi pectoris tui uiribus adſis, fer opem militanti tibi, nunc animis opus eſt, nunc pectore firmo, acuta & uenenata, nec roboris tela iſtorū ſunt. Nā ſi inepti ſint iudices, alias tamen ualent, & ideo horreo & tremiſco, niſi deus primo, qui nō deſerit ſperantes in ſe, & tu inde faueris, & tenues mihi uires ſunt, & ingenium debile, ſed ſpes ingens ſubſidii, qua fretus in eos irruam comitante iuſtitia, cordi ingerere iam audaciam ſentio.

## Poeſim eſſe facultatem & utilem. Cap. VI.

GYmnaſium puſillus intraturus homo aduerſus has Gyganteas moles firmantes autoritate, qua poſſunt aut nullam, aut futilem facultatē fore poeſim, ſi percontet ante alia quid nam ſit Poeſis, ſeu circa quod eius uerſetur officium, nil aliud feciſſe reor, quàm in ſcirpo quæſiſſe nodum. Sed quoniā faciēdū eſt, queſo, ut id appetiāt hi facultatū omniū preceptores egregii,

ut appa-

ut appareat, circa quid noſtrũ uelint uerſari certamen. Scio obſtinata fronte nullo unquam perfuſa rubore ridẽtes inquient, quod paulo ante male dictũ eſt. O bone deus adſis, & has ridiculas obiectiones aduerte, & in melius eorum dirige greſſus. Dicunt ergo damnantes Poëſim eam omnino nullam eſſe. quod ſi ſic eſt, ſcire uelim unde iam dudũ tot illuſtres uiri ſibi Poëtæ quæſiuere nomẽ. Vnde Poëmatum multa uolumina? Vnde hoc nomen Poëſis ortum eſt? Si Poëſis nihil eſt, certe ſi reſponſuri aliquid ſint, per ambages ituros reor, cum nihil aliud quæant iure reſpondere, quàm quod aduerſus inanem poſitionem ſuam ſit. Certiſſimum enim eſt, ut poſt hæc ſuo loco monſtrabitur, hanc, ut cæteræ diſciplinæ, à deo à quo ſapientia omnis, initium habuiſſe, & uti reliquæ ab effectu nomẽ ſortita eſt, à quo demum celebre Poëtarum nomen deriuatum, & inde poëmatum Poëtis. Quibus ſtantibus non omnino nihil, ut aiebant, uidetur eſſe Poëſis. Quæ ſi ſcientia eſt, quid inquient ſophiſtæ clamoſi? Credo paululum retrahent pedem, uel potius in ſecundam obiectionis partem ob diſgregatiuam copulam tranſuolantes inquient, ſi facultas eſt, futilis facultas eſt. O ridiculum rancidulum, ſatius tacuiſſe fuerat, quàm uerbis friuolis in errorem ſeſe præcipitaſſe maiorem. Nónne uident ignari ipſum nominis huius, facultatis ſcilicet ſignificatum ſemper aliqualem plenitudinem demonſtrare? Sed de hoc aliàs. Et quæſo exprimant elegantes hi uiri, quo iure Poëſis facultas dicẽda ſit futilis, cum eius inſtigatione opitulante diuina gratia tot extent clara uolumina, tot memoranda poemata, tot inuenta perlucide atque peregrina, obmuteſcẽt equidem, ſi patietur inanis oſtentationis uredo. Siquid obmuteſcent dico, mori mallent quàm ueritatem nedũ extremis labiis, ſed taciturnitate fateri, in diuerticulum aliud irruent, & ſuo interpretantes iudicio, hunc dicent adiectione futilem intelligendũ fore damnoſam atque deteſtabilem, eo quod poëmata à poëſi uenientia, deorum ſuorum cantent illecebra, & infanda ſuadeant. Eſto poſſit hæc interpretatio reprobari, cum futile non ſit quod eſt illecebris plenum, poterat tam æquo animo tolerari, ſed quod ob eam uolunt poſſet ratione fateri cum cõfiteatur ultro nonnulla fore poëmata, id quod afferunt, exprimentia, quamobrem ſi mala ſpecies poſſet bono generi derogari uiciſſent. Sed deprecor, ſi Praxiteles aut Phydias ſculptura doctiſſimi impudicum ſculpſerint, Priapũ in Iolem nocte tendẽtem potius quàm ſpectabilem honeſtate Dianam. Aut ſi contingat Appelles, ſeu noſter Ioctus quo ſuo æuo non fuit Appelles ſuperior. Martem ſe Veneri immiſcentem potius quàm Iouem diis ex trono iura præbentem, has artes damnandas fore dicemus ſtolidiſſimũ eſſe fateri. laſciuientium quippe ingeniorum culpa hæc eſt. Aequo modo iam dudum nonnulli fuere Poëtæ, ſi tales Poëtæ dicendi ſunt, qui ſeu ratione quæſtus, ſeu ad gratiam populi promerendam ſic eo exquirente ſeculo, & illecebri ſuadente laſciuia, qui honeſtate omiſſa in has ineptias corruere. Quæ quidem damnandæ, deteſtandæ, & abiiciendæ, ut latius poſt dicet. Ob hoc tamen quorundam fingentium ſcelus non eſt uniuerſalis damnanda Poëſis, à qua tot in uirtutes ſuaſiones, & Poëtarum monita atque documenta legimus ab his quibus curæ fuit cæleſtes meditationes ſublimi ingenio, ac ſumma cũ honeſtate & ſtili atque uerborum ortu deſcribere. Sed quid multa? Eſt non ſolum aliquid, ſed ſcientia ueneranda Poëſis. Et ut ſæpius in præcedentibus uiſum eſt, & in ſequentibus apparebit, non futilis, ſed ſucci plena facultas eſt, ſenſus uolentibus ex fictionibus ingenio premere. Et ſic patet, ne longius protrahamus ſermones, primo certaminis ingreſſu duces hos terga dediſſe, eosque modico labore noſtro aream liquiſſe duelli. Sed quid Poëſis ſit explicãdum eſt, ut ipſi uideant quàm ſtolide opinentur illam futilem facultatem.

Quid ſit Poëſis, & unde dicta, & quod officium eſt eius. Cap. VII

POëſis eſt, quam negligentes abiiciunt & ignari. Eſt feruor quidam exquiſite inueniendi atque dicendi, ſeu ſcribendi quod inueneris. Qui ex ſinu dei procedens paucis mentibus, ut arbitror, in creatione concedit. Ex quo quoniam mirabilis ſit, rariſſimi ſemper fuere Poëtæ. Huius enim feruoris ſunt ſublimes effectus, utputa mentem in deſiderium dicendi compellere, pere-

grinas



grinas & inauditas inuentiones excogitare, meditatas ordine certo componere, ornare compoſitum inuſitato quodam uerborum atque ſententiarum cõtextu, uelamento fabuloſo atque decenti ueritatẽ cõtegere. Preterea ſi exquirat inuẽtio, reges armare in bella, deducere naualibus claſſes, copias emittere, cælũ, terras & æquora deſcribere, uirgines ſertis & floribus inſignire, actus hominum pro qualitatibus deſignare, irritare torpentes, deſides animare, temerarios retrahere, ſõtes uincire, & egregios meritis extollere laudibus, & huiuſmodi plura. Si quis autem ex his quibus hic infunditur feruor, hæc minus plene fecerit, iudicio meo laudabilis poeta nõ erit. inſuper quantumcunque urgeat animos, quibus infuſus eſt perraro impulſus commendabile perficit aliquid, ſi inſtrumenta, quibus meditata perfici conſueuere defecerint. utputa grãmaticæ precepta atque rhetoricæ, quorũ plena notitia opportuna eſt. Eſto nonnulli mirabiliter materno ſermone iam ſcripſerint & per ſingula poeſis officia peregerint, hinc & liberalium aliarum artium, & moraliũ atque naturalium ſaltem nouiſſe principia eſt neceſſe, necnon & uocabulorum ualere copia, uidiſſe monimenta maiorum, ac etiam meminiſſe hiſtorias nationum, & regionũ orbis, marium, fluuiorum, & montium diſpoſitiones. Præterea delectabiles naturæ artificio ſolitudines opportunæ ſunt, ſic & tranquillitas animi & ſæcularis gloriæ appetitus, & perſepe plurimum profuit ætatis ardor. Nam ſi deficiant hæc, nonnunquam circa excogitata torpeſcit ingenium. Et quoniam ex feruore hoc ingeniorum uires acuente atque illuſtrante nihil niſi artificiatum procedit, ars ut plurimum uocitata poeſis eſt. Cuius quidem poeſis nomen non inde exortum eſt, unde plurimi minus aduertenter exiſtimant, ſcilicet à ϖοιῶ, ϖοιεῖς, quod idem ſonat quod fingo fingis, quinimo à poetes * uetuſtiſſimo Græcorum uocabulo latine ſonante exquiſita locutio. Nam primi, qui inflati ſpiritu exquiſite rudi adhuc ſæculo cœpere loqui, utputa carmine, tunc omnino loquendi genus incognitum, ut ſonorum auribus audientiũ etiam uideretur, illud pẽſatis moderauere temporibus, & ne delectationem nimia breuitate ſubtraheret, aut longitudine plurima luxurians tedium uideretur, inferre certis menſuratum regulis, atque intra diffinitum pedum & ſyllabarum numerum coercuere. Sanè quid ex hoc cum accurato dicendi ordine proſilibat, non dicebatur poeſis amplius ſed poema. & ſic, ut iam diximus, tam arti quam artificiato ab effectu nomen cõſequutum eſt. Inquient forſan iſti obiurgatores perlucidi, & ſi dixerim ſcientiam hanc ex dei ſinu recentibus adhuc animabus infundi, ſe nolle uerbis meis ſatis preſtare fidei, quibus ſatis roboris æquis animis, quæ uidemus aſſiduę poterãt preſtitiſſe, ſed adhuc egemus teſtibus. Si ergo legerint, quid Tullius Cicero homo philoſophus non poeta dixerit in ea oratione, quam apud ſenatũ habuit pro Aulo Licinio Archia, in fidẽ forſan faciliores deuenient. Dicit enim ſic. Atque ſic à ſummis hominibus eruditiſſimisque accipimus. Cæterarũ rerũ ſtudia & doctrina, & præceptis, & arte conſtare, Poetam natura ipſa ualere, & mentis uiribus excitari, & quaſi diuino quodam ſpiritu inflari, &c. Et ne orationem longius protraham, ſatis apparere poteſt, piis hominibus poeſim facultatem eſſe, & ex dei gremio originem ducere. & ab effectu nomen aſſumere, & ad eam inſignia atque fauſta multa ſpectare, quibus ipſemet negantes utuntur aſſidue. Si quærant ubi uel quando in promptu eſt, fateantur ipſi quo duce, cuius opere fictiones ſuas ipſi componant, dum ſcalas gradibus diſtinctas in cælum erigunt, dum proceres arbores ramorum fœcundas æque ad aſtra producũt, dum montes in excelſum uſque circuitionibus ambiunt. dicent forſan, ut huic à ſe incognitæ detrahant, quo utuntur rhetoricæ opus eſſe, quod ego pro parte non inficiar. Habet enim ſuas inuẽtiones rhetorica. Verum apud tegmenta fictionum nullæ ſunt rhethoricæ partes. Mera poeſis eſt, quicquid ſub uelamento componimus & exquiritur exquiſite.

Qua in parte orbis prius effulſerit poeſis, & quo tempore. Cap, VIII.

SI, mi rex, qua ſub cæli plaga, quibus ſæculis, cuius opere hæc primo comparuerit in terris exquiras, uix credo ſatis certum poſſe dari reſponſum. Quidam autem arbitrati ſunt hanc cum ſacris cerimoniis ueterum originem habuiſſe, & ſic apud Hebræos

H exortam.

exortam, eo quod ab eis primo deo ſacrificium oblatum ſacrę teſtantur literæ. In quibus legitur Caym & Abel fratres & primos natos orbis homines deo ſacrificaſſe. Sic & à Noe undis cataclyſmi ceſſantibus, eo arcam exeunte deo ſacrum fuiſſe confectum. Præterea & ab Abrahã ſuperatis hoſtibus, dum Melchiſedech ſacerdoti uinum obtulit atq; panẽ. Sanè cum ex his quod quæritur non ſumatur, dato uaticinantes potius quam probãtes aſſerant, minime arbitrandum ſacra hæc abſq; ulla uerborum prolatione confecta. Subiungunt à Moſe, cũ ſicco pede una cum populo Iſrael, rubrũ ſuperaſſet mare, integre peractum, cum legamus eum ſacra, & ſacerdotes, & tabernaculũ inſtar futuri templi erectũ, & orationes, quibus placaretur diuinitus inueniſſe, quibus aſpectis uidebitur non ante Moſis ducis Iſraelitarum tempus poeſim apud Hebræos habuiſſe principium. Qui quidem circa finem uitæ Marathi regis Sicyoniorum, qui diem obiit anno mundi. iii. mil. dclxxx. populum eduxit, & ſacra confecit. Sunt & alii gloriam hanc Babyloniis largiri uolẽtes. Quos inter Venetus Puteolanus epiſcopus hiſtoriarũ inueſtigator permaximus erat aſſererẽ conſuetus dicacitate prolixa poeſim Moſe longe antiquiorem, utputa Nembroth temporibus ortam. dicebat enim eum primum idolatriæ inuentorem, eo quod cum ignem mortalibus accõmodum uidiſſet, ac ex motibus eius atq; murmuratiõibus futura quædã cognoſceret eum deum fore firmabat, & ob id loco dei non ſolum coluit Caldæiſque ſuaſit, uerum illi templa cõſtruxit, ſacerdotes ordinauit, & precationes etiam adinuenit, quibus in precationibus oſtendebat, eum exquiſito uſum eloquio, quod poſſibile eſt, eſto, unde ſumpſerit nõ explicaret liquido. Ego aũt & ſi ſępiſſime legerim apud Aſſyrios religionis cultũ, philoſophiæ ſtudiũ, & armorũ gloriã primo fuiſſe. Non tamen abſq; alio fide digniori teſtimonio facile credã apud barbaras & adeo immanes natiões originẽ habuiſſe artificiũ tam ſublime. Græci inſuper apud ſe exortã poeticã autumãt ut totis uiribus affirmat Leõtius, in quam credulitatẽ & ego paululũ trahor, memor aliquãdo ab inclyto præceptore meo audiiſſe penes priſcos Græcos tale huic fuiſſe principium. Nam cũ primo inter rudes adhuc homines nõnulli cælſioris ingenii cœpiſſent naturæ parentis opera admirari, & inde per meditatiões ſenſum intrare credulitatẽ aliquẽ unum eſſe, cuius opere & imperio gubernarentur & ordinarent̃ cuncta quæ cernerent, & eum unum uocauere deũ. Deinde exiſtimantes eum nonnunquã terras incolere arbitrati ſanctum fore, ut diuerticula ſuo nomini dicata ueniens inuenerit ei ſacras ædes erexere, ſumptu permaximo cõſtruxere, quas nos templa dicimus hodie. Inde ut eum erga ſe propitium facerent quoſdã honores pręcipuos excogitauerunt. Illi ſtatutis temporibus fiendos, quos dixere ſacra, Demũ quoniã quantũ cæteris præualere diuinitate rati ſunt, tantũ præ cæteris honorandũ, cõſtituendas eius in ſacris argenteas menſas & aureas phyalas, cãdelabra & aurea quæcũq; uaſa, & ex prudẽtioribus atq; nobilioribus populi homines, quos dixere poſtea ſacerdotes, eoſq; in ſacris cõficiendis nõ uulgaribus quinimmo precioſiſſimis ueſtibus & Tiaris atq; lituis inſignes eſſe uoluere. Tandẽ quoniã uideretur abſurdũ mutos tacitoſq; pontifices deitati exhibere ſacra uoluerunt uerba cõponi, per quæ ipſius deitatis laudes & magnalia mõſtrarentur, & populi uota exprimerent̃ & preces ſecundũ opportunitates hominũ porrigerent̃ eidẽ. Et quoniã appareret incongruũ, nõ aliter quã ſi cum uillico aut ſeruulo ſeu cõtubernali amico loqueretis diuinitatem alloqui uoluere prudẽtiores, ut exquiſitus loquendi modus inueniret̃, quẽ excogitandũ ſacerdotibus cõmiſere. Ex quibus aliqui, pauci tamẽ, quos inter fuiſſe credunt̃ Muſęus, Linus & Orpheus quadã diuinæ mẽtis inſtigatione cõmoti carmina peregrina menſuris & temporibus regulata finxere, & in dei laudẽ inuenere. in quibus, ut amplioris eſſent autoritatis ſub uerborũ cortice excelſa diuinorũ myſteria poſuere, uolẽtes ob hoc ne taliũ uenerãda maieſtas ob nimiã uulgi notitiã in cõtemptus præcipitiũ efferretur. quod artificiũ, quoniã mirabile uiſum eſt, & eo uſq; in auditũ, ut prædiximus ab effectu uocauere poeſim ſeu poetes, * & qui cõpoſuerant poetæ uocati ſunt, & quoniam nomen etiam fauet effectui creditur, ut omittamus additum carminibus cantum, & reliquã apud Gręcos originem





habuiſſe poeſim. De tempore uero ambigitur plurimum. Dicebat enim Leontius à Barlaam Calabro præceptore ſuo, & ab aliis eruditis uiris in talibus audiſſe ſæpius temporibus Phoronei Argiuorum regis qui anno mundi. iii. M. ccc. lxxxv. regnare cœpit. Muſęũ quẽ ex inuẽtoribus carminum unum diximus inſignẽ apud Gręcos fuiſſe uirũ, & eodẽ ferè tempore floruiſſe Linum, de quibus adhuc fama ſatis celebris eſt. quæ eos apud nos etiam teſtatur ſacris pręfuiſſe ueterum, & his etiam additur Orpheus Thrax, & ob id primi creduntur theologi. Paulus autem Peruſinus longe iuniorẽ poeſim eſſe dicebat non mutatis auctoribus aſſerens Orpheum, qui ex antiquis inuentoribus ſcribitur unus, temporibus Laomedontis Troianorũ regis claruiſſe, circa annos mundi. iii. M. dcccc. x. Eũq; Orpheum & Argonautis fuiſſe, & non ſolũ ſucceſſorẽ Muſęo, ſed eiuſdẽ Muſæi Eumolpi filii fuiſſe magiſtrũ. Quod etiã in lib. temporũ teſtatur Euſe. Ex quo patet ut dictũ eſt, longe iuniorẽ qui diceretur apud Græcos eſſe poeſim. Attamen ad hæc reſpõdebat Leontius arbitrari à doctis Græcis plurimos fuiſſe Orpheos atq; Muſæos. Verum illum ueterẽ Muſæo ueteri atq; Lino contemporaneũ Gręcum fuiſſe, ubi Thrax iunior prædicat̃. Sanè quoniã hic iunior Bacchi orgia adinuenit, & Menadum nocturnos cœtus, & multa circa ueterum ſacra innouauit, & plurimum oratione ualuit, ex quibus apud coæuos ingẽtis exiſtimatiõis fuit, à poſteris primus creditus eſt Orpheus, cui opinioni forſan adhærendum eſt, cum quorundam ueterum teſtimonio conſtet, etiam ante natum Iouẽ Cretenſem nõnullos fuiſſe poetas, cum poſt raptã à Ioue Europam per Euſebium conſtet claruiſſe Orpheum Thracẽ. cum igitur inter ſe ſic diſcordãtes ſint, nec ullum ſatis ualidũ teſtimonium ex antiquis autoribus ad corroborandas opiniones ſuas inducãt, non ſatis certum habeo cui fides præſtanda ſit. Apparet tamen ex temporibus deſcriptis ſi Leontio credendum ſit apud Græcos potius, quàm apud Hæbreos, & ſi Veneto apud Chaldeos primo, quàm apud Græcos apparuiſſe poeſim. Si uero Paulo fidẽ præſtare uelimus, ſequet̃ Moſen primo quam Babylonios, aut Græcos eiuſdẽ fuiſſe magiſtrũ. Ego autẽ quantumcunq; Ariſtoteles dicat ratione forſan ſuperiori tractus, poetas primos fuiſſe Theologos exiſtimans eos Gręcos intellexiſſe, quod aliquale adminiculũ opinioni Leontii uidet̃ afferre. Non credã huius poeſis ſublimes effectus ſinamus in belua illa Nembroth, ſed nec in Muſæo ſeu Lino uel Orpheo, quantumcunq; uetuſtiſſimis poetis niſi ut arbitrantur aliqui, Muſęus & Moſes unum, & idem ſint, primo infuſos, quinimmo in ſacratiſſimis & deo dicatis prophetis, cum legamus Moſen hoc percitũ, ut reor deſiderio penthateuci partem maximam non ſolum ſtilo, ſed heroico ſcripſiſſe carmine ſpiritu ſancto dictante. Et ſic alios nonnullos æquo modo magnalia ſub metrico uelamine literali, quod poeticũ nuncupamus finxiſſe. Quorum ego nec forſan inſipide reor poetas gentiles in cõponendis poematibus ſecutos ueſtigia. Verũ ubi diuini homines ſancto pleni ſpiritu eo impellente ſcripſere, & ſic alii ui mentis unde uates dicti, hoc urgente feruore ſua poemata condidere. Tu autem rex inclyte cum nil aliud circa huius originem, quid dicam habeã tuæ ſerenitatis iudicio ſume quod libet.

*Hactenus de poeſi & eius officio tractauit, deinceps & obiectionibus eorum reſpondet, qui hanc tanquam inutilem, & impiam quoq; reiiciunt & damnant.*

Compoſuiſſe fabulas apparet utile potius quam damnoſum. Cap. IX.

Aſſerunt inſuper hi boatores magnifici, poetas fabuloſos homines eſſe, & ut deiectori ſeu deteſtando magis utantur uocabulo, ſtomachãtes illos aliquãdo uocitant fabulones. Nec dubitẽ quin ignaris execranda plurimum talis uideatur obiectio. Aſt ego floccifacio, non habere aliquorum lingue ſpurcities illuſtrium uirorũ glorioſum nomen inficere. Doleo quod uidens hos liuore percitos in innocuos ſeſe infrenes efferre. Sed quid tandem cõcedo fabuloſos, id eſt fabularum compoſitores eſſe poetas, nec hoc ignominioſum exiſtimo niſi uti formaſſe philoſopho ſyllogiſmum. Nam ſi oſtẽdatur quid ſit fabula. & quæ fabularũ ſint ſpecies, & quibus hi fabulones uſi ſint, reor non adeo prægrande piaculũ uidebit̃, ut hi uolunt

fabulas condidiſſe. Fabula igitur ante alia à ſor faris honeſtã ſumit originem, & ab ea cõfabulatio, quæ nil aliud quam collocutio ſonat, quod ſatis per Lucam in Euangelio demonſtratur, dum dicit de duobus diſcipulis poſt Chriſti paſſionem euntibus in caſtellũ cui nomen Emaus, ſic aiens. Et ipſi loquebantur adinuicem, de his omnibus quæ acciderant, & factum eſt cum confabularentur & ſecum quærerẽt, & ipſe Chriſtus appropinquans ibat cum illis &c. Et ſi confabulari ſanctis hominibus non imputatur in uitium, non erit fabulam compoſuiſſe peccatum. Sed cedamus paululum his. Superuacaneum eſt compoſuiſſe fabellas, non inficiar, ſi ſimplices tantũ poetas fabulas compoſuiſſe cõceſſerim, uerũ nuſquam legetur, quin ab intelligenti homine cognoſcatur aliquid magni ſub fabuloſo cortice palliatũ, & ob id conſueuere nonnulli ſic fabulam diffinire. Fabula eſt exemplaris ſeu demonſtratiua ſub figmento locutio, cuius amoto cortice patet intentio fabulantis. Harũ quadruplicẽ fore ſpeciem credo. Quarum prima omnino ueritate caret in cortice, utpute quãdo animalia bruta, ut etiam inſenſata interloquẽtia inducimus, & autor harum permaximus fuit Aeſopus, uir Græcus antiquitate, ac etiam grauitate uenerabilis, & dato, his nõ ſolum ciuile uulgus, ſed etiam agreſtes utantur utplurimum, non faſtidiuit aliquando ſuis libris inſerere Ariſtote. cæleſtis ingenii uirum, & peripateticorum principem philoſophorum. Secunda autem ſpecies in ſuperficie nonnunquam ueritati fabuloſa cõmiſcet, ut ſi dicamus Minei filias nentes, ſpernẽteſq; orgia Bacchi in ueſpertiliones uerſas. Has autẽ à primæuo uetuſtiſſimi inuenere poetæ, quibus curæ fuit diuina & humana pariter palliare figmentis, & qui poetarum ſublimiores ſecuti ſunt in melius euexere, poſito nonnulli comici deprauauerint, eas magis de aſſenſu laſciuientis uulgi, quam de honeſtate curauere. Species uero tertia potius hiſtoriæ quam fabulæ ſimilis eſt. hac aliter & aliter uſi poetæ cælebres ſunt. Nam heroici quantumcunq; uideantᷣ hiſtoriam ſcribere, ut Virgilius dum Aeneam tempeſtate maris agitatũ ſcribit, & Homerus alligatum malo nauis Vlyſſem, ne à Syrenarum cantu traheretur, longe tamẽ aliud ſub uelamine ſentiunt quam monſtretur. Comici inſuper honeſtiores, ut Plautus atq; Terentius hac confabulandi ſpecie etiam uſi ſunt, nil aliud præter quod littera ſonat intelligentes, tamen arte ſua diuerſorum hominum mores, & uerba deſcribere, & interim lectores docere & cautos facere. & hæc ſi de facto nõ fuerint cum communia ſint, eſſe potuere uel poſſent. Quarta quidem ſpecies nil penitus in ſuperficie, nec in abſcõdito ueritatis habet, cum ſit delirantium uetularum inuentio. Ex quibus ſi hi redargutores eximii primã ſpeciem damnent, quod etiam ſacris literis legimus, ligna ſcilicet ſyluarum de cõſtituendo rege ſibi habuiſſe colloquium, damnandum etiam ueniet. Si uero reprobetur ſecunda, omne ferè ſacrum ueteris teſtamenti uolumen ueniet reprobãdum, quod abſit, cum eodem paſſu, in eodem ſcripta cum ęditionibus poetarum uideantur incedere, & hoc quãtum ad componẽdi modum. Nam ubi abſit hiſtoria, neuter de poſſibilitate ſuperficiali curat, & quod poeta fabulam aut fictionem nuncupat, figuram noſtri theologi uocauere. Quod nunquid ita ſit uideant iudices æquiores, æquo ponderantes libramine ſuperficiem literarum uiſionum Iſaię, Ezechielis, Danielis, & aliorum ſacrorum hominum, & poetarum poſtea fictionum. Et ſi in ritu contingendi uideant diſcrepantes, damnationi conſentiam. Si tertiam, quod nequeunt, dixerint eſſe damnandã nil aliud erit, quàm eam ſermonis ſpeciem dãnaſſe, qua ſæpiſſime uſus eſt Ieſus Chriſtus dei filius ſaluator noſter dum eſſent in carne, quamquam non eo pro poetæ uocabulo ſacræ uocitent literæ, quinimmo uocauere parabolam, in nonnulli exemplũ dicunt eo quod ratione exempli dicatur. Quod autem quatuor damnentur cum à nullo ſatis congruo uideatur principio moueri, neq; alicuius artis uallari ſuffragio, aut in finẽ ordine deduci debitũ nõ magnifacio. Non enim in aliquo cum fabulis poeterum cõueniunt, & eſto, credam redargutores hos arbitrari poeticas ab illis in nullo differre. Nunc quæſo nunquid ſanctum ſpiritũ fabulonem, nunquid Chriſtum deum dicturi ſint? qui ambo ſub eadem deitate fabulas edidere. Non credant ſi ſapiunt. Ego autem ſi liberet in ſermonem longum excedere, optime

*Fabula.*

*Species fabularũ 4. facit Apologũ, Fabulam, Argumentum, & nugas.*



optime nominũ diuerſitatẽ non obeſſe, ſi ſtyli qualitates cõueniãt, demonſtrarẽ, ſed ipſi uideant. Fabulas quippe, quas iſti ob uocabulum ita deſpiciunt, nonnũquam legimus, incitatos inſano furore animos fuiſſe ſedatos, & in manſuetudinem redactos priſtinã, ut putandum à Menenio Aggrippa grauiſſimo uiro, Romana plebs à patribus diſſidẽs è ſacro monte in patriã per fabulã reuocata eſt. Fabulis feſſis illuſtrium uirorum circa maxima animis uires perſæpe reſtitutæ ſunt, quod non tantum exemplo ueteri, ſed aſſiduis demonſtratur. Cernimus enim principes maximis occupatos rebus, quaſi rerum natura docente poſt regnorũ ſuorum ſublimes diſpoſitiones in melius, ut feſſas in neruũ retiocent uires conuocare, qui iocoſis confabulationibus recreent animos fatigatos, fabulis laborantibus ſub pondere aduerſantis fortunæ nonnunquã ſolamẽ impenſum eſt, quod apud Lucium Apuleiũ cernitur, quẽ penes charis generoſa uirgo infortunio ſuo apud prędones captiua, captiuitatem ſuam deplorans ab anicula fabulę Pſiches lepiditate paullulum refocillata eſt. Fabulis labantium in deſidiã mentium in meliorẽ frugem lapſus, reuocatos iam nouimus, & ut de minoribus & meipſo ſinam, audiui iam dudũ illuſtrẽ uirũ Iacobũ de ſancto Seuerino Tricarici & clari mõtis comitem dicentẽ, ſe à patre ſuo habuiſſe Robertũ Caroli regis filium, poſtea inclytũ Hieruſalẽ & Siciliæ regem, tam torpentis ingenii filium fuiſſe, ut non abſq; maxima demõſtrantis difficultate prima literarũ elementa perciperet, & cum ferè de eo hac in parte amici deſperarent omnes, pædagogi eius ingenium ſolerti aſtutia rimantis fabellis Aeſopi, in tam grandẽ ſtudendi ſciendiq; deſiderium tractus eſt, ut breui non tantũ domeſticas has nobis liberales artes didicerit, uerũ ad ipſa uſq; ſacræ philoſophiæ penetralia mira perſpicacitate tranſiret, talemq; de ſe feciſſe regem, ut à Salomone citra regum nullum doctiorẽ mortales agnouerint. Quid multa? Tanti quidem ſunt fabulæ, ut earum primo contextu oblectentur indocti, & circa abſcõdita doctorum exerceantur ingenia. Et ſic una eademq; lectione proficiunt & delectant. Non ergo tam erecta ceruice, tam faſtidioſa ſententia nauſeantes hi liuorem & ignorantiam ſuam euomant in poetas, ſuas ſi ſatis ſani ſunt, primo curẽt illecebras, quam alienos ſplendores maledictorũ nebulis obfuſcare conentᷣ. Videant, uideant cenſores hi, quibus & quam pernicioſis ad excitandũ mulierculatũ riſum nõnunquã utanturᷣ ſcõmatibus. Et dũ ſe ipſos purgauerint, aliorũ conentᷣ purgare fabellas, memores Chriſtũ mãdaſſe ex accuſatoribus his primus, qui innocens eſſet, primũ ſumeret lapidẽ in adulterã mulierẽ.

*Vtilitas fab.*

*Et hinc Horatius. Et prodeſſe uolunt, & delectare poetæ.*

Stultum credere poetas nil ſenſiſſe ſub cortice fabularum. Cap. X.

SVnt ex his nonnulli tantæ temeritatis, ut nulla autoritate ſuffulti non uereantur dicere ſtolidiſſimũ arbitrari clariſſimos poetas ſenſum aliquẽ ſuis ſuppoſuiſſe fabellis, quinimmo illas feciſſe oſtenſuri, quam magna poſſent eloquentiæ ſuæ uires, & potiſſime dum eis agentibus crederentur ab inſipidis falſa pro ueris. O iniquitas hominũ. O ridenda ſtoliditas. O ineptum facinus, dum alios deprimunt, ſe putant ignorantes extollere, quis præter ignaros dicat. fecerunt fabulas poetæ uacuas & inanes ſolo ualentes cortice, ut eloquentiã demonſtrarent, quaſi circa uera uis eloquentiæ non poſſit oſtendi? Male profecto nouerunt Quintiliani ſententiam. Cuius maximi oratoris opinio eſt circa falſa nullum eloquentię neruũ poſſe cõſiſtere. Sed de hoc aliás. Quis enim ut ad hoc ueniã, tam demens, tamq; uecors erit, qui legens in buccolicis Virgilii. Namq; canebat uti magnũ per inane coacta, unà cum nonnullis in hanc ſententiã ſequẽtibus carminibus. Et in georgicis eſſe apibus partim diuinę mẽtis & hauſtus, cum applicitis ad hoc. Et in Aeneide. Principio cælũ & terras camposq; liquentes. cum annexis. ex quibus merus philoſophię ſuccus exprimitur, nõ uideas liquido Virgilium fuiſſe philoſophũ, & arbitretur eruditiſſimum hominem ob oſtendendã eloquentã ſuam, qua profecto plurimum ualuit, Ariſteum paſtorẽ in penetralia terræ ad Climenẽ matrẽ deduxiſſe, aut Aeneam ut patrem uideret ad inferos abſq; abſcõdito ſub fabuloſo uelamine intellectu ſcripſiſſe? Quis tam ſui inſcius qui aduertens noſtrũ Dantẽ ſacræ theologiæ implicitos perſæpe nexus mira demonſtratione ſoluentẽ, non ſentiat eũ a

non ſolum philoſophum, ſed & theologũ inſignem fuiſſe? Et ſi hoc exiſtimet, qua fultus ratione arbitrabitur eum bimembrẽ griphem currũ in culmine ſeueri montis trahentem ſeptem candelabris, & totidem ſociatum nymphis cum reliqua triumphali pompa, ut oſtenderet, quia rithmos fabulasq; ſciret cõponere? quis inſuper adeo inſanus erit, ut putet præclariſſimum uirum atq; Chriſtianiſſimum Franciſcum Petrarcham, cuius uitam & mores eius, ſanctitate laudabiles uidimus ipſi, atq; præſtante deo diu uidebimus, & quo neminem magis redimentem, nõ dicam tempus tantum, ſed quoſcunq; temporis labentis atomos noſcimus expediſſe, tot uigilias, tot ſacras meditatiões, tot horas, dies & annos, quod iure poſſumus exiſtimare impẽſos, ſi buccolici ſui carminis grauitatem, ſi ornatũ, ſi uerborũ exquiſitum decus penſemus, ut gallũ fingeret tyrrheno calamos expoſcentem, aut iurgantes inuicem Pamphilum & Mitionem, & alios delirãtes æque paſtores. Nemo ædepol compos ſui ſatis aſſentiet, & longe minus qui uiderunt quæ ſcripſerit ſoluto ſtylo in libro ſolitariæ uitæ, & in eo quem intitulauit de remediis ad utramq; fortunam, ut alios plures omittam, in quibus quicquid in moralis philoſophiæ ſinu poteſt ſanctitatis aut perſpicacitatis aſſumi tanta uerborum maieſtate percipitur, ut nil pleni us, nil ornatius, nil maturius, nil deniq; ſanctius ad inſtructionẽ mortalium dici queat. Poſſem præterea & meum buccolicum carmẽ inducere. Cuius ſenſus ego ſum cõſcius, ſed omittendum cenſui, quia nec adhuc tanti ſum, ut inter præſtãtes uiros miſceri debeam, & quia propria ſunt alienis linquẽda ſermonibus. Taceant igitur blateratores inſcii, & obmuteſcãt ſuperbi ſi poſſunt, cum ne dum inſignes uiros lacte muſarum educatos, & in laribus philoſophiæ uerſatos, atq; ſacris educatos ſtudiis, pfundiſſimos in ſuis poematibus ſenſus appoſuiſſe ſemper credendum ſit. Sed etiam nullam eſſe uſquam delirãtem aniculã circa foculum domeſtici laris unà cum uigilantibus hybernis noctibus, fabellas Orci ſeu fatarum uel aminiarum * & huiuſmodi, ex quibus ſępiſſime inuenta cõficiunt fingẽtem atq; recitantem, quæ ſub prætextu relatorum non ſentiat aliquem iuxta uires ſui modici intellectus, ſenſum minime quãdoq; ridendũ, per quem uelit aut terrorẽ incutere patuulis, aut oblectare puellas, aut ſenes ludere, aut ſaltẽ fortunæ uires oſtendere.

*Lamiarum fortaß.*

a *Hinc & Horatius de Homero ait, Qui quid ſit uerum, quid turpe, quid utile, quid non Plenius ac melius Chryſippo & Crantore docet. Et Plutarchus in libro de audiendis poetis, τὸ τὸν ποιητὸν inquit. μυθώδης, ὀυκ ἀφιλόσοφον ἐἶναι.*

Ob meditationis commodum ſolitudines incoluere poetæ. Cap. XI.

DIxi hos obſtrepẽtes inſuper dicere poetas rura, mõtes, & ſyluas incolere, eo quod urbanitate & moribus non ualerent, O ignauum hominũ genus. non aduertunt furore perciti, quia dum uolunt ueritatem falſo approbare ſuffragio, ſe mẽdaces faciant. Ego autem poetas rura, ſyluas, & montes colere non ſolum cõfiteor, quinimmo niſi ipſi dixiſſent ego dicturus eram, & forte iam dixi, ſane non ob eam cauſam quam inflati aſſerunt, quod ſi illi urbanitate non ualeant, cum eos ualere ſatis teſtentur poemata, quibus ſi fidẽ præſtare negligãt, uoluant ueterum ſcripta philoſophorum, annales perlegant, nec dubitẽ quin crebro comperiant poetas regum & nobiliũ amicitiis atq; cõuictu uſos dum libuit, quę ſordidis atq; ineptis hominibus non præſtantur. Nec in teſtimonium ueritatis huius deſunt occurrẽtia quędam, poſſem nempe ſi uellem oſtendere Euripidem poetam Archelai Macedonũ regis contubernalem. Ennium Brunduſinum Scipionum domeſticum. Virgiliũ Octauiani Cæſaris amiciſſimum. & ſi ſordent uetera, non deſunt præſentia. Dantes noſter Federico Aragonenſi Sicilidũ regi. & Cani de la ſcala magnifici Veronenſiũ domini grandi fuit amicitia iunctus. Scimus inſuper & ferè orbi toto notiſſimum eſt Franciſcum Petrarcham Caroli imperatoris, Ioannis Francorum regis, & Roberti æque Ieruſalem & Siciliæ regis, ac ſummorum pontificum plurium dilectiſſimum atq; familiariſſimũ fuiſſe, & uiuorũ eſſe dum uelit. Aſt ſi neſciunt ſuſurrones hi, ob id ſolitudines incolunt, & coluere poetæ, quia non in foro cupedinario, nõ in pretoriis, nõ in theatris, nõ in capitoliis

*In hanc ſentẽtiam multa grauiter dicta habes in oratione Ciceronis pro Archia.*

aut plateis



aut plateis publicis, uel locis uerſantibus, ſeu turbellis ciuicis immixtis, uel mulierculis circundatis ſublimiũ rerũ meditatio præſtatũ, abſq; qua ferè aſſidua nec percipi poſſunt, nec pfici percepta poemata, quid inſuper, uix credã iſta dixiſſent, ſi ſana mẽte legiſſent, quod ſcribit Horatius Floro, qui poſtquã eleganter more ſuo enumerauit quędã urbiũ impedimenta dicit interrogãs. Romæ ne poemata cenſes ſcribere poſſe, inter curas atq; labores? uolens ob hoc ut intelligatũ minime poſſe. Nec his cõtentus ſuperadditis aliis incõuenientiis quibus ciuitates agitãtur, cõtinue quaſi cõmotus ait, I nũc & uerſus tecũ meditare canoros. quaſi dicat, nõ poteris. Et demũ ſubnectit exquirẽs. Tu ne inter ſtrepitus nocturnos atq; diurnos Vis canere, & non tacta ſequi ueſtigia uatũ? Nec multũ poſt ſuperaddidit indignans, hic ego rerũ Fluctibus in mediis & tempeſtatibus urbis Verba lirę motura ſonum committere digner? ex quibus ne plura ſuper imponam ſatis apparet, cur petant 4
& incolant ſylueſtria loca poetæ. Quod etiã Paulũ heremitã, Antoniũ, Machariũ, Arſenicum, aliosq; plures uenerabiles atq; ſanctiſſimos homines non ob urbanitatis defectum ſed ut liberiori animo deo ſeruirent, feciſſe legimus. Eſto nõ adeo deteſtabile ſit, ut hi arbitrari uidentur, habitare ſyluas, cum in eis nil fictũ, nil fucatũ, nil menti noxiũ uideatur. Simplicia quidẽ ſunt oĩa naturę opera. ibi in cœlũ erectæ fagi & arbores cæterę, opacitate, ſua recentes porrigẽtes umbras, ibi ſolũ uiridantibus herbis contectũ, atq; mille colorũ diſtinctũ floribus, lympidi fontes & argentei riuuli lepido cum murmure ex ubertate mõtium declinãtes. Ibi pictæ aues cãtu frondesq; lenis auræ motu reſonãtes, Beſtiolę ludentes Ibi greges & armẽta, Ibi paſtoria domus aut gurguſtiolũ nulla domeſtica re ſollicitũ, & omnia tranquillitate & ſilentio plena. Quę non ſolũ ſatiatis oculis auribusq; delitiis ſuis animũ mulcẽt, uerũ mentẽ in ſe colligere, & ingeniũ, ſi forte feſſum ſit, in uires reuocare atq; illud uidẽtur impingere in deſideriũ meditationis ſublimiũ, & auiditatẽ etiã cõponẽdi, quæ mira exhortatione ſuadent libellorũ ſocietas, & chanori circũ choreas agẽtes Muſarũ chori, quæ omnia ſi rite cõſideremus, quis ſtudioſus homo ciuitatibus ſolitudines non pręponat? Sanè non poetarũ crimẽ ſolitudines, etiã ſi crimẽ merito dici poſſit. Hos mouet inſolẽtes uiros in redargutionẽ, quinimmo eorũ infecta mens ambitione dãnabili, à qua diſcrepãtes poetas execrabiles aiunt eſſe uiros. Mos enim hominũ damnatorũ morũ eſt, ſumme cupere ſibi cæteros eſſe cõformes, ut ſua alieno crimine aut pallient, aut defendãt. Erubeſcãt igitur & obmuteſcãt, ſi prout ipſi poetæ non factitant, horrẽt quippe & deteſtabile ducũt uiri ſpectabiles ficto pallore deformare faciẽ. Et inceſſu tardo uerrere aſſiduis circũitionibus ciuitates, horrent atq; recuſant turpi atq; deformi hypocriſi inertis uulgi mercari gratiã laudesq;, & ab ignaris mõſtrari digito, horrent faſces, ne dum expoſcere, ſed optare. Aulas ambire regũ aut procerũ quorũcunq; aſſentatores fieri, aut põtificũ infulas aucupari, uti uentri, & inerti ocio latius indulgere queant, blãdiri mulierculis ut depoſita ſubtrahant pecunia, quæſituri quod meritis quæſiſſe nõ poterũt. horrent præterea, & totis deteſtantur affectibus caturcenſes ob pecuniam in cælos euehere, & iuxta muneris quantitatẽ eis exhibere ſedes, quinimmo quos iſti blaſphemant tenui cõtenti uictu breuiq; ſomno ſpeculatione continua, & exercitio laudabili componendo ſcribendoq; ſibi famoſam gloriam & per ſæcula duraturam exquirunt. O ſpecies hæc hominũ conuitiis deturpanda, O deteſtãda ſolitudo talium. Sed quid uerbis inſto? Haberem quippe multa quæ dicerem, ni ſpectabilis candor, ni uirtus egregia, ni laudabilis uita poetarum illuſtrium aduerſus tales ſeipſam longe ualidiori robore tueretur.

*Hinc autem & ſtudia literarum ocij nomen conſecuta ſunt, quod procul à ſtrepitu atq; turbis hominum abeſſe uelint, neq; ijs recte uacare poßit, qui curis, atq; negocijs forenſibus implicatur.* 4

Damnanda non eſt obſcuritas poetarum. Cap. XII.

OBſcura autem cauillatores hi eſſe perſæpe poemata, & hoc poetarũ uitio id agentiũ, ut quod inextricabile eſt artificioſius uideatur eſſe cõpoſitũ, idq; egiſſe uolũt immemores ueteris oratorũ iuſſus quo cauetur planã atq; lucidã rationẽ eſſe debere. O peruerſæ mẽtis iudiciũ, quis enim pręter doloſam

 animam

animam in cogitationem tam nefariam declinaſſet, ut quod ei inacceſſibile eſt, non ſolum odio habeat, ſed falſa, ſi poſſit, criminatiõe deturpet? Fateor nõnunquàm obſcuros eſſe poetas, ſed præbeant ſi uolunt ipſi reſponſum. nunquid philoſophorum, quorũ ſæpenumero ipſi impudice ſe miſcent, contexta comperiant adeo plana, adeo perlucida, ut debere dicũt orationẽ incedere? ſi afferat mentientẽ. Cũ inter ſcripta Platonis & Ariſt. ut de cęteris ſileam, perplexiones adeo innodatę ſint, ut nõ dum à multis perſpicacibus uiris ab eorum ſæculo in diem uſq; hunc examinatæ, potuerint ſatis lucide concordi ſententia explicari. Sed quid de philoſophis dico? nonne diuinum eloquium, cuius ipſi profeſſores haberi cupiunt, à ſpiritu ſancto prolatum obſcuritatũ atq; ambiguitatũ pleniſſimum eſt? Eſt æquidẽ, & ſi negent, ipſa manifeſta ueritas apparebit. Teſtes ſunt plurimi, quos inter ſi libet interrogent Augſt. ſanctiſſimum atq; eruditiſſimũ hominẽ, & cuius ingenii tam grandes fuere uires, ut artes multas, ut quicquid de decem cathegoriis tradidere philoſophi abſq;, ut ipſe fatetur, præceptore perceperit. Nec tamen erubuit confiteri ſe Iſaiæ principium intelligere nequiuiſſe. Nõ ergo obſcuritates ſolis poematibus inſunt. Quid ergo non incuſant philoſophos ut poetas? quid non dicunt ſpiritum ſanctum ſuis operibus ut artificioſiores apparerent, obſcuras implicuiſſe ſententias? quaſi non rerum omnium ſublimis ipſe ſit artifex. Non dubitem quin illis tanta temeritas inſit, ut facerent, ni ſcirent eſſe philoſophis defenſores. & in ſpiritum ſanctum loquentibus apparata ſupplicia, & ic circo in poetas proſiliunt, quia eos cernunt defenſore carentes. Exiſtimantes præterea nullam ibi culpam fore, ubi confeſtim pœna non ſequitur. debuerant hi uidiſſe nonnulla obſcura uideri, cum clariſſima ſint, intuẽtis uitio. Luſco quidẽ illuceſcente ſole qui lympidus eſt, nebuloſus uidetur aer. Quædam alia de natura ſui adeo profunda eſſe, ut non abſq; difficultate acies etiam egregii intellectus poſſit in earum abditum penetrare, uti in ſolis globo antequam eum poſſint cõtingere, nonnunquam perpſicaciſſimi retunduntur oculi, quędam uero, & ſi natura ſui forſan ſint lucida tanto ſunt fingentium palliata artificio, ut ægre etiam quis poſſit ingenio uerũ ex illis excerpere ſenſum, ut perſæpe inter nubila conditum ſolis prægrande corpus etiam doctiſſimi queant aſtrologi, qua cæli uagetur in parte compræhendere punctaliter oculorum intuitu, & ex his eſſe nonnunquã uatum poemata non inficior. Verũ non ob id, ut iſti uolunt, iure damnanda, cum inter alia poetę officia ſit non euiſcerare fictionibus palliata, quinimmo ſi in propatulo poſita ſint memoratu & ueneratione digna, ne uileſcãt familiaritate nimia, quanta poſſunt induſtria tegere, & ab oculis torpẽtium auferre. Et ſi, quod ad eos ſpectat, fecere ſolertes, nõ execrandi ſed commẽdandi potius poetæ uenient. Et ideo, ut iam dictum eſt fateor, illos nonnunquam obſcuros eſſe, ſed extricabiles ſemper ſi ſanus ad eos acceſſerit intellectus. uerum reor his querulis noctuæ oculos eſſe potius quam humanos. nec ſit qui exiſtimet à poetis ueritates fictionibus inuidia conditas, aut ut uelint omnino abſconditorum ſenſum negare lectoribus, aut ut artificioſiores appareant, ſed ut quæ appoſita uoluiſſent labore ingeniorum quæſita, & diuerſimode intellecta, cõperta tandẽ faciãt chariora. Quod longe magis ſanctũ feciſſe ſpiritũ unuſquiſq;, cui ſana mens eſt, debet pro certiſſimo arbitrari, quod per Augu. in lib. cæleſtis Hieruſalem. xi. firmari uidetur dum dicit. Diuini ſermonis obſcuritas etiã ad hoc eſt utilis quod plures ſentẽtias ueritatis parit, & in lucẽ noticiæ producit, dum alius eum ſic, alius ſic intelligit. Et alibi Augu. idem ſuper Pſalmo. c. xxvi. dicit. Ideo forte obſcurius politum eſt, ut multos intellectus generet, & ditiores diſcedant homines, qui clauſum inuenerunt, quod multis modis apparitetur, quam ſi unò modo apertũ inuenirent. Et ut eiuſdẽ Auguſtini teſtimonio adhuc aduerſus recalcitratores amplius utar, ut ſentiãt quoniã, quod ipſe pro obſcuritatibus ſacrarũ literarũ tuendis, ego pro obſcuritatibus poematũ intelligi uelim. Dico ego eum ſcribere ſuper Pſalmo. c. xlvi. ſic. Peruerſum nihil hic eſt, obſcurum autem aliquid eſt, non ut tibi negetur, ſed ut exerceat accepturũ &c. Et ne ampliori utar ſacrorũ hominũ circa hoc atteſtatione nolo faſtidiũ ducant hi audire, quoniã idem uelim de obſcuritatibus poetarũ ſentiri quod de diuinis



diuinis ab Auguſtino ſentitur, quinimmo ut exfricata paululum fronte uolo conſiderent obſiſtentes, quanto magis de his ſentiendum ſit, quę reſpectiue paucis apponuntur. Si de ſacris literis, quæ omnibus ſunt appoſitę nationibus, ſentiuntur. Si forte uelint duritiem textus figuras dictionũ aut orationũ colores, & peregrinorũ uocabulorũ incognitam à ſe pulchritudinẽ damnaſſe, & hinc poetas obſcuros dixiſſe, quid aliud dicam non habeo, niſi ut grãmaticales iterum ſcholas repetãt, pædagogi ferulã ſubeant, ſtudeant, diſcantq;, quid ueterũ autoritate circa talia poetis licentiæ datum, ſcrupuloſiusq; ſcrutentᷣ. præter uulgaria atq; domeſtica, quæ ſint etiam peregrina. Sed quid talibus inſto? paucioribus dixiſſe poterã, agant ut exuto ueteri, nouum atq; generoſum ingenium induant. & quod eis nũc uidebitur obſcurum, tunc familiare uidebitᷣ, & apertum. Nec indigeſtã intellectus ſui groſſitiem palliare ſe credant, priſcorum oratorũ pręcepto, cuius non dubitem ſemper memores fuiſſe poetas. Sed aduertãt quoniã perorando aliter quam fingendo uerborum ordo procedat, & fictiones in fingentis arbitrio relictas, fore tanquã opus alterius ſpeciei, in quibus ſummopere à poetis ſeruatur ſtili maieſtas, & eiuſdẽ dignitas retinetur, ut ait contra medicum in libro inuectiuarũ tertio Franciſcus Petrarcha, nec ut ipſi arbitrari uidẽtur, carpere nequeũtibus inuidetur, ſed dulci labore prępoſito, delectationi ſimul memoriæq; conſulitur. Chariora enim ſunt quæ cum difficultate quæſiuimus ac curatiusq; ſeruantur, ut idem ubi ſupra Franciſcus teſtatur. Quid multa? Si his obtuſum ingenium eſt, inertiam ſuã, nõ poetas redarguant, nec aduerſus eos friuolis inſtent latratibus à quibus ſecum optime actum eſt. Primo enim in limine, ne fruſtra fatigent ignari ab ipſa rerum facie terror iniectus eſt. Retrahant ergo gradum in tempore potius, quàm torpore ingenii fatigato incedẽtes, patiantur cum rubore repulſam. Et ut iterum dixerim uolentibus intelligere, & nexus ambiguos enodare, legendum eſt, inſiſtendum, uigilandum, atq; interrogandũ, & omni modo præmẽdæ cerebri uires. & ſi non una uia poteſt quis peruenire quò cupit, intret alterã. & ſi obſtent obices, arripiat aliam, donec ſi ualituræ ſint uires lucidum illi appareat, quod primo uidebatur obſcurum. Sanctum enim canibus dare diuino prohibemur monitu, & hoc eodẽ ante porcos proiicere Margaritas.

*Poetæ doctis ſcripſere, non rudi uulgo, et lectorẽ ſtudioſum, non inertem requirũt.*

Poetas non eſſe mendaces. Cap. XIII.

MEndaces pręterea inſultantes hi dicũt eſſe poetas. & hunc conãtur locũ ualidis, ſi poſſint firmare rationibus aientes, quod ſępe dictũ eſt eos in ſuis fabulis mendacia ſcribere, utputa hominẽ in lapidẽ uerſum, quod omnino apparet ueritati contrarium. Præterea aſſerunt poetas mẽdaciter dicere multos eſſe deos, cum conſtet ueritate certiſſima unum tantum eſſe, & illum uerũ atq; omnipotentẽ. Addentes Virg. latinorũ poetarum principẽ recitaſſe Didonis hiſtoriã minus uerã, & huiuſmodi quædã alia etiam inſerentes. Credò uiciſſe putent, uiciſſentq; ni eſſet qui eorum uociferationes inſipidas ueritate retunderet. Quid igitur? Rebar in pręcedentibus loco huic reſpondiſſe ſatis. Dum quid ſit fabula, quot fabularum ſpecies, & quibus uſi poetæ ſint, & per quod ſatis late deſcripſi. Sed in hanc materiam iterum redeundum eſt. Dico poetas, uti iſti uolunt, non eſſe mẽdaces. Eſt enim mendaciũ, iudicio meo, fallacia quædã ſimillima ueritati, per quam à nõnullis uerum opprimitur, & exprimitur, quod eſt falſum. Huius octo eſſe ſpecies aſſerit Augu. ex quibus & ſi grauiores reliquis nonnullæ ſint, nulla tamẽ ſcientes uti poſſumus abſq; peccato atq; infamiæ nota, qua dicimur eſſe mẽdaces, cuius diffinitionis intentum, ſi æquo animo perſpectent, poetici nominis hoſtes redargutionẽ hanc, qua mendaces aſſerunt eſſe poetas, uiribus carere cognoſcent, cum poetarũ fictiones nulli adhęreãt ſpecierũ mendacii, eo quod nõ ſit mentis eorum quẽquam fingendo fallere, nec uti mendaciũ eſt fictiones poeticæ ut plurimũ nõ ſunt nedum ſimillimæ, ſed nec ſimiles ueritati, imo ualde diſſonę et aduerſæ. Et dato ſpecies fabularũ unã quam uideri potius hiſtoriã, quã fabulã diximus, ſit ueritati ſimillima, antiquiſſimo omniũ nationũ cõſenſu à labe mẽdacii imunis eſt, cũ ſit cõſuetudine ueteri cõceſſum ea quis uti poſſe ratiõe exempli, in quo ſimplex non exquiritᷣ ueritas nec

*à remotione partium.*

prohibetur

*ab officio.*

prohibetur mendacium. & ſi ſpectetur poetarũ officiũ, nonnunquam in ſuperioribus demonſtratũ uinculo huic aſtricti nõ ſunt ut ueritate utantur in ſuperficie fictionũ, & ſi auferatur eis uagandi per omne fictionis genus licentia eorum officium omnino reſoluet̃ in nihilum. quid plura? ſi omnia quæ dicta ſunt in reprobationẽ meritã deiiciant̃ quod fieri poſſe non arbitror, hoc irreprobabile ſupereſt nemo ſuum iure exercens officium in notam poteſt ob hoc infamiæ deuenire. Prætor eſto in legem malemeritos capitali mulcet ſupplicio, non iure tamẽ dicitur homicida. Sic nec miles agrorum hoſtiũ populator dicitur prædo, Nec iuriſconſultus etiam ſi minus æquum clientulo pręſtet conſiliũ, dum modo à iuris limite non ſeparetur, falſidici nomẽ merebitur. Sic & poeta quãtumcunq; fingendo mentiatur, mẽdacis ignominiam non incurrit, cum ſuum officiũ non ut fallat, ſed ut fingat iuſtiſſime exequatur. Si tamẽ uelint in hoc inſtantiã facere, quod uerum non eſt, mendacium qualitercunq; dictũ ſit, eſt. Si factum non ſit, non tamẽ ulterius uires ad internitionẽ huius obiectionis apponã. ſed quęrã ut uideã quid reſpõſuri ſint, quo nomine uocanda ſint ea, quæ per Ioannem euangeliſtam in Apocalypſi mira cum maieſtate ſenſuum, ſed omnino perſæpe prima facie diſſona ueritati, quo ipſe Ioannes, quo alia aliiq́;, qui eodẽ ſtylo dei magnalia uelauere? Ego quidẽ mendacia, aut mẽdaces etiã ſi liceret dicere non auderẽ. Scio tamẽ dicent quod egomet in parte dicturus ſum, ſi roger Ioannẽ ſcilicet aliosq́; prophetas ueraciſſimos fuiſſe uiros, quod iam cõceſſum eſt. Præterea ſuperaddẽt ab eis ſcripta fictiones non eſſe, ſed potius eſſe figuras, & ſic nuncupari debere, & per cõſequens figuratores earum ſcriptores. O ridendum diffugiũ quaſi credituri ſimus quod ſimillimũ eſt in cortice mutatione ſeu diuerſitate nominis effectus habeat diuerſos efficere. Sed in hoc minus quæſtionis ſit, figuræ ſunt nunquid habeant in literali cortice ueritatẽ exprimãt, quæſo ſi me hoc uelint credere, nil aliud erit quam mẽdacio uelare mihi oculos intellectus, uti illã uelãt ſuppoſitã ueritatẽ. Sanè cum mẽdaces hi dicendi nec habẽdi ſint, quia non ſunt, ſic nec poetę qui pro uiribus eorũ innituntur ueſtigiis in fingendo. Multos autẽ deos ſcripſiſſe poetas cum unus tantũ ſit deus negari nõ poteſt. Sed minime illis in mendacium imputandũ, quia non credẽtes neq; firmãtes, ſed more ſuo fingẽtes ſcripſere. Quis enim ſui tam inſcius ſit, ut exiſtimet quẽquam in laribus philoſophiæ uerſatum tam demẽtis eſſe ſentẽtiæ, ut credat deos quam plurimos eſſe? Si ſatis ſani ſumus facile credere debemus eruditos uiros ſtudioſiſſimos fuiſſe ueritatis inueſtigatores, eosq; eousq́; quo humanũ poteſt penetrare ingenium attigiſſe, & absq; ambiguitate nouiſſe unum tantũ deum eſſe. ad quam noticiã deueniſſe poetas eorum in operibus percipitur liquido. Lege Virg. & orantẽ inuenies, Iuppiter omnipotẽs precibus ſi flecteris ullis &c, quod epitethõ nemini deorum alteri datum cõperies. Reliquã deorũ multitudinẽ non deos, ſed dei membra aut diuinitatis officia putauere. quod Plato quẽ theologũ nuncupamus, etiã opinat̃, talibus autẽ ob uenerationẽ officio conforme deitatis dedere nomẽ. Sed infeſtos hos his non acquieturos exiſtimo, clamabunt nempe dicẽtes, poetas de uero deo & unico, quẽ nouiſſe dicimus multa ſcripſiſſe mẽdacia, & ob id merito nũcupari mendaces. Ego autẽ non dubito poetas gentiles de uero deo minus recte ſenſiſſe, & ſic de eo nõnunquam quod minus uerum fuerat ſcripſiſſe, & ſic uti iſti uolunt mẽdacium, ſed ob id mendaces dicẽdos eſſe non puto. Sunt enim mẽdacium hominum ſpecies ſaltem duæ. Ex quibus primi ſcientes & aduertentes mentiuntur ut ledant, aut ut nõ ledant, ſeu ut proſint, & hi non mẽdaces tantum dicendi ſunt, ſed propriori uocabulo mentientes. Secundi ſunt qui ignorantes ſe mendacium dicere, mendaciũ dixere tamen. Et inter hos opportuna cadit diſtinctio. Sunt enim ex his aliqui quorum ignorantia intollerabilis eſt, nec excuſationem recipit aliquam, utputa. Cauetur lege publica ne quis ciuis ciuem priuato ſeruet in carcere. Caius Semproniũ debitorẽ ſuum detinuit, & à multa tutari uult ignorantia legis, quæ quoniam ſuppina uidetur, & craſſa ciuem ſcilicet leges publicas ignorare, nocuũ defenſare non poteſt. Sic & Chriſtianus homo ętate integer ab articulorum fidei ignorantia tutari non debet. Sunt & alii quorum uidetur ignorãtia ex

*à ſcripto & ſententia.*

*à proprio mendacium*

*& translatione.*

cuſanda



cuſanda, ut pueri ſi philoſophiã non nouerint, montanus homo ſi non nouerit nautica, & cæcus natus ſi literarum non noſcit characteres, & huiuſmodi, quos inter numerari poſſunt poetæ gentiles. qui & ſi liberales artes, ſi poeticam, ſi philoſophiam nouerint Chriſtiane religionis ueritatem nouiſſe non poterant. Nondum enim lux illa ueritatis æternæ in terris effluxerat. Quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Nondum ad agni cœnam inuitantes peragrauerãt orbem quouſcunq; uocantes, Iſraelitis ſolis, hoc donum erat deſuper datũ. ut deum uerũ, & iuſte cognoſcerent, & rite colerent. Hi nedum quenquam ad communicandum ſecum cõuiuium tam celebre inuitabant, ſed nec accedentes, ſi qui fuiſſent exteri admittebant. & ſic minus uera ſentiẽtes ſcripſerũt de uero deo ſe uera ſcribere arbitrãtes, hac acceptabili ignorãtia excuſati nõ ſunt dicendi mendaces. Dicent ſcio quacunq; ignorãtia mendaciũ dictũ ſit mendax eſt dicẽs, quod negari non poteſt. eſto, non eadẽ nota labefactandi ſint, qui ignorantia excuſabili peccauere, quam qui craſſa & ſupina, ut dictum eſt, cum illos non ſolum æquitas, ſed etiam legum auſteritas habeat excuſatos, & ſi ſic eſt, notã mendacii non incurrunt. & ſi uelint eos omnino quomodocunq; mendaces, ego illis ſocios addã philoſophos Ariſtot. Platonẽ, Socratem aliosq́; quos ipſi ſumme colunt, eodẽ ſontes crimine. Extollẽt reor hi cenſores optimi iterũ uoces in cælũ, in pſalterio pſallentes & cythara, quoniam non ſatis plene particula unica huius obiectionis reiecta uideat̃. O inſipidi ſi militi uno parma cõfracta ſit, nondum loco mota eſt acies integra. non ergo exultent ſed meminerint, quoniam ſæpiſſime contuſi nolentes ceſſerint. Quod autem Virgilio obiiciunt falſum eſt, noluit quippe uir prudens recitare Didonis hiſtoriam. Sciebat enim ut talium doctiſſimus Didonẽ honeſtate pręcipuã fuiſſe mulierẽ eamq́; manu propria mori maluiſſe, quam infixum pio pectori caſtimoniæ propoſitũ ſecundis inficere nuptiis. Sed ut artificio & uelamẽto poetico cõſequeretur, quod erat ſuo operi opportunũ cõpoſuit fabulã in multis ſimilem Didonis hiſtoriæ, quod ut pauloante dictũ eſt, ueteri inſtituto poetis cõcedit̃. Poteſt tamen quis dignius reſpõſione & forſan tu ipſe princeps perquirere, ad quid hoc erat neceſſariũ Virgilio, cui ut digne reſpõſum ſit. Dico eũ in hoc à quadruplici cauſa tractũ. Primo ut in eodẽ ſtilo, quẽ in Aeneide ſumpſerat, poeticũ ſequeretur morẽ & potiſſime Homeri, cuius fuit in eo opere imitator, Nam poetæ nõ ut hyſtoriographi faciunt, qui à quodã principio opus exordiunt̃ ſuũ, & cõtinua atq; ordinata rerũ geſtarũ deſcriptiõe in finem uſq; deducunt, quod cernimus feciſſe Lucanũ. quam ob cauſam multi eũ potius metricum hiſtoriographũ quam poetã exiſtimãt, uerũ artificio quodã longe maiori, aut circa mediũ hiſtoriæ, aut aliquãdo ferè circa finẽ inchoant quod intendũt. & ſibi adinueniunt cauſam recitandi, quod ex pręcedẽtibus obmiſiſſe uidebant̃. ut in Odyſſea Homerus, qui quaſi circa finẽ errorũ Vlyſſis eum naufragũ in littus pheacũ delatũ ſcribit, & ibidem Alcinoo regi recitantẽ, quicquid illi ante diem illã poſt diſceſſum à Troia contigerat inducit, quod uolẽs Virgilius facere cum Aeneã à littore Troiano fugientẽ ſcripſiſſet poſt erutam ciuitatẽ nõ adinuenit aptiorẽ locũ, ad quem eum deduceret, ante quam Italiam intraret Africano littore. eo enim uſq; ſemper inter Gręcos hoſtes nauigauerat. Et cũ littus Afrum in tempus uſq; illud à ruſticis & agreſtibus atq; barbaris incoleret̃, ut eum ad perſonam ueneratione dignã deduceret, & à qua reciperetur, & cuius hortatu Troianorũ caſus ſuosq́; recitaret, nec aliã præter Didonẽ, quæ & ſi non tunc, multa tamen poſt ſæcula loca illa incoluiſſe creditũ eſt, cõperiẽs Didonẽ tanquã ad ſuã ueniſſet, eius hoſpitã fecit. & ut legimus eius iuſſu ſua ſuorũq́; infortunia recitauit. Secundo quod ſub uelamento latet poetico intendit Virgilius per totũ opus oſtendere, quibus paſſionibus humana fragilitas infeſtetur, & quibus uiribus à cõſtanti uiro ſuperent̃. Et cum iam nõnullas oſtendiſſet uolens demonſtrare, quibus ex cauſis ab appetitu concupiſcibili in laſciuiam rapiamur, introducit Didonẽ generoſitate ſanguinis claram, ætate iuuenẽ, forma ſpectabilẽ, moribus inſignẽ, diuitiis abũdantẽ, caſtitate famoſam, ciuitati ſuę & populo imperãtẽ, prudentia & eloquentia conſpicuam, & uiduam quaſi ab experientia Veneris concupi-

*Defenſio Virgilij de Didone à cauſis finalibus & ſuſcepti operis.*

ſcentiæ

ſcentiæ aptiorem. Quæ omnia generoſi cuiuſcunq; hominis habent animum irritare, nedum exulis atq; naufragi & in incognitam regionem deiecti atq; ſubſidio indigentis. Et ſic intendit pro Didone concupiſcibilem & attractiuam potentiã opportunitatibus omnibus armatam, Aeneam autem pro quocunq; ad lubricũ apto & demum capto. Tandem oſtenſo quo detrahamur in ſcelus ludibrio, qua uia in uirtutem reuehamur oſtendit, inducens Mercurium deorum interpretem Aeneam ab illecebra increpantem atq; ad glorioſa exhortantẽ, per quem Virgilius ſentit ſeu conſcientię proprię morſum, ſeu amici & eloquentis hominis redargutionem, à quibus dormientes in luto turpitudinum excitamur, & in rectum pulchrum'q; iter reuocamur, ideſt ad gloriam. & tunc nexum oblectationis infauſtę ſoluimus, quando armati fortitudine blanditias, lachrymas, præces, & huiuſmodi in contrarium trahentes conſtanti animo ſpernimus ac uilipendentes omittimus. Tertio curat Virgilius in laudibus Aeneæ ad honorem Octauiani Cæſaris Iuliorũ genus extollere, quod peragit dum illum laſciuias & immundicias carnis, & muliebres delitias robore mentis ſpernentem atq; calcantem oſtendit. Quarto intendit ſublimare Romani nominis gloriam, quod ſatis facit dum execrationes morituræ Didonis deſcribit: nam per eas bella Carthaginẽſium cum Romanis & triumphi, quos ex eis Romani conſecuti ſunt intelliguntur, in quibus Romanũ nomen ſatis extollitur. Et ſic non mendax fuit Virg, ut minime intelligẽtes exiſtimãt. nec alii etiã ſi qui ſunt eo modo fingẽtes.

Stulte damnatur quod minus ſane intelligitur. Cap. XIIII

VOlunt inſuper atq; clamitant execrantes poeticum nomẽ, omnino abolenda eſſe poetarum carmina, eo quod laſciuiis & nugis deorum gentilium referta ſint, nec modo aliquo tolerabile quod uni eidem'q; plures deo attribuantur formę, atq; omnia ut poetę faciunt ſuo Ioui uel aliis. Stulti militis more certamen intrant aduerſarii noſtri, qui tanto nocendi hoſtibus fertur impetu, ut ſibiipſi non uideat, ex quo ſæpe fit; ut quos in alterum parat ictus inermis ipſe ſuſcipiat. Ego autem his obiectionibus in unum coacernatis inuolucrum ſatis eſſe reſponſum in præcedentibus arbitrabar, in quibus ſcriptum ſæpiſſime memini, ſub formis uariis, laſciuiis & nugis atq; nominibus, honeſtos ac ſapidos claudi ſenſus, quos etiam pro uiribus ingenii mei amoto fabuloſo cortice aperuiſſe recordor. Actus uero deorum illecebres quocunq; modo a poetis comicis potiſſime deſcriptos: nec laudo nec commendo, quinimmo deteſtatus ſum, & tam ſcriptores in hoc, quam ipſos actus uituperandos exiſtimo. ampliſſima quidem fingendi eſt area, & pleno ſemper fictionum cornu poeſis incedit. Non ergo deficiebant quibuſcunq; ſenſibus honeſtiſſima regumenta. Sanè querela hæc iam diu ſublata eſt atq; ſopita, namq; in ſcænis atq; theatris à mimis & hiſtrionibus atq; paraſitis, & huiuſmodi hominibus enormia canebantur olim. Omnino abſtulere atq; reprobauere Romani ueteres Cicerone teſte, & ipſam ſcænã & artem ludicrã damnauere, agẽtes'q; nota mulctauere cenſoria. & eos amouere tribubus. Sic etiam Prætorum ædicto cautum eſt, qui artis ludicræ pronunciandi ue cauſa in ſcænam prodirent ipſo facto haberentur infames. Porrò poſt Conſtantinum Cæſarem & Sylũeſtrum pontificem pullulante undiq;, & indies excreſcente fide catholica talium comicorum ſeu ſcænicorum carmina obſoluerunt à ſęculo, & remanſerunt illuſtrium & laudabilium libri & opuſcula poetarum, qui res geſtas & naturales auguſtiore ſtilo artificioſo ſcomate, facundiore locutu, ſub cõgruo fictionũ & imaginũ tegmine protulerũt. & ſic quos ſemideus Plato urbe pellẽdos iuſſerat, & aduerſus quos hi noſtri ueritatis ignari clamitant, iam exterminati ſunt & abiecti. Verũ ut aliquid his reprehẽſoribus noſtris particulę obiectiõis alterę reſponſũ ſit, dico, ſi ante initã pugnã prudẽtes, quibus in locis feriri poſſent acutius inſpexiſſent, uidiſſent, pfecto, quod ipſi poetis gẽtilibus obiiciũt in ſe retorqueri telũ, nũc Iouẽ, nũc cæli deũ, nũc ætheris ignẽ, nũc aquilã, nũc hominẽ, ſeu à quibus mauis formis à poetis deſcriptũ mirarenẽ, ſi meminiſſent ipſum uerũ & unicũ deũ, nũc ſolẽ, nũc ignẽ, nũc leonẽ, nunc ſerpentẽ, nũc agnũ, nunc uermẽ, nunc etiã lapidẽ à ſacris deſcribi literis.





Et eodem modo uenerãdiſſimam matrem Eccleſiam noſtram, quam aliquando mulierem amictam ſole, aliquando mulierem indutam uarietate, aliquando currum, aliquando nauim, aliquando archam, domum, templum, & huiuſmodi uocari ſacra demonſtrant uolumina. quod & de uirgine genetrice, & de humani generis hoſte memini legiſſe ſæpiſſime, de nominum multiplicitate, quod dicam habeo iſtud idem. innumerabilia ferè apud noſtros deo attribuuntur, & totidem Mariæ uirgini atq; Eccleſiæ, & hæc non abſq; myſterio facta ſunt, ſicuti nec Poëtæ fecerunt. Quid ergo inaduertentes hi rugiunt, liuore quidem impellente ſtare nollent quod ipſi non noſcunt.

Deteſtabile nimis de incognitis iudicare. Cap. XV

POrrò zelantes hi ſuaſores criminum Poëtas affirmant. Qua in accuſatione ſi diſtinguerent forſan pro parte cõcederent eos eſſe uictores. Conſtat enim nõnullos ſatis iam dudum inhoneſtos fuiſſe Comicos, ſeu eorũ ſceleſto ſic ſuadente ingenio, ſeu ſic æuo exquirente tunc corrupto. necnõ & Naſonem Pelignum clari, ſed laſciuientis ingenii Poëtam artis amatoriæ compoſuiſſe librum, in quo & ſi multa ſuadentur nefaria, nil tamen minus opportunum, cum nemo ſit tempeſtate hac adeo demens iuuenculus, aut ſimplex puella, quæ mouẽte illecebri appetitu ingeniũ longe ut etiã id ueniat quod exoptat acutiora non nouerit, quàm is qui ſe talium præceptorem fore præcipuũ arbitratus eſt, doceat. Si igit̃ minus hi, quos nonnũquam abiiciendos diximus, honeſtatem facultatis poëticę, quid alii ſplendido rubore cõſpicui hanc incurrere meruere notam? & unà cum temporibus accuſari? Equidem patiendum nõ eſt. Et ob id ut pateat cur ab his accuſentur illuſtres, quæſo dicant nunquid Homeri carmen unquam legerint? nunquid Heſiodi, Virgilii, Horatii, Iuuenalis, & aliorum huiuſmodi plurium? Et ſi ſe legiſſe fateantur, exprimant quorſum has criminum ſuaſiones inuenerint, ut ipſi uidentes quod nondum uidimus, cum eis malemeritos condemnemus. Attamen negare ſuperfluum eſt, quis autem accuſatione audita non percipiat quia nunq̃ legerint? cum liquido debeamus credere, ſi uidiſſent in tam ſtolidam ſententiam, nõ ueniſſent. Arbitror tamen ex quæſtione tali hos ſcelus ſceleri addituros. Nequeunt enim tacere, tanto pauore tenẽtur, ne ob taciturnitatem minus omnia nouiſſe credanẽ. Dicent'q; elata facie totis loquentes buccis, & omni frontis amoto rubore, quaſi ex hoc ſumme laudandi ueniant. Quid has nugas uiderimus, Vah nec uidimus, nec uidiſſe uolumus maioribus operam damus. O bone deus ab æterno opere tuo ſi uelis, pauſam ſumere potes. Et ſi diuinitatis tuę apperetent oculi, poſſes in ſomnum ire ſi uelles, rem tuam iſti curant, tibi noctes inſomnes hi ducunt, tibi ſuos ſudores impendunt. Primum quippe mobile moueant, reor dum maioribus operam præſtant, magnum eſt, multũ eſt, & talium ſi pateris dignus labor. O ignauæ hominum mentes non aduertunt, dum alios tam prudenter floccifaciunt, quàm miſere ſuam ignorantiam detegant. Poſſumus etenim nos, ſi ſtultiores eis non ſumus, uidere ſatis q̃ iuſta ſit eorum accuſatio, q̃ ſancta atq; toleranda ſententia. Sanè ne ſit qui arbitretur me reſponſum hoc futurum ex meditatione friuola uaticinari, confiteor quoniam in hoc à certiſſima coniectura deducar. Audiui iam dudũ interrogationi ſimili nonnullos etiam faſtidioſius reſpõdentes. Et quod mihi grauius fuit, uirum quendam ætate uenerabilem, & ſanctitate aliàs ac doctrina præcipuũ, nõ reſpondentem, ſed motu proprio longe execrabilius eloquentem. Non mentiar, deus nouit rex *Exemplũ magiſtri noſtri cuiuſdam* inclyte, erat, ut tunc uiſum eſt, uir iſte adeo Poëtici nominis hoſtis infeſtus, ut illud nõ niſi ſtomachans proferre uideretur, quod ubi minus honeſtati ſuæ opportunũ erat, oſtendit. Nam mane quodã in generali ſtudio noſtro legens in cathedra ſacrũ Ioannis Euangelium auditoribus multis, cũ fortuito in hoc incidiſſet nomen, accenſa facie flammeis oculis, & altiori ſolito uoce totus frendẽs multa in Poetas enormia dixit, & poſtremo ut eius appareret iuſtitia dixit, inquit, & ferè iuramẽto firmauit, ſe neq; uidiſſe, nec unquam aliquem ex Poetarum libris uidere uoluiſſe. O ſancte deus, quid ignari dicturi ſunt, ſi ſic aliàs eruditus homo annis grauis, & autoritate locutus eſt? poteratne loqui ſtultius ab in-

ſano: Vellem ergo ſcire, ſi nõ uiderunt, ſi nõ cognouerunt, ſi maioribus uacant hi cenſores egregii, unde Poëtas criminũ ſuaſores agnoſcũt: quid circa eos incognita latrãt: quid nõ idonei iudices de incognitis laturi ſententiã roſtra conſcendunt: qui ne dum inaudita, ſed nec requiſita parte ſententias fulminãt: Forte, inquient, ſacro inſpirante ſpiritu tam ſeuerum ſe in Poëtas ferre decretum. Poſſibile dicerem, ſi crederem ſanctũ ſpiritũ tam ſpurcidas ne dum inhabitare, ſed intrare animas. O ſcelus impiũ, ò execrabile malũ, ò deteſtãda temeritas, audere cæcũ natum in propatulo de coloribus ferre ſententiã. Sic olim ut iſti pręſides uenerandi faciũt. Audiui Phoroneũ apud Argiuos, Lycurgum apud Lacedæmones, Minoëm apud Cretẽſes, & apud Mirmidones Eacũ factitare ſolitos. Sed ut eo ueniã quo fert animus, quicquid iſti reuerendi iudices blaterent, non ſunt ut ipſi uolunt Poëtæ criminũ ſuaſores, quinimo ſi ſana mente & nõ liuore inſano perciti eorũ legantur uolumina, impulſores inuenient̃, nunc ſuaſiſſimi, nũc acerrimi pro exigentia temporũ in uirtutes. Quod ne tam paucis uerbis uideat probaſſe cõtentus, libet ante obſtrepentium oculos apponere, ſaltem pauca, ex quibus poſſint ueritatẽ hãc, ſi uelint, agnoſcere, & omiſſis Homeri monitis, qui ob Græcas literas Latinis minus familiaris eſt, ſi uelint, legant & perlegant, quæ ſint in Aeneide ad patientiã laborum emergentium exhortationes Aeneæ ad ſocios. Quis ardor illi pulchræ per uulnera mortis pro ſalute patriæ fuerit. Quæ erga patrẽ pietas, quem humeris per ardentes undiq; domos & ruentia templa, per quæ medios hoſtes, & mille uolãtia tela, deuexit in tutũ, quę in Achimenidem hoſtem clementia, quod robur animi ad illudendas frangendaſq; amoris petulci catenas, quæ iuſtitia atq; munificentia circa amicos & exteros in exhibendis muneribus benemeritis, ludis in anniuerſario Anchiſis patris apud Aceſtem peractis, quæ prudentia, quanta circũſpectio in deſcenſu ad inferos, quæ genitoris ad eum ſuaſiones ad gloriã, quæ eius in iungendis amicitiis ſolertia, quàm grandis comitas fideſq; in conſeruandis ſuſceptis, ꝙ piæ in Pallantis amici cæde lachrymæ, quæ eius ad filiũ perſæpe monita. Quid multa referã: adſint oro, adſint hi in Poëticũ rugientes nomen. Librent huius Poëtæ uerba, ſententias ponderent, & ſi patitur animus, fructũ ex his qui poteſt exprimãt, & ſi deo gratũ erit uidebũt, nunquid Poëta hic in malã frugem ſuaſor ſit. Profecto ſi rite deũ nouiſſet & coluiſſet Virgilius, nil ferè præter ſanctum eius in uolumine legeret̃, & ſi dicãt leges nõ pati quenꝙ approbari teſtimonio unius, Venuſinũ inſuper Flaccũ ſuſcipiant, Perſiũ, Volaterranũ, Iuuenalẽ, Aquinatem, quorũ Satyricũ carmẽ tanto uirtutis impetu in uitia uitioſoſq; inuehit̃, ut eos exterminare uideatur. Si ergo hi plures ſatis ſunt, taceant iſti qui ſuaſores criminum Poëtas accuſant, & rabiem ſuam manſuetudine doment, nec dedignentur diſcere priuſquàm uelint aliorum labores ridendo iudicare iudicio, ne dum in alios ſuæ ſtolidæ antiquitatis tela coniiciunt, in ſe ultionis diuinæ fulmina prouocent.

## Quod in bonum Poëtæ deducant ſe legentes. Cap. XVI

AIunt pôſt hęc inſidiantes acerrimi Poëtas eſſe mentiũ ſeductores, eo quod dulciſono carmine lepido ſermone accurata atq; ornata oratione ineptias ſuas legentibus ingerunt, & ſic quo minime opportunũ, lectores ſeducũt inſipidos. Quis ignarus & qui Poetas nõ uiderit, ut ipſi obiectores ignari ſunt, nec Poetas uiderunt illuſtres, & ſi uiderũt ingeniorũ ſuorũ ignauia non intellexerunt, non credet facile hos optime iuſte ſanctéq; in poeticum carmen inuehere: Hoc uideat deus, & hi uideant quibus ab eo lumen intellectus cõceſſum eſt. Tu autem cytariſta cæleſtis Dauid ſolitus dulcedine carminis furores ſedare Saulis. Si ſuaue aliquid, ſi melliflũ cecinisti Lyricũ tuum carmen abſconde. Et tu Iob qui labores tuos atq; patientiã Heroico carmine ſcripſiſti, ſi lepidũ, ſi ornatũ ſit, idẽ facito unà cũ aliis ſacris uiris, qui æthereo uerſu diuina cecinere myſteria, & quod his dico dictum ſit Orpheo, Homero, Maroni, Flacco, & aliis, poſtꝙ eò uentũ eſt, ut inueniantur qui dicãt impune, quoniam ſeducere mentes hominũ ſit dulciſone lepide accurate metricas orationes effundere. O Baui & tu Meui lætamini poſtꝙ damnantur iſti, tempus quod minime rebar uo

bis con



bis conceſſum eſt, & locus præparatus ampliſſimus. Scio dicent ſe dixiſſe pernicioſum ineptias ſonoro ſcripſiſſe carmine, & legiſſe. Erat, fateor, additio hæc nõ parui momenti, ni in præcedentibus ſæpius eſſet oſtẽſum, quales ſint quas iſti accuſant ineptiæ illuſtriũ Poetarũ, & ob id quod maximũ exiſtimabant, in nihilũ reſolutũ eſt. Attamen, ut in hoc directius ueniã, quia ſeductores mentiũ dicũt eſſe Poëtas, primo ſcire uelim cũ multi ſint qui ex his Poëtæ ſint, qui ſeductores ſint mentiũ & quis dubitet, nullos dicere poſſint præter quos ſtudent. Quos autem ſtudeant, accuſatio ipſa demonſtrat.

*Inuerſio criminis*

Si deo placet zelantes hi amant, procãtur, & mulierculis ridentibus applaudent oculis, amatorias literulas dictãt, cõponunt rhitmos, & cantiunculas excudunt, quibus affectiones ſuas & ſuſpiria expromant, & deficientibus ingenio ſibi uiribus pro opportuno ſubſidio ad inſtructores artis amatoriæ euolant. Hinc Catulli, Propertii, & Naſonis uolumina euoluunt, & ab ineptis taliũ ſuaſionibus lepidis deſcriptis carminibus, & uerborũ facili exornatis cõtextu tanꝙ in hoc toto inclinati pectore uolentes trahunt̃, ſeducunt̃, atq; tenent̃. Hinc Poëtarũ illecebras cognouere, hinc ingrati præceptores accuſant ſuos eoſq; ſeductores mentiũ dicunt, quos ipſi nõ rogati ſponte ſua ſecuti ſunt. Magnis igit̃, imò permaximis uacant redargutores noſtri. Nõ enim paruum eſt amori obſequi, cuius uiribus primo Phœbus, inde Alcides monſtrorũ domitores ceſſere. O ꝙ ſatius fuiſſet ignaris tacuiſſe, ꝙ in ſuum dedecus emiſiſſe uoces. Nam ſi proſpectent dum Poëtas accuſaſſe rentur, ſeipſos aduertent monſtraſſe culpabiles. Ex hac enim accuſatione quæ ſint eorũ ſtudia, quæ deſideria, quæ iuſtitia, manifeſte cognoſcimus. Quid enim de his arbitrari poſſumus, ſi puella laſciuis geſtibus, petulcis oculis, blandis uerbis ſpem polliceatur infauſtam, poſtꝙ à mutis ſeu tacitis carminibus ſeducunt̃: Erubeſcant igitur miſeri, & in melius inſanũ ſuũ reforment conſilium, proſpectentq; Vlyſſem gentilem hominẽ non mutorũ carminum, ſed melliſluos Syrenarũ cantus ſpreuiſſe, tanꝙ nocuos atq; tranſiſſe.

*Inuerſio nominis*

Et ut aliquid circa uim uocabuli dictum ſit, quod tanꝙ deteſtabile Poëtis obiiciunt, uidiſſe debuerant, quoniã & ſi Chriſto ſaluatori noſtro à Iudæis obiectũ ſit, qui illũ ignominioſe ſeductorem dixere, non tamen ſemper in malã partem ſumendũ fore: Nequiuere enim illi abutentes infandi homines uim ueterem ſurripuiſſe. Poteſt enim in bonã partem ſumi ſeducere. Nam rem curantes paſtoriã ab infectis armentis nondũ infectos ægritudine boues ſeduxiſſe, ſolertis paſtoris eſt, & ſic nõnunꝙ eruditi homines generoſos animos ab his qui morbo uitiorũ laborãt ſuis ſeducũt monitis. Quorſum illuſtres Poëtas ſeducere ſæpiſſime credulos reor, & eos facere meliores, ubi hi ſeducti tractiq; ſuo nõ Poëtarũ minus etiã honeſtorũ crimine in malam frugẽ ſi poſſint conant̃ offendere. O bone Ieſu aduerte peſtem hãc ab ignaris credulis. Et hos loquaces corripe, ac adeo inſtrue, ut exemplo tuo uelint prius facere ꝙ docere.

## Philoſophorum ſimias minime Poëtas eſſe. Cap. XVII

*Et hic retorquet id quod obijcitur ĩ aduerſarios*

SImias præterea philoſophorũ ex his nõnulli qui ſe cæteris præferunt dicunt eſſe Poëtas. Verũ non ſatis certum habeo an ut hominibus riſum incutiãt, uti nõnunꝙ ſuis ſcomatibus mulierculæ faciunt, an potius ex animi ſententia, quia ſic credant, ſeu mentis nequitia ut irrideant iſtud euomant. Primum quippe deberet indignanti animo à prudẽtibus tolerari, dum cernerent ab ignaris ex uiris conſpicuis ridicula confici uulgo, cũ paſſim per triuia aſini infulati & phalerati ſues, ac ex ꝙ mauis genere beluæ fimbriatis, necnõ & uariatis pellibus incedentes amicti cõperiantur facile, ex quibus decentius quis uolens, poſſet confingere talia. Si uero credentes aſſerunt aut irrident, utrunq; tam ſtolide ꝙ nequiter agunt. Eſt enim ſimiis, ut aliquando dixiſſe meminimus, hoc de more à natura infixũ, ut uelint dum poſſint uidentes quoſcunq; hominũ actus imitari. Et ſic uidet̃ hoc uelle Poëtas imitatores, & inde ſimias eſſe philoſophorũ, quod minime ridiculum eſſet. Honeſti quidẽ ut plurimũ homines fuere philoſophi, & bonarũ artium repertores, ſed fallunt̃ indocti. Nam ſi ſatis intelligerent Poëtarũ carmina, aduerterent omnes nõ ſimias, ſed ex ipſo philoſophorum numero cõputandos, cũ ab eis nil præter philoſophiæ cõſonũ iuxta ueterum opiniones

 fabuloſo

fabuloſo tegat̃ uelamine. Prætetea imitator ſimplex in nullo exorbitat à ueſtigiis imitatũ, quod quidẽ in Poetis minime cernit̃. Nã eſto à philoſophicis nõ deuient cõcluſionibus, nõ tamen in eas eodẽ tramite tendunt, Philoſophus, ut ſatis patet, ſyllogizando reprobat quod minus uerũ exiſtimat, & eodẽ modo approbat, quod intendit, & hoc apertiſſime prout poteſt Poeta, quod meditando cõcepit ſub uelamento fictionis ſyllogiſmis omnino amotis, quãto artificioſius poteſt abſcondit. Philoſophus ſtilo proſaico, ut ſæpius & eius ferè paruipendens ornatũ ſcribere cõſueuit. Poeta metrice ſumma cũ cura exquiſito decore cõſpicuo. Philoſophorũ inſuper eſt in gymnaſiis diſputare, Poetarũ in ſolitudinibus canere. Et cum iſta inter ſe nõ conueniant, nõ erit, ut aiunt, ſimia philoſophorũ Poeta. Si ſimias dicerent eos eſſe naturæ, poſſet fortaſſe ęquiore animo tolerari, cũ pro uiribus quicquid ipſa, quicquid eius operatione operat̃ perpetua, Poeta celebri conat̃ deſcribere carmine. Quod ſi intueri uelint iſti, uidebũt formas, mores, ſermones, & actus quorũcũq; animãtiũ, cęli, ſyderum'q; meatus, uẽtorũ fragores & impetus, flãmarũ crepitus ſonoros, undarũ rumores, mõtium celſitudines, & nemorũ umbras, atq; diſcurſus fluminũ adeo aperte deſcriptos, ut ea ipſa paruis in literulis carminũ ineſſe arbitrent̃. In hoc ego Poetas eſſe ſimias cõfitebor, q̃d ego honorabiliſſimũ reor opus, in id ſcilicet arte conari, q̃d agit natura potẽtia. Sed quid plura? Eſſet talibus ſatius agere ſi poſſent, ut nos unà ſecũ efficeremur ſimiæ Ieſu Chriſti, q̃ ſibi incognitos Poetarũ irridere labores, cũ cõtingat ſæpiſſime tentãtes alienum pruritũ ſcalpere, etiã ſuum aliorũ cruentas ungues cũ anxietate ſentire.

Non eſſe exitiale crimen, libros legere Poetarum. Cap. XVIII

*Hactenus ad obiectiones, iã ad autoritatẽ Hieronymi, Platonis, & Boëtij reſpondet*

HI æquitatis, imò iniquitatis arbitri feruida rabie cupientes, poëtici nominis exterminium quaſi pauca in illud dixerint altiſono inſuper clamitant hinc inde boatu. O inſignes uiri, ò diuino redempti ſanguine, ò gratus deo populus, ſi qua pietas, ſi qua deuotio, ſi q̃s Chriſtianæ religionis amor, ſi quis dei timor uobis eſt, hos infauſtos Poëtarum libros abiicite, flãmis exurite, & uentis ſeruandos exhibete cineres. Eos etiã ullo modo uelle uidere, exitiale crimen eſt, animas lætali ueneno inficiunt, uos in tartara trahunt, & cæleſtis regni exules in æternũ faciunt. Poſt hæc aucto clamore Hieronymũ in teſtem aduocant, eum'q; dicentẽ aiũt, in epiſtola ad Damaſum de filio prodigo, dęmonum cibus ſunt carmina Poëtarum, & his ac ſimilibus multis toto gutture ignaros auditores intonant. O pietas, ò priſca fides, ò dei patientia grandis, quid pateris? quid rerum cõditor in erectas turres, quid in celſos uertice montes fulmina torques? Hi ſanctiſſime pater feriendi ſunt, qui doloſa lingua atq; mendaci aliorum & perſępe innocuorũ exitio ſibi aucupant inanẽ gloriã. Medici errores ſuos terra tegunt, hi prohibitionibus atq; flãmis ſuas conant̃ ignorantias occultare. Quis ſimplex homo hos audiat quin arbitret̃ Poëtas pernicioſiſſimos eſſe homines, diuini nominis hoſtes, cõtubernales dæmonum, inmites, maleficos, ſceleſtis ſemper uacantes operibus, quibus nulla bonarũ artium cura, nulla pietas, nulla fides, aut ſanctitas ſit? Et ſic horum ignorãtiã opere & iniquitate cõſequũtur celebres uiri, ignominiã quã minime meruere. Sed ſpero deus uidebit aliquãdo. Nos aũt uideamus, ſi poſſumus quale ſit hoc tam inexpiabile malum, quod hi cõmitti clamitant, ſi teneant̃, ſi uideant̃, aut legantur carmina Poëtarum. Quæ horum cõtineant libri, quæ ſuadeant, quæ damnent, quæ doceant, iam ſatis ſupra declaratum eſt. Sed eis omiſſis uolo aduerſus ueritatẽ hos ſceleſta omnia ſcribere atq; ſuadere lectoribus. Quid tandẽ? gẽtiles fuere homines, nõ Chriſtum nouere, ſuã extulere, quã ſacram arbitrabant̃ religionẽ, fictiones edidere, gratiſſimos & cõmendabiles utero perſæpe gerentes fructus. Sed quid inde? quæſo hos elegantiſſimos clamatores dicant? Nunquid illis prohibitũ ſit ab aliqua ueteri, ſeu noua doctrina deorum ſuorũ ſcelera quo uellent in ſtilo deſcribere? Non equidẽ reor, nec etiã Chriſtiano fingẽti dummodo ſanè intellecta fictio aduerſus catholicã ueritatẽ exenterata nil pariat, ſi nõ prohibitum eſt. Si hos legere nõ leges prohibent, neq; prophetæ, nõ ſacræ põtificum ſanctiones, quid tenere, quid legere mali eſt? Inquient quia ſeductores ſint mentiũ dulcedine ſua. Huic ob- *A licito*



iectioni pauloante reſpõſum eſt. Verũ ſi hi imbecilles ſunt atq; tractabiles ſibi caueãt, memores prouerbii ueteris, quo prohibetur hos certamen lapidũ non intrare, quibus ſit galea uitrea. Fateor tamen ultro longe melius fore ſacros ſtudere libros q̃ iſtos etiamſi optimi ſint, ſtudentes'q; acceptiores reor eſſe deo, pontifici ſummo & eccleſiæ. Verũ non omnes nec ſemper eadem trahimur affectione, & ſic nonnunq̃ ad poeticos trahunt̃ quidã, & ſi trahimur uel ſponte noſtra in eos imus, quod hoc crimẽ, quod malũ eſt? poſſumus impune mores barbaros audire, ipſos ſi uelimus ſuſcipere barbaros, eis hoſpitalitatem exhibere, eis, ſi petant, ius dicere, cũ eis amicitias iungere, Poëtarũ libros legere, ſi deo placet, ab his uiris doctiſſimis prohibemur. Manichei, Arrii, Pelagii'q;, & aliorũ hęreſiarcharum execrabiles errores, ut noſcamus nemo prohibet, quin ſcrutemur. Verſus autẽ legiſſe Poẽticos horrendũ, ut hi clamitant, imò lætale crimen eſt. ioculatores in quadriuiis, ut plurimum inhoneſtos ludos agentes inſpicere poſſumus. Hiſtriones in cõuiuiis turpia canentes audire, nebulones in popinis, lenones in lupanaribus, blaſphemantes'q; pati, nec ob id ad tartara trahimur, Poëtica legiſſe poemata, nos æterni regni facit extorres? Pictori etiã in ſacris ędibus fas eſt pingere Tricerberũ canem, Ditis obſeruantem limina. Charontem nautã Acherontis uada ſulcãtem, Erinnyas hydris accinctas, accenſis'q; armatas facibus, ipſum Plutonẽ infelicis regni principem, damnatis ſupplicia inferentẽ, Poëtis ſonoro carmine hæc eadẽ ſcripſiſſe nefas, & irremiſſibile lectori eſt crimen? Pictori eidẽ cõceſſum eſt in aulis regum & nobilium uirorũ amores ueterum deorũ, ſcelera hominũ, & quæcũq; cuiuſcunq; cõmenta pingere, nullo patrũ prohibẽte decreto, & hoc à quibuſcunq; pro libito intueri permiſſum eſt. Poëtarum inuenta ornatis linita literis plus à ſapientibus lecta uolunt, mentes inficiant, q̃ picta ab ignaris inſpecta. Quid multa? deficio, fateor uolens, ſi poſſem aduertere quibus uiribus, qua potentia liuor edax & ignorantia hos boatores in tam grandem dementiã potuerit impellere. Scire ſaltem debuerant, quia uas electionis teſtatus eſt, ſcire malũ, malũ non eſſe, ſed operari. Et ipſi nouiſſimi præceptores credo, ut à ſuis mulierculis prudentiores habeantur, & inde pinguiores cõſequantur offas, nõ uerentur dicere, nedum ſcire dicã, ſed Poëtas legere pernicioſiſſimũ eſſe. O faſtidium audire etiã, ſi omnino deſpiciendi ſint Poëtæ, nefariũ fore, ſi uideris margaritã ex luto colligere, quaſi abſtergibile lutum illam minus fecerit precioſam. Nec erubeſcunt interpretes hi hac præſumptuoſa atq; generali prohibitione ſua uelle ex ueritate fieri mendaciũ, ſi dixerit aliquando Poëta, imò eos dixiſſe toto denegant ore. Ridiculum eſt audire humani generis hoſtem diabolum potuiſſe uerbũ bonum aliquãdo dixiſſe. Poëtas autem eſto aduerſus conſcientiã pauloante malos eſſe cõceſſerim, cũ forte nõnullis pręter gentilitiã maculam, nil inhoneſtum iure poſſet obiici uerbũ bonum dicere nequiſſe. Vocat̃ etiã nõnunquã à ſacris hominibus in teſtimoniũ diabolus, inuocaſſe Poëtam horũ accuſantiũ autoritate irremiſſibile crimen eſt. Sed nunc hos prohibitores, & in exiliũ Poetarũ præcones oro, dicant. Quid magis q̃ Philoſophia potuit peccaſſe poeſis? Veritatis quippe optima indagatrix philoſophia eſt, cõpertæ uero ſub uelamine ſeruatrix fidiſſima poeſis eſt. Si minus recta ſentiat illa, nõ potuit rectum iſta ſeruaſſe, pediſſequa eſt, dominæ ueſtigia imitet̃ neceſſe eſt, ſi deuiet illa, & hæc ut exorbitet, à neceſſitate cogit̃. Quid ergo cũ gentiles philoſophos allegemus ore pleno, eorum'q; ſeruemus ſententias, & nil ferè niſi eorũ uallatũ autoritate firmemus, dicta Poetarũ Poetas'q; horrere ſcimus atq; deteſtando damnamus. Extollitur Socrates, honoratur Plato, colitur Ariſtoteles, ut de reliquis ſileam, qui omnes fuere gentiles, & perſæpe damnatis opinionibus erronei homines. Homerus ab obiurgatoribus noſtris pellitur, damnatur Heſiodus, Maro deſpicitur atq; Flaccus, quorũ figmenta nil aliud ſentiunt q̃ diſputationes illorũ, quorũ quoniã dogma ſtudent, & ex his eſto cũ difficultate nõ patiente ingenio quædã principiola ſumpſerunt, quaſi intellectũ cõmendant. Poetarũ uero, quoniã ſcripta negligunt, & ſic nõ intelligunt, deſpiciunt & condemnant. Attamen quicquid clamitant, quicquid latrant, quicquid iubeant uel ſuadeant, ſi philoſophorũ ſcripta, ſi barbarorum geſta, ſi hæreticorum perfidia legi poſſunt, & Poe-

*A cõparatione aliorũ quæ uel leguntur, uel ſpectantur*

*Quid quod non pauci domi agunt, quæ foris legi aut ſcribi uetantẽ*

*Collatio Philoſophiæ atq; Poëtices*

 tarum

tarum uolumina abſq; piaculo legi, teneri, audiriq́; poſſunt, mente tamen integra atque conſtanti, ne ſi quãdo aliquid in orthodoxam dicerent fidem tanquam ab illa exteri ſe lectores labefactari permittant. Nunc autem ſupereſt in extremum horum clamorem pauxillum acrius inſtandum atq; prolixius, quoniam ea ex celeberrimi atq; ſanctiſſimi hominis autoritate præcedentia omnia firmaſſe ſe credunt. Dicunt igitur clamitantes Hieronymi uerbum ad Damaſum papam, Dæmonum cibus ſunt carmina Poetarum, quod ſi ſatis percepiſſent, à nobis etiam firmatum aduertiſſent, & potiſſime ubi damnatam comicorum ſpurcitiem atq; obiectam ſemel & iterum ante iam diximus, ſed quoniam nulla Poetarum facta diſtinctione inuidentiæ offuſcati caligine, & in quoſcunq; cæci irruũt, propulſanda illorum ignauia eſt, & ipſi in perpetuum cogendi ſilentium. Si igitur epiſtolas, ſi uolumina Hieronymi, ſi hanc eandem, quam producũt in teſtem, ſeu cuius autoritate damnatos Poetas uolunt ſtudioſe legiſſent, inueniſſent profecto uerbum hocà Hieronymo declaratum, & eius ſenſum appoſitum atq; obiectionem, quam faciunt eſſe ſolutam, & potiſſime ex figura mulieris captiuæ raſo capite, depoſita ueſte, reſectis unguibus, & pilis oblatis Iſraelitæ matrimonio copulandæ. Et ſi religioſiores atq; delicatiores ſanctis doctoribus eſſe non uelint, comperient hunc dæmonum cibum, non ſolũ non reiectum flammis, ut iubent immiſſum, ſed cum diligentia ſeruatum, tractatum, atq; guſtatum à Fulgentio doctore atq; pontifice catholico, ut apparet eo in libro, quẽ mythologiarum nuncupat ipſe, in quo elegantiſſimo ſtylo deſcripſit Poetarum fabulas, exponendo æquo modo. Auguſtinum doctorem egregium comperient non horruiſſe poeſim, nec Poetica carmina, quinimo ſoletti uigilantia ſtuduiſſe & intellexiſſe, quod uolẽtes negare non poſſent, cum ſæpiſſime in ſuis uoluminibus ſanctus homo Virgilium, aliosq́; Poëtas inducat. Nec ferè Virgilium unquã abſq; alicuius laudis titulo nominat. Sic ut iterũm dixerim Hieronymũ doctorem eximium atq; ſanctiſſimum, & trium linguarũ mirabiliter eruditum, quem ignorãtiæ eorum hi in teſtem trahere ſatagunt tanta Poëtarum carmina diligentia ſtuduiſſe perciperent, atq; ſeruaſſe memoriæ, ut nil ferè abſq; eorum teſtimonio firmaſſe uideatur. Videant ſi non credunt inter alia libri eius Hebraicarũ quæſtionum prologum, & aduertant, nunquid eum totum Terentianum fuiſſe ſentiant, uideant nunquid ſæpiſſime Horatium, atq; Virgilium ſibi quodammodo aſſertores inducat, & non ſolum hos, ſed & Perſium, aliosq́;. Legant inſuper eiuſdem facundiſſimam ad Auguſtinum epiſtolam, timentuŕq; nũquid in ea inter illuſtres uiros uir doctus Poëtas, quos ipſi tanto clamore confundere ſi poſſint conantur, enumeret. Porrò ſi neſciunt, perlegant Actus apoſtolorum, & ſentiant, nunquid Paulus uerſus Poëticos ſtuduerit & nouerit. Inuenient quippe eum non faſtidiſſe in Ariopago aduerſus Athenienſium obſtinationem diſputantem uti teſtimonio Poëtarum, eumq́; alibi Menandri comici carmine uſum, dum dicit, Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Et Epimenidis Poëtæ, ſi memini, allegat uerſiculum, qui aduerſus hos apertiſſime dici poteſt, dicens, Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, uentres pigri. Et ſic non qui ad cælum uſq; tertium raptus eſt, quod iſti ſanctiores uolunt peccatum, uel turpe arbitratus eſt legiſſe, atq; didiciſſe Poëtarum carmina. Inſuper perſcrutentur quid ſcripſerit Dionyſius Ariopagita, Pauli diſcipulus, & Chriſti martyr egregius in ſuo Hierarchiæ cæleſtis libro. Ex intentione quippe dicit, perſequitur atq; probat diuinam Theologiam poëticis fictionibus uti inter alia, ita dicens, Etenim ualde artificialiter Theologia poëticis ſacris formationibus in non figuratis intellectibus uſa eſt, noſtrum, ut dictum eſt, animum reuelans, & ipſi propria & cõiecturali reductione prouidens, & ad ipſum reformans anagogicas ſanctas ſcripturas, & alia multa quæ ad hanc ſententiam ſubſequuntur. Et ut reliquos poſtremo ſinam, quos aduerſus beſtialitatem horum poſſem inducere, nónne etiam ipſe dominus & ſaluator noſter multa in parabolis locutus eſt comico conuenientibus ſtylo? Nónne & ipſe aduerſus Paulum proſtratum Terentii uerbo uſus eſt? ſcilicet, Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. Verum abſit, ut putem Chriſtum dominum à Terentio quantum-

*Diluit obiectionem de dicto Hieronymi à diuiſione*

*Comprobat exẽplis quoq;*

cunq;



cunq; diu ante fuiſſet quàm hęc dicta ſint uerba aſſumpſiſſe. Sufficit mihi ſatis eſſe ad firmandum propoſitum, ſaluatorem noſtrum uoluiſſe quantumcunq; uerbum ſuũ atque ſententiam ore Terentii fuiſſe prolatum, ut appareat nõ omnino eſſe cibum dæmonum carmina Poëtarum. Quid nunc inquient boatores illuſtres? clamitabunt ne inſultabunt aduerſus carmina Poëtarum à ſuomet teſte reprobati, & aliorum plurium ſanctorum uirorum teſtimonio uicti atque repulſi? Clamabunt equidem, inſuperabilis eorum rabies eſt. Sed quàm iuſte tu uideas rex optime, uideantq́; quibus ratio magis amica eſt quàm obſtinata horum proteruia. His autem tam abſolute damnantibus, iuſtiſſimus iudex deus aliquando retribuet inuidentiæ meritum, & eadem eis metietur menſura, qua ipſi aliis metiuntur.

*Μίμησις eſt Theologorum ex roſtris debacchantium, quales utinam non hoc quoq; tempore multi reperiantur, qui magis ob id damnant quæ non intelligunt, ut populo aliquid eſſe uideãtur, quàm ut quæ profutura omnium ſaluti credant, doceant. Quibus illud Satyricum occini conueniebat, qui curios ſimulant, & bacchanalia uiuunt.* Eiuſmodi enim ferè hoc hominum genus eſt.

## Minime Poetæ omnes iuſſu Platonis pellendi ſunt urbibus. Cap. XIX

PErminimum uiſum eſt latratoribus noſtris conatus expoſuiſſe omnes, ut è domibus ac manibus hominum, ſi potuiſſent, Poetas excluderent, & ideo ecce iterum agmine facto irruunt, & armati Platonis autoritate infando gutture ſonoras uoces eructant, aientes, Platonis iam dicti iuſſu Poetas urbibus eſſe pellendos. Inde ut Platoni deficienti ſubueniant, ſuperaddũt ne ſuis laſciuiis ciuium mores inficiant. Cui obiectioni & ſi ſatis in ſuperioribus reſponſum uideatur, non pigebit iterum latius reſpondiſſe. Maximam igitur fateor philoſophi huius autoritatem eſſe, nec ſpernendum, ſi ſanè intellecta ſit, de ſenſu cuius profecto hi aut nihil, aut peruerſe ſentiunt, ut apparebit. Oſtenſum tamen illis eſt Poetas ſponte ſua ſolitudines habitare, quamobrem illos montanos & ineptos homines nuncupabant. Si autem uiolenter urbes incolerent, quid dicerent morſores hi? dicerent eos eſſe tyrãnos. Si uero nunc uelint ſententiam uertere, & eos cultores urbium dicere falſum eſt. Conſtat Homerum inter aſpreta ſcopulorum & montana nemorum poſt peragratũ orbem extrema cum paupertate littus Arcadum habitaſſe, & ibidem mente uidens, luminibus tamen ægritudine captus, ingentia illa atq; admiranda uolumina non Hyblæo, ſed Caſtalio melle perlita, Iliadis & Odyſſeæ dictaſſe. Virgilius autem ingenio non minor Homero, urbe Roma tunc rerum domina neglecta, atq; Octauiano Cæſare, totius orbis principe, cuius ſingulari lætabatur amicitia, omiſſo, quæſiuit ſibi haud longe à Neapoli Campaniæ inclyta ciuitate, tunc etiam delitiis abũdante, & ocio ſemotum locum quieto atq; ſolitario littori proximum, ut magni ſpiritus homo Ioannes Barillus aiebat. Inter promontorium Poſilibi* & Puteolos uetuſtiſſimam Græcorum coloniam, ad quem nemo ferè niſi eum quæreret, accedebat. In quõ poſt Georgicum carmen, cæleſtem decantauit Aeneida. Cuius ſelectæ ſolitudinis Octauianus præſtare teſtimonium uolens cum feciſſet eiuſdem Virgilii à Brunduſio oſſa referri, haud procul ab electa ſolitudine tumulari iuſſit ſecus eam uiam, quæ adhuc Puteolana dicitur, ut eo iacerent mortua, cuius elegiſſent in uicinio uiuere. Et ne ſemper per antiqua uagemur, quæ oppugnatores quantumcunq; fauſto teſtimonio roborata ſint negant facile. Franciſcus Petrarcha cæleſtis homo profecto, & noſtro æuo Poeta clariſſimus, nónne ſpreta Babylone occidentali, atq; Pont. Max. beneuolentia, quam omnes ferè Chriſtiani ſummopere cupiunt & procurãt, & pileatorum orbis cardinum, aliorumq́; principum in uallem clauſam abiit, inſignẽ Gallię ſolitudinem locum ubi Sorgia fontium rex oritur, & ibidẽ omnem ferè floridã iuuentutem ſuã uillici unius contentus obſequio, meditando atq; cõponendo cõſumpſit. Fecit equidem, ſtant ueſtigia, ſtabũtq́; diu. Parua domus & hortulus, & dum deo placet, teſtes uiuunt plurimi. Si ergo ne plures recitem, ſic eſt, minime ædepol opportunum eſt, ut in hoc quis labores impendat, ut abeuntes ultro Poetas urbibus pellat. Vellem ego tamen

a) *



ab iſtis

ab iſtis audire, nũquid exiſtiment Platonẽ dum reipub. librum ſcripſit in quo hoc man=
datur, quod iſti aiunt intellexiſſe de Homero, ſcilicet urbs illa placuiſſet, eũ urbe fuiſſe pel
lendũ. Neſcio quid reſponſuri ſint, ego autẽ non credo, cũ de eo multa laudanda iam le=
gerim. Hunc enim ſacratiſſimæ Cæſarũ leges omnium uirtutum patrẽ uocitant, & ſæpiſ
ſime eorũ latores, ut eas maiori ueneratione dignas facerẽt, & quodã ſacroſancto teſtimo
nio roborarent, inter eas nõnunq; Homeri carmina miſcuere, ut in fine proœmii codicis
Iuſtiniani Iliadis legitur carmen, & in eodẽ ſub titulo de iuſtitia & iure, ſic & cõtrahenda
emptione, & de legatis, & fideicõmiſſis, & aliis locis, ut minus credentes poſſunt in Pan=
decta Piſana cognoſcere. Hunc inſuper in ſuum ciuem plures Græcorum, egregiæ ciuita
tes eo etiã mortuo & paupere uoluere, & de hoc inter ſe mouere litigium, ut cõprehendi
poteſt liquido per uerba Ciceronis in oratione pro Archia, dum dicit, Homerum Colo=
phoni dicunt ciuem eſſe ſuum, Chii ſuum uendicant, Salamini repetunt, Smyrni uero
ſuum eſſe confirmant, itaq; etiam delubrum eius in oppido dedicauere. Permulti alii prę
terea pugnant inter ſe atq; contendunt. Hæc Tullius. Quod etiã teſtari à uetuſtiſſimo Græ
co carmine ſatis inter eruditos uulgato legiſſe memini ſic aiente, Septem litigant ciuitates
de radice Homeri, Samos, Smyrnæ, Chios, Colophon, Pylos, Argos, Athenæ. Hunc præ
terea ipſe Plato in eodem libro reipub. aliiſq; perſæpe concluſionum ſuarum inducit in
teſtem. Si igitur uirtutum pater à legibus habitus eſt, ſi legum decus, ſi tot ciuitatum ciuis
etiam repetitus, ſi à pręceptore ipſo Platone teſtis aſſumptus, ſtultiſſimum eſt arbitrari Pla
tonem idem prudẽtiſſimum uirum talem Poetam urbe pellendum iuſſiſſe. Inſuper hoc
Platonis iuſſu exiſtimabimus Ennium urbe pellendum, qui honeſta paupertate conten
tus, adeo ob uirtutem ſuam charus Scipionibus fuit, hominibus quidem non ſolum ar
mis & bello, atq; ſanguinis generoſitate conſpicuis, ſed philoſophiæ domeſticis & ſan=
ctitate more illuſtribus, ut poſt mortem etiam uellent ſuis maiorumq; ſuorum ſuos mi=
ſceri cineres, & ſuo tumulari ſepulchro. Si credant hi, ego nõ credam, quin arbitror Plato
nem ſuã ciuitatẽ optaſſe talium fuiſſe repletam. Quid pręterea de Solone dicemus, qui da
tis Athenienſibus legibus, eſto iam ſenex eſſet, ſeſe conceſſit Poeticis: urbe ne pellendũ di=
cemus, qui urbem diſſolutam in ciuilem uitam moreſq; reuocauit: Quid inſuper de Vir
gilio noſtro: cuius, ut reliqua ſinam, tanto frontis rubore, & mentis uerecundia inter co=
æuos & quoſcunq; minus decentia quæq; audiebat, pingebatur, ut ob hoc iuuenis ad=
huc uocaret̃ Parthenias, quod Latine uirgo, ſeu uirginitas ſonat, cuius tot ſunt ad uirtu=
tem ſuadentia monita, ut iam ſæpe dictum eſt, quot ſunt eius carminum uerba, cuius ne
combureretur diuinum opus, ut ipſe Virgilius moriendo præceperat. Octauianus Cæſar
Auguſtus poſtpoſitis maximi imperii curis, prohibitorios uerſus compoſuit, qui in tem
pus uſq; noſtrum leguntur, cuius adhuc nomẽ apud Mantuanos tanto honore celebra=
tur, ut cum cineres ab Auguſto ſublatos pro uotis colere nequeant, eius agellum ueterem
ad inſtar uiuentis hominis ab eo denominatum colunt, filiis iuuenibus tãquam quod=
dam uenerabile ſacrum ſenes parentes oſtendunt. Cæteris aduenientibus, quaſi ſuã glo=
riam augentes, ſollicite indicãt, nõ abſq; uirtutis præcipue teſtimonio iſta proueniunt, &
nos uirtuoſos urbe pellendos Platonẽ uoluiſſe credemus: O ſtolidũ capitulũ, poſſem de
Horatio Flacco, de Perſio Volaterrano, de Iuuenale Aquinate multa dicere, ꝑ q̃ pateret li=
quido mentis Platonis nõ fuiſſe tales urbe pellẽdos, ſed trahit animus ut uiſa ingerã, & q̃
nulla tergiuerſatione ab iſtis negari poſſint, apponã. Credã ne igitur tantæ demẽtiæ fuiſſe
Platonẽ, ut Franciſcũ Petrarchã urbe pellendũ iuſſerit: qui à iuuentute ſua cœlibẽ uitã du
cens, adeo ineptæ Veneris ſpurcitias horret, ut noſcẽtibus illũ ſanctiſſimũ ſit exemplar hõ
neſti. Cuius mendaciũ lætalis eſt hoſtis, qui uitiorũ omniũ execrator eſt, & uenerabile ue
ritatis ſacrariũ uirtutũ decus & lętitia, & catholicę ſanctitatis norma, pius, mitis, atq; deuo
tus, & adeo uerecũdus, ut inde dicat̃ Parthenias alter. Eſt & inſuꝑ poeticæ gloria faculta=
tis, orator ſuauis atq; facũdus, cui cũ omnis pateat Philoſophię ſinus, eſt illi igeniũ p̃ter hu
manũ ꝑſpicax, memoria tenax, & rerũ omniũ, prout homini põt eſſe, notitia plena, ex q̃
opera

*à partibus ad totũ arg.*

ἑπ]α πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν ὁμήρου. σμύρνα, ῥόδος, κολοφῶν, σαλαμίς, ἴος, ἄργος, ἀθῆναι.

*Referuntur à Gellio*



opera eius tã proſaica q̃ metrica, quæ plura extant, tãto ſplendore refulgent, tãta ſuauitate
redolent, tãto florido ornatu ſpectabilia ſunt, & lepore ſonantium uerborum melliflua,
& ſententiarũ ſucco mirabili ſapida, ut cæleſtis ingenii artificio potius q̃ humani fabrefa
cta credant̃. Quid multa dixerim: profecto hominẽ ſuperat, & in longum mortaliũ uires
excedit, neq; ego has laudes prædico, quaſi antiquum hominẽ & longis ante ſeculis de=
functum cõmendẽ. Quinimo dum deo placet, uiuentis atq; ualentis merita refero, quem
morſores egregii, ſi nõ literulis meis creditis, oculata fide uidere poteſtis. Nec dubito, ut ex
eo cõtingat, quod ut plurimum famoſis uiris cõtingere cõſueuit, ut ait Claudianus, mi=
nuit præſentia phamã, imò audacter aſſero, quia huius ſuperet præſentia famã. Tanta enĩ
morũ maieſtate, tãta ſuauis eloquentiæ facundia, tãta etiã urbanitate, & cõpoſita ſenectu
te cõſpicuus eſt, ut de eo quod apud Senecã moralem philoſophum de Socratẽ legit̃, dici
poſſit, auditores ſcilicet eius plus ex motibus q̃ ex uerbis traxiſſe doctrinæ, & ut aliquãdo
de celeberrimo uiro iſto taceã, quæſo hos dicãt, nunquid tales Poëtæ à Platone pellant̃ ex
urbe. Et ſi pelluntur, huiuſmodi referẽt, quos introducturos ipſe ſit ciues, lenones, an ue=
ſpillones, atque Gnatonicos epulones, cæteroſq; ſeu forte furciferos, aut ſimiles illis aſſu=
ment. O felix, ò manſura diu Platonis reſpub. ſi Poetas pellat, & hos ciues habeat, & mo=
rum uitæq; hominum pręſides. Sed abſit, ut arbitror, doctiſſimum uirum id intellexiſſe,
quod ſentiunt interpretes hi, quinimo reor & Poetas inſignes, & quoſcunq; alios ſimiles
eiſdẽ, nõ tãtum ciuitatum, ſeu ſuæ reipub. ciues eſſe, ſed principes atq; magiſtros. Sed in=
quient ſtomachãtes hi, ſi hos nõ, quos pelli iubet Plato Poetas: Eſſet reſpõdendũ talibus,
uos ipſi perquiratis cenſores inepti. Sed quoniã ignorantiæ quorũcunq; cõpatiendũ eſt,
& ſi male ſint meriti, cõpatiendum tamẽ eſt, uti liquoribus omnibus, ſic & facultatibus
ſua fex, quæ eſto abominabilis & abiicienda, nõ tamen defecatus liquor efficit̃ uilior &
æquo modo facultas. Quid enim philoſophia rerũ omniũ magiſtra ueracius: hæc amur
cæ loco, ut de cęteris taceã, Cynicos habuit, & Epicureos, q infandis erroribus inuoluti fe
rè eam dehoneſtare in nõnullis conati ſunt, adeo ut hoſtes uiderentur potius q̃ miniſtri.
Sed quæſo propter hos Socratẽ, Xenocratẽ, Anaxagorã, Panetium, alioſq; hoc eodẽ inſi=
gnitos titulo abiiciẽdos fore dicemus. Stolidum & ignaui defectoris eſſet officium, quid
Chriſtiana uſquã religione ſanctius: & hæc Donatiſtas, Macedones, Fotinos, & alios ha=
buit hæreſiarchas longe fetidiori fece execrabiles, nec propter hos iuſte Baſilium Cęſarien
ſem, Ioannẽ Chryſoſtomum, Ambroſium Mediolanenſem, Leonẽ papã, & alios ſacros
ac uenerabiles uiros dicimus eſſe prophanos. Sic & poeſis, ut de reliquis taceam, habuit
ſuã fecem, & fuere quidã qui comici Poetæ dicti ſunt, quos inter & ſi nõnulli honeſti fue
rint homines, ut Plautus & Terentius, ut plurimũ turpiſſimis fictionibus ſuis ſplẽdidam
poeſis gloriã inficere uiſi ſunt, & his iungi poteſt aliquãdo Pelignenſis Ouidius hi quidẽ
ſeu mentis innata laſciuia, ſeu lucri cupiditate & deſiderio uulgaris applauſus ſceleſtis cõ
poſitis fabulis eas minus introductis recitabant in ſcęnis, ex quibus laſciuientium pecto=
ra prouocabantur in ſcelera, & conſtantium agitabatur uirtus, & omnis ferè morum di
ſciplina reddebatur eneruis, & quod pernicioſiſſimum erat quantumcunq;, & in cæteris
religio gentilium deteſtanda ſit populos in tam turpia facta deduxerant, ut erubeſcenda
à ſuis etiã uideretur. Huiuſmodi etiã Poetas, ut in præcedentibus ſæpe dictum eſt, nõ ſola
abhorret Chriſtiana religio, ſed ipſa etiam abiecit gẽtilitas. Hi quippe ſunt, quos urbe pel=
lendos reor Plato iuſſerit. Ego autem non urbe, ſed orbe tales exterminandos fore exiſti=
mo. Sed hos propter, eſt ne Heſiodus, Euripides, Statius, Claudianus, aut ſimles ciuitate
pellendus: Ego nõ arbitror. Diſtinguant igitur hi, & ſi non odio laborant indigno ma=
le meritos carpant ſua linquentes in pace conſpicuos.

*Platonis dicto de repub. reſpondet à diuiſione, nõ ad omnes æque Poëtas pertinere, ſed ad malos. Eſſe enim inter Poëtas, quẽadmodũ & inter philoſophos quoſdã Epicureos & Cynicos qui poſtpoſita artis ac honeſtatis ratione, ſolã uoluptatẽ atq; libidinẽ in carmine ſecuti ſunt. Neq; ideo, ſi unus aut alter Poëta ſcelere non caret, ipſam artem eſſe damnandam, neq; arti imputãdum eſſe, quod autores male peccãt.* a

*Interpretatio dicti Platonis*

Muſas

Muſas infici non poſſe ob defectum laſciuientis cuiuſq; ingenii. Cap. XX

a POſtremo rex inclyte, hi nomẽ poeticum blaſphemãtes, infanda temeritate perciti, ſilentia ſacra ſemotos antri Gorgonei aditus, honeſta penetralia uenerãdæ poeſis, & puellarũ choros, cantusq́; diuinos intrare auſi ſunt, atq; diſſonis turbare clamoribus, & Boetii ſanctiſſimi atq; clariſſimi uiri uerbis armati, eis ſcilicet quæ circa principiũ libri eius de cõſolatione legunẽ, Philoſophia loquẽte atq; dicẽte, Quis has ſcęnicas meretriculas ad hunc ægrũ permiſit accedere, q̃ dolores eius nõ modo ullis remediis fouerẽt, uerũ dulcibus inſuper alerẽt uenenis, & c omnia nõ aliter q̃ uictores cõplere clamoribus, & innocuas Ludẽtiũ mẽtes ignominioſis opprobriis cõmouere ſi poſſint. Et cũ nõ ſentiant quid illa uerba uelint, Boetii ſolum inſpiciẽtes corticẽ, pudiciſſimas Muſas nõ aliter q̃ ſi eſſent carneæ mulieres, eo q̃d fœminini generis ſint eorũ nomina. Inhoneſtas, obſcœnas, ueneficas, atq; meretrices eſſe proclamãt, & eo quod diminutiuo utatẽ Boetius illas extremæ ſortis, & extremo etiã in lupanari à fece uulgi proſtratas exiſtimãt, nec hoc ſatis eſt, quinimo hinc uolũt Poetas etiã eſſe homines inhoneſtos in argumẽtũ deducẽtes ſuũ. Si Muſæ Boetii aſſertione meretriculę ſunt, inhoneſtę mulieres ſunt, & ſic hi quibus familiares ſunt, ut inhoneſti ſint homines neceſſe eſt, cũ amicitia ſeu familiaritas, niſi ex cõueniẽtia morũ iungi aut ſtare nõ poſſint, eas aũt eſſe familiariſſimas Poetis cõſtat. Liquido etiã carminibus eorũ teſtãtibus, & ſicut iã dictum eſt, inhoneſti ſunt homines. Aduertis ne prudẽtiſſime rex in quẽ exitũ tendat illecebris horũ aſtutia, ſed qualiſcunq; ſit ueritate lucida, cõfundẽda eſt. Quot igitẽ & q̃ ſint Muſæ, & quibus inſignitę nominibus, & quid per eas ſenſerint illuſtres uiri, ſi bene memini, ſupra lib. 11. operis huius mõſtraui. Sed adhuc horũ impietate nõ quieſcẽte paululum laborãdum eſt. Satis ergo arbitror ex ꝑmonſtratis aſſumi poſſe, duplicẽ eſſe Poetarũ ſpeciẽ, quarũ altera uenerabilis & laudabilis eſt, & piis hominibus ſemper grata. Altera uero obſcœna atq; deteſtabilis, & ea eſt Poetarum, quos dixi nõ urbe tãtum, ſed orbe pellendos, ęquo modo dici poteſt de Muſis, quarũ & genus unum ſit, ſpecies duę dici poſſunt. Nam dato eiſdẽ uiribus, eiſdemq́; legibus actualiter unaquæq; utatur cum uariis exactitatis uideatẽ exprimi ſuccus hic ſcilicet dulcis, amarus ille, nõ incõgrue honeſtam unã arbitrari poſſumus, & reliquã inhoneſtã. Harum igitẽ altera totis cõmendanda præconiis laurea incolit nemora, caſtaliũ fontẽ, & quæcunq; religione uenerabilia loca cognoſcimus, Phœbi ſocia floribus & ſertis ornata, & dulcedine cantus atq; uocum ſonoritate ſpectabilis. Altera autẽ ea eſt, quæ ab inhoneſtis comicis tracta ſcœnas atq; theatra, & quadriuia tenet, & ſceleſtibus fictionibus ob mercedem ſe inerti uulgo placidã exhibet, nullo cõmendabili ornatu conſpicua. Hæc nõ conſolatione uirtutum, non ſalubribus antidotis, non ſacris etiam remediis ægritudines languentiũ mitigat aut ſanat, ſed quærelis gemitibusq́; in mortem uſq; amplificat ea delectatione, qua paſſionibus implicitæ delectanẽ. Ex quibus ſatis poſſunt, quod ignorabãt uidere Poetis infeſti, Boetium ſcilicet, dũm Muſas meretriculas ſcenicas uocitabat, de theatrali Muſarũ ſpecie intellexiſſe, quod apertiſſime obiectores hi uidiſſe potuiſſent, ſi quod poſt pauca à Philoſophia dictũ legitur intellexiſſent. Dicit enim, Sed meis eum Muſis curandum ſanandumq́; relinquite. Et ut euidentius appareret, quoniã de ſecunda Muſarũ ſpecie loqueretẽ, perſæpe in ſequentibus philoſophia ad curam & conſolationem Boetii in eodem libro oblectamenta carminum & fictiones poeticas introducit. Ergo poſtquàm illas philoſophia ſua immiſcet artificio, eas honeſtas eſſe exiſtimandum eſt. Et ſi honeſtæ ſint & hi quibus familiares ſunt, ut horum uidetur uelle deductio, honeſti ſint homines neceſſe eſt, & ſic honeſtę ſunt Muſæ, & Poetæ honeſti ſunt homines, quos & quas inuicem turpi nota in uacuum labefactari conati ſunt.

a *Eadẽ ferè hic quæ ſupra ad Platonẽ reſpõdet, pertinere ſcilicet ad turpes, quod obijcitur. Tãetſi uidetur Bocatius nimio laudãdæ Philoſophiæ ſtudio in Muſas debacchatus eſſe, neq; animaduertiſſe dũ Muſas reprehẽdit, eã ipſam rẽ reprehẽdiſſe ſe, cuius defendẽdæ cauſa totã reprehenſionẽ ſuſcepit. Sed μία χελιδὼν οὐ ποιεῖ τὸ ἔαρ, alioqui erat quo honeſtæ uirgines à turpi meretricum cõtumelia defendi poſſent.*

Alloquitur



Alloquitur autor regem. Cap. XXI

QVibus potui rationibus clementiſſime rex horũ celantium maledicta retudi, & ni honeſtati pepercisſem meæ in temerariam eorum præſumptionẽ, & uitam moresq́; ſuos longe acrioribus uerbis & aculeis acutioribus inuexiſſem. Reor tamẽ eos pręter dicta multa dicturos, quibus omnibus reſpondere uoluiſſe in longum nimis protenderetur oratio, & multitudo uerborum nimia perſæpe conſueuit, ne dum animos magnis occupatos, ut rẽgii ſunt, ſed etiã uacuos & ocioſos offendere. Et icciirco ne celſitudini tuæ tedioſus ſim, & ne uidear hos extra terræ terminos fugare uelle, cum ignorantiæ eorum potius compatiendum ſit q̃ in meritũ exterminiũ procedẽdũ his finẽ præſtare mens eſt, & quod ipſi nõ facerẽt, ego ante huius libri finẽ tua cũ gratia feciſſe uolo, poſuiſſe ſcilicet meritã iram omnẽ, & eorũ ignouiſſe nequitiæ, & eos amicis alloqui uerbis, ſi forſan in conſiliũ melius poſſim impellere.

Poetici nominis hoſtes orat autor, ut ſe in melius uertãt cõſiliũ. Cap. XXII

VOs igitur ò prudentes uiri, iam ſi ſapitis iras ponite, & turgida ſedate pectora. Satis enim, imò nimium inter nos odiis decertatũ eſt, uos primi in inſontes intuliſtis arma, ut eos exterminaretis orbe. Ego ex aduerſo pectus oppoſui ei pro uiribus, præſtante deo & meritis cauſæ iuuãtibus, ne beneme riti ab infeſtis pellerentur hoſtibus. Eſto, ſi aduerſum uos ipſi in æquũ deſcenderent campũ, quantũ præualeant ueſtris meisq́; uiribus, ſera pœnitentia noſceretis. Belligeratũ tamen eſt, & eò uentũ, ut cũ aliquali offenſorũ gloria, quanq; ſudore plurimo paululũ ſit omnino uincẽdi repreſſa libido, & ut æquis legibus iri poſſit in pacẽ. Vadamus ergo, eamq́; capeſſemus ultro, & quietẽ laboribus demus, librata enim ſunt belli præmia. Nam uos doctrinã, ego refero aliquantulũ cõſolationis in prædã, & ſic ſatis loci paci relictũ eſt. Credo ſic uelitis quoniã cœpiſſe uos pœnitet, & ideo eius fruamur bonis. Quod ut me ex animo dicere noſcatis, qui primus laceſſitus ſum, primus ſeruare amicitiæ leges incipiã, & ut uos etiã faciatis, quæ amicus charitatiue pauca dicturus ſum, æquo animo atq; trãquillo percipite. Ecce honorabiles uiri, quibus potui demõſtrationibus elucidaui, quid ſit poeſis, quã uos ipſi nullã faciebatis, qui Poetę ſint, quod Poetarũ officiũ, q mores, etiã fabulones ſceleſtos homines, ſuaſores criminũ, & mille malis infectos clamabatis. Quid inde Muſæ ſint deſignaui, quas meretriculas dicebatis, & forte arbitrabamini lupanares. Quos ſi tãti ſunt, ſi adeo uenerabiles, nõ ſolũ nõ dãnare debetis, ſed eos colere, laudibus extollere, amare, & eorũ, ut meliores efficiamini, ſtudere uolumina, à q̃ ne uos retrahat, aut ætas annoſior, aut famoſiores audiſſe facultates, conemini ex uobis ipſis id poſſe, q̃d de ſe nõ erubuit annoſus princeps, & uirtutũ omniũ ſingulare decus Robertus rex Hieruſalẽ, & Siciliæ rex inclytus, qui clarus olim philoſophus, & medicinæ pręceptor egregius, atq; inter cæteros eius tẽporis inſignis Theologus, cũ in ſexageſimũſextũ uſq; ętatis ſuæ annũ paruipendiſſet Virgiliũ, illũq́; cũ reliquis more ueſtro fabuloſum diceret hominẽ, & nullius fore precii ornatu ſubtracto carminũ, q̃cito Frãciſcũ Petrarchã archanos poematũ referentẽ ſenſus audiuit, obſtupefactus ſeipſum redarguit, & ut ego dicẽtẽ meis auribus audiui, aſſeruit ſe nunq̃ ante arbitratũ adeo egregios atq; ſublimes ſenſus, & ſub tam ridiculo cortice, uti Poetarũ ſunt fictiones, latere potuiſſe, ut aduertebat poſt demonſtrationẽ ſolertis uiri abſcõditos eſſe, ſuũq́; mira cõpunctione dãnabat ingeniũ, & infortuniũ, quod tã ſero poeticũ artificiũ cognouiſſet, nec erubuit, aut ſenio & ſpe breuis in futurum uitæ detineri potuit, quin ſepoſitis ſtudiis ſplendẽtiũ facultatũ, ut plenũ è Virgilio ſenſum ſumeret, cœperit operã dare. Sanè feſtina mors nouum interrũpit ſtudiũ, quod ſi perſeuerare potuiſſet, quis dubitet quin in maximũ Poetarũ decus & Italorũ cõmodũ ſtudio tali uacantiũ euaſiſſet? Quid ergo quod regi ſapientiſſimo ſanctũ uiſum eſt, uos ne arripere indignum ducetis? uix credam. Nõ enim uos tygres, aut immanes belluas reor, quorũ ingeniũ uti illarũ ſeuitia in melius flecti nõ poſſit. Attamẽ ſi pręter hãc piã credulitatẽ meã in pectoribus ueſtris impetuoſus adhuc in immeritos perſeuerat hoſtilis ardor in

*Subijcit mitigationem autor, qua oſtendit, ſi quid acerbius dixit, laceßitum, nõ ultro ſe id feciſſe*

*Exemplũ Roberti regis*

ueſtrum

ueſtrum ſaltem decus quotiens uos linguæ pruritus in uerba irritat. Quæſo per ſacrũ Philoſophiæ pectus, cuius forſan aliquãdo mãmillas ſuxiſtis, ne in totũ poeticũ nomẽ adeo uos dedatis præcipites. quinimo ſi ſatis ſani eſtis, diſtinctione, ſemper ubi opportuna ſit utamini, ipſa quidẽ in concordiã diſcordantia reducit, & abſterſis ignorantię nebulis intellectũ clarificat, & recta quo uult ducit ingeniũ. Et hæc facitote ne inhoneſtis uenerabiles implicetis Poetas, ex quibus multos fuiſſe gentiliũ oſtenſum eſt. Sit ſatis uobis in illecebres Comicos irruere, in hos iras euomere, in hos bona cæterorũ pace omne ueſtrũ uertet incendiũ. Prętera & Hebraicis parcite. Nõ enĩ abſq; diuinæ maieſtatis iniuria indigne laceſſiri poſſunt, & præmõſtratũ eſt Hieronymo atteſtante quoſdã ex eis ſub poetico ſtilo ſancto dictante ſpiritu ſua ceciniſſe uaticinia, æquo inſuper modo & Chriſtiani ab iniuriis immunes ſeruandi ſunt. Plures enim ex noſtris Poetę fuere, & adhuc ſunt, qui ſub tegminibus fictionũ ſuarũ Chriſtianæ religionis deuotos ſacros'q; ſenſus cõmendauere. Et ut aliquid ex multis oſtẽſum ſit, noſter Dantes dato ſermone materno, ſed artificioſo ſcriberet in libro, quẽ Comœdiã nuncupauit, defunctorũ triplicem ſtatum iuxta ſacræ Theologiæ doctrinã deſignauit egregie. Et illuſtris atq; nouiſſimus Poeta Frãciſcus Petrarcha in ſuis Buccolicis ſub uelamine paſtoralis eloquii ueri dei, & inclytæ trinitatis laudes iras'q; eius incalcantes ignauia Petri nauiculã mira deſcriptione notauit. Stant uolumina, & intelligere uolentibus ſenſus apparent. Hos ultra uigent Prudentii atq; Sedulii carmina ſacram ſub tegmento expromentia ueritatem. At Arator nõ ſolum Chriſtianus homo, ſed Romanæ eccleſiæ ſacerdos & cardo, Heroico carmine Apoſtolorũ geſta more cantando poetico deſignauit. Iuuẽcus inſuper Hiſpanus homo, ſed æque Chriſtianus ſub uelamẽto hominis, bouis, leonis, & aquilæ, Chriſti filii dei uiui redemptoris noſtri actus omnes etiã fingendo cõpoſuit. Et ne plures in mediũ deducã, ſi ut noſtris ſaltem parcatis, nulla uos humanitas trahit, nolite ſeueriores eſſe matre noſtra Eccleſia, quę laudabili conſideratione proſpectans nõ dedignatur cũ multis, & potiſſime cũ Origene ſe habere benigne. Fuere enim huic homini tam grandes in cõponẽdo uires, ut nunq; circa id exhauſtũ uideatur fuiſſe ingeniũ, nec in ſcribendo fatigata manus, ex quo in millia uolumina uariarum materiarũ exceſſiſſe credat̃. Ex quibus omnibus more ſolertis uirginis, quæ inter ſpineta flores illeſis colligit digitis, & ſpinarum aculeos ſinit ſeparatim uileſcere, omiſſis minus bene creditis laudãda ſumpſit, et inter ſuos theſauros ſeruari uoluit. Videte igit̃ et examinate, & æqua lance Poetarũ dicta librate, & quæ minus ſancte ſcripta ſunt, ſinite. Quæ autẽ bene dicta ſunt nõ damnate, quaſi exiſtimetis e ueſtigio clamore in Poetas ſublato, Auguſtinos, aut Hieronymos ab ignaro populo arbitrari. Hi enim quibus æqua fuit cũ ſanctitate prudentia nunquã in poeticã, ſeu poeticæ artificiũ facere. Verũ in errores gentilitatis recitatos ab eis, quos ſemper etiã circũſtantibus catholicæ ueritatis hoſtibus atq; recalcitrantibus uoce intrepida damnauere, ſemper aduertentes eorũ ſcripta tanta uerborũ arte cõpoſita, tanto lepore ſuauia, tanto ſententiarũ ſale condita, tanto ornatu etiã delinita, ut ab eis expeti fore neceſſe uideatur quicquid quis uelit latino eloquio appoſuiſſe decoris. Et ne longiori ſermone uos traham, ut ait Cicero pro Archia, hæc ſtudia adoleſcentiã agunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, aduerſis profugiũ ac ſolatiũ præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur. quæ ſi ipſi neq; attingere, neq; ſenſu noſtro guſtare poſſemus, tum ea mirari deberemus etiam cum in aliis uideremus, &c. Cum igitur non ſpernenda, neq; abiicienda, ſed colenda ſit poeſis, & inde Poëtæ ſi ſapitis ſatis dictum eſt. Si autem obſtinati perſeueretis in rabiem, eſto uobis cõpatiar cum aſpernandi ſitis, nihil ad ſufficientiam ſcribi poſſet.

*Etiam hoc nimium concedit* Bocatius *ἀμούσοις iſtis. Nam quid ad ciuiles formandos mores, Comœdia aptus eſt? quæ ſi ideo reijcienda eſt, quia quædam in ea obſcœnius dicuntur, cur non eadem cauſa Noë hiſtoriam, aut* Dauidis, *aliorumq; reijcimus, quæ nobis itidem illorum hominum peccata ob oculos ponunt, nõ ut imitemur, ſed ut cognoſcamus, quàm omnes æque à natura ad uitia comparati ſumus, nec niſi diuina ope, ab illorum contagio poſſumus liberari.*

LIBRI DECIMIQVARTI FINIS



# GENEALOGIAE DEORVM GENTILIVM, LIBER DECIMVSQVINTVS, ET VLTIMVS, IN QVO AVTOR PVRGAT SE IPSVM OBIECTIS IN SE.

## PROOEMIVM

FVNDAVI ſereniſſime rex, quibus potui armamentis hinc inde nauiculam, ne æſtu procelloſi maris, aut uentorum aduerſo impetu pelleretur in littus, & illiſa ruptis compaginibus ſolueretur. Et ne crepitãtibus deſuper nubibus, in imbrem ſolutis infeſtũ aut coruſcum fulminibus ignem dilueretur, aut uerteretur in cinerem, tegumẽta ſuper addidi, quæ opportuna ratus ſum, nec nõ & *ploreſis atq; rudentibus illam alligaui ſcopulis, ne ab undis ſe retrahentibus unà cum illis traheretur in pelagus. Aduerſus uero dei iram nil mortalium obſtacula iuuant, & ob id ſuis in manibus linquendam cenſui ipſe, abſq; cuius ſuffragio nil profecto ſtare poteſt, illam ſeruet miſericordia ſua. Nũc autem ſupereſt, ut iniecta in fatigatum nautam tela excutiam, ac ſi poſſim qualitercunq; amoueam. Quis enim dubitet quin petat̃ à multis? Sanè ut forte minus æquo animo uiſus ſum, quãdoq; tuliſſe quę in poeſim & Poetas immiſſa fuere, ſic ſumma cũ patientia quæ in nautam euolauerunt, quocunq; iuſſu miſſa perferam, nec huius patientiæ ratio longe abeſt. Indigne quippe meo iudicio pulchra poeſis & elegantes hac in facultate uiri laceſſiti fuere, neſcio utrum ſuperborũ an ignorantium potius maledictis dixerim. Nauta autem non ſit, nam ſi pro uiribus conatus ſit arte nautica per maris uertiginoſos anfractus, & confragoſa ſcopulis freta cymbam in tutum deducere, ne iuſte redargui poſſit. Scio tamẽ quia multarum rerum ignarus ſit, & ideo ex multis eo minus aduertente, commiſſis forſan merito redargui poteſt. Agam igitur quod potero, iuuante deo, ne omnino temerarie uideatur egiſſe quod fecerit. ipſe me eripiat de faucibus malignantium, qui ex camino ignis ardentis eripuit illæſos Iſraelitas pueros ſperantes in ſe, & in finem laboris extremi me deducat in ſui ſanctiſſimi nominis gloriam & honorem.

*Videtur funes quibus prora alligatur intelligere*

Minus opportuna precioſa fore nonnunquam. Cap. I

CIrcumſpicient ſcio *colloſeum hunc, undiq; iam dicti, ſeu alii intentis oculis carptores egregii, eóq; conſpecto ariolor dicturi ſint, pia forſan intentione. Durum enim homini eſt hominum mẽtes cognoſcere, tam grande opus minime opportunum eſſe, & ideo in precio non futurũ. Hi quidem his paucis uerbis ferè opus omne concutient, cum à quadam non ſatis expreſſa ueritate uideatur obiectio, non ſolũ colorari, ſed etiam approbari. Quis enim non dicat intuitu primo, non dicam non opportunas, ſed etiam ſuperfluas fore Poetarum fabulas, ex quibus hoc opus omne cõſiſtit? Verum aliter ego ſentiendum reor, fateor enim fabulis hoc opus conſiſtere ſic, ſi conceſſero illud minus opportunum. Multa etiam nõ opportuna, & hæc inter opus hoc præcioſiſſima fore monſtrabo, & inde hoc opus quoniam utile tam reipub. quàm priuatæ ſit, oſtendam inter opportuna etiam numerandũ. In precio igitur & maximo eſſe multa minime opportuna, & artificio hominum adinuenta, & naturæ opere facta monſtrantur. Exquirimus enim lapicidas, cementarios, dolatores, & architectos, inſignes uolentes domos cõſtituere, quas rudis uillicus ex luto & paluſtribus calamis opportunas erigeret, templa, capitolia, palatia regum, populorũ, atq; principum maximis ſumptibus cõſtructa, pictura ſuperflua decoramus, aureis cælatis'q; uaſis utimur, cũ opportunitati poſſint deſeruire famia, Sic coronis, purpureis ueſtibus, &

*als, coloſſum.*

*De æſtimatione operis quã refert ad ipſũ uſum fabularum*

armillis aureis delectamur, cum lanicium ſimplex cuiuſcũq; pecoris ſufficiat opportunitati, & ſic artes & ornamenta, quæ minime opportuna ſunt in preciũ deuenere. Sed quia hæc ambitione hominum quis poſſet precioſa dicere, uideamus nunquid naturam rerũ diſcretiſſimam etiam circa ſuperflua ambitioſam uelimus dicere. Et quæſo ad quid capitis capilitium opportunum ſit: nemo dicet, illud tamen multi firmant adeo præcioſum fore, ut ſi abſq; eo Venus incedat, ſuis etiã comitata gratiis Marti placere nõ poſſit. eumq; tanti æſtimatum à Cæſare dictatore, ut ad contegendum caluitium perpetuam lauream à ſenatoribus impetrarit. Ad quid hominũ barba: qua ſi quis ætate prouectus careat, non abſq; rubore hominibus immiſcetur aliis. Ad quid cornua ceruo, ad quid pictæ uolucribus pennę conceſſæ ſunt: ob ornamentũ, nõ ob aliud reſponderi poteſt, & ſic ne per plura diſcurrã, quod aliàs nõ erat in precio, ornamẽti cauſa efficit precioſum. Et ſic ornamenti cauſa quid efficit precioſum, hoc profecto opus erit in precio. Quid enim pulchrius in collocutionibus hominum, q̃ nonnunq̃ immiſcuiſſe fabellas ſententiis: quid decẽtius q̃ fructuoſos fabellarũ ſenſus eiſdem applicuiſſe colloquiis: & hoc opus unũquodq; pręſtabit abunde. Hæc inſuper ponderoſis & accuratis orationibus, plurimũ afferre decoris ſatis apparet cũ paſſim mixta ſcriptis Ciceronis, Hieronymi, & aliorũ prudẽtium uirorũ illa legamus. Poterat ergo ſufficere oſtendiſſe hoc opus precioſum ornamenti cauſa. Sed huic ſuperadditur utilitas, quę ex hoc cõſequitur tam publica, q̃ priuata, ex qua precium maius efficitur. Exiſtimabãt enim nõnulli Poëtas peritos homines ſimplices tantũ compoſuiſſe fabellas, & per cõſequens non ſolũ nõ utiles, ſed illos arbitrabant damnoſos & diſcurrentes, legendo nullũ ex fabulis emolumentũ ſumebant. Hoc aũt opus dum fictionibus uelamentũ amouet, & eruditos fuiſſe uiros Poëtas oſtendit, & legentibus facit fabulas cũ delectatione fructuoſas. Et ſi qui falſa opinione periſſe uidebant Poëtæ reip. inſignes, & quaſi rediuiui reddunt, & priuatim quę incognita abiiciebat utilitas, per hoc patefacta colligit, & altiores ſenſus & ingenia legentiũ excitantur. Præterea ſpero, ſic uolente deo, uti hactenus fuere conſurgent, qui ad poëticam mentes erigent, quibus nõ modicum, dum ueterũ monumenta perlegerint, cõmodi per hoc opus pręſtabitur, ex quo fiet ſaltem fabulis precioſum. Sed quid multa dicã: Si ceſſent quæ dicta ſunt omnia, dũmodo princeps optime, cuius iuſſu, laborẽ ſumpſi, tuo per hoc opus deſiderio ſatisfactum ſit, illud precioſiſſimum duco. Eſto laudabile ſit placuiſſe pluribus, ſic ſi tuæ celſitudini minime gratum ſit, etiam ſi placiturũ atq; acceptabile cæteris ueniat, parui apud me momenti fiet. Tuum igitur eſt iſtud precioſum facere, aut ſi libet abiicere.

Perſeuerare ſæpe diutius quæ minus duratura uidentur. Cap. II

*De diuturnitate operis*

LAdem forte pietate loquẽtur & alii, dicentq; poſtquàm rimoſum opus uiderint nec bene compactum, nec diu manſurum ruinam præmonſtrantibus, fatiſcentibus rimis. Ego his præmonitoribus libens ago gratias. Excutiunt enim ab oculis meis ſomnum, meq; ſolertem faciunt, ut opportunitati præſtem ſubſidium. Verum quoniam ante cœptum opus ſit euaſurũ, illud ratus ſum, ſi ſatis memor es rex inclyte. Iſtud idem circa principium teſtatus his quibus potui rationibus, oſtendens cur ſtrabum, mutilum, cicatricibus plurimum exiſtimatem illud futurum, & ut ſatis apparet, & iſti aiunt, Mea me non fefellit præmeditatio. Et ideo circa defectum hũc iure excuſandus uenio. Sanè quibus adminiculis potui, illud in robur deduxi, nec poſtq̃ deductum eſt, in excogitatas, aut nouas contraxit rimas. Veteres autem & præuidiſſe quod ariolantur, iſti arbitror adeo repente nõ facient. Nam ſi more mortalium per cõiecturas de futuris præuidere uelimus, in longũ perſeuerabit hoc opus. Vidimus enim ſæpe in ſaxo firmatas arces in ruinã ire citius quàm in paluſtri luto piſcatoria ſituata domus. Hi autem qui ſibi non ſatis firma ædificia norãt, uigilantes inſpiciũt ſæpe, & ſic ſi exigat opportunitas, reſtaurant fundamenta, reſarciunt parietes, tecta tignis, & ſolaria uariis adiumentis ſuffarciunt, & ſic quæ ilico caſura uidebantur, nonnunq̃ tecta deducuntur in ſeculum. Secus qui fortia ſe poſſidere exiſtimãt. Nam dum ſecura quiete tenentur



te tenentur, & ecce lapis unus grandi pondere preſſus attritus crepitat, & omne ſecum attrahit ædificium in ruinã. Sunt & alii caſus, palatia ambit inuidia, & odia excidium parant, parua domus paucis, & poſſeſſori cognita, quãdiu deo gratũ eſt, perſeuerat. Quis arbitrari potuiſſet Ilion, recentẽ adhuc Priami ciuitatẽ, tot refertã uiribus diuinis, ſplẽdidam regni totius Aſiæ arcẽ toti minantẽ Græciæ lapſurã citius, q̃ pauperis Aglai Sofidii gurguſtiolo. Sic & robuſtos uidimus iuuenes, uiuaci atq; pręclara ualitudine decoros, parua interueniente febricula, ſeu accidente alio, in repentinã ferè præcipitari mortẽ, ubi nõnunq̃ inualidi ſenes in longiorẽ etiã q̃ uelint euaſere uitã. Sed quid refert per exempla diſcurrere, quorũ abundantiſſima uita mortalis eſt: dicant iſti quod uolunt, & ego quod cupio arbitror, hoc tamẽ ſcio certiſſimum. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatẽ, fruſtra uigilat qui cuſtodit eam. Ipſius eſt ſeruare atq; cõterere, ipſius ſolius eſt, quantũ mundana omnia in longũ duratura ſint, ſeu q̃cito caſura ſcire. prudentũ in eõ ſpes omnis eſt, ipſe uideat. Ego quidẽ quia rimoſum opus meũ cognoui, eidẽ humilitatẽ imperaui, ſciens quia deus humilibus dat gratiã. Sed quid ego de longitudine æui huius uerba facio, cũ mihi permaximum ſit, ſi adeo rimoſum, adeo mutilum, adeo cauernoſum, uti illud cõpoſuiſſe potui, ad tuas uſq; manus, mi rex, peruenire queat, ut nõ dicã uigilantiã, ſed obedientiã meã cognoſcas. Satis mihi hoc opus erit, ſi tandẽ ulterius perſeueret diuinæ bonitati, & fortunæ regiæ imputandũ exiſtimo.

Nequiſſe membra huius aptius collocari. Cap. III

*De cõpoſitiõe*

SVperuenient quidam, Ariolor, & inſpectis, quæ alii inſpexere, dicent optabilius fore prudenti hanc concidere molem, q̃ cõſiſtere diu, cum caſus defectus eius ſublaturus ſit, quos perſeueratio demõſtrabit, & hũc potiſſime, quod latum pectus ex craneo, ex pectore tibiæ formatę ſint, & pedes in uerticem reuoluti. O ſententia Socratis, felices medici, quorum terra teguntur errores. Cum ſcriptorum ſæpiſſime etiam benedicta, quoniam in propatulo ſint, caninis lacerantur dentibus, at ſaltem infeſtentur latratibus, quod ſummo exquiſitum atq; cõpoſitum labore eſt, & illuſtrium uirorum autoritate, ubi poſſibile fuit, formatũ, prætereuntium uerbis ferè deiectum eſt. Sed quid: patienda ſunt omnia, ut conaulcetur humilitate proteruia. His tamen ſic aientibus, quid reſponſurus ſim, nihil habeo præter quod nouerim de principio genealogiæ huius multos multimode opinatos, quod nec circa primi huius uoluminis libri initium omiſſum eſt, atq; oſtenſum, quoniam uetuſtiſſimũ ſumpſerim, ut de cæteris aliqualis haberetur mentio, & huic uetuſtiſſimo capiti, prout cõperiſſe potui, ſucceſſiue pectus & reliqua membra applicui. Si aliæ ueriores ſint, aut potiorẽ oſtendentes ordinem, quod non nego fore poſſibile, & ſi multum uigilauerim, plura & alia reuoluendo uolumina, nõ uidiſſe fateor, nec noui quo ordine membra tam ingentis corporis poſſent aptius collocari, & producant ipſi in medium quod nouerunt, ut eis uiſis ſi iure quæ ſcripſi damnanda ſint, ſuis fides adhibeatur integra. Nam dixiſſe me tantum ex craneo confeciſſe pectus, & nil aliud oſtendiſſe, eſt potius inique detrahere quàm laudabiliter redarguere, aut utiliter emendare.

Non appoſitum eſt quod minime compertum eſt. Cap. IIII

*De perfectione operis*

PRęter compoſitionis indecentiam pauloante redargutam multa eſſe omiſſa, quę apponi debuiſſent, hi forſan ſuperaddent, uel alii. Hoc ego ſi uelim negare, non poſſum, cum meminerim ſaltem de ſpectantibus ad ſuperficiem fabuloſam ob librorũ defectum. Circa huius operis principium ſcripſiſſe multos, ex prole deorum defuturos homines. Et ſi tamen libri reperiri dicantur, quis mortalium tam audax erit, ut prorumpens dicat uidiſſe ſe omnes, atq; legiſſe: Ego autem non uiderim, etiam quos alii uidiſſe potuere, abſq; frontis rubore confiteor, multos omiſſos fore, & nonnullos forſan ob labilis memoriæ culpam. Non enim ſufficit uiſis, & iccirco indulgeant quæſo memores, & quod ignorãtia ſiue obliuione factum eſt, nolint æquiparare malitię. Adeſt & res alia, in quam forſan poſſunt obloqui uiri ſublimes, ſcilicet circa explicationes ſenſuum fabularum exhibitas. Abſit, ut his ego ue-

lim obſiſtere, poſſibile quidem reor, cum nunquam de me auſus ſim tam magna præſumere, quoniam me minus ad hæc ualere ratus ſim, & quis ex imperfecto homine perfectum exquiret opus? Solius eſt dei perfectum opus componere, quoniã & ipſe perfectus eſt. Siquid tamen temerarius egi, circa hoc tuo iuſſu rex optime impulſus egi. Et ob id ſi circa hanc partem minus bene egerim, imponatur onus celſitudini tuæ. Aſt ego hos prudentiores deprecor per uenerabile ac ſanctum philoſophiæ nomen, quod colant, exiſtimo uti quadam ſapientiorum autoritate. Dentes in minus bene commiſſum infigunt, ita pia humanitate etiam medeantur. Non enim inſuetum eſt, ut nedum eruditos homines uidere, quod indoctus non uiderat, ſi aliquando indoctos uidiſſe quod minime uiderãt eruditi. Homo enim ſum ego, & hominem peccaſſe nec nouum eſt, nec mirabile. Ait enim Flaccus, Quandoq; bonus dormitat Homerus. centum pręterea Argo fuere oculi, bini & bini uiciſſim dormientes, uigilantibus reliquis, & tamen quin ſomnũ aliquãdo ire permitteret omnes cauiſſe nõ potuit. Si ergo mihi, cum tantũ duo ſint, & hi quandoq; à ſopore tacito uinciantur, mirabile nõ eſt. Exprimant igitur quæſo, quod à me permiſſum eſt, & fabularum enucleationes ſuppleant, aut ſi minus debite quid expoſitum ſit immutent, & in melius quod minus decenti opinione firmatũ eſt, reformantes emendent. Ego quidem & ſi non plene, uerum tamen ſancte ſcribere ratus ſum, quod ſi minime factum eſt, non adeo obſtinate pertinax ſum, quin meum humiliter fatear crimen, & grato animo emendationẽ ſuſcipiã tanq̃ homo, qui etſi iam totis pedibus in ſeniũ tendam, doceri non uereor, imò cupio & perſcrutor. Hoc enim ſi fecerint, perfectius incedet opus, & ego doctior factus magis eorum liberalitate laudandus efficiar.

a *Excuſat ſe autem librorum inopia, & ſanè mea quidem ſententia, etiam conatus uiri laudandus eſt, etiã ſi ne tãtũ quidẽ præſtitiſſet, cũ poſt cũ hactenus nemo uel mediocrẽ in hoc argumẽto operã poſuerit.*

Nullas fabulas aut hiſtorias, niſi ex commentariis ueterum ſumptas ineſſe. Cap. V

*De ſtylo*

INſurgent hos præter & alii, & quaſi queruli clamabunt, quoniam inauditas fabulas & hiſtorias, ut textus grauiores & implicatiores facerem, miſcuerim. Fateor non nouas fabulas aut hiſtorias immiſcuiſſe ueteribus, ſed forſan à multis ex latinis his inauditas ſeculis, ex quibus nullas niſi ex cõmentariis ueterum ſumptas appoſui, nec ut grauiores, aut implicatiores textus excuderem, ſed ſic opportunitate exigente factum eſt, diſcolorum quippe & male ſecum conuenientium conqueſtio talis eſt. Nil enim æquo animo pati poſſunt, ſi textus faciles ſcripſeris, & laxa quadam claritate patentes, pedeſtrem dicunt ſtylum, & puerile pędagogon redolentem, & faſtidientes abiiciant, ſi paulum acriorem dictaueris, primo ingreſſu fatigati, cum non obuius ſenſus eueſtigio tendit ingenio, ſcribentem accuſant, ſcabroſum'q; dicunt, etiam ſi facili ſit artificio delinitus, & indignantes negligunt. Ego quippe

* nulla propter leſione* circumuolutum ſcripſiſſe mereor, nec uideo etiamſi ex compoſito feciſſem, quod intertextæ fabulæ quantumcunq; ab eis inauditæ poſſint difficultatis aut obſcuritatis afferre. Reor tamen hos aſtu quodam tacito fabulas uelle, & hiſtorias ſibi incognitas damnare tanquam non ueras, ſub prætextu textus impliciti. Iam dictum eſt ex commentariis ueterũm ſumptæ ſunt omnes, ut referentium autorum nomina teſtantur appoſita, quas ſi forſan non uiderint, quaſi nil uerum eſſe poſſit, niſi quod legerint reprobandas exiſtimare non debent. Certiſſimum ego habeo eos multa uidiſſe, quæ mihi penitus incognita ſunt. Sic & ego legiſſe potui, quæ nondum ad eorum deuenere notitiã. Nemo ſolus præter deum cognitionem omnium rerum habere potuit uſquam. Eo igitur animo à me comperta legant, quo uolent alios legiſſe ſua, & forſan ſi aliquantũ acer uideatur contextus, cogant in uires ingenium, & ſentientes aduertent perlucidum eſſe, quod arbitrabantur obſcurum.

*De autoribus quos ĩ hoc opere ſecutus ẽ*

Inſignes uiros eſſe, quos ex nouis inducit in teſtes. Cap. VI

HOrum puto quippe hæc etiam erit querela, quod in teſtes ſcriptorum inauditos ueteres, & nouos incognitos autores induxerim, quibus utrum præſtãda fides ſit, incertum





certum eſt, habet equidem quærimonia hæc aliquid grauitatis. Nam quantumcunq; nõui fuerint, qui nunc ex autoribus ueteres ſunt, uidetur quod per multa ſecula perſeueratũ eſt, à longitudine temporis approbatum ſit, & inde plurimũ autoritatis ſumpſiſſe, quod utrum de omnibus nouis, quãtumcunq; bene ſint meriti, arbitrari debeat apud multos uidetur in pendulo. Ego autem huius ſententiæ ſum, nunquã in æuum duraturos hos, quorũ nouitas approbata non ſit, cũ ab eorum nouitate neceſſe ſit exordiũ approbationis ſumendum, & ſic ego eos, quos nouos in uoco, cum uiuos nouerim, aut noſcã meritis eorũ agentibus, egregios eſſe uiros, atq; probandos, auſus ſum in teſtimoniũ euocare. Hoc enim mihi conſtat ex omnibus eos ferè per omne uitæ tempus ſtudiis uacaſſe ſacris, eos inter inſignes, ſcientia & moribus ſemper uerſatos homines, eos uita laudabiles, nec ulla turpi nota ſignatos, eorum ſcripta aut dicta à prudentioribus etiã eſſe approbata. Credo his agentibus æquiparanda ſit eorum nouitas uetuſtati. Verum ne quis arbitretur me minus graues produxiſſe uiros, eos'q; uelim mea autoritate probabiles facere. Libet de nouiſſimis aliqua ſingillatim ſcribere, ut & aliorũ iudicio, ſi ſatis bene dixerim, appoſitũ ſit.

*Andalo*

Induxi ſæpe generoſum atq; uenerabilẽ ſenẽ Andalo de Nigro Ianuenſem olim in motibus aſtrorum doctorem meũ, cuius quanta fuerit circumſpectio, quanta morum grauitas, quanta ſyderũ notitia, noſti tu rex optime, tibi etiã, ut aiebat ipſe, cũ adhuc eſſes Romæ conformitatis ſtudiorum familiariſſimus fuit, & ut ipſe uidiſſe potuiſti, nõ ſolum regulis ueterum, ut plurimũ facimus, aſtrorũ motus agnouit, ſed cũ uniuerſum ferè peragraſſet orbem, ſub quocunq; climate, ſub quocunq; orizonte experiẽtia diſcurſuum certior factus, uiſu didicit, quod nos diſcimus auditu, & ob id, in omnibus illi fidem præſtandam crediderim. Circa ea tamen, quæ ad aſtra ſpectare uidentur, non aliter q̃ Ciceroni circa oratoriã, aut Maroni circa poëticam exhibendã cenſeo, huius inſuper plura ſtant opuſcula aſtrorum, cæli'q; motus oſtendentia, quæ quantũ ſibi circa talia præminentiæ fuerit, oſtendunt.

*Dantes*

Vti ſenem hunc, ſic & Dantem Aligeri Florentinũ poëtam conſpicuũ, tanquã præcipuum aliquando in uoco uirũ, meretur quidem. Fuit enim inter ciues ſuos egregia nobilitate uerendus, & quantũcunq; tenues eſſent illi ſubſtantiæ, & à cura familiari, & poſtremo à longo exilio angeretur, ſemper tamẽ Phyſicis atq; Theologicis doctrinis imbutus uacauit ſtudiis, & adhuc Iulia fatetur Pariſius, in eadem ſæpiſſime aduerſus quoſcunq; circa quamcunque facultatem uolentes reſponſionibus aut poſitionibus ſuis obiicere diſputãs intrauit gymnaſium. Fuit & hic circa poëticam eruditiſſimus, nec quicquã illi laureã abſtulit præter exiliũ. Sic enim formauerat animo nunq̃ niſi in patria illã ſumere, quod minime illi permiſſum eſt. Sed quid plura? Qualis fuerit, inclytum eius teſtatur opus, quod ſub titulo comœdię rhitmis Florentino idiomate mirabili artificio ſcripſit, in quo profecto ſe nõ mythicũ, ſed catholicum atq; diuinũ potius oſtendit eſſe Theologum, & cũ ferè iam toto notus ſit orbi, neſcio utrũ ad celſitudinem tuam ſui nominis fama peruenerit.

*Franciſcus de Barbarino*

Memini inſuper, eſto, raro Franciſcum de Barbarino traxiſſe in teſtẽ hominẽ quidẽ honeſtate morũ, & ſpectabili uita laudabilem. Qui & ſi ſacros canones longe magis quàm poëticam nouerit, nonnulla tamen opuſcula rhitmis uulgari idiomate ſplendidis ingenii ſui nobilitatem teſtãtia edidit, quæ ſtant, & apud Italos in precio ſunt. Hic integerrimæ fidei fuit, & reuerentia dignus, quẽ cum inter uenerabiles non dedignetur Florẽtia ciues, optimũ ſemper & in omnibus fide dignũ habui teſtem, & inter quoſcunq; egregios uiros numerandũ.

*Barlaam*

Traho præterea aliquando Barlaam Baſilii Cæſarieñſis monachũ, Calabrũ hominem, olim corpore puſillũ, prægrandem tamẽ ſcientia, & Græcis adeo eruditũ ut imperatorũ & principum Gręcorũ atq; doctorum hominũ priuilegia haberet teſtantia, ne dum his temporibus apud Græcos eſſe, ſed nec à multis ſeculis citra fuiſſe uirum tam inſigni, tam'q; grandi ſcientia prẹditũ, nonne ergo huic & potiſſime in rebus ad Græcos ſpectantibus ego credã? Non enim opus ſuũ aliquod uidi, eſto cõpoſuerit, nõnulla audiuerim, habui tamen ex ſuis ſcripta quædã in nullũ redacta librũ, nec aliquo inſignita titulo, quæ etſi illũ nõ ſatis in latinis literis inſtructũ oſtenderent, eũ tamen

*Paulus Peruſinus*

multa uidiſſe, atq; perſpicaciſſime ſenſiſſe monſtrabant, æquo modo & Paulũ Peruſinũ grauiſſimũ uirũ cæteris immiſceo, qui & ætate prouectus, & multarũ rerum notitia doctus fuit, diu magiſter & cuſtos bibliothecæ Roberti Hieruſalem, & Siciliȩ regis inclyti. Et ſi uſquam curioſiſſimus fuit homo in perquirẽdis, iuſſu etiã ſui principis, peregrinis undecũq; libris, hiſtoriis, & poëticis operibus, iſte fuit. Et ob id ſingulari amicitia Barlaæ iunctus, quæ à latinis habere non poterat, eo medio innumera exhauſit à Græcis. Hic ingentem ſcripſit librũ, quem collectionũ titulauerat, in quo inter cætera, quæ multa erãt, & ad uaria ſpectantia, quicquid de diis gentiliũ nõ ſolũ apud Latinos, ſed etiã apud Græcos inueniri poteſt adiutorio Barlaæ arbitror collegiſſe. Nec dixiſſe uerebor ego iuuenculus adhuc longe antequàm tu in hoc opus animũ meũ traheres ex illo multa auidus potius ꝙ

*Theodõtius*

intelligens ſumpſi, & potiſſime ea quæ ſub nomine Theodontii appoſita ſunt. Quem librum maximo huius operis incõmodo Biellȩ impudicæ coniugis crimine, eo defuncto cũ pluribus aliis ex libris eiuſdem deperditũ cõperi. Puto igitur eo tempore, quo mihi primo cognitus eſt, neminẽ illi in talibus æquiparandũ fuiſſe.

*Leontius*

Poſt hos & Leontiũ Pilatum Theſſalonicenſem uirũ, & ut ipſe aſſerit, prædicti Barlaæ auditorem perſæpe deduco, qui quidẽ aſpectu horridus homo eſt, turpi facie, barba prolixa, & capilitio nigro, & meditatione occupatus aſſidua, moribus incultus, nec ſatis urbanus homo, uerũ uti experiẽtia notum fecit literarũ Græcarũ doctiſſimus, & quodãmodo Grȩcarum hiſtoriarum atq; fabularum arciuum inexhauſtũ, eſto, latinarum non ſatis adhuc inſtructus ſit, huius ego nullũ uidi opus, ſanè quicquid ex eo recito ab eo uiua uoce referẽte percepi. Nam eum legentem Homerũ, & mecũ ſingulari amicitia conuerſantem ferè tribus annis audiui, nec infinitis ab eo recitatis uergẽte etiã alia cura animũ, acrior ſuffeciſſet memoria ni ſchedulis cõmendaſſem. Similiter & Paulũ Gȩometram, conciuem meũ, quẽ tibi rex inclyte fama notiſſimũ ſcio, ad hæc aſſumendũ aliquando ratus ſum, eo quod nouerim nulli uſquã alteri tempeſtate hac, adeo ſinum Arithmeticã, Gæometriam, & Aſtrologiã aperuiſſe omnẽ, uti huic aperuere, in tantũ, ut nil arbitrer apud illas illi fuiſſe incognitũ, & quod mirabile dictu, etiã & uiſu longe magis quicquid de ſyderibus aut cælo loquitur. Confeſtim propriis manibus inſtrumentis in hoc cõfectis oculata fide demonſtrat ſpectare uolentibus, nec eſt hic tantũ patriæ aut Italis notus, longe quidẽ ſtudiorum ſuorũ Pariſius fama clarior eſt, ꝙ apud ſuos ſit, ſic & apud Britannos, Hiſpanos q;, & Aphros, quos penes hæc in precio ſtudia ſunt. Siquidẽ felix homo erat iſte, ſi animo erat ardẽtior, aut liberaliori ſeculo natus.

*Franciſcus Petrarcha*

Quid tandẽ? & Franciſcũ Petrarchã Florentinũ uenerandiſſimũ præceptorem, patrẽ, & dominũ meũ, nuper Romæ ex ſenatuſconſulto approbante Roberto Hieruſalẽ, & Siciliæ rege inclyto, ab ipſis ſenatoribus laurea inſignitũ, inter ueteres uiros illuſtres numerandũ, potius ꝙ inter modernos induco. Quẽ non dicã, Itali omnes, quorum ſingulare ac perenne decus eſt, ſed & Gallia omnis atq; Germania, & remotiſſimus orbis angulus Anglia, Græci q; plures nouere Poëtã præcipuũ, nec dubito quin uſq; Cyprum, & ad aures uſq; tuæ ſublimitatis nomen eius inclyta fama detulerit. Huius enim iam multa patẽt opera & metrica, & proſaica memoratu digniſſima, certũ de cæleſti eius ingenio teſtimoniũ hinc inde ferẽtia. Stat enim exitum cupiens adhuc ſub cõclaui clauſa diuina Aphrica Heroico carmine ſcripta, primi Aphricani narrans magnalia. Stat Bucolicum carmẽ iam ubiq; ſua celebritate cognitũ. Stat & liber Epiſtolarũ ad amicos metrico ſcriptarũ ſtylo. Stant præterea ingentia duo epiſtolarũ proſaicarũ uolumina tanta ſententiarũ, tanta rerum geſtarũ copia, tanto ornatu artificio ſplendentiũ, ut in nullo Ciceronianis poſtponendas eas cenſeat lector æquus. Stant in medicũ inuectiuæ, ſtat ſolitariæ uitæ liber. Et qui paucis poſt diebus in lucẽ nouiſſimus uenturus eſt, de remediis ad utrãq; fortunã. Sunt præterea in officina plures, quos cito eo uiuente fabrefactos legemus in publico. Quis ergo hunc in teſtem renuat? Quis dictis eius fidẽ præſtare deneget? O niſi paulòãnte tenui calamo ſcripſiſſem quot & quas eius poſſem ſuperaddere laudes, quibus dictorum ab eo fides amplior deueniret. Sed ad præſens dicta ſufficiant. Hæc igitur quæ de nouis



nouis dicerem habui, uerũ ne de incognitis antiquis ab his uideatur omiſſum pauca dicenda ſuperſunt. Dicent igitur hi me inauditos à ſe inducere autores, quaſi, quia eorũ nõmina nõn audiuerint, nõ illis integra præſtanda ſit fides; inſipientis equidem eſt credere nil, præter quod uiderit fide dignum, quaſi lectis fidem legẽdo iniunxerit ipſe. Fateor me autorum plurimum, quorum forſan nomina nonnullis modernorum peregrina ſunt, dicta & fabulas recitaſſe, eo quod, ut iam dictum eſt, antiquitate uideantur approbata, & hos omnes aut uidi, aut legi, aut à recentioribus allegatos comperi, quos ſi hi queruli nõ uiderunt, aut eorum non audiuere nomina, non autorũ, ſed deſidiæ eorum crimen eſt, & ideo ſibi imputare, non de me conqueri debent, nõ enim poſſunt uolumina è bibliothecis in manus euolare torpentiũ, nec qui uiderunt debent nomina uiſorum hoſtiatim deferre, legant, perſcrutentur, & inuenient quod nõ norunt, & peregrini efficientur domeſtici, & cõperient eos ſic autoritate ualere, uti arbitrantᷣ quòd ualeant quos legerũt. Hȩc igitur habeo quæ de autoribus tam nouis, quàm ueteribus à me productis dicenda reor, quorum ſi me ad inducendum nõ prouocarent merita, ad id opportunitas cogeret. Habent enim ciuiles & canonicæ leges præter textus multiplices, hominũ nequitia, ſemper auctos apparatus ſuos à multis hactenus doctoribus ȩditos. Habent philoſophorum uolumina diligentiſſime commẽta compoſita, habent & medicinales libri plurimorũ ſcripta omne dubiũ enodantia, ſic & ſacrȩ literæ multos habent interpretes, habent nec non & facultates, & artes reliquȩ, gloſatores proprios, ad quos ſi opportunum ſit uolens habet ubi recurrat, & quos uelit ex multis eligat. Sola poëſis, quoniam perpaucorũ ſemper domeſtica fuit, nec aliquid afferre lucri auaris uiſa ſit, non ſolum per ſecula multa neglecta atq; deiecta, ſed etiã uariis lacerata perſecutionibus his caret ſubſidiis. Quam ob cauſam ſaltem huc illuc ad quemcũq; poſſumus abſq; tam celebri ſelectione recurramus neceſſe eſt, & ſi nõ multum, à quocunq; ſaltem quod modicum poſſumus excerpamus, quod à me factum perſæpe intelligenti ſatis apparet, cũ nõnunꝙ, nõ tantũ ad nouos autores diuerterim, ſed ad gloſſulas etiã autoris carẽtes nomĩe recurſum habuerim. Et iccirco ꝗruli, ſic opportunitate uolẽte, nõ ſolũ inauditis ueteribus, ſed & nouis etiã autorib. acquieſcãt.

*Ex hinc fortaſſe eſt, cum facilis aurium lapſus ſit, quod quædam perperam translata ex Homero & eius commentarijs deprehendimus.* a

Carmina nonnullis agentibus cauſis huic immixta ſunt operi. Cap. VII

*De eo quòd Græca admiſcuit*

SEu hos, ſeu alios dicturos nõ dubito quoniã oſtentationis gratia Grȩca carmina operi meo immiſcuerim, quod ſatis aduerto nõ ex charitatis fomite emiſſum, quinimo uredine liuoris impii impellente ex aduſti cordis intrinſeco hȩc emittatᷣ obiectio, impie factum eſt. Aſt ego profecto nõ cõmouebor opitulante deo, ſed more ſolito humili gradu in reſponſum ibo. Dico igitur, ſi neſciunt carpentes immeritum, inſipidum eſt ex riuulis quærere quod poſſis ex fonte percipere. Erãt Homeri libri mihi, & adhuc ſunt, ex quibus multa operi noſtro accõmoda ſumpta ſunt. Et ex his ſatis percipi poteſt plurima à priſcis aſſumpta, à quibus tãquã à riuulis nõ eſt dubiũ quin ſumere potuiſſem, & ſumpſi ſæpiſſime. Verum uiſum eſt aliquando ſatius ex fonte ſumere quàm ex riuo, nec ſemel tãtum contigit, non in riuo repperi quod abundantiſſimũ erat in fonte. Et ſic aliquãdo in hoc, hinc delectatio, inde neceſſitas impulere. delectant inſuper ſcriptores nõnunꝙ aliqua ſcriptis inſerere, quæ habeant aliquo modo lectorem ſiſtere, ac in oblectationẽ ſeu quietẽ deducere, ne perſeueratione nimia uniformitate lectionis tractus in tædiũ à lectura deſiſtat, quod immixta carmina aliquãdo forſan feciſſe poterũt. Inſuper quod in propria forma poſitũ eſt, habet uires teſtimonii pleniores, ſi forſan obiurgator inſiſtat, ſi ſic ergo qui ſcripto à me carmini fidem non præbeat, adinuenta Iliade uel Odyſſea poterit uidiſſe, nunquid uera aut falſa deſcripſerim, & ſi uera, plenior erit teſtimonii certitudo. Nec inſup ego ſolus ſum, qui miſcuerim Græca latinis, uetus cõſuetudo eſt, uoluant, ſi libet, uolumina Ciceronis, uideant ſcripta Macrobii, intueantur Apulei libros, & ne plures afferam, maximi Auſonii opuſcula legãt, hos ſępiſſime uerſus Græcos latinis literis inſerẽtes inueniẽt.

Horũ ego ueſtigia in hoc ſecutus ſum. Reor dicent illico, ſi dudũ laudabile fuit, hodie friuolum eſſe laborem. Nam cũ nemo ſit qui Græcas literas norit, eſt cõſuetudo uetus abolita. Aſt ego in hoc latinitati cõpatior, quæ ſi omnino Græca abiecit ſtudia, ut etiã nõ noſcamus characteres literarũ. Nã & ſi ſibi ſuis ſufficiat literis, & in eas omnis occiduus uerſus ſit orbis, ſociatæ Græcis lucidiores proculdubio apparerent, nec præterea omnia ſecũ à Græcia ueteres traxere latini, multa ſuperſunt, & profecto nobis incognita quibus poſſemus, ſcientes effici meliores. Sed de hoc aliàs. Hi demum non proſpectant, ad quẽ hoc opus ego dirigã, cui laborem impendam. Vidiſſent quippe, quoniã eruditiſſimo regi; & cui tam Græcarũ quàm latinarũ literarũ, ſi uera fert fama, notitia eſt. Et quem penes cõtinue docti homines Græci ſint, quibus Græca carmina, ut his ignaris, nõ uidebunt̃ ſuperflua. Sed quid multa? geramus paululũ obiurgatoribus morem, oſtentationis cauſa Græca carmina ſcripſi, quid inde quæſo mordendus ſum? cui enim iniuriã facio, ſi iure utar meo? Si neſciunt, meũ eſt hoc decus, mea eſt gloria, ſcilicet inter Hetruſcos Græcis uti carminibus. Nónne ego fui, qui Leontiũ Pilatũ à Venetiis occiduã Babylonẽ quærentẽ à longa peregrinatione meis flexi cõſiliis, in patria tenui? Qui illũ in propriã domũ ſuſcepi, & diu hoſpitem habui, & maximo labore meo curaui, ut inter doctores Florẽtini ſtudii ſuſciperetur, ei ex publico mercede appoſita. Fui equidẽ ipſe inſuper, qui primus meis ſumptibus Homeri libros, & alios quoſdã Græcos in Hetruriã reuocaui, ex qua multis ante ſeculis abierãt nõ redituri. Nec in Hetruriã tantũ, ſed in patriã deduxi. Ipſe ego fui, qui primus ex latinis à Leontio Pilato in priuato Iliadem audiui. Ipſe inſuper fui, qui ut legerentur publice libri Homeri, operatus ſum. Et eſto non ſatis plene perceperim, percepi tamen quãtũ potui, nec dubiũ ſi permanſiſſet homo ille uagus diutius penes nos, quin plenius percepiſſem. Sed quantulumcunq; ex multis didicerim, nõnullos tamen præceptoris demonſtratione crebra integre intellexi, eoſq́; prout opportunum uiſum eſt, huic operi miſcui. Quid hoc mali eſt? fabulas Græcorũ ſcripſiſſe, quarũ hic liber pleniſſimus eſt à nomine oſtentationis cauſa factũ dicitur paucos inſeruiſſe uerſiculos, Græcis literis ſcriptos laceſſit̃. Potuit Marius Arpinas ſuperatis Afris, Cymbris, & Theutonicis more Liberi patris cantolo in poculum uti. Sic & C. Duillius, qui Pœnos primus nauali certamine ſuperauit, à cœna domũ repetens ſemper lumine funalis cærei uſus, & hæc quantumcunq; præter Romanæ urbis morem eſſent, æquo animo tulere Romani. Mihi autẽ iraſcunt̃ nõnulli, ſi præter noſtro æuo ſolitũ latinis Græca carmina miſceo, & ex labore meo pauculum gloriæ ſumo. Rebar equidẽ latinitati aliquid decoris afferre, ubi in meliuoris nebulã excitaſſe uideo. Doleo quippe, ſed quid, arbitror doctos. Nã iſta dicturos de reliquis, & ſi curandũ ſit, tolerari tamen patientia poteſt. Poſtremo tamẽ precor omnes, ut placido ferant animo, memores Valerio teſte, quia nulla eſt tam humilis uita quæ dulcedine gloriæ nõ tangat̃.

## Gentiles Poëtas mythicos eſſe Theologos. Cap. VIII

*Quod Poëtas theologos uocauit*

QVidam forte religioſi homines ſancto mouente zelo, legentes præcedentia, dicent iniuriã ſacroſanctæ religioni Chriſtianæ illatã, dum Poëtas gentiles diximus eſſe Theologos, quos ſolos diuinis literis inſtructos hoc inſigne faciamus Chriſtiani decoros. Equidẽ hos ego uenerandos homines puto, eiſq́; ſi quando hæc aliqui dicentes erunt ex nũc gratias ago, ſalutis enim meæ ſollicitos ſentio. Verum dum minus circumſpiciunt quæ loquãtur, oſtendunt liquido ſe paucos uidiſſe libros. Nã ſi multos ſtuduiſſent, liber Cæleſtis Hieruſalem inter cæteros famoſiſſimus pertranſiri non debuiſſet inuiſus, in eo enim legiſſe potuiſſent Auguſtinum libro ſexto referentem Varronis doctiſſimi hominis opinionem, qua ipſe Varro arbitratur triplicem eſſe Theologiam, Mythicam ſcilicet; Phyſicam, atque Ciuilem. Mythica autem dicitur fabuloſa à † mythicon Græce, quod latine fabula ſonat, & hæc comœdiis, de quibus ſupra & theatris accommoda eſt, quæ ob turpia in ſcænis actitata ab illuſtribus Poëtis etiam improbatur. Phyſica autem quæ ut interpretatione uocabuli percipitur, naturalis eſt, necnon & moralis, quoniam mundo utilis uideatur

*μῦθος*

laudabile



laudabile eſt. Ciuilis uero, ſeu politica, quæ & ſacrificola dici poteſt, ad urbem ſpectare dicitur, quæ ob ſacrorum ueterum abominabilem turpitudinem à ueri dei cultu, atq; rectitudine fidei reprobanda eſt. Ex his enim Phyſica Poëtis egregiis attribuitur, eo quod ſub fictionibus ſuis naturalia contegant atq; moralia, & uirorum illuſtrium geſta, & nõnũquam quæ ad ſuos deos ſpectare uidẽtur, & potiſſime dum ſacra carmina primo in deorum laudes compoſuere, atq; eorum magnalia ſub cortice texere poëtico, ut in ſuperioribus dictum eſt, ex quo à priſca gentilitate Theologi nuncupati ſunt, eoſq́; primos fuiſſe theologizantes teſtatur Ariſtoteles, & quanquam à non uero deo nomen tale ſortiti ſint uenientibus ueris Theologis perdidiſſe nequiuere, uim ſuam ſeruante uocabulo, quod à quocunq; deo exortum eſt, quod reor aduertentes Theologi hodierni, ſcilicet nomen ex cauſa inditum auferre non poſſe, ne de mythica uel alia poſſit intelligi Theologia ſe non Theologos tantum, ſed ſacræ Theologiæ afferunt profeſſores, nec hoc eſt aliqua inſtãtia improbandum, quaſi Chriſtiano nomini iniurioſum. Nónne nos omnes homines dicimus, quoſcunq; mortales ſcimus conſtare ex anima rationali & corpore? Dato alii gentiles ſint & Iſraëlitæ alii, & alii Agareni, & alii Chriſtiani, & nonnulli adeo peruerſorum morum, ut potius immanes beluæ, quàm homines habendi ſint. Et tamẽ nullam ſic omnes uocantes Chriſto redemptori noſtro iniuriam facimus, quem ultra deum uerũ hominem fuiſſe cognoſcimus, æquo modo ſi quis Poëtas dicat Theologos nulli facit iniuriam. Si ſacros quis illos diceret, quis adeo demens eſt quin uideat quoniam mentiretur? Eſto nonnunquã in præcedentibus patet, circa honeſta eorum Theologia uerſetur, quæ ſæpiſſime potius phyſiologia, aut ethologia quàm Theologia dicenda eſt. Dum eorum fabulæ naturalia cõtegunt aut mores. Et hæc etiam circa catholicam ueritatem uerſari poteſt, dummodo uelit fabulatum conditio. Quod feciſſe nouimus nonnullos Poëtas orthodoxos à fictionibus quorum ſacra documenta tegũtur, nec ſit his audiſſe difficile, uti & Poëtæ quãdoq; ſacri poſſunt appellari Theologi. Nónne Dantes noſter quicquid conſiſtit in ſacræ Theologiæ ſinu ſub poëtico uelamento contexit? Quapropter & ſacer Theologus appellandus eſt. Sic & qui ſacri ſunt Theologi, opportunitate exigente deueniunt phyſici. Quod ſi alias non contingat, ſaltem dum ſenſum exprimũt ex fabula lignorum ſibi regem conſtituentium ſe phyſicos eſſe demonſtrant.

## Non indecens eſſe quoſdem Chriſtianos tractare gentilia. Cap. IX

*An Chriſtianis conueniat gentiles fabulas tractare*

DIcent alii æquo ſuperioribus forſan animo indecens eſſe Chriſtiano homini gentilium ſuperſtitiones, & nepharia ſacra, ſeu genealogias deſcribere aut perquirere, cũ habeant nonnunquam talia mentes legentium in erroneas opiniones deducere, & per ſæpe opinantis periculo detinere non inficiar, hoc quidem ſanctiſſime dictum eſt, & arbitror nonnullos à ſtudio talium amouendos. Et ſic etiam aliquibus abſq; aliqua ſuſpitione ſiniſtra permitti poſſe. Nam ſi omnes à talibus abſtinere neceſſariũ uiſum fuiſſet, non dubito quin ſacroſancta mater eccleſia decreto perpetuo uetuiſſet. Fuit enim utiliſſimum olim uix dum apud gentiles nouis germinibus pullulãte eccleſia aduerſus eoſdem, eoſq́; adhuc ſaperent tam ab origine, quàm ab ipſius gentilitatis perſeuerantia, ſacris inſiſtere acriter atq; curare, ne legentes talia tanquam unco uetuſtatis tracti more canis uerterentur in uomitum. Hodie gratia Ieſu Chriſti in robur firmiſſimum uentum eſt, & execrabile cunctis gentilium nomen unà cum erroribus ſuis in exterminium, tenebraſq́; perpetuas pulſum eſt, & uictrix Eccleſia caſtra poſſidet hoſtium. Quam ob cauſam ferè abſq; periculo talia exquirunt̃ atq; tractant̃. Nõ tamẽ nego quin benefactũ ſit, ſi puer abſtineat cui memoria tenax, & tenellũ adhuc ingeniũ, nec dũ ſatis plene Chriſtiana religio cognita. Sic neophytus homo quẽ nõdũ bene firmata credulitas laxatis habenis facile in lubricũ exorbitare permitteret. Et ſi forſan aliqui duriores in tã obſcœnũ crimen ſe labi permitterẽt, etiã ſi nil aliud ſtuduero uix poſſum credere hoc in me contingere poſſe. Nã ab utero matris meæ ad fontẽ noſtræ regenerationis delatus, lotuſq́; q̊d pro me catẽchumino promiſere, qui me ſuſtulerunt ab illo, ut poteſt humana fragilitas in hodiernum uſq; ſeruaui.

Certiſſimum

Certiſſimum ſemper habens, quod inter iuſtorum hominum cõgregationem pſallitur. Vnum ſcilicet in triplici perſonarum diſtinctione deum eſſe, & hunc uerũ & ęternũ, atq; omniũ æque opificem rerum, earumq́; perpetua ratione gubernatorem, ſeruatorem, atq; rectorem omnia intra ſe continentẽ, & à nullo contentum. Et quod mirabili & alias inaudito eiuſdem diuinitatis artificio factum eſt, uerbũ ſcilicet eius æternũ obumbratione ſacri ſpiritus ad abolendã humani generis labem, ob inobedientiã primorum parẽtum contractam, ingenuæ uirginis utero, prænunciante cęleſti nuncio, carnem factum, & uirginis illibata uirginitate in tempore paſſibilem atq; mortalem hominẽ natũ. Qui adhuc infans in gremio matris à Sabæis regibus oblatis muneribus adoratus eſt, & ętate creſcente inter ſacræ legis doctores, dum ſolueret nexus ambiguos, non deus, ſed admirandæ indolis puer ab eis creditus eſt, nondũ enim ueritatis ſplendor æternus caliginem abſterſerat à mentibus eorundẽ, ut eum ſcilicet deũ illis repromiſſum cognoſcerent, quem mortali ſeptum carne uiderent. Inſuper certũ habeo eum, qui ætherea arce relicta, & ex deo ſerui aſſumpta forma, & qui inter homines uti homo uerſatus eſt, iam trigeſimũ agentem ętatis annum, ab hiſpido atq; ſyluicola uate, & ab utero matris ſacro pleno ſpiritu ad aperiendum æternæ ſalutis ianuam, lotum in Iordanis alueo, dum cælum intonuit deſuper, & acre murmur ſuperincumbẽtis nubis in uocem ſolutũ deitatis aientis, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite. Præterea credo, & ratũ habeo eum aquis apud Chana Galileæ in uinum uerſis, ut ſacro pectori abſconditam diuinitatem oſtenderet, ſumpto iam ſacro conſortio. Iudæam urbeſq́; Phœnicũ, Samariã, & Galileam ambiſſe, & cæleſti dogmate in templo & ſynagogis docuiſſe populos, lepras mũdaſſe, elingues uocales feciſſe, lumen cæcis ſeu natura, ſeu caſu perditum reſtauraſſe, animas ab Orco in cadauera reuocaſſe, febribus, uẽtis, & undis imperaſſe, & in multis aliis ſigna ſuę diuinitatis monſtraſſe. Poſt hęc hora eius adueniente, eum ſacerdotum Hebreorum inuidia procurante, lotis à ſe amicorũ pedibus, & ingenti illo celebrato cõuiuio, in quo ſuis manibus, uerbiſq́; cõfectum eſt, cõmunionis noſtræ ſacrũ illud ineffabile, quo corpus eius in cibũ, & ſanguinem eius in potũ tam præſentibus, q̃ futuris exhibuit, uno ſociorũ nequã uendente, oratione in ſolitudine peracta, à nefaria turba exquirẽte cũ fuſtibus & laternis captũ, & in præſentiã deductum principum, & ibidẽ nefarie accuſatũ, & ſua patiente humilitate falſe quibuſdã teſtantibus inſimulatũ, & hinc in prætorio præſidis luſum, uirgis cæſum, corona ſpinea inſignitũ, ſputis & colaphis deturpatũ, & poſtremo latronum more damnatũ, cruciq́; affixum ſublimi, & in eadẽ aceto & felle potatũ. Cuius cum iam humanitate uicta ſuppliciis, in finem ſuum iuiſſet. Seu & melius reor, ut Thomæ de Aquino placet, cum uolũtarie collectis uiribus ſpiritum emiſiſſet, tremuit orbis omnis, & meridianũ ferè ſolis iubar per tres horas iuit in tenebras, luna ex oppoſito offuſcata. Eſto, aliter ad Polycarpũ ſcripſit Dionyſius Ariopagita, quod ego miror. Inde eius à cæco milite perforatum lancea pectus, ſanguinem aqua mixtum emiſit, ex quo ſacra omnia noſtræ ſalutis credo ſumpſiſſe exordium. Nec minus certum habeo eum à cruce depoſitum atq; ſepultum, ac inde uirtute ſuæ deitatis, uti priſci cecinerãt uates, poſt diem tertiam, ceu Ionas ex utero cæti, ſic ex uentre terræ ſurrexiſſe ſuperata morte, & rediuiuum domos inferas uiſitaſſe, & confractis uectibus ferreis, reuulſiſq́; poſtibus antiqui carceris ſubacto Plutone in libertatem prædam omnem ueterem eduxiſſe, poſt hæc ſuis apparuiſſe ſæpius, & è medio eorum eis cernẽtibus nulla corporea impeditũ mole, cum uero corpore olim mortali propriis uiribus in cælos ad eum qui miſerat euolaſſe, & inde cæleſtem illũ ignẽ ex ſe patreq́; optimo pariter prodeuntẽ uiuificantẽ omnia, & uera cuncta docentẽ, in cõmilitones egregios immiſiſſe. Quo illuſtrati bellũ aduerſus orbis principem iniuere ilico, perq́; ſuũ ſanguinẽ & uulnera multa ſato ubiq; ueritatis ſemine, & obtenta uictoria ducem ſuũ triũphantes, in patriã ſecuti ſunt. Sic inſtitutã ab eodẽ dei unigenito piam iuſtorũ congregationẽ, & ſacrum illud regenerationis lauacrũ, quo mala facinora abolentur mortalibus cum cæteris eiuſdem conuentionis fauſtis probandiſq́; ſa-

cris



cris, quibus deo obſequentes efficimur, atq; lapſi noſtra imbecillitate reſurgimus, eiq́; uolentes conciliamur, nec ob id humanũ ſanguinem effundentes, ut efferati plures iam fecere gentilium, aut hircos, uel tauros more ueteri immolantes, nec à me fuit unquã ueritas hęc amota, quin teſtimonio patrũ crederem diem extremã uenturam, in qua reſoluentur omnia peritura, magnoq́; dei opere ex cineribus propriis omnes qui ante fueramus mortales, cũ noſtris corporibus reſurgemus æterni, & in pręfinitũ uenientes locũ, in quo Chriſtus ipſe iudex pretorii in maieſtate propria reſidebit, & apparentibus cũctis ſuæ paſſionis inſignibus, audiemus finalem meritorũ noſtrorũ ſententiã. Sic & in futurã ſimiliter uitam, in qua nõ meo merito, ſed miſeratione diuina ſpero uidere deũ redemptorem meum in carne mea, & cũ beatis lætari in terra uiuentiũ. Hæc igitur ne plura dixerim ſyncera fides, hæc æterna ueritas adeo pectori meo infixa eſt, ut nedum euelli ab aliquo gentilitatis impulſu, ſed nec cõcuti modo aliquo, aut labefactari queat. Nam etſi peccator homo ſim, nõ tamen gratia Ieſu Chriſti Cherea Terentianus adoleſcens ſum, qui dum à tegulis in gremiũ Danis cadẽtẽ Iouem in tabula pictum intueretẽ, etiã in optatũ à ſe facinus animatus eſt. Abiit cũ annis iunioribus leuitas illa ſi fuiſſet aliquãdo circa iã dicta, quod minime memor ſum, præterea aduertens, quia cõtinuis decipulis, & explicatis ubiq; retibus, antiquus hoſtis tanq̃ leo rugiẽs, ut inueniat quẽ deuoret, ambiat, in mortaliũ ſemitas, eoſq́; in pręcipitium conetẽ impellere, uti Mitridates ſenex ille rex Ponti, qui magnanimo auſu ſumptuq́; magnifico, quadraginta annis cõtinuis aduerſus Romanũ populũ bellũ ingẽs & memorabile traxit à iuuẽtute ſua aduerſus letale uenenũ pharmacis pectus armauit. Sic & ego mecũ Euãgelica ueritate ſacro Pauli dogmate, & Auguſtini, aliorũq́; pluriũ uenerandorũ patrum iuſſionibus, cõſiliis, atq; ſuaſionibus armaui, ex quo arma gentilitia paruipẽdo. Si enim Chriſtianus homo gentiliũ tractaui ſtultitias, iuſſu tuo rex inclyte, & in deteſtationẽ erroneæ credulitatis eorũ hoc feci. Et ſi parua quandoq; maioribus æquare fas eſt, feci quod etiã ſumma cũ laude nõnulli ſanctiſſimi fecere uiri, ut Auguſtinus, Hieronymus, & cũ nõnullis etiã aliis neophytus homo Lactantius. Mihi quidẽ à teneris annis notiſſimũ eſt, Pſalmiſta monſtrãte, quia omnes dii gentium dæmones, & hinc eorũ ſemper inepta diſplicuere facinora, fateor tamẽ religione eorũ ſepoſita, quorundam Poẽtarũ mores & ſcripta placuiſſe, & ob id nõ ſolũ eos laudaſſe, ſed pro uiribus ab obiectionibus accuſantiũ defendiſſe, ut apparet in præcedentibus liquido. Et hoc ideo feci, ut ab ignaris nõ ueniant lacerãdi, qui ſi Chriſtũ nouiſſent, coluiſſentq́; inter ſublimiores Chriſtiani nominis haberentẽ. Sed ad ſuperiora proſpectans, inquiet aliquis bene operatus es, præmuniuiſſe enim ſe aduerſus hoſtes ſemper laudabile fuit. Sanè picem tractantes coinquinantẽ à pice. Iam plurimi dum ſe fortiſſimos exiſtimarẽt, impulſi ab hoſte etiã debili cecidere. Et ſi cæteri deſunt, quorũ grandis numerus eſt, Salomon tamẽ adeſt teſtis certiſſimus imbecillitatis humanæ, huic ſcientia omnis cõceſſa eſt, diuitiæ omnes, & imperium grande ſumma cũ iuſtitia populos ſubditos tenuit, deo templũ ędificauit mirabile, multa bona cõpoſuit, & tandẽ iam ætate maturus, tot bonorũ largitore poſtpoſito, cõſcenſo offenſionis mõte Moloch Aegyptiorũ idolũ flexis genibus adorauit. Quid ergo? tu ne eris fortior Salomone, aut circũſcriptione plenior? Fallimur de nobis nimiũ cõfidẽtes, hæc quidẽ negari nõ poſſunt, uera enim ſunt. Attamẽ aliud belli genus mihi cũ erroribus gentilitiis eſt, q̃ Salomoni fuerit cũ Aegyptiaca cõiuge, q̃ aſtu fœmineo aduertens, quoniã infelicis uiri animã formoſitate ſua laqueaſſet, & deos ſuos extollere auida nũc cõplexio uenereo, nũc mellitis ſuauiis, nũc blãditiis muliebribus, nũc petulca laſciuiis, nũc p̃cibus, nũc lachrymis, quas obſequioſiſſimas mulieres habẽt fœminæ, nũc indignatione compoſita abſq; intermiſſione, non diebus omnibus tantum, ſed noctibus amantis uiri animũ impugnabat. O quàm grauia & intolerabilia ſunt dilectarũ mulierũ, & potiſſime nocturna certamina, hic tãdẽ dum timeret mulieris, quã ſumme diligebat, gratiã amittere, terga dedit, & uiribus armatæ fœminæ inermis ſuccubuit. Mihi autẽ nõ tale aduerſus deorũ gentiliũ nugas bellũ eſt, mille iã ueris rationibus à me cognitis improbatas.

Et ideo

Et ideo cũ eis exhauſtis uiribus, acie'q; pulſis leuis eſt pugna, ſcio tamẽ nimium de ſe cõfidiſſe quandoq; ſit uitium. Verum ego de me non confido, ſed de gratia Ieſu Chriſti, cuius precioſo ſanguine redemptus ſum, ſpero quidem eum nõ paſſurum, ut qui tam diu recto tramite eius ueſtigia iuuenis ſecutus ſum, ſenex exorbitem. Et ſi in lapſum ueniam, manum ſua pietate debili porriget, & feſſum placida quiete fouebit. Sed ut in finem ueniam, ſatis ex præmiſſis colligi poteſt, uti non omnes decet tractare gentilia, ſic nec omnibus indecens eſſe.

*Adtexit autem hoc loco multis uerbis confeßionem fidei ſuæ, ueritus magiſtrorum noſtrorum, ut apparet, fulmen, ne eo tanquam hæreticus impeteretur.*

### Vt plurimum ſtudia ſequimur, in quæ prona uidentur ingenia. Cap. X

SI fateantur nõnulli uera eſſe quæ dicta ſunt, nõ tamen quieturus reor, quin imo arbitror dicent, lõge melius fuiſſe, ſtudiis ſanctioribus triuiſſe tempus, quàm talia didiciſſe. Quod ſi quis neget, non erit equidem ſatis ſanus. Noſco quoniam in promptu erant leges Cæſarum, & Pontificum canones, & medicina, quarum plurimi ſanctiſſima arbitrantur ſtudia, eo quod eis perſæpe auro auidi mortales ditentur. Erat & philoſophia, cuius optima demonſtratione rerum cauſæ, & à falſis diſgregari uera noſcuntur generoſis quibuſcunq; ingeniis appetenda. Erant & ſacra uolumina, à quibus & paruipẽdere peritura docemur, & dei magnalia declarantur. Atq; quo tramite cæleſte regnum petamus oſtenditur, quod ſtudium profecto cæteris præponendum eſt. Ex his quodcunq; ſumpſiſſe forte ſanctius egiſſe me dicerent obiectores. Sanè ſi quod debemus ageremus omnes, legum miniſter roſtra fruſtra conſcenderet. Attamen non adeo facile eſt, ut exiſtimant aliqui, uelle omnia quæ debemus, & longe acrius conſequi ſi uelimus. Nam ut cithariſta uariis ex fidibus aliis lentius, aliis uero protenſius tractis, his grauem, acutum illis tinnitum reddẽtibus docta manu, plectro'q; ex tam diſcordantibus tonis reddit ſuauiſſimam harmoniam. Sic & natura parens, cui inexhauſtæ uires & perfectum ingenium eſt, producit hæc peritura diuerſis officiis apta, ut ex hac officiorum incõuenientia reſultet humani generis, circa quod plurimum intenta eſt conſeruatio, atq; ubi in longam conſeruationem iri non poſſet, noua productio aduertens, quoniam ſi uniformes producerẽtur omnes, ut de reliquis ſinam, homines nulla poſſent produci, nec etiam per tempuſculum ratione cõſiſtere. Ergo hinc fit, ut diſcreto naturæ ordine, hic ex mortalibus naſcatur faber, ille nauta, mercator alius, & quidam ſacerdotio apti, aut regimini, & nonnulli legumlatores, præſides, poẽtæ, philoſophi, ſeu ſublimes Theologi, ex quorum uariis ſtudiis, tam ingentis multitudinis hominum conſeruatio reſultet neceſſe eſt. Nam ſi omnes, quoniam ad unũquenq; ſpectat, ſi poſſet ad ſublimiora ſtudia conſcendere, in Theologiam uigilantes iremus, & agricultor abſit, ex quibus quęſo fructibus tam nobile ſequentes ſtudium nutriremur? Si cementarius, ſi lignarius deſit, quibus in tabernaculis ab imbribus, à uentis, à frigoribus, ac à ſolis æſtu, & aliis incommodis aſſidue ſuperuenientibus tutabimur? Si non lanifex, nõ cerdo, unde ueſtes & calciamenta ſumemus? Quid enumerem multa? ut incommodũ humani corporis inter ſe differentia qualitate, & officia membra à natura rerum appoſita ſunt, ut ex hac diuerſitate conſiſtat, uti melodiam ex diuerſitate tonorum, ſic & ut humanum genus perſeueret, neceſſe fuit ad ſtudia inter ſe differentia gignerẽmur. Et ſi ab ipſa natura quæ ſic cælos, ſic aſtrorum orbes & curſus uaria etiam agitatione diſpoſuit agente deo, ut nullo labore ſuo ad officia productos uaria nos uidemus, quis quæſo feliciter audebit ab eo, ad quod natus eſt in aliud tranſitum attentare? Nõ quidẽ adeo ignarus ſum, quin nouerim liberi arbitrii, quo omnes ualemus potentia, poſſumus naturę ſuperare uires, quod egiſſe nonnullos legimus, opus profecto inter raro contingentia numerandũ, tam grandi & ferè inuincibili neceſſitate trahimur in quod naſcimur. Et ſi ad diuerſa gignimur, naſcimur, alimur'q;, ſi ea planè peragamus, in quæ trahimur equidem ſatis eſt, ne dum in aliud tranſitum feciſſe uelimus, quod dum iam dudum fruſtra tentarent ali-





qui, id perdidere quod erant, nec potuerunt effici quod quærebant. Verũ ad quoſcunq; actus natura produxerit alios, me quidẽ experientia teſte ad poeticas meditationes diſpoſitum ex utero matris eduxit, & meo iudicio in hoc natus ſum. Satis enim memini appoſuiſſe patrem meum à pueritia mea conatus omnes, ut negociator efficerer, meq; adoleſcentiam nondum intrantem Arithmetica inſtructũ, maximo mercatori dedit diſcipulum, quem penes ſex annis nil aliud egi, quam nõ recuperabile tempus in uacuũ terere. Hinc quoniam uiſum eſt aliquibus oſtẽdentibus indiciis me aptiorem fore literarũ ſtudiis, iuſſit genitor idem, ut Pontificum ſanctiones diues exinde futurus, auditurus intrarem, & ſub præceptore clariſſimo ferè tantundem temporis incaſſum etiam laboraui. faſtidiebat hæc animus, adeo ut in neutrum horum officiorum aut præceptoris doctrina, aut genitoris autoritate, qua nouis mandatis angebat continue, aut amicorum precibus ſeu obiurgationibus inclinari poſſet, in tantũ illum ad poeticũ trahebat affectio. Nec ex nouo ſumpto cõſilio in poeſim animus totis tendebat pedibus, quinimmo à uetuſtiſſima diſpoſitione ibat impulſus. nam ſatis memor ſum, nõdum ad ſeptimũ ætatis annũ deueneram, nec dum fictiones uideram, nondum doctores aliquos audiueram, uix prima literarum elementa cognoueram, & ecce ipſa impellente natura fingendi deſiderium affuit, & ſi nullius eſſent momenti, tamen aliquas fictiunculas edidi. non enim ſuppetebant tenellæ ætati officio tanto uires ingenii. Attamẽ iam ferè maturus ætate, & mei iuris factus nemine impellente, nemine docẽte, immo obſiſtente patre, & ſtudiũ tale damnante, quod modicum noui poeticæ, ſua ſponte ſumpſit ingenium, eam'q; ſumma auiditate ſecutus ſum, & præcipua cum delectatione autorum eiuſdem libros uidi legi'q; & uti potui intelligere conatus ſum. Et mirabile dictu, cum nõdum nouiſſem, quibus, ſeu quot pedibus carmen incederet, me etiam pro uiribus renitente, quod nondum ſum, poeta ferè à notis omnibus uocatus fui. Nec dubito dum ætas in hoc aptior erat, ſi æquo genitor tuliſſet animo, quin inter celebres poetas unus euaſiſſem. Verum dum in lucroſas artes primo, inde in lucroſam facultatem ingenium flectere conatur meum, factũ eſt, ut nec negociator ſim, nec euaderem canoniſta, & perderem poetam eſſe conſpicuum. Cætera facultatum ſtudia, & ſi placerent, quoniam non ſic impellerent, minime ſim ſecutus, uidi tamẽ ſacra uolumina, à quibus quoniã annoſa ætas, & tenuitas ingenii diſſuaſere, deſtiti, turpiſſimum ratus ſenem, ut ita loquar, elemẽtarium noua inchoare ſtudia, & cunctis indecentiſſimum eſſe id attentaſſe, quod minime arbitreris perficere poſſe. Et ideo cum exiſtimẽ dei beneplacito me in hac uocatione uocatum, in eadem conſiſtere mens eſt. Et quod egerim hactenus his mõſtrantibus ſtudiis, laudare quærant alii quod uidetur. Qui ergo patiuntur cerdonem ſubula, ſetis'q; uacare, laniſtam pecori, ſculptorem ſtatuis, me etiam quæſo uacaſſe poetis æquo animo patiantur.

### Damnoſe compatimur regibus & diis gentilium. Cap. XI.

*Remouet obiectiones eorũ qui putant defunctorum ueterũ & defunctorum uicia non eſſe reuoluenda.*

ERunt qui adducto iam calcibus tramite exorbitẽt, & ex tranſuerſo proſiliant clamitent'q; quoniam temerarius homo ſum, eo quod præſumã ueterum regum terebrare buſta, & quietos iam longa pace cineres in nouum odium ſuſcitare, aut eorum recentioribus nebulis ueteres obfuſcare splendores, nec non & deorum ſemiſopita ſcelera audiẽtibus cunctis in minus opportunam uigiliam excitare, & ſub titulo honorabili ſcilicet genealogiæ, deorum eorundem recitare latrocinia, & inceſtus. longa eſt quærela hæc, & plurimum membrorũ implicita, & ea monſtrante aduerto, quoniam ſenſerint iſti quid ſcripſerim, & potiſſime dum queruntur, quod deorum gentilium facinora recitarim. Verum gentilium animũ redolet iſta conqueſtio, & ſi ſic ſapiunt mente, ut uerba ſonant quærula. Viget adhuc in nonnullis error ille infamis, quem quæſo auferat deus & reſoluat in nihilum. Obiectis autem reſpondiſſe facillimum eſt. agit enim temerarie qui in nimium terminos excedit audaciæ. Sic memini in libro Ethicorũ Ariſto. arbitrari hoc ego exceſſiſſe nõ reor. audere

quidem quod à boni neceſſitate conceſſum eſt, non eſt temerarie agere. Nemini prohibitum legi ſeu honeſta ſint, ſeu etiam minus honeſta, regum geſta deſcribere. Erat tamẽ regibus ſatius ſic egiſſe, ut nil de eis referri poſſet, præter honeſtum. Ego autem de his non ordinato, nec in hoc diſpoſito ſtylo ſcripſi, ſed ſummotenus & perſunctorie uti nõnunquam ordo aſſumpti operis exigebat recitaui ſi qua inſerui ſed eſto fecerim, non nouum aut inuſitatum facinus feci, ſtant tam antiqua quam magna illuſtrium ſcriptorum uolumina, in quibus & ſtylo celebri, & ordine integro regũ recitãtur acta, à quibus ſi quid huic operi appoſitum eſt nouiſſimus ſumpſi. Si ergo querela facienda eſt, de illis amplioribus & antiquis querantur hiſtoriograhis, quorum ſcripta celeberrima cum fama iam diu uniuerſo patuere orbi, ex his ſi quod odium generari poteſt, in cineres iam quietos exordium ſumptum eſt. Sed quæſo quæ pietas hæc? ex quo charitatis fomite oritur? quę huius pietatis cauſa? Credo generoſi cum uideri cupiant tales in hoc quod honores regios curent, oſtendantq́; quia turbentur audientes dedecora. O quam paruo tales exiſtimant nobilitatem mercari, quę egregiis moribus, iuſticia, ſanctitate, atq; ſcientia adipiſcitur. Scirent iſti ſi nobiles eſſent, quia non ſolum ſuperuacaneum ſit, ſed damnoſum nõ ſolum gentilibus, ſed male meritis, quibuſcumq́; cõpati. Et ideo ſi ſapiunt, ſeruent hanc pietatem in melius. Turpia autem deorum gentilium dedecora, nec dormiũt, nec ſopita ſunt, quinimmo à ſacra Chriſti doctrina in perpetuum nõ ſurrectura ſepulta, & ingenti damnationis mole contecta & oppreſſa ſunt, huius ego molis onus, & ſi non ſatis, pro uiribus tamen tanquam Chriſtianus homo augere conatus ſum, laudes inde dignas cõſequi, non redargutiones expectans. Verum hos ego paruifacio morſus, cum nullo poſſint dentis acumine quemquam ledere, hi ergo ſi Chriſtiani ſunt, taceãt, & pœniteat eos ſi deorum gentilium obiectioni eis ulla fuit compaſſio, cum inter alia crimen hoc minime deceat Chriſtianum.

### Breuiloquus ſiue longiloquus ob crimen lacerandum non eſt. Cap. XII

*Cur quoq; lõgius, aut breuius tractauerit,*

BReuiloquum forte me dicent alii, eo quod aliquando magis perſunctorie, quæ longa ſerie recitando fabulas atq; hiſtorias, aut illas enucleãdo pertranſeam, & ſic non dubito quin ſint, qui dicant me, quam opportunum ſit, ſæpiſſime longiorẽ. Primis, ut ſic eſſem fateor neceſſe eſt, fuere enim huius facinoris rationes plurimæ. Quædam autem ideo paucis ſub uerbis relata ſunt, quia non erat unde poſſem ampliora deſcribere, ni ex meo uoluiſſem fabulas aut hiſtorias protelare uel fingere, quod omnino fugiendum eſt ſano homini. Quædam uero etiam ad plenum ſcripſiſſe, paucis indigebat literalis, ex quibus ſi ſatis intentio ſumitur uitioſum fuiſſet in longius protendiſſe. Sunt tamen & multa quæ proculdubio longiorem uerborum copiam toleraſſent. Sed quęſo ſi cuncta ſinamus quæ dici potuiſſent, aut forſan exquiſiſſet materia, ſed ea tantũ quæ mihi ſcribenti occurrebant circa longiſſimas hiſtorias, aut fabulas, circa omnes ſingulares tam deorum, quam hominum actus, circa multiplices fictionum ſenſus, circa teſtimonium fabularum aut hiſtoriarum ueterum autoritates, circa opiniones plurium, relationes & huiuſmodi ſcripſiſſe, quãdo me finem huic operi feciſſe exiſtimant tales. Equidem uix unum ſuffeciſſet ſæculum, & tam grande etiam euaſiſſet uolumen, ut ſolo intuitu primo lectores terruiſſet quoſcũq;, & ob id ſatis ratus ſum, ea quæ dicta ſunt ſic ſummotenus tetigiſſe, non enim puero aut inerti uulgo ſcribimus, quinimmo, ut alias dictũ eſt, doctiſſimo regi, & profectis hominibus, ſi aliquando ex manibus tuis ſereniſſime princeps ad alios uenturum opus hoc eſt. Prætera ut exerceantur ingenia, non adeo plene ſcribenda ſunt omnia, nam quę labore aliquo quęſita ſunt, placere magis cõſueuerunt, & cum maiori diligentia obſeruari, quam quæ ſponte ſua in intellectum legentis accedunt. Eſt & poſteris linquendus dicendi ſeu ſcribendi locus, ne inuidiſſe uideamur futurorum ingeniis, & arrogantia quadam ad





quam omnes aſpiramus uideamur præoccupaſſe ſequentium gloriam. Miti ergo animo ferendum eſt, quod honeſtis agẽtibus cauſis, aut breuiter dictum eſt, aut cauſa breuitatis omiſſum. His autem qui me, ſi qui erunt, dicent longiorem debito quandoq; eſſe nõ aliud dicam, niſi quia ſic opportunũ eſſe ratus ſum, aut quia me, ut ſit, aliquando intellectus delectatio impellebat, quæ prudentioribus nonnunquam liberaliſſimum preſtitit calamum. Sed quid? uti breuia habent intelligentiũ exercere ingenia, ſic & ampliora minus intelligentium prouocare. & iccirco qui plura nouerunt ſint memores, quoniam & ipſi aliquando fuere rudes, & ob id abſq́; indignatione patiantur, ſi ampliuſcule iunioribus laboratum ſit.

### Aereo non ficto regis mandato hoc opus compoſitum. Cap. XIII.

*Oſtendit iuſſu regio ſe opus hoc compoſuiſſe, atq; hoc loco, quanto doctorum ſcripta plus laudis & immortalitatis, quàm regum tituli atq; inſignia afferent, oſtendit.*

ADerunt forte qui dicant, quod nonnunquam de aliis quibuſdam etiam claris uiris dictum eſt, me ſcilicet in gloriam mei nominis fingere, quod tuo iuſſu rex inclyte hoc opus elaborauerim, cum minime uerum ſit, tardà his fides eſt, ſeu uetius animus nequam, quod de ſe nouerunt urentes inuidia in alios coniecturam faciunt. Certiſſimum eſt, ut Tullii uerbis utar, trahimur omnes ſtudio laudis, & optimus quiſq; maxime gloria ducitur, et ob id cum glorioſum ſit, paruo homini maximo atq; optimo regi obſequium præſtare poſſe, non fidem cum difficultate comperiet dixiſſe, nonnullos ad extollendam humilitatem ſuam, mẽdacium finxiſſe huiuſmodi, ſed ſcriptores nunquam credam, ſed de hoc aliàs. Ego autem, ut ad me ueniam, non inficiar me gloriæ auidum, ſed quantũcunq; cupiã, profecto non adeo effrenis ſum, non adeo hoc accenſus deſiderio, non adeo hoſtis honeſti, ut in tam turpi mendacium rubore non dicam frontis, ſed mẽtis abiecto meipſum proripuiſſem. In hoc me ſuperbum confiteor, ſi ſuperbia dicenda hæc eſt, in talibus niſi deo cæli honorem ſeu titulũ irrequiſitus inferrem, et hoc etiam non omnibus requirentibus exhiberem. Tu noſti rex optime, quoniam me renitente atq; tergiuerſante, Donini militis tui ſuaſionibus precibuſq́; in uotum tuum deductus ſum, ut ſcilicet hunc laborẽ ſubirem, nec non labentibus annis factũ eſt, ut Bechinus Bellintionus familiaris tuus & conciuis meus è Cypro ueniens apud Rauennam urbem me conueniret, et poſtquã placidis uerbis clementiam atq; gratiam celſitudinis tuæ erga me immeritum mõſtrauit, miris exhortationibus, ut aiebat, te ſic imperante ſemiſopitum circa hoc opus ingeniũ meum irritauit. Aequo modo dilectiſſimus tibi Paulus Gæometra nonnunquã oſtenſis literis ſigillo maieſtatis tuę ſignatis, in quibus ad me iuſſa inſerebantur tua, ſollicitum reddidit. Nouit deus & tu ſcis, quia nec unquam pręminentiam tuam uidi, nec tu me uidiſſe potuiſti, his mandatis credidi, & onus humeris meis prægrande ſubiui. Si te ignaro hæc acta ſunt, per iam dictos deceptos ſum, & ſic hos fateor eſſe ueridicos, qui aſſerũt non tuo iuſſu compoſitum. Verum non crimine meo, niſi me in hoc peccaſſe quis diceret, quia non dixerim me facturum, ſi tuis literis ad me directis ſuſciperem. Sed hoc mihi ſuperbũ uiſum eſt, quod Doninũ inſignem militẽ non minus ueridicũ arbitrarer. Doninus autẽ ut audiui, eo ferè anno, in quo me primo cõuenerat diem clauſit, & ob id non eius fidẽ inuocare poſſum, uiuit Bechinus, & Paulus Gæometra uiuit, hos ego & regiã fidem tuam ueritatis huius teſtes in terris habeo. te igitur cum illis inuoco, tuum hunc ſi neceſſitas exigat, laborem eſſe opportunum eſt, oppugnationi ſcilicet huic obſiſtere, & nomen meum à tam illecebri nota ueritatis affirmatione purgare. Sed ut te rex inclyte paululum omiſſo ad obiectores deueniam, eorumq́; obiectioni aliquid pro iure meo reſpõdeam, aſſero ſi pro roſtris ſedente præſide agendum litigium eſſet, me uiuos habere teſtes, nec ex fece plebeia, ſed illuſtres homines, quia minime mihi opportunum erat, ut uſq; Cyprum, pro tam inepto mendacio euolarem, ſi opus meum inſignire regio nomine cupiebam, propè erat, immò nec uerebor dicere, rex qui ſi crediſſet obtinuiſſe, poſtquam

cœperam, quod minime in animo erat, dum me conuenit Doninus, uiua uoce rogaſſet, ut ſuæ hoc opus aſcriberem maieſtati, eſto minus intelligens princeps eſſet, exiſtimās non mihi ſuo nomine gloriam inferre, quinimmo meis literis ęternum ſuis titulis decus addere, nec mirum, ſuffragiis enim ſcriptorum ſtant inſignia & nomina regum. Hinc Alexander ille Macedo, qui prona militum manu ingenti animo orbem totum aggredi auſus eſt, in Perſas uadens multos ex huiuſmodi ſcriptores, qui ſua geſta deſcriberent ſecum traxit. Et in Sigeū ueniens, quo buſtū uidit Achillis, tacuiſſe non potuit, quin oſtenderet uerbis quam grandis ſibi uideretur gloria, quam conſequebantur à ſcriptoribus reges, eum fortunatum dicens, quod illi Homerum contigiſſet habere præconem. Hinc Pompeius Magnus qui æquam fecit cum uirtutē fortunam, Theophanem Mitilenum, quaſi nomen ſuum perenne facturum in cōtione militum ciuitati donauit. Hinc Scipiones. T. Fuluius, Cato Cenſorinus, Quintus Metellus Pius, Gaius Marius, Cicero, & alii plures illuſtres uiri, ſe ſcriptoribus faciles atq; liberales exhibuere, ut eos in hoc traherent ut de ſe ſcriberent. Quid ergo meis literulis regem inclytum mendacio inſeram, quaſi inuito gloriam largiturus ſim, & meam obfuſcaturus ignominioſa labe? Si adeo auidus eſſem mendaciis meam extollere gloriam, Stant & alia opuſcula, ex quibus nullum eſt ullo huiuſmodi titulo inſignitum, præter Bucolicum carmen, quod ut ſibi intitularem petiit Donatus Apenninigena pauper, ſed honeſtus homo, & præcipuus amicus meus, quid? non omnibus nomina præpono regum. Præterea eſt ne hoc ſub ſole nouū reges deſiderare ſcripta quædam, & amicis iniungere? non equidem. Diebus noſtris memini Robertum Hieruſalem, & Siciliæ ſplendidum regem à multis ornatum titulis, poſtulaſſe ab inſigni uiro Franciſco Petrarcha, ni aliis tribuiſſet, ut ſibi aſcriberet Aphricæ à ſe nouiter ęditæ titulum, quam quæſo aucturus gloriam, Franciſci, an ſuam? ſuam profecto. Quid multa? non equidem magnorum ducum nomina claros ſcriptores faciunt, imò potius ipſi reges ſcriptorum opere cognoſcuntur à poſteris. Inſuper ſi approbandum ſit opus, quid illi adiectum regis nomē poteſt autoritatis afferre, aut benemerito autori gloriæ ſuperaddere? Et ſi improbandum ſit, quo iure poterit pręſcriptio illa feciſſe probabile aut notam autori iniectam abſtergere? Decus igitur & gloria agenti approbatio uirorum illuſtrium affert, non regii nominis aſcriptio. Ego autem, ut iterum dixerim, adeo ſuperbe obſtinatus ſum, ut niſi deo, gloriæ cuius aſcribenda ſunt omnia, unius carminis tantum decus, etiam Cęſari Dictatori reſurgēti, aut Scipioni Africano niſi rogatus, aut ſi amicus eſſet aſcriberem. Dicta ſint hæc mi rex bona cum tua uenià, quæſo & poſtremo precor ſi contingat te unquam aliquos talia obiicientes audire, tanquam ueritatis conſcius, impera regia cum indignatione ſilentium, & quod tuo nomini, te petente dicatum eſt, imò compoſitum te mandante, regia uirtute defende. Supererant multa, ſed quoniam mihi ſat dixiſſe uidetur, omittenda reliqua cenſui, & deo munerum largitori tibíq; operis fortunam cōmittere, quod poſtquam in tuas deuenerit manus, dum libuerit tuo fultum præſidio, & te iubente tendat in publicum.

Concluſio, Cap. XIIII.

Ecce tandem clementiſſime rex diuina pietate præbente in finē longi operis uentum eſt, in quo ea qua potui ſolertia, iuxta ueterum traditiones deorum gentilium genus, & eorum poſteritatis multis undiq; exquiſitas uigiliis, quo datum eſt ordine deſcripſi, & iuxta mandatum tuę ſerenitatis pro uiribus ingenii mei, poſt fabulas fictionum ſenſus, ſeu ab antiquis ſumptos, ſeu à tenui intellectu meo emunctos appoſui. oſtendi inſuper, quod officioſiſſimum ratus ſum, nonnullis poëtas aduerſus opiniones talium, non dicam iuſtos omnes, ſed nec ridiculos aut ſimpliciter fabuloſos eſſe, quinimmo ſingulari ſcientia, ingenio, & moribus, ac etiam inſigni claritate conſpicuos. Lignum pręterea in littore anchoris & proteſiis ingenioſe firmaui, magis ſemper de bonitate diuina confidens, quàm de robore uinculorum. Sic & à nauta quas magis nauta credidi, ſagittas amoui, eſto arbitrer ſupereſſe

quam



quamplurimas, aduerſus quas uix credā ſatis armaſſe potuerim, non equidē ſe, quamtuncumq; bellicoſiſſimus miles ſit, adeo caute armare potuit quiſquā, quin locus hoſtili gladio linqueretur. Ipſe igitur deus protegat, qui ſolus nouit diuerticula malignantiū, & uolens contriuiſſe potuit. Verum quoniam homo ſum, nouíq; nullum adeo oculatū, quin, niſi diuina protegatur manu, ſæpiſſime cadat in lubricum, arbitror ſatis poſſibile me nōnunquam, aut omiſiſſe dicenda, aut non dicenda ſcripſiſſe, aut dicta non ſatis rationibus roboraſſe, aut minus plene in uotum tuum iuiſſe, ſeu aliis modis peccaſſe plurimis, de quibus doleo. Et quoniā noſco, quod ignauiæ meę, mea imputanda ſunt crimina, ſupplex ueniā poſco, teq; humiliter per inſigne tui capitis decus exoro, ut tui ingenii celſitudine, defectus ſuppleas, ſuperfluitates excidas, dicta minus accurate exornes, & omnia pro iudicio tuæ ſynceræ mentis pariter corrigas & emendes. Si forſan maioribus occupatus, ut ſæpiſſime reges eſtis, huic labori non poſſes tempus impendere, tunc omnes honeſtos, ſacros, pios, atq; catholicos uiros, & potiſſime celebrē uirum Franciſcum Petrarcham inſignem præceptorem meum, ad manus quorum opus hoc aliquādo deueniet, per Chriſti præcioſiſſimum ſanguinem deprecor, ut errores quoſcūq;, ſi quos forſan minus uidens, dictis immiſcui, ſua pietate atq; benignitate ſurripiant, aut illos in ſacram ueritatem conuertant, eorum enim exiſtimationi, & emendationi opus hoc eſſe ſuppoſitum uolo. Præterea rex inclyte ſi quid boni ineſt, ſi quid bene dictum, ſi quid uotis tuis conſonum, gaudeo & exulto, & ex inde labori meo congratulor. Verum ſcientiæ meæ imputes nolo, nec lauros, aut honores alios ob id poſtulo, deo quippe, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum eſt, attribuas quæſo, eíq; honores impendito & gratias agito, cum ipſe, more meo, ſemper poſt exactos quoſcunq; labores honeſtos conſueuerim, qua poſſum mentis deuotione dauidicum illud dicere. Non nobis domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.

# IOANNIS BOCCATII

## DE CERTALDO, DE MONTIBVS, SYLVIS, FONTIBVS, LACVBVS, FLVMINIBVS, STAGNIS, SEV PALVDIBVS, DE NOMINIBVS MARIS, LIBER.

SVRREXERAM equidem feſſus à labore quodam egregio, & aliquali otio uires reſtaurare cupiens. Venit in mentem Socratem olim diuini luminis iubar in terris, ſolitum cum à meditatione cæleſtium ſurgeret, ſuppoſita cruribus harundine cum paruulis filiis ludere. Ac Scipionem Aphricanum, & Lælium inſignes Romanorum duces, ab arduis reipublicę opportunitatibus paululum reſipiſcentes, nonnunquam maris in littore teretes calculos, eiectas'que conchulas cõſueuiſſe ritu puerorum colligere, ne dum tempus ad recreandam uirtutem præſtaretur, tacite nil agentes, ſubintraret inertia. Quos tanquam inclytum laudabiliũ exercitiorum ſpecimen imitaturus, ne omnino tempus inerti otio elabatur, aſſumpſi loco iocoſi laboris ſtudentibus poëtarum illuſtrium libros, aut antiquiorũ hiſtorias reuoluentibus in aliquo leui opere, ſi poſſem, uelle prodeſſe. Memini quippe tales & potiſſime qui tracti deſiderio rudes ſtadium intrant ſtudiorum, huiuſcemodi circa integrum lectionis ſenſum impediri plurimum, dum nonnunquam montium, ſyluarum, fontium, fluuiorum, ſtagnorum, ſeu paludum, uel maris occurrunt uocabula, aliter ſcilicet intelligendo quam debeant, utputa dum montis nomẽ pro flumine, dum paludis pro monte ſeu ſyluæ, ciuitatis, uel prouinciæ loco ſumitur, facile ſenſus hiſtorialis confunditur, & eſto aliquando proprie aſſumatur, exiſtimatione etiam eruditi perſæpe falluntur, dum montem ſeu fluuium, qui in occiduo eſt, arbitrantur ſub oriente ſole conſiſtere. Ad euitationem quorum, & indebitæ exiſtimationis amouendos errores, celebres inter autores quoſcumque & potiſſime gentiles, montes, ſyluas, fontes, lacus, fluuios, ſtagna ſeu paludes, & maria, & quo ſub cęlo effluant & conſiſtant, ut comperi, mens eſt. Et ne multum talia ſcrutantibus euoluere neceſſe ſit, per ordinẽ literarum alphabeti deſcribam ſingula. Sanè quoniam è montibus excreſcere ſyluas, emanare fontes & flumina, à quibus lacus, paludes, & ſtagna cernimus exoriri, de montibus primum ſcribendum non incongruę ratus ſum. Sunt igitur, ut liquido patet, montes terrarum eminentiæ quędam in cælum, non tamen æque ſurgentes, & ex his aliqui ſaxei, nonnulli terrei ſunt. Qui in ſublime magis efferuntur, ſaxei omnes, qui uero humiliores perſæpe comperiuntur ferè ſemper terrei. ex his colles, quos, ut plurimum montium ſummitates in longum protenſas dicimus, & promontoria quæ ſeſe in maria propellentia cernimus oriuntur. De quibus indiſtincte cum montibus mentio fiet. Is tamẽ ante alia quæſo faueat operi, qui illos ab orbis conditione conſtituit, & ex excelſo eorum altitudines metitur & conſpicit.

AAlac mons eſt, cuius nomen alii diuidentem montem interpretantur. Alii uero leuem, ideſt limpidum ſeu lubricum, & in Syria conſtitus eminet.

Abarim mons eſt excelſus diuidens terram Amon & Euphratis, à terra promiſſionis, contra Hiericho Iordanem uſque fluuium radices protendens, oſtẽditur quippe aſcendentibus in Eſton, inſignis autem eſt morte Moyſis inclyti atque primi Hebreorum ducis.

Abila mons eſt in Mauritania celſitudine leuatus in ſydera, oppoſitus Calpe monti, qui in Hiſpania eſt, quos ambos Herculis eſſe columnas aiunt, uoluerẽque ex ueteribus quidam hos unum & eundem iamdudum colle cõtinuato fuiſſe montem, Herculea'que uirtute fuiſſe diuiſum, & ex oceano, quod ante non erat, intromiſſum terris mare, quod poſtea in hodiernum uſque diem Mediterraneum dictum eſt.

*Pli. lib. 4. c. 8.* Aeantium promontorium eſt Magneſiæ.





Acanthon mons eſt Aetoliæ.

Actium promontorium Epiri eſt, memorabilis naualis pugnæ Octauiani Cęſaris uictoria, & clade Antonii & Cleopatræ.

Actea promontorium eſt olim Iunoni ſacrum, ſeſe effundens in mare aduerſus Sicyonem à Corintho non ampilus. viii. M. p. diſtans.

Acontius mons eſt Magneſiæ, ſeu ut aliis placet Bœotiæ.

Acroceraunì montes excelſi ſunt inter Armeniam & Hiberiam ſic dicti, eò quod fulminibus ſæpiſſime infeſtentur. Nam ceraunos Græce latine dicitur fulmen, & ſecundum alios acros ignis, ceraunia ſummitas, quaſi montes ignitas habentes à fulminibus ſummitates. ❧

*ἀκρὸν ſummum ſignificat, & κεραυνὸς fulmen. Sed & reliqui quod ſciam omnes in Epiro hos locant, ut & Plini. lib. 4. cap. 23. Eos autem qui ad finem Armeniæ ſunt, Ceraunios uocant, non Acroceraunios, ut Plinius lib. 6. Cap. 9. & 10.* ❧

Acroceraunium promontorium eſt Epiri, in anguſtias Adriatici ſinus emiſſum inde dictum, quod montibus conterminum, qui & Acroceraunii dicuntur eadem ratione qua ſuperiores diximus nominatos.

Acrocorinthus mons eſt altitudinis eximiæ inter Aegæum mare, & Corinthium ſinũ poſitus adeo quod utrumque inumbret mare.

Adiliſius Magneſiæ mons eſt, ut nonnullis uidetur Bœotiæ.

Adoreus mons eſt Phrygiæ, ex quo Sangarius erumpens fluuius per Phrygiam labitur in Bithiniam.

Apheſanta ſunt qui dicant montem eſſe Tarſo Ciliciæ, alii uero dicunt in ſinu Argolico poſitum, quod eò magis credo, eò quod tam primi, quam ſecundi conueniant in hoc quod ex eo Perſeus ad occidendam Gorgonem iturus uolatum arripuit, & Amphiaraus & Melampus uaticinaturi de bello Thebano ab Adraſto miſſi in eum aſcenderunt, qui Græci omnes ad hoc in Cilitiam non iuiſſent. *Plini. Achaiæ facit lib. 4. Cap. 5.*

Aga mons eſt maioris Armeniæ, ex quo ueteres Euphraten fluuiũ emanare teſtantur.

Aganippe mons eſt Bœotiæ, qui primo Enippe dictus eſt muſis ſacer. *ut placet Sequeſtro.*

Agolonius unus eſt ex Arcadiæ montibus.

Agragas mons eſt Siciliæ, haud longe à Gela muro olim cinctus, habẽs in ſummitate oppidum, Conſueuere quidem ueteres apud eum optimos equos alere, & ex inde Græciam ad agones tranſmittere.

Agriſpecula mons eſt Moabitarum, qui eò quod uehementer præruptus ſit, à nonnullis uocatur Exciſus, & haud procul ab Aenone mari ſupereminet mortuo, in cuius ſummitate Balach filius Beor deduxit Balaam diuinum, ad maledicendum populo Iſrael.

Agroſus mons eſt, ubi nunc Roma, quem Faunus rex Euandro Arcado exuli conceſſit, & ipſe Palatinum poſtmodum appellauit.

Agued mons eſt Britanniæ, Albaniæ propinquus & Caſtro etiam puellarum.

Alaſtice promontorium eſt in Creticum procurrens mare, non longe à Ptolemaida quæ Barce uetuſto nomine dicebatur.

Albanus mons eſt in Latio, in quo olim Iulius Aſcanius ciuitatem cõdidit Albam, ſic à ſue alba, dum à Troia cum patre profugo ueniſſet ibidem inuenta, nuncupatum à ciuitate montem exiſtimo.

Album promontorium eſt in Syria longe à Colonia Claudii Cęſaris Ptolomaide ſeu Ace tendens in mare Syriacum. *ſic Plin. lib. 5. Cap. 19.*

Alburnus mons eſt in Lucania, quæ hodie Calabriæ pars eſt.

Alcion mons eſt in Macedonia. *Alchione à Plini.*

Algidus mons eſt haud longe ab urbe Romana. xx. M. paſſuum, in quo eiuſdem nominis oppidum, hodie ſylua latrociniis incolarum accommoda.

Alimpus mons eſt in inſula Mitilene ſeu Leſbos, à continenti diſtans non amplius vii. M. paſſuum.

Alocrine mons eſt in minori Aſia, ex quo Menander fluuius emittitur.

Alpes montes ſunt, ſeu mons, pluribus & excelſis cacuminibus diſtinctus, Togatam Galliam diuidens à Comata, haud longe à Nicea urbe incipientes, & ſecundum quoſdam in Macedoniam uſq; tendentes, hos quidem ex Hiſpania in Italiam ueniens Hannibal Pœnus peruios feciſſe creditur, cum à quodam eminente atq; inuio ſcopulo impeditus illum aceto ac igne diſſoluerit.

Amaleth mons eſt in Syria, in quo Phraton oppidum, unde fuit Abdon iudex olim populi Iſraël.

Amanus mons eſt, in quo oppidum Bomite, & in ora oppidi Miriandros incipiens ſeparat Syriam Celem à Cilicia, à parte altera eius plura effluunt flumina, ut Androchus, Pinarus, Lycus, & Sinus qui ab aliquibus Thaurus nuncupatur.

Amazonius mons eſt in maiori Aſia, præter cuius radices Thermodōon labitur amnis. Dictus enim hic mons, ut nonnulli arbitrantur ab Amazonibus, quod penes eum primo conuenerint.

Ambru mons eſt apud Britannos iuxta Saleſteriam olim, hodie Cercaradce.

Ami ſylueſtres ſunt Indiæ montes ea in regione, quæ Dedala Alexandri Macedonis temporibus dicebatur.

Amodes promontorium Cilicii maris eſt inter Cidnum Pyramumq; fluuios ſeſe protendens in Cyprum.

Ampeluſia Oceani occidui extremum promontorium eſt in Mauritania ultra Herculis columnas, ubi quondam Luſa & Cocta fuere oppida, poſtea Tingi, à quo Tingitana Mauritania dicta, quod oppidum ab Antæo fuiſſe conditum aſſerunt, hoc tamen promontorium Afri aliter nominant, eſto idem quod apud Grçcos Ampeluſia ſonet. in eo quidem priſci dixere ſpecum fuiſſe Herculi ſacrum, & inde Tingi oppidum, ut dictum eſt Antæi opus, cuius in rei teſtimonium oſtendebant incolæ parmam elephantino tergori exectam, adeo ingentis magnitudinis, ut nulli hominum æuo Neronis principis uſui eſſe potuiſſet, eamq; incolæ ab Antæo geſtatam aſſerebant, & ob hoc præcipuo honore celebrem conſeruabant.

*Anchorarius à Plinio uocatur Lib. 13. cap. 1.* Aucoranus mons eſt citerioris Mauritaniæ cupreſſis laudatiſſimis ad quodcunque opus abundans.

Anemurium promontorium eſt à Pamphilia diſtinguens Liciam.

Angaris mons eſt Iudææ, & ut percipi poteſt haud longe à Samaria.

* Agnius mons eſt excelſus, apud Gallos, Ligures, Frimates.

Anaſiui montes dicuntur eſſe Bœotiæ, quos penes aiunt morari muſas.

Antelibanus mons eſt Arabiæ, Libano ad orientem appoſitus, in quo æque cum Libano colligi thura dicunt, extenditur quidem circa regiones urbis Damaſci, & in ſortem cecidit tribui Manaſſe.

*Pli. lib. 4. c. 2.* Antirium promontorium quod penes Corinthiaci ſinus eſt, non amplius M. paſſuum latitudinis habens.

Aonas Heliconis montem dicunt eſſe Bœotiæ, muſis ſacrum, nec deeſt qui dicat Aonem Thraciæ montem, & ab eo Aonidas dici muſas.

Aothe mons eſt inſulę Samos, ſeſe in altum erigens per. x. M. paſſuum.

Apenninus mons ingens, à nonnullis is quem pauloante nominauimus Alpes creditus eſt. Et Penninũ uolũt denominatũ ab Hannibale Pœno, à quo primo peruiũ factũ putant. Sed opinio longe uulgatior eſt eum eſſe Apenninũ, qui omnẽ in longũ tendẽs, Italiam in partes ſeparat duas, & à dextris Inferũ ſpectãs mare, à ſiniſtris autem Superũ in Siculum uſq; fretũ progreditur. Hic autem ſecundũ quoſdam à promontorio Monœci eſſe



eſſe finem Liguſtini maris incipit, Vnde & Alpes & in Aquilonem ferè tendens, una cum Alpibus à dextris linquit Bagiternos, & cum ad Mantuanos Gallos deuenit, in orientem flectitur eis à ſiniſtris derelictis, & Senganis à dextris, ubi Albintinulo & Albagaunum, & Ienuam & Veliates Gallos, cum ex parte alia habebat Ciſpadanos & Auguſtã Taurinorum. Alii uero putant inter Veneris portum, & Macræ fluminis hoſtium quod penes, ut arbitrãtur aliqui, Liguſtinus inchoat ſinus, eum initium ſumere, & in Boream pauxillum tendere, ac iam dicto monti ſeparanti Ciſpadanos gallos à Liguribus in finibus Veliatum Ligurum iungi, & inde in Euroauſtrum uergens Tyrrhenum mare, Lunam ciuitatem, Lucam, Pyſas & nobiliſſimam Tuſciæ ciuitatem Florentiam ad meridiẽ finit. Ad Aquilonem autem Padum fluuium, Parmã, Mantuam Virgilii, Rhegium Lepidum, Mutinam, & ſtudiorum matrem Bononiam. Hinc à dextris ad ulteriora procedens, Aretium, Corthonam, Tranſimenum lacum, Peruſium, Fulgineum, Spoletum, aliás Spolitium, Meueniam, Tudertum, Vlſinas, Faleras, Narinas, & olim rerum dominam Romã urbem conſpicit. A leua autem Cornelii forum, quod & Imolam dicimus, Fauentiam, & Rauennam, & Sabinorum coloniam, Forum Liuii & Pompilii inde curuam Ceſenam. Ariminum, Penſaurum, Fortunæ phanum, & Senogalliam. Tandem ſeſe in modũ cubiti flectens, ſeu ſui potius partẽ iaciens inde Adriaticum promontorium facit, cuius in extremitate Anchonam ueteres condidere Græci, inde Firmum Picenum, & Eſculum, & poſt hos Marſos Pelignoſq; populos, donec alium flexum faciens altiſſimis uerticibus Garganus dictus in Adriaticũ deuehatur fretum, ſub quo Sypontum uetus Diomedis oppidum. Demum præteruehens à dextris urbem Tyburtim, Catilli, Peneſtras, Ferentium, Febracteriam, & Aquinum linquit, & maximum ſui in Tyrhenum protendens brachium, Volſcos ferè omnes includens in Cyrceum deſinit montem, quem uetus fama eſt extitiſſe iamdudum Circes ueneficæ regiam. Hinc Theanum, Sedecinum, & quas dixiſſe debueram, Teracinam, atq; Caietam, Sueſſam, Minturnas, Capuam atq; Neapolim, & Sannio atq; Lucania Campaniam diuidens ſcabroſis culminibus in finem Campani ſinus excurrit, Mineruæ promontorium ferè uſq; protendens in Capream, includens cum Campania Veſuuiũ, Pompeios, Noceriam, Stabiam, Surrentum. Poſt hæc habens in uiſceribus Beneuentum. Hinc Salernum, Lucanos, Brutioſq; omnes, mutato nomine Calabros nominant incolæ, ſpectans non deſinit donec Rhegium extremum Italiæ oppidum ſeſe uehendo contingat, relictis à leua Dauni regno Bardulis, Bario, Brunduſio atq; Tarento, & ſuorum ſaltuum incolis Salentinis, Petilia Idumei, Cretone, Caulone, Locriſq; atq; Saleo, & Leucopetram linquens, ubi ſupra diximus in fretum ſecus Rhegium finem fecit, diuiſus, ut creditũ eſt, & ſaxorum ingentium fracturæ teſtantur terræmotu à Peloro primo in Italiam uerſo Siculocum promontorio, & uariis multiſq; uorticibus inſignis in ſe multa continet oppida, & paſcuis ſyluiſq; abundans ex ſe hinc inde flumina emittit maxima & famoſa.

Apollinis promontorium in Aphrica eſt, inter Candidum & Mercurii promontoria in Sardiniam ſe propellens.

Aprodiſias promontorium eſt minoris Aſiæ.

Aracinthus mons eſt Mineruæ ſacer & celebris carminibus poetarum, uerum ueteres, in qua ſit regione non concordant, nam alii dicunt eum Atticæ regionis montem, quidam eum eſſe Thebanum, nonnulli Ambracium, & alii Arcadum.

Ararat mons Armeniæ maioris eſt, in quo ueteres omnes concordare uidentur arcam Noe ceſſante diluuio conſediſſe, & eius reliquias conſueuere peregrinis indigenæ demonſtrare, dixeruntque Armeni loco exitum ſeu egreſſum, eo quod ibi Noë arcam egreſſus ſit.

Araxum Peloponnenſium promontorium in Cephaloniam uerſus.

Arentinus mons eſt haud longe ab urbe Roma, in quo Præneſte ciuitas ſita eſt

Arcabrum

Arcabrum ſeu Attabrum promontorium Hiſpaniæ ulterioris eſt, uaſto ſe cornu protendens in mare, & Hiſpaniam uerſus occiduum finiens, terras, maria, cęlumq; diſterminare uidetur, hoc aliqui Oliſponenſe dixerunt ab oppido ei oppoſito, et quidam uocauere Magnum, eo quod maris occupet plurimum.

Arcobates mons Indiæ eſt, quem alii Cacobates dicunt, inſignis quidem, eò quod ex ſe Gangem profuſiſſimum orientalium fluminum effundat.

Argæus Capadociæ mons eſt, arduus plurimum, & omni tempore pruinis rigens, eumq; dei babitaculum ueteres accolę credidere. Subiacet ei Mazata ciuitas Capadocum metropolis.

Ariobargenes mons eſt Aſiæ inter Maſſagetas conſtitutus & Parthos.

*Aruiſius.* Arius † mons eſt in inſula Chio, in quo naſcũtur optima uina à monte Aruiſia nuncupata, eſto ſint, qui dicant eum promontorium & Aruiſium uocatum.

Arpendus mons eſt Pamphiliæ, cuius in radicibus Eurimenidum defluit fluuius.

Arragus mons eſt Capadocum, ſub quo Maizacum ciuitas, quæ poſtea Cęſaria nominata eſt, credo idem cum Argeo de quo pauloante dictum eſt.

Artemiſius mons eſt Arcadiæ.

Artemius in Argolico ſinu mons eſt.

As mons eſt Macædonum.

Aſcręus mons in Bœotia eſt, à quo & uicus denominatus, unde poeta inſignis Heſiodus oriundus.

Aſterion mons eſt in ſinu Argolico.

Aſtrixim mons eſt Aphricæ ab aquilone habens littorales Aphricæ populos, à meridie uero harenas iacentes ad oceanum uſq;, in quibus uagantur Gaulales Aethyopes, alii uero eum Maurianiæ montem uolunt, eſto non multum interſit, nam & Aphrica & Mauritania iunctæ ſunt.

Aſuaus mons eſt Chaoniæ, cuius in radicibus Aous fluuius.

Ater mons eſt Aphricæ è regione Sabarra, hic quidem longo ſpacio ab oriente in occiduum protenditur, & à noſtris Ater uocatur, eò quod aduſto ſimilis ſit, nec diſtat multũ à Matelge oppido Garamantum.

Athlas uetuſtiſſima fama celeberrimus mons eſt. Hunc aliqui in extremis Mauritaniæ finibus cõſiſtere uolũt, aliqui ab Aethyopibus, clarus aditis & flumine Banibaro ad mõtem Thenotema dicunt, & promontorium Heſperum decem dierum atq; noctium nauigatione per oceanum eum locant. Mons quidem ſupra nubes excelſus uertice, aſpectu ſqualidus ea parte qua ſpectat oceanum à ſe denominatum, qua uero Aphricam proſpicit nemoroſus atq; opacus, & fontibus, atq; fluminibus irriguus, & omnium generum fructuum abundantiſſimus. Eius ſupremum culmen ſemper afferunt eſſe niuoſum, inferiores autem partes à ſerpentibus, elephantibus, & brutis aliis occupatas aiunt. Præterea referunt tanta taciturnitate ſilere per diem, ut non abſq; horrore quodam & occultæ diuinitatis ſuſpitione adeatur, nocte uero ad inſtar cæli crebris lucere luminibus, & reſonare cantibus atq; tinnitibus cymbalorum, tibiarum, & fiſtularum Aegipanorũ, atq; Satyrorum. Sunt inſuper qui referunt imas eius radices denſis altiſq; ſyluis repletas incognito ex genere arborum proceritate ſpectabilium, frondeſq; cupreſſo ſimiles habentium, in rore ualentes perpetuo eaſq; præter odoris ſuauitatem, obduci lanugine quadam, ex qua, ſi arte exculta ſit, poſſint non aliter quam ex bombice ueſtes fieri. Hunc inſuper nonnulli Thelamonem nominari uolunt, ſicut Nilum flumen Melonem aſſerunt nuncupari.

Athos Macedoniæ mons eſt, ſeu ut quidam perhibent Thraciæ, mari Aegeo ſupereminens, & altitudinis mirandę. Afferunt quidem eum umbrã ſuam in Lemnũ uſq; inſulam efferre, quam aiunt alii, lxx. millium paſſuum, alii uero, lxxxyi, ab Atho diſtare.

Huius



Huius præterea uertex, ut pro comperto demonſtrant, uentos nubeſq; ſuperat cum relictos cineres annui ſacri aliquibus caracteribus inſignitos anno tranſacto redeuntes in nullo mutatos inueniant. Dicũt etiam huius in culmine fuiſſe oppidum nomine Acrothon, ſeu Acrochaon, ibidemq; ætatum hominum dimidio, quam alibi longiorem. Extat etiam hic mons ſuperbiæ Xerxis Perſarum regis perpetuum monumentum, nam aduerſus Athenienſes & Lacedæmonas ueniens, cum inter Seſtum & Abidon ponte facto ex Aſia in Europam pedibus ingentem traieciſſet exercitum, Athon ſuperare claſſe diſpoſuit, eo quod defeſſo hominum opera à continenti diſiunxit, nauigabili facto itinere longitudinis. lxxx. M. paſſ. cum latitudinis eſſet. M. d. & ſic Athon non ſolum, ſed mare undiq; circundatum traductis nauigiis inſulam dereliquit.

Atritas Achaię promontorium eſt, haud longe ab Aſineo ſinu. *Acritas Plin. & alij legũt.*

Auene promontorium Mauritaniæ occidẽtale, nam inter iſtud & Calpen Gaditanũ coartatur frenum.

Auentinus ex ſeptem urbis Romę montibus unus eſt, quem aliqui uolunt ab auibus è Tyberi aſcendẽtibus nominatum, alii uolunt ab Auentino Aboriginum rege ibidem occiſo atq; ſepulto nuncupatum. Sunt & inſuper, qui dicant eum à Sabinis ibidem à Romulo ſuſceptis à quodam prouinciæ ſuæ monte nomen impoſitum. aliqui ab aduentu hominum, eo quod ibi commune Latinorum Dianæ templum conſtitutum ſit dictum. Nonnulli alio ab aduentu appellatum, nam dicunt eum montem paludibus à cæteris fuiſſe diſcluſum, & eo quod ex urbe ratibus ibidem ueheretur, Auentinum uocatum.

Aulon mons eſt uinetis abundans.

Azan Phrygiæ mons eſt, in quo Iupiter & Cybeles coli conſueuerant, alii putant apud Arcades eſſe, & ibidem eo ritu quo apud Phrygios colebantur, coli Iouem matremq; deorum.

Azaræ Mauritaniæ montes ſunt diſterminantes à Mauritania Aphricam.

BAal mons Ermon circa Libanum in finibus Allophilorum eſt, aliqui eum dicunt Baalermon, quem ego ſic uocari arbitror.

Balbus mons eſt Aphricę, inſignis latebra Maſſiniſſæ regis à Syphace ſuperati, eſt enim fontibus abundans & paſcuis, agroq; Carthaginenſi propinquus.

Baliſta mons eſt Galliæ Ciſalpinæ ſitus apud Ligures.

Bargillus mons Phœnicum Syriæ conterminus eſt.

Barbaſtenes mons eſt Laconum, non amplius. x. M. paſſ. à Lacedæmone diſtans.

Bebius Campaniæ mons eſt, ignem ad iſtar *Aetnæ Syculæ* uaporans.

Befegor & Fegor montes Moabitarum ſunt, quorum in ſummitate Balaam ariolus à Balach rege deductus eſt, ut malediceret Iſraëlitis.

Berecynthus mons eſt Phrygię, in quo dudum Cybele mater deúm ritu gentilicio per ſanctiſſime colebatur, à quo etiam Berecynthia dicta eſt.

Beris ſuper Miniandam in Armenia mons eſt, in cuius uertice arbitrati ſunt ueteres multos tempore diluuii ſaluatos, nec deſunt, qui dicant ibidem arcam applicuiſſe Noë, & diu poſt oſtenſam ab incolis, ſeu eius reliquias extitiſſe.

Binon promontoriũ ultra Cyrenem eſt inter duas Syrtes protẽſum, maiores claudẽs.

Blagnia mons eſt Hyberniæ, cuius in radicibus tres nobiles ſcaturiunt fluuii, Berua, Eorus, & Syurus omnem ferè irrigantes inſulam.

Boreas mons eſt Epiri, Dyrrachio primus.

Borion promontorium Numidię ſic à Græcis dictum, quod à Borea uento infeſtetur ei quidem Hypotegius ſuper impoſitus in Hyponis nomen permutatum.

Brutinum Hiſpaniæ promontorium eſt.

Brutium promontorium Italiæ in Ionum mare tendens haud longe à Caulona & Conſentia.

Bracæ

*Barcæ Plini. habet lib. 5, Cap. 1.*

Bracæ montes ſunt diſterminantes Mauros ſuperiores, & Aethyopes peroſos à radicibus Nigrenſum fluuium effodentes.

Brileſſus Atticæ regionis mons eſt.

Buli mons eſt Syriæ haud longe à Gari.

CAas mōs eſt Syrię in tribu Effraim, inſignis tumulo Ieſu filii Naue, nam diu apud Vicantanam ſepulchrum eius ab incolis forenſibus oſtenſum eſt.

Cadiſtus ſeu Caliſtis Cretenſium mons eſt, adeo in uertice cādens, ut à nauigantibus nubes potius arbitretur quam uertex.

Cæma mons eſt alpium dirimentium Togatam Galliam à Comata, ex quo Varus fluuius emittitur.

Caphareus mons eſt Euboeæ altiſſimus, promontorium faciens, quod in Helleſpontum protenditur, apud quod plurimi Græcorum à Troia redeuntium fraude Nauplii cupientis ulciſci mortem Palamedis filii ſui iniuſte perempti, periclitati ſunt.

Caldone promontorium Indiæ propinquum flumini ſalſo, haud longe à loco ubi quondam Eufratis hoſtium.

*Liuius lib. 8. Dec. 4.*

Calicandrum Aſiæ minoris promontorium eſt terminus nauigationis à Romanis poſitus Anthiocho magno ab eis ſuperato.

Callidromus Achaiæ eſt promontorium haud longe à ſinu Maliaco.

Caligon promontorium eſt in Oceanum orientalem tendens.

Calpe Hiſpaniæ mons eſt, totus ferè in mare prominens, Abilæ qui in Mauritania eſt oppoſitus, quem ut de Abila dictum eſt, alteram Herculis columnam uetuſtas credidit aſſerens eum cum Abila ſeparatum, & inde Oceanum mole montis ante retentum, in medias exundaſſe terras, anguſtoq; freto Europam ab Aphrica ſeparaſſe. Sunt præterea qui uelint apud Siciliæ Pharum Calpem alium eſſe.

Calon ſeu Chion promontorium cretenſe in occiduum uergens.

Cambalidus Indiæ motis eſt, & Caucaſi ramus, ſub quo Meſſalene & ibidem nobiliſſimus in Bactrios tranſitus.

Camenta Cypri promontorium eſt ſolem ſpectans occiduum.

Canaſtreum Macedoniæ promontorium eſt, cui Sena proxima.

Canatus citerioris Hiſpaniæ mons excelſus eſt, cuius ut aiunt, in uertice lacus profunditatis imperſcrutabilis, colore niger, de quo miranda referunt incolę Dicūt enim ſi quis lapidem aut aliquid durum in eum iecerit, confeſtim tempeſtatem oriri, eiusq; in abdito ſpecu palatium eſſe dęmonibus, & alio plura meo iudicio fabuloſa.

*Plinius in plurali Candauidas uocat. libri 4. Cap. 23.*

Candauia mons eſt Epyrrhi à Dyrrachio diſtans. lxxxviii. mil. paſſ.

Capitolinus mons eſt Romæ eò ſic dictus, quod cum in eo fundamenta foderentur ędis Iouis, humanum caput inuentum dicitur. Antea quidem Tarpeius dictus à uirgine ueſtali Tarpeia, quæ ibi à Sabinis necata atq; ſepulta, & adhuc eius ſaxum Tarpeium appellatur. Hunc eundem montem tradiderunt uetuſtiſſimi Saturnum appellatum, & ab eo late ſaturniam terram. & in hoc antiquū etiam fuiſſe oppidum, cui Saturnia nomen, cuius in longū poſtea tria manſere ueſtigia. Nam Saturni phanum in eius fuit faucibus, & Saturnia porta, quam poſtea uocauere Pandanam, & poſt ædem Saturni in ædificiorum legibus parietibus ſunt poſtici muri ſcripti.

*Capote Plin. lib. 5. ca. 24. Oppidi nō eſt Caralis, cuius Solinus & Liuius meminerūt, tū Caralitanū poſſeßinum.*

Capontes † uel Catopen ſecūdum alios, mons eſt Scythis proximus, cuius ſub radicibus haud longe à Zimata ſeu Zizima dicunt Eufratem oriri.

Caralitanum promontorium puto Sardinię ſit, uerſus Aphricam tendens.

Cardenni montes ſunt Armeniæ maioris, in quibus arcam Noe reſediſſe ceſſante diluuio à nonnullis traditum eſt.

Cardidum promontorium Aphricæ eſt Sardiniæ aduerſum.

Carina mons Cretæ inſulæ eſt, ex quo mirabile recitatur. Aiunt enim, cum mollis ſit, nec amplius. ix. M. paſſ. ambitus intra hoc ſpacium nullas reperiri muſcas, nec mel ibidem



dem factum uuſquam attingant.

Cariobarzanes mons eſt inter Maſſagetas, Parthosq;.

Carigini Samariæ lętiſſimus mons eſt, ciuitati Sicioniorum ſupereminens.

Carmeniæ promontorium puto Perſici maris, cui iunguntur populi Armogei, & ibi portus Macedonum eſt, & aræ Alexandri.

Carmelus Phœnicum mons eſt, Heliæ prophetæ ſpectabilis manſione, & oleis arbuſtisq;, & uinetis cōſpicuus, per dietas circiter duas diſtinctus, huius in radicibus palus eſt Cendebora, ex qua progreditur bellus fluuius, harenas trahens ad uitrum cōficiendum, cryſtalli æmulum cæteris præualentes.

Carmelus mons alter à ſuperiori in Gallia eſt, de quo Naba.

Cartandrus mons eſt inter Perſas Mœdosq; poſitus.

Caſſinus mons eſt Campanię, ubi dudū Apollo colebatur ab incolis, cuius phanum deſtructum à Benedicto ſanctitate inſigni uiro, ſub beati Martini titulo, ad honorem ueri dei celebris eccleſia cōſtructa eſt, & eo loco in quo fuit ara Apollinis, erectum eſt altare, ac ſub Ioannis Baptiſtæ nomine conſecratum.

Caſyrus mons Perſidi propinquus, cui appoſitæ urbes, Seleucia, & Suſinare.

Caſius Syriæ mons eſt, haud longe ab Antiochia, ſub quo olim ſilentia libera, Pieria appellata. Hic mons altiſſimus eſt, nam ambitu ad cacumen xviii. M. paſſ. dicitur, altitudo autem per directum iiii. M. paſſ. & de eo antiquitas mirabile quoddam refert. Aſſerit enim quarta noctis uigilia in orientem per tenebras ſolis globum ſurgentē uideri, & ſic paruo corporis flexu ſurgētem ſolem, inde profundiſſimam noctem intuetur aſpiciens.

*Quidam hūc Sinam eſſe uolunt*

Caſius mōs alter à ſuperiori, hic enim in Arabia eſt, Peluſio Aegypti cōterminus, haud longe à loco qui dicitur Aſtracinæ nobilis ſepulchro Pomp. Magni.

Caſpius mons ſub Boreali plaga conſtitutus eſt, & ab eo Caſpium mare cui conterminus eſt denominatum.

Caſtalius mons in Delphis, Muſis ſacer.

Carabathmion mons Parthonio propinquus eſt, cui & Alexandri caſtra uicina ſunt.

Catacriſea montes ſunt in eo deſerto per quod tranſitum fecere filii Iſraël ab Aegypto in terras promiſſionis uenientes. Hos quidem auro fertiles aiunt, eosq; penes perhibetur Moyſem librum Deuteronomion deſcripſiſſe.

Catillus mons eſt prope Tyburim ciuitatem Romæ uicinam, à Catillo fratre Tyburti conditoris Tyburis denominatus.

Caucaſus orientalis mons & famoſiſſimus eſt. Is quidem ſecundum quoſdam inter Oleos qui ſunt ad Cimericum mare, & Albanos ultra Caſpium ſub Septentrione iacētes eleuatur, primo & perpetuo iugo uſq; in Orientem extremum protendi uidetur, ſecundū uarias illi nationes adiacētes, uaria ſumens nomina, eumq; Taurum montem, ſeu Tauro monti iunctum credidere plurimi, eo quod Percoatras Armenię mons, inter Taurum & Caucaſum poſitus illos iungere uideat̃. Sed fluuius Euphrates ex Percoatra deſcēdens, & in meridiem defluens, & ad ſiniſtram Taurum derelinquens eſſe diſiunctos oſtendit, & ſic à dextris inter Oleos ad Albanos ubi portas habet incipit Caucaſus, ſic dictus eo q̊d ſemper eius uertices niue candeant, nam incolarum lingua candor dicitur Caucaſus. A portis autem Caſpiis ad Armenias uſq; Pilas, ſeu ad Tygridis fontem inter Armeniam & Hyberiam, qui uertices Caucaſi ſunt Acroceratuni appellãtur, de quibus ſupra. A fonte autem Tygris uſq; Carras inter Parthos, Maſſagetasq; Ariobarzanes nominat̃. A Carris uſq; ad Cadippin oppidū inter Bactrianos & Hircanos Moniarmali dicitur Amomi ibidē naſcentis inſignis, à quo collis ſubſequens dicitur Parhau. Ab oppido uero Cadippi ad Saphrin uicum inter duas Sarcaraucas & Parthionas mons eſt Obſcobares, ex quo Gautes & Lacer exundat. A fonte Gangis ūſq; ad fontem fluminis Orthogorræ, qui à Septentrione eſt, ubi montani Paropaniſade Taurus eſt. A fontibus Orthogorræ uſq; ad Orthogorræ ciuitatem inter Hircanos & Scythas, & Gangaridas Caucaſus eſt. Vltimus autē inter eos

ter eos & Paſiadras mõs Lanibus uel Imauus, ubi Criſotoras fluuius, & Samara promõtorium ab orientali excipiuntur oceano, & ſic Imauus extremus eſt Caucaſus. Alii Taurum totum hunc uolunt, eumq́; ab oriente noſtrum uſq; mare deducunt, Caucaſo huius tam longi montis nil præter particulam orienti propinquam donantes.

Caulon Calabriæ, ſeu Brutiorum mons eſt in finibus Italiæ freto Siciliæ propinquus, Baccho fertilis & cui eiuſdem nominis oppidum fuit.

Calidonium ultimum eſt Tauri promontorium, in noſtrum effuſum mare.

Celius mons eſt à Cele Iubeano nobiliſſimo duce Tuſco dictus, eo quod Romulus ad uerſus Latinũ regem cum auxiliaribus uenerat, inclytus quidem multis titulis. Sed nec minus inſignis eſt, quod in eo Poëta Ennius habitauerit.

Celticum promontorium Hiſpaniæ, in oceanum procurrens.

*Euboiæ promontoriũ eſt. Pli. li. 4. ca. 12*

Cæneum promontorium in Septentrionem directum.

*Pli. li. 4. ca. 11*

Cænys extremum Italiæ promontorium uerſus Pelorum Siciliæ tendens, non amplius duodecim ſtadiorum interuallo diſtantia.

Chryſoceras promontorium Propontidis, in quo Bizantium oppidũ, cui poſtea nomen Conſtantinopolis.

Ceraunii montes in Epiro oriuntur, & exinde continuo iugo Ripheis iungunt, à parte altera in Euxinum & Meotida atq; Tanaim cadunt. Altera uero in Caſpium.

*Cerceti plurali numero à Plinio uocantur ca. 8. li. 4*

Cercius mons eſt haud longe à Theſſalia, à Merope quippe eunti Theſſaliã inuenitur.

Ceſpius urbis mons eſt è regione Exquilia, apud ædem Iunonis Lucinæ.

Childarus mons eſt Hyberniæ.

Chimæra, ut uideant logici quia aliquid ſit, mons eſt Ciliciæ apud Rhaſelitas Carinã à Licia diſterminans. Huius quidem ſummitates perpetuis flagrant flammis, quæ quidẽ augentur aqua ſuperinfuſa, terra uero iniecta extinguuntur. Alit præterea mons iſte circa ſummum leones, paulo autem infra capreas, ſuntq́; radices eius ſerpentum pleniſſimæ. Bellorophon autem Glauci filius, hũc purgauit noxiis, & habitabilem fecit, à quibus fabulæ locus adinuentus eſt.

Cibaini montes ſunt Thraciæ in quibus Caiſter fluuius oritur.

*Cyllene ab alijs dicitur*

*Cillenius mons eſt Archadiæ, celebris natiuitate Mercurii.

†Cymbrorum promõtorium ſub Septentrione & in oceanũ Aquilonarẽ protendit.

*Non propriũ montis, ſed gẽtis eſt. Plin. li. 4. cap. 13*

Cibelus Phrygiæ mons in quo Cybele deum mater colebatur, olim denominata Cybele ab eodem.

Cibotus mons olim fuit, & in eo oppidum nomine Curite, qui terræmotu abſorptus eſt unà cum oppido.

Ciminus Hetruriæ mons eſt, in quo & eiuſdem nominis lacus.

Cinthus mons eſt Inſulæ Deli, famoſus Apollinis natiuitate, cuius tam grandem magnitudinem dicunt, ut umbra ſua Aegei maris ambitum tegat.

Cyreneum promontorium in Aſia minori, haud longe à monte Mina.

Circes, ſeu Circeus mons Italiæ, & Caietæ propinquus, ſic à Circe uenefica, quam ibidem habuiſſe regiam uolunt, denominatus. Eius in ſummitate & oppidũ eiuſdem nominis fuiſſe prægrande dicunt. Præterea afferunt hunc olim à cõtinenti fuiſſe diſiunctũ, non quidem freto, ſed paludibus, & Oſeum, aliàs Otheum ante nominatũ ab horrore tranſeuntiũ, credentiumq́; ibi homines in beluas tranſmutari. Tandem ex Albanis montibus limus effluens completis paludibus eum fecit terræ continuum.

Citra mons eſt Phocidis, ſeu uertex alter Parnaſi montis, in quo olim celebre toto orbi oraculum fuit Apollinis.

Citheron Beotiæ mõs eſt Poëtarũ carminibus celeberrimus, nec lõge Athenis extollit. Aliqui partẽ Parnaſi putãt à Citherone quodã denominatũ, in hoc enim præcipue colebatur Bacchus, ſecundũ autem alios Venus, eamq́; dicũt ab eo Cithercam fuiſſe uocatã.

Citorus mõs eſt Paphlagoniæ, abũdãs buxo in ſpaciũ lxiii. M. paſ. porrectus, loco Veneto clarus





to clarus, à quo uolũt Paphlagonios in Italiã cũ Antenore trãſuectos Venetos appellatos.

Citria promontorium eſt Cariæ, eſto ſint qui dicant illum Deli montem.

Ciareus mons orientalis eſt in regione quæ dicitur Apouertene.

Clarius eſt mons Colophoniæ, in quo colitur Apollo, & ab eo Clarius nominatus.

Clibanus mons apud Calabros eſt haud longe à Lacinio promontorio.

Climax Aethiopiæ mons eſt ſecus rubrum mare, ubi honeſti homines, & rubri maris tenentes imperium, fœminæ prolixis barbis inſignes, uenationibus uacentes, tygresq́; habentes pro canibus, & pardos etiam nutrientes.

Cordi Mœdorum ſunt montes.

Cophantus Bactrianorum mons eſt, nocte flammas emittens è uertice.

Colaicum Indiæ promontorium in Taprobanem inſulam ſeſe ferentem.

Corambus promontoriũ Paphlagonum in Ponto, haud longe ab amne Parthenio.

Corax Aetholiæ mons eſt altiſſimus inter Calipolim & Naupactum.

Corax mons eſt non longe Tybure à Corace fratre Tyburti conditoris Tyburis dictus.

Coreb mons regionis Madian eſt, iuxta ſinum Arabiæ imminens, qui quidẽ ueterandiſſimus eſt ob crebram iamdudum ueri dei apparitionem.

Coricus Ciliciæ mons eſt, inſigni ſpecu memorabilis, qui in ſummo montis uertice Corito oppido ſupereminente, amplo ſatis hiatu patet, & in profundum demiſſus, quãto magis demittitur, tãto amplior efficitur, & undiq; pubentibus lucis adeo pulcher atq; admirabilis ſe intuentibus aperitur, ut mentes admiratione conſternat, qui cum & aſſue factos non ſatiet per deſcenſum unicum & anguſtum atq; aſperũ m. d. p. inter amœnas umbras, & opaca ſyluarum riuis hinc inde quoddã agreſte ſonantibus. Aſt ubi in finem deſcenſum eſt, ſpecus apparet alter. Verum cymbalorũ ſonus terret adeuntes ingreſſu primo, & aliquandiu ſpectabilis incedenti fit obſcurior, & ingẽtis amnis ſe extollentis fons aſpiciunt, qui ubi paruo curſu maximum demonſtrauit impetum, conditur. Intra uero ſpacium horribile & incognitum, anguſtum tamen ſacrumq́; adeo ut à diis habitari ueteres credidere incolę. Alius præterea ſpecus ulterius eſt, quem Tiphoneum uocant, anguſto ore, & ut experti tradidere quidam, preſſus, & aſſidua nocte ſuffuſus, eumq́; dicũt aliquãdo Tiphonis fuiſſe cubile, & in ſe demiſſa confeſtim examinat. Memorandus eſt & fabula, & natura. Mons autem extrorſum croci plurimum ferax eſt, adeo ut ſint qui credant ob hoc illi nomen Coritus poſitum.

*Meminerunt huius Plin. li. 5, cap. 27. Mela & Solinus*

Coris Theſſaliæ mons eſt, ſerpentes producens, quibus Sepas nomen eſt, non propriũ habentes colorem, ſed loci Silenni in quo morantur ſumentes, morſu quidem non aſpero ſitim ingerunt, & inſanabilis eſt.

Coritus mons creditur Hetruriæ, à Corito uetuſtiſſimo rege Electræ uiro, & Dardani patre unà cum oppido in eodem exiſtente denominatus.

Corſicus mons eſt ultra Hiberiam & Hircaniam, ex quo naſcũtur ex uicinis fontibus Cyrus & Cambiſes ingentia flumina.

Coronæ Achaiæ promontorium. Creon mons eſt inſulæ Lesbi.

*Coronæ oppidũ eſt, ut Strabo et Plinius, à quo Coroneus ſinus nomẽ habet*

a Crimoca promontorium Euxini maris arduo ſupercilio.

Criſe promontorium eſt oceani orientalis apud Seres.

Crocodilus Ciliciæ mons eſt à parte Amanni fluminis.

Crocũs mons eſt in Creta inſula.

Crotonius mons Achiæ, Piſæ ciuitati ſupereminet.

a *Carambicum fortaſſe, aut Criumetopum, ea enim ſe mutuo aſpiciunt, ut Plin. lib. 4. cap. 12. uel Cronea, cuius idem meminit lib. 5. cap. 5. facitq; mentionem ardui ſupercilij.*

Dadai montes ſunt Indiæ olim Cliopedis regiæ propinqui.

Dardanus mons eſt Apuliæ.

Delphicus mons inter Hiſtriam & Mentoriam eſſe fertur, cuius in culmine xeiſtentes aiunt ex longinquo nauigia uenientia cernere.

Dicteus Cretæ inſulæ mons eſt à Dicte nympha, quod in eodẽ colebatur dictus, qui quidem adeo eſt in uerticibus albus, ut à nauigantibus nubes potius quàm uertices exiſtimentur. In hoc aiunt Iouem quem deum ſtolidi arbitrabantur abſconditum à matre, & à Curetis nutritum.

Dimaſtus mons eſt in Myconia inſula.

Dindimus mons eſt Phrygiæ, in quo Galli ſacerdotes Cybeles, & ſacra matris deum celebrare, & ſe abſcindere conſueuerant.

*Dinaretum, Pli. li. 5. ca. 31* Dinatete promontorium inſulæ Cypri.

Diomedis promontorium in Dalmatia.

Dictamon Cretæ inſulæ mons eſt abundans dictamo herba, à quo & ipſa nomen ſortita eſt.

Dodona Chaoniæ mons, in quo & ſylua eiuſdem nominis, & in ea olim fuere quercus, è quibus columbæ conſueuerant reſponſa dare quærentibus.

Doloroſus mons in Anglia eſt.

Drepanum promontorium eſt Siciliæ.

Dyrrachium Epiri mons eſt, ubi caſtrum eſt quod Petra dicitur.

Doriſcos promontorium eſt Atticæ regionis.

EBbitei montes ſunt apud Bathimos ad oceanum meridionalem.

Ebron mons eſt Paleſtinorum haud longe à Gaza Syriæ ciuitate, cuius in uertice olim Samſon noctu Gazæ ab hoſtibus incluſus, portas uectes'q; detulit.

*Edonus à Plinio dicitur* Edon mons Thraciæ eſt.

Effram Iudææ mons eſt, in quo olim Sichem fugitiuorum ciuitas fuit.

Aegialeus Atticæ regionis mons eſt. Elatus Cephalaniæ nobilis mons eſt.

Eleome mons eſt Macedoniæ.

Helicon Beotiæ mons eſt, Muſis dicatus, celebris'q; Poëtarum carminibus, ex quo inter alia flumina Parmeſus egreditur.

Emimodimus mons eſt Hyberiæ Ponticæ.

a Emochi montes ſunt Indiæ.

Emodus mons pars Caucaſi creditur, quem cum ſuperioribus, quos Emochos uocãt idem credo.

Hemus mons aliqui dicũt quòd Theſſaliæ ſit, & in eo locũ deſcribunt, qui Tẽpe dicit. Alii uero Thraciæ attribuũt, huius celſitudinis adeo grandis phama fuit, ut crederetur ex huius uertice Adriaticum & Euxinum mare poſſe diſcerni, quod experturus Philippus Demetrii filius Macedoniæ rex, illum conſcendit, nec abſque labore plurimo, nam circa medium adeo ramorum, arborum innexione denſum inuenit, ut præter impeditũ iter nonnunquam cælum uix cernere poſſet. Et cum poſt diem tertiam ab incœpto à radicibus itinere, deueniſſet in culmen, contecta nebulis omnia comperit, & uulgatæ opinionis omnia falſa, & ſic ſpe fruſtratus, duabus aris Ioui Soli'q; in uertice conſecratis deſcendit. Hinc una cũ Rodope & Orbelone ſacris Liberi patris, & Mœnadũ cœtibus Orpheo uate primum initiante celebris fuit, qui uaſto iugo procumbens in Pontum oppidũ habuit in culmine Ariſteum. Volunt alii, quod Ennius ea in parte quam aratores celebrãt, Scythæ oſtendant tumulum Polydori, ubi Gramen, aliàs Geraman urbs, quam uocant barbari Catiton, & ex ea ferunt Pygmeos fugatos à gruibus.

*De hac re Liuius lib. 10. Decad. 4.*

Eos mons eſt ad Arabicum mare.

Epopos dudum mons Pithecuſarum inſulæ Capano in ſinu, ex quo cum repẽte flamma emicuiſſet, in proceſſu campeſtri ſolo æquatus eſt.

Heracleum promontorium eſt Colchorum.

Hercynius Germaniæ mons Inſignis eſt.

Eridanus mons eſt Dyrrhachii.

Erimanthus mons finibus conſtitutus eſt Archadiæ, in quo Hercules aprum cũctã uaſtantem



uaſtantem uiuum cœpit, eum'q; Euriſteo detulit regi.

Eryx Siciliæ mons eſt, Drepano propinquus, cuius in ſummitate fuit olim Erycinę Veneris templum ab Eryce eiuſdem filio, & à quo denominatus eſt mons, conſtitutum. In hoc autem ab Aenea Anchiſes ſecundum quoſdam tumulatus eſt.

Erminius mons Luſitaniæ in Hiſpania.

Hermon mons Amorreorum eſt ultra Iordanem, quem Phœnices uocant Sanor, & Amorrei Sanir, cuius in uertice inſigne fuiſſe templum ſummę celebritatis apud gentiles dicitur, diſtat duobus mil. paſſuum à Tabor, & eius eſt adeo uertex frigidus, ut ex eo ad delitias nobilium æſtiuo tempore ferantur niues Tyrum.

Heſperion ceras promontorium extremũ Africæ eſt aduerſus Dorchadas inſulas olim Gorgonum domos, Aethiopum Heſperorum confine.

Heſperum mons Aethiopum eſt ſub Africo ſitus.

Eſtiæ promontorium Boſphori eſt. b

Etheodontia mons eſt Græciæ Termopylis ſupereminens.

Etna mons in medio Siciliæ orbi toto celeberrimus fama, & cum ſublimis plurimũ ſit, ſolitus'q; è culmine celſo globos ignis emittere, hodie deficiente iam ſubterraneo ſulphure, ſolum fumos emittit. Cuius in ſummitate duos eſſe crateres, è quibus olim eructabat flammã dicunt indigenæ, circa quos aſſerunt eum eſſe cinereum & niueum, ut plurimum tectum, cum circa radices amœniſſimus mõtium ſit, limpidiſſimis fontibus, & frutetis abundans. Et quoniã perſæpe terræmotibus agitatur regio, fabulam finxere ueteres, eum ſcilicet à Ioue Tiphœi capiti ſuperimpoſitum, quaſi ſuſpirans Gygas flammas emittat, euomere omnem, & tremere dum fruſtra excutitur. In hoc oppidum ingens ex ſui nominis olim fuit.

Vcalegon mons eſt haud longe à Sigeo Troianorum promontorio.

Euganeus mons eſt Venetiæ, quem, ut quidam putant, incolæ dicunt hodie Paduanum, Patauio proximus.

Euproſopon promontorium Syriæ eſt non longe à Sydone.

Eurotas mons eſt Laconiæ regionis.

*Emodi montes Indiæ à Plin. lib. 6. cap. 17. dicunt. Quos autem hic Emothos uocat, credo pro Heniochis poſitum eſſe, qui ſunt Armeniæ maioris, alio nomine Coraxij dicti, de quibus Plin. lib. 6. cap. 9* a

*Ii tamen qui proxime Plinium caſtigarunt, apud Plinium, quod hic promontoriũ Eſtiæ uocat, id Naulochũ uocant, Eſtiæ cũ ſequẽtibus cõſtruũt, ut legatur, Eſtiæ templũ Neptuni. Vide Plin. lib. 6. cap. ulti.* b

PHalacrum promontorium eſt Corciræ inſulæ, ex quo in mare protenditur ſcopulus, quem à ſimilitudine Vlyſſis nauem fuiſſe dixere uetuſti. *Pli. li. 4. ca. 12*

Falernus Campaniæ mons eſt, optimi uini ferax.

Phaneus promontorium Chii inſulæ, & ſecundum alios Siciliæ uitibus conſitus, & à Phaneo rege olim denominatus. *Seru. 2. Geor.*

Faradi mons eſt, ſeu uertex Idæ montis Troiani.

Faſga mons eſt ſupra Iordanem in terra Moab contra Hiericho, ſub quo Ienua ciuitas in campo Moab.

Ferraria promontorium Hiſpaniæ, ſub quo Hyberus fluuius ingreditur mare.

Feſul mons eſt biceps, Florentiæ inclytæ Tuſciæ ciuitati ſupereminens, oliuetis plenus, ex quo ſi lapides, qui plumbei ſunt, excidantur, breui temporis ſpatio nouis incrementis reſtaurari compertiſſimum eſt. Fuit & in culmine huius eiuſdem nominis uetuſtiſſima ciuitas ruinis ſemeſis teſtantibus.

Phycus promõtorium eſt Africæ importuoſum, haud longe ab his oris quas dudum teſtantur aliqui tenuiſſe Lotophagos. *Pli. li. 4. ca. 12*

Fiondis Theſſaliæ mons Mempheus uocitatus olim. *

Fiſcellus Italiæ mons eſt, non longe à Tyberi fluuio.

Fogor Moabitarum mons eſt, ad quem Balach rex deduxit Balaam ariolum, ut malediceret

ledíceret Iſraëlitis.

Pholoë mons eſt Theſſaliæ, in eo quondam Centauri nati ſunt. Alii Archadiæ montem dicunt, nonnulli Thraciæ.

Forgius Aethiopiæ mons excellentiſſimus.

*Taphiaſſus legitur apud Plin. li. 4. ca. 2*

Feaſus Aetholiæ mons eſt, haud longe à promontorio Anthirno, ubi hoſtium Corinthiaci ſinus.

GAbaa mons eſt Iudææ in tribu Beniamin, haud longe ab Hieruſalem.

Gabale mons eſt in terra promiſſionis, in quo iuſſu Moyſis altare conſtitutũ eſt.

Gad mons eſt in deſerto Synai, quem penes caſtrametati ſunt filii Iſraël.

Gage mons eſt minoris Aſiæ, in quo Coridaua & Rhodiopolis ſitæ ſunt.

*Videtur autẽ Plinius non montis, ſed oppidi nomẽ facere lib. 5. ca. 27*

Gragus mons eſt minoris Aſiæ, haud longe à Pathara, credo idem cum ſuperiori.

Galaad mons eſt ad tergum Phœnicis & Arabiæ Libano copulatus, & in eodem ciuitas eodem nomine dicta, quam cœpit Galaad filius Machir de manu Amorreorum, & tam monti, quàm ciuitati nomen ſuum impoſuit, & ab eo olim Galadites regio nuncupata eſt.

Galeo mons Atticæ regionis.

Gallicanus Campaniæ mons eſt, & imminet agro Falerno, & idem Caſſilinus.

Callidrom mons eſt, ſeu aliud ex cacuminibus imminentibus Thermopylis.

Galmada mons ſupra Idumeam & Samariam.

Gargara Phrygię mons, ſeu ſummus Idæ montis uertex, nam Gargara dictus, qui Catacaros, quod caput capitis ſonat, id eſt, altitudo altitudinis, ubi templũ olim fuit Iouis.

Garganus Apuliæ mons eſt ſiniſtrorſum ab Appennino in Adriaticũ ueniens mare, cuius in radicibus Sipontum ciuitas olim à Diomede montis uictore condita. Secus hũc Metapontum dicũt, ubi Palladis Helinitis templum fuiſſe aiunt, in quo diu ſeruata ſunt Epii inſtrumenta, quibus durium equum apud Ilionem fabricauerat. Et apud eundem afferunt locum fuiſſe Dauniæ nominatum, in quo Palladis Archaicæ templum, ubi bipennes æreæ, & arma Diomedis ſociorum depoſita diu oſtenſa ſunt. Dicunt præterea ibidem fuiſſe canes Græcis uenientibus lęta garrulitate blandientes. Sed quod longe maius & uerius atq; uenerabilius eſt, hoc in monte anno ab incarnato uerbo cccc.lxxxi. Zenone principe imperãte Romanis diuino munere Michaëlis archãgeli ſpecus incolis oſtenſus eſt in hodiernum uſq; celebris, & ſumma à Chriſticolis deuotione uiſitatus.

Gari mons eſt Syriæ, & ſecundum alios dictus Garius in Samaria, in quo Tuſci populi ab Aſſyriis in Samariam miſſi, relicto Hieruſalem diis ſuis, altaria conſtruxerunt.

a Gaulaleus Mauritaniæ mõs eſt, & ab eo circũ habitãtes Aethiopes Gaulales dicti ſunt.

Gaulanos Campaniæ mons eſt, Puteolis, Baiſq; uicinus.

Gaurus Campaniæ mons eſt, propinquus Maſſico monti atq; Surrento.

*ats, Sichemorum*

Gazarim mons ſeu Garizeus in Iudæa eſt, ſupereminens † Sicyoniorum ciuitati.

Gebal mons eſt Iudææ oppoſitus Gazari, qui & Hebal nuncupatus eſt.

Gebbenna Galliæ mons eſt inter Auernos, & Heluios medius, & in eo ciuitas poſita, cui Genua nomen eſt.

Gelboë Syriæ mons eſt, ſexto à Scitopoli lapide, in hoc quidem Saul primus Iudæorũ rex à Paleſtinis uictus, occiſis filiis ab Amalechita iuuene percuti precibus obtinuit, maledictione Dauid ſucceſſoris eius, nec ros, nec pluuia poſtea cecidit.

Geraſenorũ mons eſt trans Iordanem, in quo Alexander Iudæorum rex mortuus eſt.

Gereſtum Eubоëæ promontorium, Africam ſpectans.

Gerionis montes in Italia prope Lematem agrum ſunt.

Gibel mons eſt Iudææ, ſub quo Ior & Dan fontes ex Libano prodeũtes, Iordanem fluuium iuncti faciunt.

Ginidos minoris Aſiæ promontorium eſt, in quo dudum Aethiopia libera.

Gion mons eſt Iudææ, apud quem Salomon fuit inunctus in regem Iudæorum, & dyademate inſignitus.

Gyri



Gyri mons eſt apud Garamantas, in quo naſci gemmas uetuſtas teſtata eſt.

Gorditanũ Sardiniæ promontoriũ, in cõſpectu habẽs Aſulcenſim & Aenoſim inſulas.

Grin mons eſt citerioris Hiſpaniæ mari contiguus.

Gratius mons Phrygiæ eſt Xantho flumini proximus.

*Apud Pliniũ legitur promontoriũ Chaldonæ, cuius propinquo habitant Gaulopes. lib. 6. cap. 28* a

IAtus mons eſt ex Armenia inter Mœdos, Adiabenoſq; ueniens ſupra Parã & Cœnẽ.

Iãbus mõs eſt Caucaſo mõti iunctus, diuidens Indiã à Scythia ſuperiori & inferiori.

Ianiculus unus ex montibus urbis, in Hetruria quidem poſitus, & Sũblitio ponti iunctus, à Iano, ut creditur, olim Romanorum deo nuncupatus.

Hybla mons Atticæ regionis ſeu Siciliæ eſt, thimo abundans & melle.

Icarius mons Atticæ regionis eſt.

Ida mons eſt Phrygiæ, haud longe ab Ilio & Helleſpontiaco ſupereminens mari, memorabilis iudicio Paridis, ex eo quidem mirabile quoddã retulere ueteres, ſcilicet ſolem ſurgentem longe aliter quàm in aliis terris conſpici. Nã in tanto ab hoc ex ſummo montis apice, cui Gargara nomen, à media ferè nocte paſſim ignes micare uidentur plurimi, diu tandem nocte in diem eunte, qui ſparſi fuerunt in unum cõuenire, donec in unam emicent flammam. Quæ poſtquàm diu grandi incendio ſimilis clara uiſa eſt ſe in rotundam formam cogi cernitur, & ingens factus globus, terris apparet annexus, deinde paulatim decreſcere & lucidior effici, donec iam fugatis tenebris ſeſe extollat in altũ, ſol factus. Et ex hoc præterea monte Scamander, qui & Xanthus, & Simois fluuii longa fama maiores quàm undis copioſi, & alii ſcatutiunt plures.

Idalius mons in Cypro Veneri ſacer eſt.

Ideus mõs Cretæ inſignis plurimũ apud ueteres, eo quod in eodẽ Iouẽ abſcõditũ à matre Rhea, & clam nutritũ credãt antiqui, eiuſq; ſepulchrũ in eo à priſcis diu uiſitatum eſt.

*Ida proprio nomine dicitur, nã Idæus poßeßiuũ eſt.*

Hydrus Calabriæ mons eſt, unde oppido nomen Hydruntum.

Ieris promontorium eſt Elidis, haud longe à Piſa.

Imaus orientale promontorium eſt ab Emodis montibus, in oceanum ſe tollens. Sonat quidem Imabus Iatica lingua niueus, extremus quidem Caucaſus eſt.

Hymettus mons inter cæteros Atticæ regionis obtinet pulchritudinis principatũ, nam floribus nitet, thimo abundans, & optimo melle, & in eo, ut dicunt, naſcitur herba cariſſia, quam mulieres, ut ardentius appetantur à uiris, brachiis alligare conſueuerunt.

Inarime mons olim fuit inſulæ Prochytæ, ut ſcribitur, ſed ego credo eius quæ hodie Iſcla uocatur aduerſa Meſeno, & ſub eo finxere Poëtæ, eò quod altiſſimus fuerit, & ignes more Aetnæ euaporauerit, Iouem caput ſuppoſuiſſe Tiphoëi. Hic quidem mons à perpetuo igne introrſum ferè conſumptus, à terræmotu excuſſus, & in mare deiectus eſt, feciſq; ex ſe longe ab Iſcla inſulam aliam quam indigenæ Prochytam uocauerunt, eò quod ex propinquo ceciderit mons, ex quo ędita ſit.

Iouis mons in Hiſpania eſt, occidenti oppoſitus, cuius eminentia, quia inter exigua Cautium ſpatia conſurgit, Hannibalis ſcala appellata eſt.

Hypanis mons Scythiæ eſt. a

Hyperborei montes ſunt Scythiæ in Aſiatico oceani littore ſub ipſo cardine ſyderum, Hyperborei dicti, eo quod ultra eos flat Boreas.

Hypoplacus mons eſt Lyciæ ſeu Ciliciæ, haud longe à Thebis Liciis, quibus olim dominabatur Etion pater Andromachæ uxoris Hectoris. b

Hippus mons ſecũdum quoſdam in Bithynia eſt, & ſub eo Picopolis fuit ciuitas. Alii illum dicunt Ilio propinquum, & poſt eum inſidiis latuiſſe Græcos, & hinc ſumptum quod ex equo, qui hippos Græce dicitur, prodierint. Sanè, Bithynia Troadi cõtermina eſt, & is forte mons medius inter eas.

Ipixorus mons eſt Macedoniæ.

Itaneancos mons eſt Germaniæ, ex quo dicunt Danubium naſci.

Hyrmine promontorium Achaiæ.

c Hyrpinus mons eſt Sabinorum, in quo optimi naſcuntur equi.

* Iſamus mons eſt Pœoniam à Midia ſeparans, in quo naſcuntur animalia *menopeſt nominata, boui ſimilia, quibus prægrandes comæ à collo pendẽt, & uſq; in oculos à ceruice.

Iſchiniæ promontoriũ eſt Theſſaliæ, ſuper Demetriadem ciuitatem.

Iſmarus Thraciæ mons eſt pro parte aſperrimus, & in reſiduo uinetis, oliuetiſq; abundantiſſimus. In hoc nonnunquam Orpheus cythara canere conſueuit.

Iſparus promontorium in ora Aethiopici oceani eſt, ſe protendens in mare, quod Azanium appellatur.

Itabirus mons eſt Iudeæ, apud quem Alexander Ariſtoboli regis filius, & Iudæorũ rex à Gauinio Romanorum duce ſuperatus eſt.

Iſthmos mons in quo ſita Corinthus eſt ciuitas. Hic ex Achaia in reliquam Græciam tendens, tenui ſpatio ſeparat Ionium mare ab Aegeo.

a *Hypanis à pleriſq; amnis dicitur, ut Plin. lib. 4. cap. 12. & lib. 11. cap. 36. ubi ait animalia apud eundẽ naſci, quæ uero tantum die uiuant, unde & ἡμερόβιοι uocantur.*

b *Apud Plin. lib. 4. cap. 5. legitur, ultra Patres oppidum Olenum, colonia Dyme, loca Euprasſum Hyrmine, promontorium Araxum, unde puto Bocatium conſtructione deceptum, cum ſequentibus Nyrmine coniunxiſſe.*

c *Apud Homer. Iliad. 2. legitur:* ἠ Πίωρ, ὅσ' ἔναιεν ὑποπλάκῳ ὑλήεσσῃ θήβῃ ὑποπλακίῃ, κιλίκεσσ' ἀνδρέεσσιν ἀνάσσων. *Quo loco Comment. exponit,* ὑποπλάκῳ, ὑπὸ πλακίῳ ὄρει τῆς κιλικίας. *Tu igitur uide, utrũ una dictione Hypoplacus, an ſub Placo, ita ut Placus nunc nomen ſit, & hypo præpoſitio, legendum ſit.*

LAcinium promontorium eſt Italiæ, inter Adriaticũ & Ionium mare, in Eurum tendens, inſigne quondam Iunonis Laciniæ templo, haud longe à Petilia ciuitate.

Lampeus Archadiæ mons eſt.

Latmus mons eſt Cariȩ nobilis ob Endymionis fabulã, quem aiunt à Luna dilectum in eodem obdormiuiſſe.

Laternus & hic Cariæ mons eſt, in quo quidam tradunt hoſpites à ſcorpionibus non lædi, cum ab his indigenæ occidantur.

*Hunc locum alij Lyceum uocant*

Latinius mons eſt circa Romam, in quo tradunt fuiſſe lupercal ludicrum, ab Euãdro Archade inſtitutum, in quo nudi iuuenes per ludum atq; laſciuiam decurrebant.

Lecton mons Troadis eſt, ſeu Idæ potius uertex.

Lentus Archadiæ mons eſt.

Leptis mons eſt Mitilenæ,

Lepreacra promontoriũ eſt Indorum ad oceanũ meridianũ, haud longe à Malocho inſula.

Lecheum promontorium eſt Corinthiorum. *Eſtq; portus alter ex Corinthiacis.*

Leto mons eſt Galliæ ciſalpinæ apud Ligures.

*A Plinio Leucolla appellatur li. 5. ca. 27*

Leucalonium promontorium eſt Pamphiliæ.

**Leucates, ſic à Plin. dicitur*

*Leucata mons eſt altiſſimus in promõtorio Epiri, quod Leucopetra dicit̃, iuxta Ambrachiam ciuitatem, quam poſtea Octauia. Cæſar ſuperatis ibidem Antonio & Cleopatra, Nicopolim appellauit, & templum Actiaco Apollini conſtituit. Hunc alii promontorium Leucate uocant, & nonnulli Leucatem dicunt eſſe Arabiæ. Alii uero Leucatas promontorium propinquum Bithyniæ uolunt, poſſibile ut ubiq; ſint, cum certiſſimum ſit Leucatam montem eſſe Epiri.

Libanus mons Phœnicum altiſſimus, à thure dictus, quod ibi colligitur, in ſacris literis mons celeberrimus. Alii dicunt eum Arabiȩ montem, cum ſit medius inter Arabas & Phœnices. Ex hoc quidem Albana, & Farfar, & Iordanis flumina & alia oriuntur, muro quondam iunctus fuit Antilibano monti, de quo ſupra.

Licabettos mons eſt Atticæ regionis, oliuetis conſpicuus.

Libetras mons eſt Aetoliæ, Muſis ſacer, à quo & ipſe Libetrides appellantur.

Lycæus mons eſt Archadiæ, pinetis clarus, & templo Panis, in quo eũ natum aſſerunt.

Licius



Licius mons eſt Græciæ, medius inter Meropum montem, & Macedoniam, & Theſſaliam, & Epirum.

*Ligus fortaſſis, ut apud Liuiũ li. 2. Dec. 4*

Licoronis mons Arcadiæ eſt.

Lilibeum promontorium Siciliæ in occaſum reſpiciens à ciuitate ibidem poſita nominatum.

Libanus mons eſt Syriæ, ex quo Orontes fluuius oritur.

Litricus mons, ſeu montes deſerti Mauritaniæ.

Lura mons Galliæ inter Sequanos & Aluceros. *Iura à Plinio et alijs dicitur*

Luretilis mons eſt Sabinorum.

Lucrinus mons eſt in extremis Italiæ, cui & Locris ciuitas impoſita, Peloro oppoſitus, & à quo Lucrina palus.

MAcroceni montes ſunt ab Iſtro flumine non longinqui. *Macrocrẽnij à Plinio dicuntur li. 4. ca. 12*

Magana mons eſt in Gallogræcia, apud quem à Manlio †Vulſone pugnatum eſt cum Toliſtobogiis & Tectoſagiis, & obtenta uictoria.

*† als, Volſcõe Vide Liuium lib. 8. Dec. 4*

Malleus, ſeu Malles mons eſt in India apud Oreſtas, Monedes, & Smaros, cuius montis umbra æſtate in Auſtrũ, hyeme ad Septentrionem uergit, nec amplius xv. noctibus ex eo uidetur Septentrio.

Malea, ſeu Maleum promontorium Laconiȩ eſt, quod. l. mil. paſſ. infra mare protenditur, adeo undas impellens, ut nautas perſequi uideatur. Ex quo narratur, quod cũ cõſcendiſſet in eo Maleus Tyrrhenorum rex, qui tubam æream primus inuenerat, & pyratica mare infeſtabat, in eo templum Apollini conſecrauit, eumq; Maleotem nuncupauit, & monti nomen æque à ſe impoſuit. Alii dicunt Achaiæ eſſe montem, & quod ibidem ueneretur Apollo, & quod ex eo Amphiarao uati auxilia miſſa ſint.

Mallus mons eſt, cui proximi ſunt Mandæi & Malli, quorum mons Mallus, qui tractus eſt Gangis.

Mambre mons eſt iuxta Ebron, ubi credimus ab opifice rerum deo parẽtem primum fuiſſe plaſmatum. *Sunt qui hic Bocatiũ erraſſe dicunt.*

Marathon mons Atticæ regionis inſignis Theſei uictoria ex Tauro ſuperato, & Icari regis à ruſticis occiſi morte, & Milciadis gloria.

Maros mons eſt Epiri.

Marpeſus mons eſt Paros inſulæ marmorum candore conſpicuus.

Maſiticus mons Arycando flumini proximus eſt, & Andriacæ ciuitati. *als, Maſſycites*

Maſſicus mons eſt Campaniæ promontorium, olim Mineruæ ſacrum, Capreæ inſulȩ oppoſitum faciens, hinc Surrentum in radicibus habens, & inde Amalphiã & Salernũ.

Maſtuſia promontorium eſt in Cherſoneſo oppoſitum Sigeo Troiano.

Matinus Apuliæ mons eſt.

Maul mons eſt Britanniæ, cui in radicibus lacus eſt aquis ſuis adeo animalia feſſa reſtaurans, ut nullo uideantur attrita labore.

Maxillum mons eſt Aetoliæ.

Maxtoria mons eſt Hiſpaniæ, iuxta oppidum Auronæ.

Medullus Hiſpaniæ mons eſt.

Melam, ſeu Melãpus mons eſt in tertio Europȩ ſinu. *als, Melãphyllon à Plin. lib. 4. cap. 11*

Mempheus mons circa Theſſaliam.

Menalus Archadiæ mons eſt excelſus, ſic dictus ab ouibus, quarũ plenus eſt, nam mela Græce latine ouis.

Menetus mons eſt in alpibus.

Mercurii promontorium Africæ eſt, in Siciliam uaſto tracto ſe ferens.

Meritus eſt mons in tertio Europæ ſinu.

Meropus mons eſt Græciæ, propinquus Theſſaliæ, inſignis Q. Fuluii uictoria, & Philippi regis Macedonũ fuga, grandis quippe mons, & anfractibus uariis præruptus eſt.

Meros mons eſt Indiæ, Ioui ſacer, cuius in ſpecu incolæ Liberũ patrem fuiſſe nutritũ arbitrantur. Et ex hoc forſan habuit fabula argumentũ, quod ex utero tractus fulminatæ

matris

matris, patris fœmori ſit appoſitus. Hic autem mons hædera plurima, & uitibus atq; frutetis conſpicuus eſt, & irriguus fontium, eiusq́; ſub radicibus Nyſa ciuitas eſt.

Meſſia mons eſt in Aſia minori mari ſupereminens, clarus nauali uictoria Athenienſium in Perſas, duce Themiſtocle.

Metagonium promontorium eſt, Africam diuidens à Numidia.

Mycaleſos promontorium ciuitatis Oncheſtæ in Græcia eſt.

Militon mons eſt Phitorum.

Mimas mons eſt grandis contra Chion.

*De hoc Solinus cap. 42* Mimas minoris Aſiæ mons eſt, haud longe à Colophone ciuitate, hic quidem à mari in campos excurrit 150. mil. paſſuū, & eius caput Sipilus, nubes aūt uerticibus ſuis appoſitæ, ut aiunt incolæ, futurarum tempeſtatum qualitates oſtendunt.

Mindalenſis mons eſt inſulæ Sami, memoratu dignus, ob crucem mortemq́; Policratis Samii tyranni olim feliciſſimi.

Mineruæ promontoriū Cāpaniæ eſt, ex Maſſico monte procurrens in Capreā inſulā.

Myoneſum promontorium eſt inter Teium & Samum, cuius collis in modum metæ auctus eſt, à continenti uero aditum habet ſemita manufacta.

Miſenus mons eſt Campanus Cumis proximus, à Miſeno Aeneæ ſocio ibidem ab eodem ſepulto denominatus.

Modim mons eſt non amplius 6000. paſſ. diſtans à Hieruſalem, ea uia quæ tendit Ramata, ex hoc Mathathias fuit Machabæorum pater.

Molus mons eſt Meoniæ, qui prius Tmolus dicebat̃, ex quo Pactolus effluit fluuius, aureas trahens harenas, cuius in radicibus Cadieni, Loreni, Philadelphiniq́; appoſiti.

Monachus Archadiæ mons eſt.

a Monychus promontorium eſt in ſinu Liguſtini maris, haud longe à Nicea diſtans, Ienuenſium pyratarum potiſſimum & inſigne receptaculum.

Monoëtes mons eſt Illiriæ.

Morin, ſeu Morian mons eſt Iudææ, cuius in culmine, iuſſu dei, Abraam filium ſuū Iſaac eidem deo uoluit immolare, ubi Dauid poſtea templum conſtruxit inſigne.

Mormalus mons eſt inter Bactrianos & Hircanos, in quo amomum naſcitur.

*Plin. lib. 6 cap. 29* Moſſylicos promontorium eſt Aethiopiæ, quo cinamomum deuehitur. Ad hoc uſq; Seſoſtrim dicunt duxiſſe exercitum, cum ſint qui dicant nil ulterius eſſe præter oppidum unum Aethiopum in littore Baragaza.

b Mulelacha Africæ promontorium eſt, propinquum flumini Aſuſabæ.

a *Monœcus fortaße legendū. Nam Plinius portū Monœci Herculis in ora Liguſtica ponit lib. 3. ca. 5.*

b *Plinius non promontorium, ſed oppidum in promontorio uocat hoc nomine lib. 5. cap. 1*

NAbauth mons eſt, qui Hebraice dicitur Nabo, ſupra Iordanem cōtra Hiericho, in quo quidam aiunt mortuum Moyſen Hebræorum ducem. Hic tamen alibi Abarim nominatur.

*Hoc nomine Plinius portū Siciliæ iuxta Pachinum uocat lib. 3. ca. 8* Nauſtathmos promontorium littoris Cyrenaici.

Nazaræ montes ſunt meridionales Numidiæ.

Nebrodes Siciliæ mons eſt, cui damarum copia nomen dedit.

Nemæus Cleonenſium mons eſt.

Neptalim mons eſt Galilææ, ſuper quo olim fuit ſacerdotalis ciuitas.

Neptunus mōs eſt Siciliæ, cui ſpecula ſupereſt in Tuſcū & Adriaticū mare proſpectās.

Neris mons eſt apud Argos. Niger mons eſt Garamantum.

Nimaui mons eſt orientalis, ubi deficit Caucaſus.

Nympheum promontorium eſt Dalmatiæ, quod accolunt Amarites & Bullones.

Nion mons eſt apud Erithreum portum.

Niphates Armeniæ mons eſt.

Neritus mons eſt Ithacæ, à quo Vlyſſes Naritus denominatus eſt.

Nyſa



Nyſa mons eſt Indiæ, in quo Liberum patrem aiunt fuiſſe nutritum. Hūc eundem ſupra Meros diximus uocitatum.

Nyſa mons eſt Phocidis, ſeu uertex alter Parnaſſi mōtis, in quo dudū colebat̃ Bacchus.

Niſus mons Megarenſium à Niſo, qui purpureum habuit crimen, & Megarenſium rege ibidem ſepulto dictus.

Nulo, ſeu Nilo mons eſt, in quo ferunt homines habitare auerſis plantis, octonos digitos in ſingulis pedibus habentes.

Numordis mons eſt Mitylenenſium. Numaſticus Mitylenenſium mons eſt.

OAxes mons eſt Scythiæ.

Ocila mons eſt Armeniæ, cuius in ſummitate deficiente diluuio arcam Noë fuiſſe delatam ferunt, & diu ibidem lignorum reliquias perduraſſe, in multis quidē montibus hactenus dictum eſt hanc conſediſſe, quod ſanè intelligendū eſt, aut eum montem plura habuiſſe nomina, aut plura cacumina diuerſimode nominata, quorum aliud me mini pro alio ponere, ſeu pars pro toto, ut ſcribentium moris eſt. *Ociliæ portus meminit Plinius li. 12. ca. 19*

Odori montes in regione Taſſiæ ſunt. Oeniphile Dyrrachii mons eſt.

Oeta mons inter Theſſaliam & Thraciā, inſignis morte Herculis, in eo quippe rogus eius conditus, & ipſe conſumptus eſt.

Offenſionis mons Hieruſalem, ferè cōtinuus eſt in accubitu mōtis Oliueti, ſic dictus, eò quod in eo Salomon adorauerit idolum Moloch.

Ogygius mons apud Thebas eſt, ab Ogygio rege ſic dictus.

Olenius mons Arcadiæ, qui & Meneus dictus eſt.

Olympus mons eſt altiſſimus Macedoniæ, hunc olim crediderunt aliqui unum & idem fuiſſe cum Oſſa monte Theſſaliæ, & tandem eum terræmotu disiunctos peperiſſe Peneum fluuium, & paludibus quibus laborabat Theſſalia, exitū præſtitiſſe. Is quidem adeo uerticem in cælum extollit, ut nubes argumento cognoſcatur excedere. Nam cinere ſacrorum characteribus literarū ſignato conſueuerant ſacrificantes diſcedere, & in ſequenti redeuntes anno uti liquerant, ſignatum inueniebant. Ex quo apparet nec ibi uentos afflare, nec aues uolare, nec plūuias cadere, aut aliam nullam alterationē cauſari, quinimo quia ſubtiliſſimus ſit aër, ſunt qui dicāt ſolitos cum ſpongiis aqua plenis, & olfactui oppoſitis aſcendere, ut aërem attraherent craſſiorem. Videtur quidē Olympus qui Ololampus, id eſt, cælum, quod & Olympus etiam nominatur. In hoc inſuper dictum Iouem aduerſum Titanas pugnaturum aquilæ primo augurium habuiſſe.

Olympus alter à ſuperiori mons eſt in Gallogræcia clarus uictoria Manlii Volſonis ex Toliſtobogiis habita.

Olympus mons eſt à ſuperioribus alius, in minori Aſia Smyrnæ propinquus, qui & Myſus dictus eſt, cuius in radicibus Hannibalem dicunt Pruſam condidiſſe ciuitatem, dum apud regem Bithyniæ moraretur.

Olympus mons eſt æque alius à ſuperioribus. Nam in Aethiopia ſecus mare rubrum eſt, quem aiūt oriente ſole uſq; in horam diei quintam flammas emittere. Eſt enim haud longe ab Eliopoli ciuitate.

Oliſipo mons eſt Hiſpaniæ, cui & oppidum eiuſdem nominis eſt appoſitum hoc memoratu dignum. Nam equas in eo ex Fauonio uento concipere, & uelociſſimos equos parere teſtantur incolæ.

Oliuarum mons eſt in Iudæa Hieruſalem iunctus, inter cæteros orbis ueneratione dignior. Nam in eo Chriſtus ueri dei filius diſcipulos docuit, orauit, & ad patrem rediens ultima in terris reliquit ueſtigia. Quo in loco non abſq; diuinitatis miraculo, cum ob reuerentiam & memoriam ſuæ aſcenſionis eccleſia rotundo ſchemate conderetur, nulla arte nullo fabrorum ingenio obtineri potuit, ut ſummum culmen eccleſiæ tegeretur, ut appareret à terra in cælum uſq; deum uoluiſſe, nulla interpoſita re, ſui glorificati corporis integrum conſeruari meatum.

Onolon

Onolon mons eſt Theſſaliæ.

Opon promontorium Cretæ inſulæ ſe in occidentem uergens.

*Epitus à Plin. lib.4. cap. 10* Opitus Macedoniæ mons eſt.

Oppius mons Latii fuit Facultali lacui propinquus.

Or mons eſt Arabiæ, ex quo diuina gratia Moyſes uirga aquā excuſſit, clarus quidem morte & ſepultura Aaron fratris Moyſi.

Orbelus mons eſt Traciæ mediterraneus ſacris Liberi patris, & cœtu Menadum Orpheo primum initiante celebris.

Orcobares mons Indiæ eſt, inter duas Sarcaraucas & Parthionas, ſeu ſecundum alios, inter Dalias & Caraucas, & Parthionas poſitus. Ex hoc autem Ganges & Laſſer flumina oriuntur.

Oteb mons Madian, & ut quidā dicunt, pars eſt montis Syna, & in eodē rupes oſtenditur, quæ Petra dicitur, ex qua uirgæ ictu, diuino tamen munere, Moyſes aquas eduxit populo ſitienti.

Oromenus mons apud Indos natiui ſalis eſt, in quo lapidicinarum ritu ſal offoditur, inde renaſcens maius regum uectigal, quàm ex auro uel margaritis.

*Orſa à Plinio lib.6. cap.28* Oſſa mons eſt cum portu in ſinu Perſico, ut arbitrantur aliqui.

Oſſa Theſſaliæ mons eſt, olim, ut quidam exiſtimant, idem cum Olympo, ſed terræmotu diſiuncti uiam fecere Peneo flumini & paludibus, quibus Theſſalia inficiebatur. Apud hunc aiunt quondam Centauros morari ſolitos.

Othrys Theſſaliæ mons eſt oppoſitus Oſſæ, in quo Lapitarum fuit origo.

*a* PAchiri montes ſunt in maiori Aſia, è quibus funditur Abſarus fluuius.

Pachnum promontorium eſt Siciliæ, Peponnenſum ſpectans dictū ab aëris craſſitudine, nam Pachys craſſus eſt.

Paledur mons eſt Angliæ, ſuper quo Rudumbria oppidum Seſconiæ conditum eſt.

Palatinus urbis Romæ mons, de cuius nominis cauſa multiplex inter ueteres diſſenſio eſt, nam ſunt qui dicāt, pulſis inde Aboriginibus ab Euandro Archade, & ab eodem ibidem oppido cōdito, à Pallante Archadiæ urbe Pallentium dictum, & deinde Pallatinum. Quidam uero dicunt à Pallante auo Euandri, & alii à Pallante filio dictum. Præterea aſſerunt & alii à Pallātia Euandri filia ibidem ab Hercule uitiata, & poſtmodū dum moreretur, in monte ſepulta. Et alii à Pallantia Latini regis coniuge. Nonnulli à Pallanta Hyperborei filia, ab Hercule ibidem oppreſſa. Pauci uero aſſerunt à quibuſdam, qui Pallatini dicti ex agro Reatino ibi ante Euandrum euenere, & aliqui à balatu ouium ibi paſcentium Balanteum, & exinde per andiſticon Palenteum, quibus diuerſitatibus claritatem montis additam certiſſimum eſt.

Palinurum Calabriæ promōtoriū, haud longe ab Helia, quæ poſtea Velia dicta eſt, in quo Palinuri gubernatoris nauis Aeneæ tumulus eſt, & ab eo locus nomen ſortitus eſt.

Pertan mons eſt inter Bactrianos & Hircanos, proximus Mormalo monti, ubi amomum naſcitur.

*b* Pallene mons eſt, cui tanta ſoli planities in culmine eſt, ut quinq; urbium ſedes ſit atq; ager. Nam cum totus in altum ſatis anguſte conſcendat, ubi incipit, ibi Poſſidea eſt, ubi amplius patet, ibi *Mendetione, quarū altera ab †Eretris, altera ab Achiuis Ilione capto cōdita eſt. De nominibus autem aliarum inueniſſe nil memini. *al's, Mende, Schioneq; al's, Heretrijs*

Pancoatra, ſeu Parcoatra mons eſt Armeniæ medius inter Taurū & Caucaſum, ex quo Tygris & Euphrates in Auſtrum uariis funduntur ex fontibus.

*Plin. lib.4. cap.2* Panætolium mons eſt Aetholiæ, ea de cauſa ſic dictus, quia ibidē omnis Aetholia conueniebat ad peragenda communia, & inde pan quod eſt totum & Aetholia.

Pandion mons à Pandionio filio Erichthonii & Athenarum rege dictus.

Pangæus Thraciæ mons eſt Theſſaliæ iunctus, in quo ſecundum quoſdam Iulius Cæſar à Pompeianis ferè ad deditionem coactus eſt, huius in radices mœſtus defluit amnis.





Parnaſſus quāquam alii diſcrepent, Phocidis mons biceps eſt, cuius uertices, alter Apollini, alter Baccho ſacer eſt, huius in radicibus Derphis liberum fuit oppidū, & per illud Cephiſus effluit amnis. In hoc enim Caſtalius eſt fons Muſis ſacer, & ut uolūt aliqui, in huius uerticibus tempore diluuii Deucalionis, ipſe Deucalion unà cum Pyrrha coniuge ſeruatus eſt cum aliis pluribus.

Panthydri montes Cappadociæ, ſeu Armeniæ ſunt.

Paropamiſus Indiæ mons eſt aduerſus Bactras, alii dicunt ſub ipſo Parnaſſo Bactra cō(ditam

Parnes Græciæ mons eſt, uitibus abundans.

Pariedræ montes ſunt circa Armeniæ principium.

Parthenius mons Archadiæ, à uirginibus denominatus, eò quod in eodem uenari conſueuerunt.

Parthenium Taurorum apud Scythas promontorium eſt.

Pedalium Cariæ, ſeu Ioniæ promontorium eſt.

Pelion Theſſaliæ mons orientalis, tam habitatione Chironis Centauri, quàm Pelei & Thetidis memorandus eſt, hic altiſſimus perhibetur, nam, ut quidam aſſerunt, mil. ccl. paſſuum ratione perpendiculi excelſus eſt; in eius ſummitate pineta ſunt, quercus uero cætera occupat.

Pelorum Siciliæ promontorium, reſpiciens Aquilonem, à Peloro gubernatore nauis Hannibalis ibidem ſepulto denominatum eſt, hoc, ut uolunt plurimi, iam Apennino iunctum fuit, & terræmotu poſtea ſeparatum, & exiguo freto quanquam exæſtuoſo interpoſito actum, ut Sicilia inſula ſit, quæ olim erat iuncta Italiæ.

Pœninus mons eſt unus ex his, quibus multi alpes eminent, à ſacrato in eo, Pœninus denominatus.

Peon mons eſt ultra Aethyopas, perpetuis flagrans ignibus.

Perimulæ Indiæ promontorium, & in eo celebre Indorum emporium eſt.

Parparus mons Argolici ſinus eſt.

Petra Appuana mons eſt olim Gallorum frimenatum ab initio Apœnini in agrū Lucenſium protenſum, huic Liguſtinum, Tuſcumq́; mare, & ueterem Lunam ciuitatem, inde Piſtorienſium & Florentinorum campos aſpiciens, & procurrentia in Euroauſtrū Apennini iuga, rigens ferè niue perpetua, & à q̃ quōdā Appuani denominati ſunt Galli.

Petra Dyrrachii mons eſt, apud quē caſtra Pompeii Magni fuere ciuili æſtuante bello. *Cæſar de bell. ciuil. lib.3*

Petrinus Campaniæ mons eſt apud Sueſſam ciuitatem.

Pieria Macedoniæ mons eſt, cui maximum auri pondus ab antiquis imperatoribus fuiſſe ſuppoſitum fama fuit, ex quo quatuor locis ab imo apertus eſt, & ex imo ferūt per planum aurum concreſcere. *Pierus à Plin. lib.4. cap.8*

Pilattes Dyrrachii mons eſt.

Pelleneus mons Pityuſæ inſulæ eſt.

Pindus mons eſt Theſſaliæ, Apollini Muſisq́; ſacer, & Acarnaniam ab Oetolia diuidens, Acheloum flumen emittit, celebris quidem Lapitharum origine eſt, & in eo Perebi habitant populi. *Pli. li.5. ca.3*

Prion mons eſt in Nymphea inſula. *Prion Plin. lib.5. cap.31*

Pion mons eſt minoris Aſiæ, ſupereminens Pteleæ & Cayſtro flumini. *Pion Pli. lib.5 cap.29*

Pyreneus mons eſt ingens, diuidens Hiſpaniam à Gallis, ſic dictus, eò quod fulminibus feriatur ſæpe, nam pyr Græce latine dicitur ignis, in eo quippe naſcuntur boues agreſtes maiores animalibus cæteris exceptis elephantibus, & uri Græce uocantur. *c*

Pireus promontorium Athenienſium in Aeginam progrediens, apud quod Athenienſium portus ſeu naualia fuere dudum.

Placanodes Achaiæ promontorium, haud longe à Piſa & Alpheo flumine. *Platanistus à Pli. li.4. ca.5*

Poſſideum promontorium Ioniæ eſt, haud longe ab oraculo Apollinis Branchidaſe dictum, poſtea Didymi, ab urbe *Mileto. *Pli. li.5. ca.29*

Pli.li.5.ca.30 Pindaſus mons Aſiæ, ex quo Cetius fluuius, qui Pergamum abluit funditur.

Purgata mons eſt, & in eo oppidum eius nominis prope Troiam.

a *Verba Plinij ſunt ex lib. 6. cap. 9. Ab ea transuerſis iugis incluſa, latitudinem in læua pendit ad Cyrum amnem tranſuerſa in Araxem, & Parredris montibus (qui fundunt Abſarum) diſcreta, &c. Vides igitur hinc non Pachiros, ſed Pariedros legendum, & Bocatium erraſſe, qui Pachiros alios & alios Pariedros fecit.*

b *Hæc de Pallene ex Mela ſumpta ſunt, cuius uerba ita habent: Pallene, ſoli tam patentis, ut quinq; urbium ſedes ſit atq; ager, tota in altum abit, anguſta ſatis. Vnde incipit: Ibi eſt Potidæa, at ubi laxius patet Mende Suoneq; referendæ, illa ab Heretrijs, hæc ab Achiuis capto Ilio, remeantibus poſita. Libro 2. Plinius inter urbes recenſet Macedoniæ Pallenem & Phlegyam lib. 4. cap. 10. Steph. de urb.* παλλήνη, *inquit,* ἐστὶ χερρόνησος, Σίγωνον τὴν βάσιν ἔχουσα, πρὸς μεσημβρίαν ἐσκαμμένην. ἐκαλεῖτο δὲ φλέγρα τὸ παλαιόν, καὶ ᾠκεῖτο ὑπὸ τῶν γιγάντων. καὶ ἡ τῶν θεῶν καὶ τῶν γιγάντων μάχη ἐνταῦθα μυθεύεται γενέσθαι. *Dictum idem ait à Pallene filia Sithonis uxore Cliti.*

c *Silius à nympha Pyrene Bebrycis filia uocatũ dicit, quã ab Hercule cõpreſſam pater ibi interfecerat.*

QVedoni montes ſunt Thraciæ. Quilleus mons eſt Archadiæ.

Quirinus uel Quirinalis mons eſt Romæ, dictus à phano Quirini, quod in eodem fuit, ſeu à Quiritibus qui cum Tacio Sabinorum rege ibidem caſtra habuerunt, ſeu à Romulo qui Quirinus uocatus eſt ab haſta quam gerebat, quæ Sabinorum lingua dicitur quiris.

Quoſſei montes ultra Armeniam & Babyloniam ſunt.

RAmnuſium Scodrenſium mons eſt.

Regis mons inter Italiam & Pannoniam eſt ſic dictus, eò quod in Italiã ueniens Alboinus rex Longobardorum à Narſete uocatus, illum conſcendit, & Italiam proſpectauit, montiq; nomẽ dedit. In hoc Biſontes feras dicũt naſci ingẽtis magnitudinis beluas.

Remna mons eſt, qui in regnorum libris domus dicitur idoli Damaſceni.

Rhorteum promontorium Troianum eſt, Aiacis Thelamonii ſepulchro cõſpicuum.

Rheticus mons eſt in Germania altiſſimus.

Rhiphei montes ſunt Scythiæ in capite Germaniæ à perpetuo flatu uentorum nuncupati, à quibus Tanais fluuius egreditur. Vltra hos iacet ora, quę ſpectat ad oceanum Aquilonarem, pars mundi à natura rerum damnata, & denſa demerſa caligine.

Rhion promontoriũ circa hoſtiũ Corinthiaci ſinus dirimens Aetolos à Peloponneſo.

Roas mons, ſeu petra Iudææ eſt.

Ripei montes Archadiæ, qui abſq; aſpiratione ſcribuntur, ubi cũ aſpiratione Scythiæ.

Rhodope mons Thracię mediterraneus eſt, à Migdonibus habitatus, ſacri Liberi patris & cœtu Mœnadum Orpheo initiante celebris.

Rhoſii montes in Syria ſunt, uerſus Taurum montem poſiti.

Ruſteus promontorium oceani ſeptentrionalis eſt.

SEbaſte mons ſupra Idumeam & Samariam.

Sacer mons trans Anienem fluuium nõ amplius quatuor millium paſſuũ ab urbe diſtans eſt, in quo ſæpius plebs Romana à nobilitate diſſentiens conſedit, nec ante recuperatam libertatem urbem reintrauit.

Sacer mons alter à ſuperiori in Hiſpania eſt in finibus Gallitiæ, quem ferro uiolari nefas habebatur. Sanè cum terra fulgure conſciſſa erat, quod ibi res aſſidua eſt, aurum detectum tanquam dei munus, colligi permittebatur.

Sacer mons à ſuperioribus alius circa ſinum Perſicum eſt, opacus ſyluarũ, & arborũ odorem miræ ſuauitatis reddentium in Crina inſula aduerſa Aethiopiæ.

Sacrum promontorium è media fronte Hiſpaniæ in oceanum protenditur.

Salanga mons eſt Hyberniæ altiſſimus, mari imminens, quod Britanniam & Hyberniam interfluit, uocitatus à Salanga Barcolani primi habitatoris Hyberniæ filio. Eſto poſtea ob monaſteriũ in radicib. à beato Dominico cõſtructũ hodie mõs domini appellet.

Salen



Salen, ſeu Salentinum promontorium eſt Italiæ aduerſus Ionium mare procurrens, ſinum faciens Tarentinum. In hoc Idomeneus Cretenſium rex poſt Troianum excidium à ſuis pulſus ueniens habitauit, & ibidem ciuitatem conſtruxit.

Samara promõtorium in oceano orientali ubi deficit Caucaſus, eſt, ad Aquilonem habens hoſtia fluminis Ottogoræ, ex quo Oceanus Sericus appellatur.

Sammonium promontorium eſt Cretæ inſulæ, tendens aduerſus Rhodum.

Samus Thraciæ mons eſt, ex cuius uertice omnis Ida uidebatur & Troia.

Sanir Amorreorum mõs eſt, uocatus à Phœnicibus Sanior, à latinis Ermon, cuius in uertice fuit inſigne templum, quod à gentilibus cultui habebatur.

Sardemiſos mons eſt Pamphiliæ finis, & Lyciæ principium, ubi Phaſelis ciuitas à Mopſo condita.

Sarnus mons eſt medius inter Pompeianum agrum & Salernitanũ, ex quo magnus cum murmure Sarnus erumpit fluuius, apud Sarnum oppidum in montis radicibus conſtitutum.

Sarpedon promontorium finis fuit regni Sarpedonis regis Lyciæ, quam à Pamphilia diſtinguit in littore.

Saturnius mons urbis Romæ eſt, qui & Capitolinus & Tarpeius dictus eſt.

Scalcidę montes ſunt prope Libanum.

Scarabrum promontorium Paphlagoniæ, Tauri iuga proſpectans.

Scyllaceum promontorium Italiæ, haud longe à Scylla freti Siculi.

Scipiades promontorium eſt Epyri.

Seir mons eſt Idumææ ſub Damaſco, in quo Eſau habitauit, à quo cum eſſet hirſutus & hyſpidus dictus eſt.

Semeir, ſeu Semer mons eſt in Iudæa, & ſuper eum ſepulchrum Ioſeph, & ciuitas Samaria olim regia Iſraëlitarum, quæ poſtea ab Herode Antipatris Sebaſten nuncupata eſt.

Semeron mons Iudææ eſt, quem legimus ab Amri rege Iſraël emptum à quodam Semera, & in eius uertice ciuitatem ædificatã, & à uendentis nomine Semeron appellatam, hunc ego idem puto cum proximo ſuperiori.

Seneus promontorium eſt Hiſpaniæ, propinquum promontorio ſacro. d

Septem fratres, ſeptem ſunt Mauritaniæ montes interno mari ex ordine ſuppoſiti, & à numero ſeptem, & à ſimilitudine fratres appellantur. Hi quidem olim frequẽtes elephantibus fuere, hodie præter Indiam nemo habet.

Seriphion promontorium eſt Thraciæ, Ebro flumini propinquum.

Serrium mons eſt Thraciæ.

Siagrum Arabiæ promontorium eſt.

Sigæum promontorium eſt Aſiæ, ea in parte ubi Helleſpontus apertius dilatatur, oppoſitum urbi Caliſiæ, quæ in Europa eſt, & in eo oppidum Sigęum æque dictum, & Hecabæ monumentum quod Cynoſema dicitur. Huius in ſinum Xanthus Simoenti iũctus immittit. Dicitur autem Sigęus propter Herculis taciturnitatem, quem cum nollet hoſpitio Laomedon ſuſcipere, tacens finxit abire, & demum rediit hoſtiliter cuncta diſſipans. ſige quippe ſilentium ſonat.

*Videtur hoc pro Serrio poſuiſſe, tametſi illud quoq; aſſignauit. Vide Pli. li. 4. ca. 11*

Signia mons eſt minoris Aſiæ circumfuſus flumine Marſiæ, cuius in radicibus Ciboton ciuitas ſita eſt. Pli. li. 5. ca. 29

Silla ſeu Silleum mons eſt Leucaniæ. Silios mons eſt Atticæ regionis.

Sinay mons eſt in regione Madya ſuper Arabiam, qui & Coreb & Ereb aliquando ſacris in literis nominatur. Hic excelſus plurimum eſt, & altitudine cæteros ſuperare uidet. In eo deum habitare ueteres credidere, cum Moyſi paſcenti greges ardens in rubro apparuerit, præcipiens illi, ut calciamenta ſolueret, uenerabilis quippe plurimis ex cauſis eſt. In hoc lex Moyſi ab ipſo deo data eſt, cuius uirga diuino opere in ſerpentem cõuerſa eſt, & mox in uirgam, cuius manus leproſa, & demum ſana eſt facta. Ex petra huius uirgæ

ictu aqua excerpta eſt, & ne cuncta uetuſtiora recitem, nouiſſime Catharinæ uirginis, & ob Chriſti nomen paſſæ corpus poſt ſupplicium exanime à diuinis miniſtris in ſummitatem delatum, atq; pie tumulatum eſt.

Sion paruus in Hieruſalem mons eſt, cuius in uertice quondam ciuitatis arcem conſtrui fecit Dauid, à quo ſacro carmine plurimum celebratus eſt.

*Vt eſt apud Homerum in Iliad. Ω*

Sipylus mons eſt maximus inter Lydiam & Phrygiam, Tantalus olim dictus. In hoc quidem dixere priſci locum eſſe, qui dicitur Acheloon, in quo nympharum cubilia. Clarus uero eſt tumulis filiorum Niobis, & mutatione ipſius in ſaxum, in eo lapidem cylindro ſimilem naſci dicunt, non permittentem filios inobedientes eſſe parentibus.

Sipylus mons fuit in Magneſia, & in eodem loco Cyprus ciuitas fuit, quæ unà cũ mõte ab hiatu terræ abſorpta eſt.

Sita mons in tribu Dan eſt, in quo Thannaſara ciuitas Ieſu filii Naue, in qua diu etiã poſt eiuſdem Ieſu ſepulchrum uiſum eſt.

Sithon mons Thraciæ eſt, perpetuis damnatus niuibus.

Sithoris mons eſt à Chio inſula diſtans lxiii. mil. paſſuum.

Silanius mõs eſt Hybernię inſulę altiſſimus, dictus à Silanio rege in uertice eius ſepulto.

Smaragdon mons eſt Aethiopiæ, mari ſupereminens rubro, qui ſurgẽte ſole flammas emittit uſq; ad horam quintam.

Sophim mons eſt Effraim.

Siophora mons eſt Indiæ orientalis, iuxta quem habitauerũt filii Iecten, filii Heber, ad quem Salomon claſſem quandoq; tranſmiſit nõ minus triennio itineri immorantem.

Solis promontorium in Mauritania eſt. Solimi Poſſidiæ montes ſunt.

Solorius mons Tarraconenſis Hiſpaniæ eſt, & ex Oretanis iugis Carpetanis'q;, & à Betica atq; Luſitania diſtinguitur.

Solurius mons eſt Hiſpaniæ à ſingularitate dictus, cum ſolus altior omnium uideat', uel quod ſolis radius in eo appareat antequàm alibi oriatur.

Somorus mons eſt Syriæ.

Soracte mons eſt Hirpinorum, ſecundum alios Faliſcorum, olim Diti patri ſacer, ſed ſecundum alios Apollini, in quo ſpelunca comperta latebram ſibi elegit Syluester pontifex ſummus, Conſtantino Cæſare Auguſto imperante Romanis.

Spartnes mons eſt Atticæ regionis.

Sperchium promontorium Thraciæ eſt, nobile Orphei uatis origine.

Streſianus mons eſt Moloſſorum.

Stimphalon mons eſt Archadiæ, in quo Hercules Stimphalidas occidit aues.

Stopedon promontorium eſt Ciliciæ, haud longe à flumine Callidado in conſpectu inſulæ Cypri.

Strymon mons eſt Thraciæ, ex quo Hebrus & Neſton flumina emittuntur.

Subar mõs eſt in Gallilæa, inſignis Heliæ prophetæ raptu, & Helyſei memoria ob fontem ab eo ibidem benedictum.

Sueuus mons eſt ab ortu ſolis Germaniæ initium faciens, & cum permaximus ſit, ad Cymbrorum uſq; promontorium tenditur. Ab hoc autem Sueui nuncupati ſunt.

Suiſmocum mons eſt Galliæ ciſalpinæ apud Ligures.

Sunnium promontorium eſt Atticæ regionis, finiens ad littus Elados, quod ſpectat ad orientem. Apud hoc aiunt ab Apolline ſagittis occiſum Phitonem, Onitoridem gubernatorem nauis Menelai, & à Menelao ibidem ſepultum.

Surrentium promontorium Mauritaniæ, in occaſum excurrens, monteſ'que Barcæ includens.

a *Credo à Bocatio Seneris lectum eſſe, pro eo quod noſtra exempla habent Cuneus, ita enim Plinium libro quarto, cap. uigeſimoſecundo legimus: Vrbs imperatoria Merobrica, promontorium ſacrum & alterum Cuneus, &c.*

Tabin



Tabin mons eſt inter Antropophagos Scythas eminens, oceano ſeptentrionali iunctus, inter quem & Taurum Seres habitant.

Tabor mons eſt in medio Gallileæ, mira rotunditate ſpectabilis atq; ſublimis, quem penes Nazareth ciuitas, ex qua denominatus ſaluator humani generis Chriſtus, uenerabilis quidem mons iſte eſt, cum ſolus in terris in ſuam transfiguratum diuinitatem Chriſtum uiderit nondum paſſum.

Taburius Syriæ mons eſt, Iſacar terminans ſortem.

Taburnus mons eſt in Samnio oliuetis conſpicuus.

Tager mons eſt in Hiſpania, Oliſipo propinquus, in quo equæ ſunt ſtatuto anni tempore ex uento concipientes Fauonio. a

*Taygetus à Plin. uocatur*

Taygeta mons Laconum inter Lacedæmoniam & mare poſitus, Libero patri & Apollini ſacer olim.

Taman mons eſt Aſiæ maioris, inter quem & Taurũ montẽ habitauerũt filii Iapheth.

Tamus promontorium eſt, quod Taurus attollit, collis credo idem cum ſuperiori.

Tarpius Epiri mons iuxta Leucadam.

Tarpeius mons eſt Romæ, qui olim Saturnus, poſtea Capitolinus dictus eſt.

Taunus mons eſt Germaniæ altiſſimus.

Tauromitanus Siciliæ mons eſt aſper, eò quod acutiſſimos habeat lapides.

Taurus mons à multis idem cum Caucaſo creditur. Nam Aſiam omnem ab Eois incipiens, & in Cilicium mare deſinens, in duas ferè æquales diuidit partes. Sanè quantumcunq; de Caucaſo multa dicta ſint, & ſi reiterari ferè uideantur, de hoc ueterũ opiniones ſcripſiſſe non pigebit. Is igitur à primis orientis littoribus ſurgens, Celidonio diſterminatur promontorio. Et ubi primo ab Indico ſeſe extollit oceano, in occiduum tendens, per uarios circumagitur flexus. Hinc Phœnicum, inde Ponticum, Illinc Caſpiũ Hircanũmq; aduerſus Meotidas paludes agitur. Ergo ſic inter hæc clauſtra coactus, poſtquàm ſuperãs flexuoſus euadit, ad cognita Ripheorum montium iuga, infinitis ferè nominibus, & extraneis clarus incedit. Nam primo Edigis, mox Paropamiſus, Circius, Chambades, Pharphariades, Choatras, Oreges, Orates, Niphates, Taurus'q; dictus eſt. Et ubi ſemetipſum exuperat Caucaſus. Vbi ingentia emittit brachia, Sarpedon, Coraceſius, Cragus, iterũmq; Taurus nominatur. Vbi uero declinat, ſe'q; populis facilem exhibet, portarum ſibi tunc uendicat nomina, quæ alibi Armenicæ, alibi Caſpiæ, alibi Ciliciæ nominantur, & quia nunc contractus & effugiens aliquando maria plurimis immiſceatur gentibus, à dextris Hircanus & Caſpius, à leua uero Pariedrus, Moſchius, Amazonicus, Coraxicus, Scythicus appellatus eſt. Ab uniuerſa uero Græcia Ceraunius, & tandẽ dum in noſtra exit maria, Taurus dictus eſt. Ex quo & ſi longe plura ſcribi poſſint, hęc ſuperioribus ubi de Caucaſo iuncta dicta ſufficiant. Solers autem lector quod uerius arbitrabitur, id ſequatur.

*Ex Plin. hæc lib. 5. cap. 27*

Themiſteas promontorium eſt in conſpectu inſularum Aprodiſiarum poſitum, initio Perſidis propinquum.

Tænarus Laconiæ promontorium eſt circa finem Mallei montis, in quo quia hiatus eſt, & ex eo agente ſpiritu quidam audiũtur rumores, & murmura progredi, inferorum ueteres dixere deſcenſum.

Tenitrus Macedoniæ mons eſt, proximus Apolloniæ.

Theonochema mons eſt Aethiopum, iunctus oceano occidentali, flammis flagrans aſſiduis.

Thermopyle mons eſt longiſſimus à Leucade in occidente incipiens, & in Aegeũ mare haud longe à Demetriade ciuitate finiens, omnem'q; Græciam per medium diuidens, Marathonum, Epirum, Parebiam, Magneſiam, atq; Theſſaliam, & † Optiotas cum ſinu Malliaco derelinquens. In auſtrum autem Aetolię partem maiorem, Acarnaniam, Locridem, atq; Phocidem, & Bœotiam cum inſula Euboëa & Attica regione in modum promontorii ſeſe in eum extollente, & unà cum iſtis à tergo Pelopõneſum, inſignis quippe

*al's, Phthiotas*

 multorũ

multorum egregiorum facinorum tam Græcorum, quàm exterorum ducum, ſed potiſſime inclyta atq; memorabili morte Leonidæ commilitonumq; ſuorum, & tam grandi quàm turpi ſtrage Perſarum.

Tetercus Italiæ mons Fiſcello proximus. Tetricus mons Sabinorum eſt aſperrimus.

Teumeſus mons Thebis propinquus, ex quo aiunt ſe præcipitem dediſſe unà cum Melicerta filio, Inonem Cadmi filiam, & Athamantis coniugem. Volunt apud hunc Herculem alterum ex leonibus occidiſſe.

* Ticiunta mons eſt Græciæ, ſeu unus ex cacuminibus Termopilarum dicitur.

Tiphata Campaniæ mons eſt, Capuæ ſupereminens ciuitati.

Tipherus mons eſt in Samnio.

Tilarus mons eſt apud Moloſſos, & ibi Dodonei Iouis templum, circa huius montis radices centum uel ultrà fontes exundare creduntur.

Timmam promontorium eſt Thraciæ, & in eo urbes Helmideſon, & Phylias, & Phinopolis, Helleſponto propinquum.

*Plinius nõ Tinolum, ſed Tmolũ alio nomine dici ait lib.5.cap.29*

Tinolus, quem alii Tmolus, ex i & n tantũ facientes m ſcribunt, & ut credo bene, nam ſic Græci ſæpe faciunt, mons eſt Ciliciæ uel Mœoniæ, & nonnulli Liciæ dicunt, croco & uitibus abundans & melle, habens ex parte una Sardos, ex altera Ipeplos, & ex eo Pactolus aurifer fluuius oritur. Hic Molus in ſuperioribus nuncupatur.

Tiſcus mons Græciæ excelſus, Demetriadi ciuitati propinquus.

Tomarus Ambrachiæ mons eſt.

Trapeze, quod Troëzam aliqui uocant, promontorium Europæ eſt, à quo primo ſe concitat Helleſpontus.

Trebanorum mons eſt, ex quo Anio fluuius ortus in Tyberim effluit.

*Pli.li.4.ca.11*

Chryſoceras promontoriũ, in quo Bizantiũ ante Lygos dictũ, Conſtantinopolis ultimo.

*a* *Verba Plinij lib.4.cap.22. ſic habent: Oppida memorabilia à Tago in ore Olyſippo, equarum è Fauonio uento conceptu nobile, Salacia cognominata, &c. Quo loco uidetur Bocatius Tager pro Tago legiſſe. Eſt autem Tagus fluuius Hiſpaniæ.*

VAticanus mons eſt, in quo Iouem nutritum dicunt aliqui.

Vecilius mons Italiæ prope Algidum.

Veneris promontorium Ciliciæ, cum eiuſdem nominis oppido, Cypro propinquũ.

Veſeuus, ſeu Veſulus mons eſt Liguriæ iuxta alpes, inter ceteros alpium clariſſimus, cuius ex imis radicibus Padus erumpit fluuius.

Veſeuus Campaniæ mons eſt, nulli montium coniunctus, undiq; uineis atq; frutetis abũdans. Hinc ab Euroauſtro Pompeios in radicibus habuit, atq; Sarnum ab Euro ferè, ſed remotius Beneuentũ, & à Vulturno Capuam, & à Cirtio Neapolim Calchidenſium Parthenopem dictam in tumulo Sirenæ ſedentem. Ex hoc enim maximo cum incolarum pauore, Nerone Cæſare imperante, repente tam grandis erupit circa uerticem fumus, ut omnis breui tractu temporis ab eo tegeret regio, nec euanuit illico, quinimo per dies plures adeo condenſus permanſit, ut ſublatis omnino ſolaribus radiis noctem faceret plurium dierum continuam. Tandem cum adiacentia omnia, & ipſum mare quod in conſpectu ſub radicibus eſt, ab occiduo compleſſet cineribus, ceſſans flammã ingentem è culmine montis euaporantem uidiſſe permiſit, quæ multis ſeculis poſtea exuſtos euomens lapides perdurauit. Hodie nec fumus, nec ignis emittitur. Stat tamen in montis uertice hiatus ingens præteriti teſtis incendii. Huius autem in radicibus pugna fuit cõmemorabilis inter Romanos atq; Latinos, in qua P. Decius unus conſul ſe pro uictoria obtinenda deuouit diis manibus, & inde decubuit. Incolæ hodierni montem hunc uulgo Summam uocitant.

Viminalis mons eſt Romæ, à Ioue Viminio nuncupatus.

Virinius mons eſt Hiſpaniæ.

*Lucan, lib.1*

Vogeſus mons eſt in finibus Lingonum, & ex eo Moſa progreditur fluuius.





Vranius mons eſt, hũc in *Eppicantia Chalchedonenſium aiunt eſſe, ſyluis omnimodis abũdantem, atq; uerſicoloribus floribus uariatum, & ex eis uiatoribus incolisq; plurimum odoris fundentem, & quod longe maius eſt, in eo olei fontem aſſerunt habentis odorem corticis cedri, cui uolentem propinquari nudum eſſe neceſſe eſt, & ſic etiam ſi hauriatur ex illo oleum augeri. Præterea penes hunc fontem lapidem ingentis magnitudinis ortum dicunt, & eum æſtate flammam emittere. Hyeme autem eis ex partibus unde exalauerat ignis aquę ſcaturigines apparere, adeo frigidę, ut glaciei ſimillima uideatur, nec hoc clam contingere, aut per tempuſculũ perdurare, quinimo quandiu durat æſtas & ignis, & econuerſo tota hyeme proſilit aqua. *

Vultur mons eſt Apuliæ.

ZApauortenus mons Parthorum eſt, in quo ſita ciuitas Daran, ab Arſace primo Parthorum rege condita. Mons quidem amœnus plurimum, & natura loci adeo munitus, ut inexpugnabilis uideatur. *a*

Zephyrium promõtorium Italiæ, protendens in Ionium mare, in quo Perilia ciuitas.

Ziph mons eſt ſqualidus uel caligans, ſeu nebuloſus, puto in Syria eſt.

*Plinius aliter, qui regionem Zapouortenen. appellat, montẽ autem Dariẽ. Vide lib.6.cap.16* *a*

De Montibus finis.

## DE SYLVIS LIBER.

*Sylua à Græca uoce ὕλη deriuata uidetur, aſpiratione, ut in aliis multis, in ſ uerſa.*

SYlua, nemus, & lucus idem. Verum ſylua primum ubicunq; longe lateq; apud latinos arborum, & potiſſime ſylueſtrium, & plurimum infructuoſorum multitudo frequẽs excreuit, dicta eſt quaſi ſoliua, id eſt, ſolitaria, eò quod raro ab hominibus frequententur, quæ ſi alicui numini more gentiliũ uetuſto forſitan dicata fuiſſet, illico à numine nemoris ſortiebatur nomen, quod tamen ſuperſtitionibus illis ceſſantibus ſyluis minoribus in hodiernum uſq; tribuitur. Lucus autẽ & ſylua, & nemus eſſe poteſt, dummodo per ætatem & negligentiam frequentia arborum & ramorum cõdenſetur, adeo ut diei lux auferatur ſolo, ex quo per antiphraſim ſylua uel nemus quod obſcurum eſt, lucus poſtea appellatur. Cæterum quia ſyluæ, uti barba hominũ, & mulierum crines, montium ſunt ornamenta, ferarum domicilia, ac paſtorum armentorumq; perſæpe refugia, necnon & multis mortalium opportunitatibus præſtent commoda, poſtquàm de montibus dictum eſt, de eis & nemoribus lucisq;, & potiſſime de his, quæ apud autores priſcos famoſæ ſunt, ſingularis mentio facienda eſt, in quibus uti ante fecimus, etiam ſequemur ordinem alphabeti, & ab Albunea, quæ primum ſe offert, dei nomine inuocato, ſumemus exordium.

ALbunea Hetruſcorũ fuit famoſiſſima ſylua, in qua & ſi tetri odoris fons eſſet, non obſtitit quin ad eam omnis Italiæ multitudo uetuſto errore decepta pro reſponſis concurreret. Erat profecto ſeu in fonte, ſeu arboris in trunco ſpiritus aliquis immundus, qui deceptis orantibus reſponſa daret ambigua.

Angitia nemus Marſis inclytum.

Arduenna ſylua Galliæ eſt, magnitudine ſua celebris ualde. Hæc etenim per medios fines Treuerorũ à ripis Rheni fluminis, & Remorum initium ad Neruios uſq; pertinet, & mil. paſ. amplius d. occupans.

Aricinum nemus ab Aricia oppido cui propinquum eſt, nomen obtinuit, & apud priſcos olim inſigne fuit. In hoc quidem poſt reuocatũ, opere Aeſculapii ab inferis Hyppolitum à Diana, quam perfecte colebat ipſe tranſlatus eſt. In hoc inſuper Egeriæ fons, apud quem Numa Pompilius Hydromãtiam exercens, ſe cum Egeria nympha de agendis cõſilium ſumere ſimplicibus oſtendebat. Apud hoc etiam nemus & Symon Magus Petri & Pauli aduerſarius claudus iam poſt caſum factus miſere expirauit.

*Liuius lib.2 Decad.1*

Arſia Hetruſcorum ſylua fuit, penes quam dum Valerius Publicola, conſul Romanorum, aduerſus Veientes & Hetruſcos bellum pro Tarquiniis pulſis gerentes, in aciem deſcenſurus eſſet, repente è ſylua prodeuntem, ingentem uocem audiũt, atq; dicẽtem, Vno plus Hetruſci cadẽt. Quod poſt obtentam uictoriam à Valerio uerum fuiſſe compertum eſt, & Syluanum deum Romanis fauentem hoc dixiſſe creditum.

Angui ſeu Anguiciæ Lucaniæ nemus eſt

BAcenis Germaniæ ſylua eſt, infinitæ magnitudinis, Cheruſcos diuidens à Sueuis, & quaſi natiui muri loco alternis eorum aduerſus ſe incurſionibus obſtaculum eſt.

Bebryacum nemus in Bithynia eſt, in quo aiunt quondam Bebryciorum regem conſuetum uim hoſpitibus inferre, quam cum in eodem Polluci à Colchide redeunti facere conaretur, & à Polluce occiſus eſt.

*al's, Ciminia Liuius lib.9 Decad.1*

C*Imina ſylua Hetrutiæ eſt olim permaxima & horrenda, adeo ut nec mercatoribus eſſet peruia, nec habitata latronibus, poſtea tamen apertiſſima facta eſt. Nam cũ nemo præter ducem eius eam eſſet intrare auſus, diſponentibus Romanis in Hetruſcos agere bellum, M. Fabio, & C. Mario Rutiliano conſulibus, primus qui illam tranſire auſus eſt Fabius, in habitu paſtorali uno tantum ſociatus ſeruo fuit.

Clarium nemus eſt Colophoniæ, Apollini Clario conſecratum.

Coricium nemus Thebis propinquũ eſt, ab Ogygio rege ſuo, à Thebanis poſtea Ogygium nominatum.

DAunia ſylua apud Apulos, ut arbitror eſt, à Dauno rege eorum nuncupata.

Dodona celebris inter Poẽtas plurimũ ſylua eſt. Hæc in Dodoneo monte Chaoniæ frequens eſt, & in ea templum fuiſſe dicitur Dodoneo Ioui ſacrum. Fertur pręterea in hac duas de cælo columbas deſcendere ſolitas, & ueteribus inſidere quercubus, & ex eis poſtulantibus dare reſponſa. Tandem ex eis, ut aiũt, altera tranſuolauit in Delphos Bœotiæ ciuitatem, & ibi Apollinis Delphici clarum fecit oraculum. Altera ad Ammonis Iouis templum in Africam tranſmigrauit, & ſic Dodona mutata relicta eſt.

*Cauſam fabulæ dediſſe putant, quod* πελάδες *& columbæ uocantur Græcis, & uaticinantes mulieres.* De *origine huius oraculi uide* Herodotum *in* 2. *Comment.* Iliad. π. Odyſſ. *autem in* ξ.

*Deſcriptio Herciniæ eſt apud Cæſarẽ libro quinto*

HErcinia multis ſyluis nomen eſt, ſed maior atq; notior ea eſt, quam apud Germanos etiam Gręci ueteres cognouere, eam'q; dixere Orciniam. Huius quidem latitudo nouem dierum iter expedito homini patet. Oritur autem ab Heluetiorum & Nemetum atq; Tauriacorum finibus, & recta Danubii fluminis regione ad fines Daciorum & Auarium uſq; contingit. Inde ſe ſiniſtrorſum flectens propter immenſam ſui magnitudinem, multarum gentium fines attingit, & cũ quadraginta dierũ in longitudinem eius progreſſus factus ſit, nemo tamen ex Germanis eſt, qui ſe audiſſe aliquem ad eius deueniſſe finem dicat, aut quo ſub cælo oriatur, ſeu potius finiatur accepit. Multa quidem in ea ferarum ſunt genera, cũ quibus pro gloria robuſti iuuenes ſyluæ propinqui exercent.

Pholoë Theſſaliæ ſylua eſt, à Pholo Centauro incola denominata.

GRineum nemus in finibus Ionii eſt, & Apollini conſecratum, in quo ferunt priſci Mopſum uatem fuiſſe Apollinis, qui & Grineus etiam exinde cognominatus eſt. Addentes in eodem aliquando calcantem cum Mopſo de diuinandi petitia diſputaſſe.

IDa ſylua eſt Phrygiæ ab Ida monte, in quo excreuit denominata. Apud hãc ad oſtentum ſomnii Hecabę effugiendum expoſitus eſt Alexander, qui poſtea Paris dictus eſt, & huius in uallibus de pulchritudine, ſeu dignitate dearum ab eodem iudicium latũ eſt.

Idalium nemus in inſula Cypri eſt, Veneri ſacratum.

Ideum Græciæ nemus eſt, in quo Liberi patris filius cũ furto ſubtraxiſſet paſtori iuuencum, & ad reſtitutionem cogeretur, patris auxilium inuocauit, qui confeſtim iuuencum transformauit in ceruum, & ſic filium rubori ſurripuit, & ditauit rapina.

Inia ſylua eſt in Rhetia, in qua Rhenum & Danubium oriri quidam tradiderunt.

Hyrcania ingens ſylua eſt, adeo ut ab ea Hircania regio nominetur Scythis contigua, alit



alit quippe animalia ſylueſtria plura, ſed tygres præcipue.

LAurea ſylua olim in Latio propinqua Tyrrheno littori fuit inſignis, tamẽ exciſa, ubi erat, uicus ædificatus eſt, cui ab ea Laurentum nomen impoſitum eſt.

Libiſtris ſylua eſt, ut quidam dicunt, Theſſaliæ. Alii uero illam apud Biſtonas eſſe confirmãt, quæ etſi multorum animalium altrix ſit, urſos tamen prægrandes alit & ualidos.

*Liuius lib.5 Dec.5*

Litana ſylua eſt in Gallia ciſalpina, in qua Galli Boii. L. Poſthumium cõſulem, legiones'q; Romanorum trucidauere.

* *Malitia, ſic enim noſtri codices habent lib.1. Decad.1*

MIcioſa uel *Licioſa olim ſylua fuit in campo Sabino, penes quam Tullius Hoſtilius Romanorum rex, aduerſus Sabinos hoſtes habuit pugnam, & ſyluam uictoria ſua fecit inſignem.

Marathonidis ſylua apud Marathonem montem in regione Attica eſt, in qua Icarus à ruſticis ebriis occiſus eſt, & ab Erigone filia requiſitus, & canis ductu repertus. In hac Theſeus Taurum regioni infeſtum occidit.

Molorchos nemus eſt, & Nemea ſylua uocatum, ſed ſic eò dictum, quia dum accederet Hercules aduerſus leonem Nemeum à Molorcho paſtore ſuſceptus & hoſpitatus eſt, ob quod beneficium nemus poſtea Molorchum nuncupatum eſt.

NAſamonum nemus apud Naſamones eſt, ad quod ſunt qui uelint Herculem acceſſiſſe, & ibidem oppreſſiſſe Leonem.

*De hac Statiũ uide*

Nemea ſylua eſt inter Argos & Thebas, apud quam regnauit Lycurgus. Hæc quidem clara eſt ob leonem ab Hercule in eadem ſuperatũ, & ob agonem annuũ in honorem Archemori occiſi à ſerpente, dum Hypſipyle nutrix Langiã monſtraret Argiuis celebratũ.

PArthenium nemus eſt Archadiæ, in quo quondam Iuppiter transformatus in Dianam, Caliſtonem uirginem uitiauit, dictum enim Parthenium à uirginibus, quæ in eo conſueuerant uenationibus exerceri. Nam parthenos Græce, latine uirgo ſonat.

Pelium nemus apud Pelion montem, & ab eo denominatum credo, Chironis Centauri domicilio clarum.

Plantus ſylua eſt haud longe à Hieroſolymis, in qua dudũ Dauid retinuit exercitũ ſuũ.

Roſinne ſylua eſt, Argo propinqua.

Stymphalis ſylua in Stymphalio monte, in qua Hercules Stymphalidas occidit aues.

TEgea ſylua eſt Archadiæ, in qua Pan Archadum deus honore plurimo celebrabaẽ.

Tempe nemus eſt Hæmoniæ inter Oſſam & Olympum, cuius per medium Peneius amnis à Pindo monte ueniens diſcurrit.

Thymbra ſylua eſt Troię propinqua, ſacra Apollini, & in eo eius templum Thymbrei Apollini nominatũ, in quo Achilles ab Hecaba deceptũs, per inſidias noctu à Paride uulneratus & occiſus inermis eſt. Dicitur autem ſylua hæc à Tymbra herba qua abũdat plurimum. Hanc autem herbam aiunt latine uocari *cyanem.

*al's, Cunilam*

Vrbis ſylua prope Ticinum Galliæ ciſalpinæ.

Zonæ nemora ſunt, haud longe ab Hebro flumine, & promontorio †Seriphione Thraciæ, quæ quidem ſecuta dicunt canentem cythara Orpheum.

*Serrio, ſic enĩ à Plinio dicitur li.4. ca.11*

De Syluis finis.

## DE FONTIBVS LIBER.

POſtquàm de montibus & eorum ornatu, ſyluis, atq; nemoribus expeditum eſt, antequàm progrediamur ad flumina, de fontibus his quos celebres antiquorum fecere traditiones, non erit abſurdum. Eſt igitur fons cuiuſq; fluminis, ſeu alterius congregationis aquarum initium, à fundendo dictus. Et ideo cum parentes filiis præponendi ſint, fontes loco parentum lacubus, fluminibus'q; præponemus, & quaſi montium partus poſt eos explicitos adnectemus.

Fons

Fons igitur aliqualis in primo è uiſceribus terræ exitu aquarum congregatio eſt in ſe non nunquam aliquandiu ſubſiſtens, eſto, ut plurimum poſtea aut in riuum tenuem, aut in amplum flumen procedat, quos cum eorum mirabilibus exponẽtes, ut in prælibatis factum eſt, ſic præſtante deo, ordinem ſeruabimus alphabeti. Et quoniam perſæpe amœniſſimi ſunt, & Venereis delitiis ſumopere uidenẽ eſſe cõformes ab Acidalio fonte olim Veneri conſecrato ſumemus initium.

ACidalius fons eſt in Orchomeno ciuitate Beotiæ, qui quidem Veneri ſacer fuit, & ab eo Venus aliquãdo Acidalia nominata eſt. In hoc autem dixere Poëtæ Gratias tres Iouis filias, quæ Veneri obſequentes ſunt, lauari conſuetas, uolentes oſtendere ſub figmento qualis ſit fontis huius proprietas, cum nomen etiam faciat manifeſtum, acida quidem Græce, latine cura ſonat, qua plurimum infeſtãtur amantes, & in qua lauare, id eſt, à ſordibus excutere debemus gratias, ut non concedamus indignis, aut illas ſyncero animo meritis largiamur.

Acidulus agri Veneſtani in Campania fons eſt, ægris oculis mederi conſuetus.

Acilius fons eſt in Sicilia, ex quo talis fertur fabula. Acis iuuenis quidã Siculus, Galatheam nympham amauit, & ab illa amabatur, quam cũ amaret Poliphemus Cyclops, & ſperni ſe cerneret, uidiſſetq́; Acim Galatheæ miſceri, iratus eum occidit. Qui Galatheæ nymphæ dilectæ ſuæ precibus in fontem ſui nominis à Neptuno conuerſus eſt.

Aganippe fons eſt Beotiæ celebris plurimum, eò quod Muſis dicatus ſit, à quo & ipſæ Muſæ Aganippæ nonnunquam nuncupatæ ſunt.

Albunea fons eſt in altiſſimis montibus Tyburtinis, qui ſic ab aquæ qualitate denominatus eſt, hunc nonnulli Leucotheam uocauere.

* Alis fons eſt in potionibus adeo ſuauis, ut nulla potius aqua deſideretur.

Amimoneus fons eſt apud Argos, ab Amimone Danai regis Argiuorum filia denominatus, ex quo talis conſueuit narrari fabula. Amimon cum ſtudioſe in quadam ſylua iaculo uenaretur, minus aduertens percuſſit Satyrum, quam cum uellet Satyrus uitiare, illa Neptuni auxilium precata eſt. Ipſe autem fugato Satyro illam oppreſſit, & ex ea ſuſcepit Nauplum, poſtea Palamedis patrem, fontemq́; loco propinquum, & flumen ab ea denominauit. Alii dicunt eam uitæ tædio affectam in fontem ſui nominis fuiſſe conuerſam.

Anxur fons Volſcorum fuit, haud longe à Terracina, quæ Anxur antea dicta eſt. Qui eo quod ignaris lætalem hauſtum præberet, ab incolis iniectis lapidibus & terra oppletus eſt.

Aon fons eſt ab Aonia regione in qua eſt denominatus, Muſis ſacer, à quo & ipſæ uocantur Aonides.

Dinus, Pli.li. Apollinis fons eſt in Licia *Tutius appellatus.

32.cap.2 Archemorus fons eſt in Nemea ſylua, iuxta quem celebratur Agon in honore Archemori Lycurgi regis filii, & ab eodem denominatus, cum ante diceretur Langia.

Archidemiſa Siciliæ fons eſt in agro effluens Syracuſano.

Areth fons eſt Syriæ, apud quem Gedeon aduerſus Madianitas tendens, caſtrametatus eſt.

Arethuſa fons eſt Siciliæ, Syracuſarum proxima muris, ea in parte quæ dicitur Archadina celebris plurimum Poëtarum carminibus. Ex quo conſueuit talis fabula recitari. Arethuſam Elidis fuiſſe nympham, & ſe lauantem in Elidis flumine ab eodem fuiſſe dilectam, quem cum ipſa fugeret, eiusq́; ſequentis circuitionibus teneretur, aiũt deorum imploraſſe auxilium, quo in fontem ſui nominis uerſa eſt, cuius undis cum miſceri uellet, ſe Alpheus deorum miſeratione, per ſubterraneos meatus euaſit in Siciliam, quam etiam ſecutus per eoſdem meatus, Alpheus ibidem immixtus eſt. Alii eam Siculam dicũt fuiſſe nympham, & ab Alpheo ex Elide uenientem, in Siciliam fuiſſe dilectam. Sed ſeu ab Elide fons ueniat, ſeu in Sicilia oriatur, hoc pro cõperto habeẽ, Alpheũ ab Elide in Siciliam



liam penetrare, fontiq́; prædicto miſceri, cuius rei euidẽtiſſimum aiunt eſſe argumentũ, fontem Arethuſam de quinquennio in quinquennium emittere purgamenta, nec illic aliud apparere quàm ſtercora hoſtiarum in Alpheum apud Elidem in ſacris Olympiacis ſecundo flumine proiecta, & ſic in Arethuſam delata. Hunc inſuper fontem dicunt nonnulli de quinquennio in quinquennium translocari.

Arethuſa fons eſt alter à ſuperiori in Ithacia, erumpens apud petram quæ Corax denominatur. Ex quo talis recitatur fabula. Fuit Corax uenator quidam, qui quacunq; de cauſa fecerit, ex petra illa in mare ſe præcipitem dedit, à ſe petræ nomẽ relinquens. Cuius Arethuſa mater præcipitium uidens ægre ferens, in proximum ſe fontem deiecit miſeranda, & fonti nomen dedit mortua.

Arethuſa & hic à ſuperioribus fons eſt alius, ut quibuſdam placet, in agro Thebano.

Artiace fons eſt apud Lyſtrigonas. Odyſſ.K

Aſnanicus fons eſt circa Tyana, Hertio Ioui ſacer, eò ſic uocatus, quia ſic incolę uocent aquas. Is quidem plurimũ mirabilis eſt. Nam, ut fertur, aquæ eius ex ſubterraneis meatibus frigidiſſimæ in fontem ueniũt, in quo illico feruent, & ex aſtantibus incolis his, qui pro re aliqua recte iurauerunt ſuauis potui & dulcis eſt, deierantibus uero aduerſa, & ex fonte proſilieus tanquam in hoſtes, oculos, pedes, manusq́; talium feriens, hydropiſim atq; depilationis ægritudines infert. Nec eſt læſis abire poſſibile, donec periurium ſuũ confiteantur his, quorum in præiudicium deierarunt.

BAiarum fontes memoratu quidem digniſſimi ſunt. Nã paruo ſoli ſpatio plurimi ſalubresq́; omnes ſcaturiunt. Baiæ autem locus eſt inter Puteolos & Miſeni monimentum, ſecus Campanum mare non longum littoris tractum occupans, tanta cæli benignitate, & agrorum fertilitate, atq; nemorum, & maris amœnitate conſpicuus, & optabilis, ut olim in ſe poſſet Romanos attrahere proceres, & Roma relicta hyeme, atque uere detinere toto, quod ſatis ædificia ingentia & uetuſtate ſemeſa teſtantur. Et quod non parum eis ignominiæ infert, apparent adhuc conchiliorum & piſciũ medio in gurgite carceres. Eſt & præterea templorum inſignis, nam ibi uidere eſt Apollinis oraculum ingens opificum artificio nõ deitate numinis uenerabile. Sibyllæ inſuper Auerno ſupereminens lacui, uetuſtiſſimam atq; ingentem ædem, & quod nõnulli templum fuiſſe Veneris arbitrantur, præ cæteris neglectum. Quid multa? fontium abundantiſſimus eſt, & omnes pro diuerſitate diuerſis ægritudinibus præſtant remedium ſalutare. Et quod mirabile eſt, ubicunq; in littore fodias, facile & ferè circa ipſam ſoli ſuperficiem tepentes cõperies undas, morbisq́; aliarum more uidentes. Quibus uero conferant, præbet experientia documentum. Sed inter alios à cæteris ſemotus eſt in littore præcipuus riuus, quem Tritolim indigenæ uocant. Hic quidem exciſo manibus monte ſuperba teſtudine, atq; amplo habitaculo conſpicuus æſtuatius oceani maris more, bis in die feruidas eructat undas, & totidem tepentes abſorbet, & opitulans infirmitatibus uariis, cæteros excedit inclyta fama.

Banduſiæ fons eſt lympidiſſimus.

Biblis fons eſt Meſopotamiæ, haud lõge à Carris, ex quo fabula talis. Biblis Cauni fuit ſoror, eumq́; infauſto amore dilexit, qui cum ſororis amorem horreſceret, & fugeret, infelix illum uſq; Carras fruſtra ſecuta eſt, ibi autem doloris impatiens miſeratione deorũ, in fontem ſui nominis conuerſa eſt.

Bituminis fons eſt, ut arbitrari poſſum, apud Aethiopas iuxta Corambim.

Blandus fons eſt iuxta Senam Iuliam aquarum abundans, & quia opportunitatibus incolarum copia ſua blandiri uidetur, Blandi nomen conſecutus eſt.

CApharnaũ fons eſt Gallileæ, quem pleriq; credunt per ſubterraneos tramites à Nilo flumine deriuari, eò quod piſcem procreet Coratinum nuſquàm alibi præter hũc fontem quàm in Nilo repertum.

Callirhoë fons eſt Atticæ regionis, & medicæ ſalubritatis fert gloriam, haud longe ſcaturiens à Hieroſolyma, ſic ab ipſo aquarum præconio nominatus eſt.

Callipiæ

Callipiæ fons eſt in Epheſo ciuitate, penes eximium Amazonum opus Dianæ Epheſiæ templum.

Camœnarum fons Romæ fuit.

Caminon fons eſt calidas aquas habens citra feruorem, quas ſi uino miſcueris, triduo potionis calorem ſeruant.

Carmamenis Meoniæ fons eſt.

Caſtalius fons eſt Poëtis familiaris plurimũ, cum Muſis ſacer ſit. Hic in Parnaſo monte eſt, & dicitur Caſtalius à uirgine quadam Caſtalia, quæ cum illi Apollo uim uellet inferre, in fontem ſe præcipitem dedit, & in eo nomen uitamq́ꝫ reliquit.

Chebron fons eſt Iudææ, apud quem expugnatus fuit Iſmaël, uir non ex genere Dauid, qui poſt ſolatam Hieruſalem à Nabuzada principe regis Babyloniæ multos Iudæos occiderat.

Cephiſia fons eſt Atticæ regionis.

Chii fons eſt in inſula Chio, à qua etiam denominatur, ex cuius aqua ſiquis potauerit hebes efficitur.

Cianæ Siciliæ fons eſt in agro Syracuſano, de quo talem ueteres fabulam recitabant. Fuit Cianæ Sicula Nympha, & Proſerpinæ ſocia, quæ cum cerneret illam aſportari à Plutone, iter raptoris uoluit impedire, nec potuit. Tandem ſe ſpretam uidens, dolore deflens nimio, in fontẽ ſui nominis mutata eſt, eſto ſint qui dicãt eam ſtagnũ eſſe, ſeu paludem.

*Pli.li. 31.ca.2* Ciceronis fons haud longe à Puteolis eſt, calidas euomens aquas, quę ægris oculis plurimum conferunt. Et ideo Ciceronis uocatur, quia in uilla eius, quam Achademiam uocauerat, ea in uia, quæ ab Annio lacu fert Puteolos, eſt. Nec tamẽ eo uiuente fons erat, ſed breui interpoſito poſt eius necem tempore, illam Antiſtio uetere poſſidente, eius in parte prima prorupit, quem etiam Laurea Tullius unus ex libertis olim Tullii carminibus celebrem reddidit, ut appareret clarum hominem dum uiueret ſcientia ſua mentalibus mortalium oculis præſtitiſſe medelam, & eius poſt nomen eo defuncto præſtare corporeis.

*Pli.li. 31.ca.2* Cyzice fons apud Cizium Aſiæ ciuitatem ſic exiſtimo, & à ciuitate denominatus. Eſto Cupidinis fons ab aliquibus nũcupetur, à quo putarũt ueteres Veneris incendia aboleri.

Clanius in Campania fons eſt apud Acerras, quem aiũt incolæ, dum creuerit, circumadiacentium agrorum præſagire peſtem.

*Pli.li. 31.ca.2* Clæon fons eſt Aſiæ minoris haud longe à Celene Marſiæ ciuitate.

*Clitorius à* Clitor Archadiæ fons eſt, qui potus odium inducit uini.

*Pli. & Ouid. dicitur* Clitumnus, ut quidam dicunt, Meuaniæ fons eſt, alii Vmbriæ lacũ, & circa eum maximos boues gigni. Alii uero Meuaniæ flumen aſſerunt.

Coralis fons Carpati.

*Videtur legẽdum eſſe, Enneacrunos* Crimeſcon, ſeu Crimos Atticæ regionis fons eſt.

*Plinius lib. 4. cap. 7. in deſcriptione Atticæ: In Attica fontes, inquit, Caphiſia, Larine, Callirhoë, Ennea, Crunos. Infra autem lib. 5. circa deſcriptionem Iudææ cap. 16. Eodem latere, inquit, calidus fons medicæ ſalubritatis Callirrhoë, aquarum gloriam ipſo nomine præferens. Ex quibus uerbis quantum hic erratum ſit, ſiue hoc à Bocatio, ſiue à librario factum dicas, intelligere potes.*

DAn fons eſt in Libano monte, ex quo progreditur fluuius, qui nomen fontis tamdiu ſeruat, donec alteri ex eodem monte effluenti, cui nomen Ior, iungatur, iuncti autem ſimul Iordanem faciunt flumen.

Daulotos fons eſt Sabæorum.

*Pli.lib. 5.ca.5* Debris fons eſt apud Mateglæ oppidum Garamantũ miræ conditionis. Eius quidem aquæ à meridie uſqꝫ in mediam noctem feruentiſſimæ ſunt, à media uero nocte in meridiem uſqꝫ econtra frigidiſſimæ.

Delius fons Dianæ ſacer eſt, & ab eo ipſa Delia denominata eſt.

Dirce fons eſt Bœotiæ Thebis proximus, ex qua talis narratur fabula. Antiopa Nictei regis filia nupſit Lynceo regi Thebarum, qui eò quod comperiſſet eam ex Ioue concepiſſe,





illã abdicauit, & Dircem ſuperinduxit, quæ timens ne Lynceus traheretur in amorẽ Antiopæ, illam carcerari iuſſit. Sanè cum Antiopa Amphionem & Zetum peperiſſet, carcere liberata adultos filios irritauit in Lynceum & Dircem, qui occiſo Lynceo & Thebarũ occupato regno, Dircem indomitis tauris alligauere, qui dum eam traxiſſent atqꝫ occidiſſent, ubi poſtea fons Dirces erupit reliquere, quem quidem ex eadem Dirce miſeratione deorum in fontem mutata factum atqꝫ denominatum quidam uolunt.

Dora fons eſt Sabæorum.

OEdipodia fons eſt Bœotiæ, credo ab Oedipo rege Thebarum denominatus.

Egeria fons eſt in Aricino nemore Ariciæ propinquum, quem Numa Pompilius Romanorum rex Camœnis dicauit, & cum ex opaco progrederetur, ad fidem dictis augendam ibidem ſe damni conſultorum de agendis fingebat, cum Hydromantiam exerceret ſolus.

Gelon fons eſt in Phrygia haud longe à fonte Marſiæ.

Ena fons eſt, à quo & locus in quo eſt Ena denominatus, ubi quondam ingens idolum fuit toti regioni uenerabile. Hic autem locus propinquus Taimæ Nicograndi intra Heliam & Diopolim. *

Enuſcabeles fons eſt in Arabia, quod nomen Camelorum fons ſonat.

Epigramea fons eſt Boœtiæ, apud quem quidam arbitrantur Cadmum characteres literarum excogitaſſe,

Aeſculapii fons Athenis eſt, & quæ in eo merguntur, in Phalerico flumine in Attino campo delata comperiuntur. *a*

Eſus fons Rhodi.

Exampeus paruus fons apud Callopodas eſt, qui Scythæ ſunt, Hic adeo amaras emittit aquas, ut Hyppane per maximum Scytharum fluuium, quem cito illi miſcetur omnem reddit amarum, cum eo uſqꝫ dulcis atqꝫ potabilis fuerit.

*Verba Plinij ſic habent. Et quæ in Aeſculapij fonte Athenis immerſa ſunt, in Phalerico redduntur. Et in Annate campo fluuius merſus poſt uiginti millium paſſuum exit, &c. ex quo uides, quantum huic loco uicij ſit.* *a*

FRigidi fontes in agro ſunt Ardeatino, odore Sulphureo fœtidi.

Fultia fons eſt Siciliæ.

GArga fons eſt Euboeę, in quo ſe balneantem Dianam uidit Actæon, à qua mutatus in ceruum, ſecus hunc fontem à ſuis canibus laceratus eſt. *ut Vibio placet.*

Gargaphiæ fons eſt Bœotiæ Dianæ, quondam ſeu Hecatæ ſacer, quem eundem cum ſuperiori quidam putant, nec obſtat locorum diuerſitas, cum facile unus pro altero ſumi potuerit. Non enim Euboea alio medio, quam Euripo à Bœotia ſeparatur.

Geon fons eſt in Iudæa, apud quem Salomon à Nathan propheta, & Sadoch ſacerdote in regem Iudæorum unctus eſt.

Geron Hæſtiæotide fons eſt, ex quo bibentes oues ſi albæ ſint, efficiuntur nigræ. *aliâs Ceron. Plini. lib. 31. cap. 2.*

IEzara fons eſt Samariæ propinquus, in quo Samaritę corpus occiſi Acab regis, ſui referentes Samariam, currum eius ſanguine regio reſperſum lauerunt.

Imea fons eſt Atticæ regionis.

Ineſſa fons eſt apud Rhodios, à quo & Siciliæ fons nuncupatur.

Iob fons in Iudæa eſt, qui, ut aiunt, colorem mutat quater in anno, puluerulentum, ſanguineum, uiridem, atqꝫ lympidum, ternis menſibus unumquemqꝫ conſeruans.

Iouis fons in Dodone eſt duplici de cauſa mirabilis. Nam cum frigidus ſit, ſi merguntur ardentes faces, illas more aliorum extinguit, extinctas autem accendit. Pręterea ſemper in meridie deficit, cum circa medium noctis exundet, quam ob cauſam Anapanomenõ uocatur ab incolis.

Hippocrene fons eſt Bœotiæ, hunc aliqui fingunt ob equi Pegaſii percuſſionẽ factũ, & hinc denominatum. Quod quidem figmentum facile detegitur, ſi ſecundũ quoſdam

inſpiciatur hiſtoria. Volunt quidam Cadmum equo inſidentem, dum ſedē ſibi ſociisq; perquireret, primo haud hunc fontem conſtitiſſe, & quia literarum Græcarum repertor fuit quarum forſan meditationem ibidem ſumpſit, illum muſis ſacrum eſſe uoluit.

Iuturna fons eſt in Italia apud Numicum fluuium, & quia ſaluberrimus ſit Iuturnæ à iuuando nomen ſortitus eſt, de hoc enim fonte Romam ad ſacra deferre ſemper conſueuit antiquitas.

Langia fons eſt in Nemea ſylua, quem penes agon annuus celebratur Archemoro Lycurgi filio, à quo poſtmodum Archemorus denominatus eſt.

Larine fons eſt Atticæ regionis.

Lerneus fons eſt, quem aiunt Neptunum poſtquam Amimonem filiam Danai à Satyro liberatam compreſſit, locum tridente percuſſiſſe, & fontem produxiſſe Lerneum, & eum qui ex eo progreditur fluuium Amimonem à compreſſa uirgine nominauit. Hūc tamen aliorum ſecuti opinionem ſupra Amimonem ſcripſimus.

Lerneus fons eſt Archadiæ cuius aquas aiunt abortus fieri non pati.

Leucogei fontes inter Puteolos & Neapolim ſunt, qui oculis medentur ægris.

Libetra Magneſiæ fons eſt muſis ſacer, à quo muſæ dicuntur Libetrides.

Linus Archadiæ fons, qui abortus fieri non patitur.

Lynope fons eſt, in quo aiunt ſe primo uidiſſe Narciſſum, & amore ſui captum, eum penes occubuiſſe.

Magia Siciliæ fons eſt in agro Syracuſano.

Marſia fons eſt in Phrygia ad Celænarum oppidum,

Mella fons eſt in Hæſtiæotide, ex cuius aqua, ſi beberint nigræ oues albæ efficiuntur.

Menais fons eſt in Sicilia apud Leontinos, per quem iurare timent.

Meſſeis Theſſaliæ fons eſt.

Molus fons eſt in inſula Delo, quem aiunt eodem tempore cum Nilo flumine creſcere atq; decreſcere.

Miturnion fons eſt in Argolico ſinu.

Naſt fons eſt in tribu Beniamin, quem alii Napto uocant.

Neminia fons eſt in agro Reatino.

Neptunus fons fuit apud Terracinam, ex quo qui inaduertentes biberant, occidebantur, quamobrem ab antiquis obſtructus eſt, hunc ſupra Anxurē nominauimus.

Nympheus fons eſt, penes quem gentiles nympharum nomina celebrabant.

Niobe fons eſt in Argolico ſinu.

Oeſtrum fons eſt Siciliæ, apud quem Muſæ coluntur.

Ortorum fons iuxta collem Libani montis effluens, flumen facit quod inter Tripolim & Tortoſam mari miſcetur.

Paneus † fons eſt ſub Libano monte, in quo ſi qua natantia proiiciantur in lacum, cui Phiala nomen, cuncta reperiuntur.

*Paneas ſi modo is eſt, ex quo Iordanē oriri Plin. ſcribit lib. 5. c. 15. Credo legēdū eſſe Pimpleus fons, à quo Pimpleades Muſæ.*

Pegaſeus fons eſt in monte Parnaſſo muſis ſacer, & à Pegaſo equo ungula factus, & inde Pegaſeus nuncupatus, cum & alia ſint illi nomina plura.

Pileus fons eſt Macedoniæ muſis ſacer, & à quo muſæ uocitatæ Pileæ ſunt.

Pytene fons Corinthi.

Piconia fons eſt ſaluberrimus apud Marſos, oritur quidem in ultimis Pelignorum montibus, & amplius è gurgitationibus effluens Marſos tranſiens, & lacūm Fucinum mergitur in ſpecu, & in Tiburtino agro effunditur iterum, ex quo factis fornicibus primus perducere Romam Ancus Martius ex regibus unus auſpicatus eſt, poſt quem Quintus Martius rex, tunc prętor, & poſt eum ultimus reſtaurauit. M. Agrippa.

* Protheſis fons eſt apud Cteſiphontem Perſarum ciuitatem.

Pſammate fons eſt apud Thebas.

Regiæ



Regiæ aquæ fons eſt Epiri haud longe à caſtello Macroceraunis & Cuna. á

Rogel fons eſt in tribu Beniamin, quem penes Adonias uictimas immolatus eſt.

Rodiorum fons eſt in Cherſoneſo, qui de nouennio in nouennium egerit purgamenta.

Rotrini fontes in Phrygia ſunt agro Agalaſeno propinqui, & Apamiæ ciuitati.

Rubrus fons eſt Aethiopiæ, ex quo qui biberit lymphatos efficitur.

*Apud Plini. ſic legitur, In Epiri ora caſtellum in Acrocerauniis Chimæra, ſub eò aquæ regiæ fons. Libro. 4. Cap. 1.* á

Sacer fons in Epiro eſt frigidiſſimus, & ſpectatæ diuerſitatis, nam ſi in eo ardentem demerſeris facem extinguit, extinctas inflammat, hūc ſupra, Iouis fontem diximus.

Salmacis fons eſt in Caria ſecus Alicarnaſſum ciuitatem, qui falſa multorum opinione creditur uenereum morbum implicare bibentibus, & ob id figmentum illud poëticum exortū putāt, quod legitur de Hermete puero, à nympha Salmace captū, & quòd ex duobus, eius precibus, corpus unum utrumq; ſexum habens factum ſit. Sed longe alia cauſa locum præſtitit fictioni, & à minus intelligentibus infamia fonti exorta eſt. eſt etenim fontis huius aqua perlucida, & egregio ſapore delectabilis guſtui, & cum Nydas quidā & Renanias ab Argis uenientes Troëzena coloniam deduxiſſent, barbaros incolas Carras ſcilicet & Lelegas eiecerūt, qui pulſi ſedibus montana adiacentia petierunt, & latrociniis cœperunt nouos infeſtare inquilinos. Cæterum cum ex colonis unus ſecus fontem aquæ bonitate tractus tabernam meritoriam cōdidiſſet, eamq; rebus omnibus, quæſtus cauſa, ad alliciendos in cibum homines compleſſet, continuando per tempus, factum eſt, ut ex barbaris, ſeu neceſſitate cibi, ſeu delectatione quoſdā traheret, poſt quos & alii aduenere loci fama attrahente, & ſic conſuetudinem cum Græcis ſumentes paulatim efferatos cœpere linquere mores, & humanitate quadam molliri, & tandem ex belluis mites effici homines, & ſic non effœminatos in uenerem, ut quidam intelligūt, reddidit, ſed ex aſperitate nimia, & ſylueſtri ad humanam manſuetudinem reuocauit, & ex aduerſis hoſtibus conciues faciens in amicitiam perpetuam copulauit.

*Hæc ex Vitruuio, ut ipſe autor ſupra in fab. Hermophroditi citat*

Sarſula fons eſt Narbonenſis prouincię, non dulcibus aquis defluens, ſed ſalſioribus quam ſit maris, ut nomen merito ſortiretur, diſtat autem modicum à lacu Rubreſo, qui Ataxem recipit fluuium.

Sames fons eſt in tribu Beniamin.

Siala † fons eſt in radicibus mōtis Syon non iugibus effluens aquis, ſed horis certis & diebus aliquibus bullit, hunc quidam uolunt ex Piſcina Probatica fluere. *Siloah.*

Cymothoë notiſſimus Achaiæ fons eſt, haud longe ab oppido Patras.

Solis fons in Cyrenaica regione eſt, in medio nemoris quod Amomium dicitur, qui profecto habita cōſideratione ad mutationes eiuſdē mirabilis eſt. Sole equidem ſurgente aiunt aquas eius emanare tepidas, caleſcente meridie frigidas, eo in ueſperam inclinante tepefieri, nocte autem intempeſta ferueſcere, & in tepiditatem reuerti dum diei propinquior nox accedit. *vide Plin. lib. 2. cap. 103.*

Sorgia à ſurgendo dictus in Narbonenſi prouincia, loco qui uulgo dicitur uallis clauſa, fons nobiliſſimus eſt, nam è ſpecu quadam abditiſſima ſaxei montis tanta aquarum erumpit abundantia, ut abyſſi putes aperiri fontes. Mitius tamen anni tempeſtate quadam exundans, & cum clariſſima aqua ſit, & amœna guſtui illico facta fluuius optimorum piſcium ferax eſt, producens in fundo ſui herbam adeo bobus ſapidam, ut demerſis ad illam carpendam ſub undis capitibus aſſidue paſcentes ferè ad ſuffocationem uſq; detineant, inde inter aſperrimas cautes effluens paruo contenta curſu in Rhodanū mergitur. Celebris quidem & antiquorum præconio, & aquarum copia, & piſcium atq; herbarum fertilitate eſt. Sed longe celebrior in poſterum factus noui hoſpitis carmine & incolatu, Apud hunc quidem noſtro æuo ſolitudinis auidus, eò quod à frequentia hominum omnino ſemotus uideret locus, uir inclytus Franciſcus Petrarcha poeta clariſſimus

 conciuis

conciuis atq; præceptor meus ſeceſſit noua Babylone poſtpoſita, & paruo ſibi comparato domicilio, & agello, agricultoris ſui cõtentus obſequio, abdicatis laſciuiis omnibus, cum honeſtate ac ſanctitate mirabili ibidem iuuentutis omnem florem ferè conſumpſit. Et ſi ſolitudinis amœnitate plurimum teneretur, non tamen deteſtabili, aut uano ocio tempus triuit, quinimmo ſacris & aſſiduis uacans ſtudiis, inter ſcopulos montium, umbras'q; nemorum teſte ſonoro fonte, Aphricam librum egregium heroico carmine, geſta primi Scipionis Aphricani cantans arte mira compoſuit. Sic & bucolicum carmen conſpicuum, ſic metricas epiſtolas plures, ſic & proſaice inuectiuas in medicos, & epiſtolas multas, & laudabiles ad amicos. Ac inſuper ad Philippum Caualicenſem epiſcopum de uita ſolitaria librum, tam exquiſito atq; ſublimi ſtylo, ut diuino potius quam humano ęditus uideatur ingenio, quamobrem quaſi obſoleto ueteri aquarũ miraculo, poſt eius diſceſſum æſtatis feruore ſuperato tanquam ſacrarium quoddam, & quodam numine plenum eius hoſpitium uiſitant incolę, oſtendentes loco miraculi ignaris & peregrinis, nec dubiũ quin adhuc filii nepotes, & qui naſcentur ab illis ampliori cum honore tanti uatis adminiſtratione ueſtigia uenerentur.

Spandeus fons eſt in inſula Aſiæ.

TAmarici Cantabrię fontes ſunt, nam cum tres ſint inter ſe octonis diſtantes pedibus in alueum unum coëunt uaſto amne, hi quidẽ, eſto eis uicinus fons ſit ſine intermiſſione affluentiſſimus, ſingulis tamen diebus duodecies ſiccantur, & uigeſies aliquando, quod in augurium Cantabri ſumunt.

Pli.lib.6.c.29 Tadnos fons Arabum eſt haud longe à monte Eo.

Plin.lib.31. Theſpiatum fons eſt cõceptus mulieribus repreſentans.

cap. 2. a Tima fons eſt apud Colophoniam in Apollinis Clarii ſpelunca, ex potu cuius miranda redduntur oracula, uita tamen bibentium breuiore.

Cucios. Plini. Turius fons eſt in promontorio Aethiopiæ, à nauigantibus expetitus.

lib.6.cap.29. *Noſtri codices Pliniani ſic habent, Colophone in Apollinis Clarij ſpecu, Lacuna eſt, cuius potu mira*

a *redduntur oracula, unde apparet pro Lacuna Boccatium Tima legiſſe.*

VElini fontes Italiæ ultra Interrãnas ſunt.

Virninus apud Laconas fons eſt.

Zame fons eſt in Aphrica, ex cuius aqua ſiquis biberit, canoram faciet uocem.

De Fontibus finis.

## DE LACVBVS LIBER.

ERat animus mihi cum de fontibus dictum eſſet, ut de fluminibus ſcriberem, Sed quia perſæpe cernimus fluuios quoſdam è lacubus exundare, aut ſuſceptus ex eis emergere, mutare propoſitũ ſatius eſſe ratus ſum, & lacus primo famoſos apponere, ne ſi poſtpoſuerim ab hoſtiis in fontes uideat flumina reuocaſſe. Eſt ergo lacus aquarũ prægrandis copia ex occultis terræ meatibus in unũ deueniens, atq; conſiſtens locum. Ex quo nonnulli aiunt lacum dici quaſi aquarũ locum. Hos quidem maximo mortalium commodo per terrarum ambitum paſſim natura rerum diſpoſuit, & quicquid aliqui dixerint, longe à fontibus alienos. Augentur autem fontes, & minuuntur facile pluuiis aliis'q; ſuperuenientibus atq; ceſſantibus undis, ubi lacus abſque incremento aut ſorbere ingentia flumina, aut tanquam hoſpites ſuſcipere & emittere illico cernimus. habẽt & exitus fontes in riuos uel fluuios, lacus, non dicam omnes, ſed utplurimum nullos habent, eſto ignoremus quonam recõdant pluuias & torrentes. Ferunt & grandia nauigia lacus, fontibus nec minimi innatant cortices. Præterea fontes nullos aut paruulos alunt piſces, ubi ex lacubus ferè omnibus maximos atq; ſapidos piſces aſſumimus. Sunt & qui dicant, quod longe inconuenientius eſt, lacus



lacus idem eſſe cum ſtagnis, cum uulgo Galli facta diſtinctione ſic uocitent, abſurdum quippe eſt cum ſtagnantes aquas deficere, & nõnunquam aridum ſolum linquere contingat, & aliquando extenuatis æſtiuo feruore aquis reliquas languentes paucitate putreſcere, & odore tetro adiacentia inficere loca, quod lacubus contigiſſe ferè nunquam compertum eſt, quid in multa procedã, cum liquido pateat fontes, ſtagna, lacus'q; inter ſe fore diuerſos, ad quos deſcribendos fauente ſemper qui aridã fundauit, illos per alpbabetũ more ſolito uenientes Acheros ſeu Acheronta, cum ſe primum offerat ordini aliorũ principem faciemus.

ACheros uel Acheron uolunt quidam lacum eſſe, & ad inferos deferri, & ibi Achecontem fluuium facere.

Acronius in alpibus lacus eſt, quem deſcendens à fonte Rhenus facit. a

Aecitus Apolloniæ lacus eſt.

Alphion lacus eſt cuius aqua habet uitiligines tollere.

Albanus lacus eſt in Albano monte haud longe ab urbe, ex quo uaticiniũ fuit nunquam Romanos Veios capturos, ni primo ex Albano lacu emitteretur aqua.

Alce lacus eſt per Porcidamum, quem apud Indos puto, in quo cum nil mergatur fluitant omnia. b

Alotrine lacus eſt in minori Aſia, in mõte Alotrine, ex quo Menander oritur fluuius. c

Aluuris lacus eſt ſuper Hiſtropolim, haud longe ab hoſtiis Hiſtri fluuioli.

Aſcanius lacus eſt in Bithynia, propinquus Olympo monti & Pruſę ciuitati olim ab Hannibale conditæ. *Plin.lib.2.ca.*

Anſanctus lacus eſt apud Lucanos, ex quo tam letalis euaporat odor, ut uolantes deſuper aues necentur eo ſuſcepto. *93. in Hirpinis ait eſſe.*

Sinnaus lacus eſt in Aſia, qui à circumnaſcente Abſynthio inficitur. *ut Plin. lib. 2.*

Aneticus lacus Aegyptiorum eſt, circa quem papyrus naſcitur, ex quo primæ chartæ factę ſunt. *Cap.5.*

Anius lacus Puteolis uicinus eſt, quem ego arbitror hodie Sudatorii lacum uocari à balneo, quod in eius eſt margine, cum lacus alter præter hunc in partibus illis innominatus ſit. Si is eſt nullum alit animal præter ranas. Et inſuper nullo artificio reperiri fundus, ut aiunt incolæ poteſt, cum altorum montium in theatri formam circundatus ſit, & cum nullos habeat exitus, non amplius octo millia paſſuum ambitus eſt. Eminet inter alios huic ad auſtrum mons ſilicibus plenus, ex quo iunio ueniente menſe tot ſerpentum inuicem glomeratorum globi ſe præcipitant, ut mirabile uiſu ſit, omnes'q; in ſubditum ſe demergunt lacum, nec eſt qui unquam exeuntem uiderit aliquem, aut innatantem uel aliter prodeuntem.

Arethuſa Armeniæ maioris lacus eſt, in quem impetuoſo curſu Tygris intrans, non aliter quam ſi contineatur à ripis nulla in parte miſcetur lacui. Quinimmo ſeruato *Pli.li.6.c.27.* Alueo in partem exit oppoſitam. Semper quicquid ingerit ſecum trahens, quod aquarũ teſtatur diſſimilitudo. Hunc lacus uerſa uice adeo libere ire permittit, ut prout nihil illi de ſuo concedit fluuius, ſic nec illi largitur lacus. Quod quidem patet in piſcibus, quorum unum tantum genus lacus alit, cum plurima Tygris, ex quibus nũquam à piſcatoribus aliquis in aquis lacus repertus eſt. Sic nec ex ſpecie illa, quæ in lacu naſcitur, nunquam in aquis tranſcurrentis Tygris ullus inuentus, uiſus, aut captus eſt, tanta ſeruat diligentia quiſq; ſuos.

Aricinus lacus haud longe à Roma eſt ab Aricia propinquo oppido dictus, apud quẽ Diana Hippolytum ab Aeſculapio ad ſuperos reuocatum mutato nomine latere uoluit, d qui Virbius nominatus ibidem Dianæ ſacra tranſtulit.

Amaricus lacus eſt Troiæ propinquus.

Aſanius lacus eſt, cuius aquæ in ſummitate ſunt dulces atq; potabiles, ſi ad profundiores proceſſeris, uitioſas comperies.

Aſphaltis lacus eſt Syriæ ea in prouincia, quæ iamdudum Pentapolis uocata eſt, qui quidem in multis mirabilis eſt. Nihil enim ante alia gignit, nec ex uiuentiū genere quicquam ſuſcipit, quod ut experientia cerneret Veſpaſianus princeps iuſſit in eum quoſdam nandi ignaros morti dānatos proiici, qui & ſi iactu merſi ſint, tanquam à uehementi ſpiritu ad ſuperiora uiuentes impulſi ſunt. Sic nec aues aſſuetas mergi ſuſcipit. Quæ uita carent abſorbet omnia, ut ſi ponas ardentem lucernam innatat uiuēte lumine eo mortuo confeſtim mergitur. aquæ eius amaræ & faſtidioſæ guſtui, ingentes bituminis globos ferunt, quo agente nullis uentis agitari lacus pōteſt. Præterea nauigationis impatiens eſt, cū nihil mortuum patiatur quin ſorbeat, ea præter, quæ bitumine illuſtrentur. Eſt tamen lanationibus ægrotantium utilis, medeturq; morbis aliquibus, & eò quod ingēs, & abſq; motu ſit, à nonnullis mare mortuum appellatur. Quidam uero eum mare ſalinariū dici uolunt, includitur lōgitudine inter Hiericho & Zoaros Arabiæ ſtadiis. dcc. lxxx. quū latitudinis non habeat præter. cl. circa huius margines Sodomorum ciuitates diuino igne conſumptas patet, ut adhuc earum quædam teſtantur ueſtigia. & quod mirabile eſt & memoratu digniſſimum, ſunt ibi campi producentes fruteta eximię formoſitatis poma facientia, adeo ut qui uiderit, trahatur facile in deſiderium comedendi. Verum ſi carpſerit fatiſcunt ilico, & in cinerem reſoluuntur, fumantesq; diuinum uidētur teſtari iudicium. Hunc ſecus iamdudum colligebatur balſamum, cuius frutices Cleopatra Antonii regina Aegypti exitrpatos uſq; ad unum omnes in Aegyptum tranſtulit, ibiq; plantari iuſſit qui permanent etiam uſq; in hodiernum.

Auernus Campaniæ lacus eſt in ſinu Baiano, celebris plurimum carminibus poëtarum. huius in margine ſemeſi uetuſtate parietes adhuc Sibyllini oraculi teſtantur opus magnificum. Sunt præterea circum ſcaturientes aſſidue tepentes fontes, & quia mari contiguus ſit eoq; æſtuante miſceatur illi, & ob ſulphureas ſcaturigines circum adiacētes impotabiles habet aquas, piſces autē paucos gignit, & paruos atq; nigros, nec humano uſui cōmodos, ſed multos & maximos aliquando ab agitato impulſoq; in eum mari, ſuſcipit. Et ſi forſan primo hauſtus aquę uideatꝛ difficilis, aſſuefacti tamen in eò uiuunt à nullis hominum piſcationibus infeſtati. Dicunt ueteres hūc Auerni lacum ſyluis adeo denſis fuiſſe circundatum, ut modicum illi ad exhalādum relinqueretur ſpacium. Eſt enim modici ambitus & collibus continuis circumcinctus, & ob id uolantes deſuper aues ab exhalatione illa confeſtim necabantur. introrſus uero adeo umbris denſus, & ſulphureo odore oblitus erat, ut merito intrantibus uideretur auernus, id eſt abſq; delectatione, & ideo quia ibi denſa caligo erat fœtida, & quia ſæpe obſcœnū illud ſacrum humano ſanguine confectū inferis agebatur, ab ignaris inde eſſe iter ad inferos creditum. Nec deſunt qui arbitrentur ibidem ab Vlyſſe primo occiſo Elpenore ui ſacrorū & carminum ab inferis euocatos manes, & de futuris cōſultos, Sic & poſtea ab Aenea mactato Miſeno, oſtenditurq; ab incolis iter in ſpecū in domū Sibyllæ, & alia quædam huic opinioni facientia fidem. Tandem aiunt Octauianum cæſarem factis undiq; excidi atq; eradicari ſyluis locum amœnum atq; ſalubrem reddidiſſe. Vidi ego ex hoc lacu Roberto inclyto Hieruſalem & Siciliæ regē uiuente tam grandē piſciū copiā eiectā in margines, ut monſtro ſimile uideretur. Et quum omnes eſſent mortui, introrſum nigri erant, & ſulphure fœtidi, adeo ut nullū ex illis guſtaret animal. Creditum ex eo eſt à prudentioribus incolarū eruptas diebus illis in lacū ſulphureas uenas tanti uigoris, ut infectis aquis piſces occiderint.

Anien lacus eſt Velinorum, & per Tyburtinorum fines infunditur, in Tyberim fluit, ab Aniene filio Apollinis nuncupatus.

a *Hunc noſtri lacum Conſtantienſem uocant, de quo multa Vadianus in epiſtola ad Agricolam.*

b *Verba Plin. ex lib. 31. c. 2. ſic habēt, cōtra in Aphricæ lacu Apuſcidamo oīa fluitāt nihil immergitur.*

c *Verba Plinij ſunt hæc, Amnis Meander ortus è lacu in monte Aulocrene, plurimisq; affuſus oppidis, & repletus fluminibus crebris ita ſinuoſus flexibus, ut ſæpe credatur reuerti, lib. 5, cap. 29.*

d *Neſcio an ſit Amaxitus legendū, quod ſi eſt, loci non lacus nomē erit, Sic enim Plin. Troadis primus locus Amaxitus, dein Cebrenia, lib. 5, ca. 30. quamquā nihil pronunctiare, tam corruptis exempl. uolo.*

Benacus



Benacus lacus Galliæ Ciſalpinæ eſt inter arctas montium fauces ſituatus, adeo ut coacti impetu inter eos uenti eum more maris æſtuationes undarum atq; tempeſtates facere cogāt. hunc aiunt aureas harenas euoluere, & ex eis nutriri piſces, quos uocāt indigenę carpiones nuſquā alibi repertos. Ex hoc Virg. Mintius fluuius excurrit in padū.

Bebeis lacus eſt Theſſaliæ.

Boriſthenes lacus eſt apud Boriſthenas Scythas flumen eiuſdem nominis habentes.

Bigūtinus ſeu Brigātinus lacus eſt in agro Rhetico muſtelas murenis emulas generās.

Buges * lacus eſt apud Scythas à Mœotidis paludibus petroſo dorſo diſcluſus.

*Plin. lib. 4. cap. 12. A tergo, inquit, lacus Buges, foſſa emiſſus in mare. Ipſe Buges à Coreto Mæotis lacus ſinu petroſo diſcluditur dorſo.*

Chaldaici lacus inter Seleuciā & Cteſiphontē ſunt, in quos Tygris funditur qui lxv. mil. paſſuum ampliati illum uaſto effundūt alueo, forſan Chaldaici dicti, quia aut in Chaldæa aut Chaldææ nomen dederint.

Calearcium lacus eſt Aphricæ.

Caſpius lacus eſt, eſto Caſpis dicatur mare, ſicuti & Aſphaltidis lacum mare mortuum appellamus. Verum huic conuenientius ob immenſam eius magnitudinem dicimus. Eſt igitur inter Caſpios & Hircanos tam lato longoq; tractu diffuſus, ut mare nō incongrue nuncupetur. Sed conſtat eum ex concurſu maximorū fluminū ab aquilone cadentium inter aquas perpetuas & maximas ampliatū, nullos exitus patentes habentē, nec ſe uſquam alicui mari iungentem. Eſt pręterea nationibus multis conterminus, habens in circuitu portus, & littora, & nauigia uehit ingentia, patiens inſuper tempeſtates & maris accidentia reliqua.

Caulas lacus eſt in Iudæa haud longe à fonte Chebron.

Clitorius lacus eſt Italiæ, cuius ex aqua ſiquis potauerit in uini odium incidit.

Clitumnus lacus eſt Vmbriæ, apud quem aiunt maximos boues gigni, ſupra eum fontem diximus.

Cocytus ſecundum quoſdam lacus eſt apud inferos, alii dicunt fluuium.

Copæ ſunt lacus in Syria, Arabia, & Numidia, apud quos à circunhabitantibus Bituminis ingentes colliguntur moles.

Cocanicus in Sicilia lacus eſt.

Crobſitaria lacus eſt, ex quo nō ſolū qui biberint, ſed q ex eius aquis lauerint moriūtꝛ.

Cuminius lacus eſt apud Hetruſcos in monte cui & Ciminius nomen eſt, quem taliter natū fabuloſæ dicebat antiquitas. nam quum aliquando ad hos populos deueniſſet Hercules, & ad oſtendendam uirtutem ſuam forte prouocaretur ab eis, defixit in ſolo uectem ferreum, quem cum nullus poſſet auferre, rogatus ſuſtulit, eumq; confeſtim aqua ſequuta eſt, quæ lacum fecit.

Curtius olim lacus fuit, ubi nunc Roma eſt. Verū dum excreſceret ciuitas factis ſubterraneis cloacis exhauſtus eſt. Nominis huius triplicē cauſam retulerūt antiqui. Quidā dixerunt eo in loco terræ hiatum apparuiſſe, & ab auruſpicibus fuiſſe reſponſum deū manium poſtulionem poſtulare, ideſt ciuem fortiſſimū eodē mitti; quamobrē Curciū quēdam ſtrenuū uirū, tanquā ipſe poſtularetꝛ, armatū aiunt cōſcendiſſe equū, ac ſeſe in hiatū præcipitē dediſſe, eoq; facto coiſſe terram, & ſic eius corpus humatū fuiſſe, locoq; nomen datū uiſum eſt, & ſic non lacus fuiſſe uidetꝛ aquarū, ſed ſic locus pro libito uocitatus. Alii dicūt Sabino bello, quod inter Romulū & Taciū ob raptū Sabinarū ſuſcitatū eſt, Meciū Curciū uirū fortiſſimū unū ex ducibus Sabinorū, dum pugnaret acriter, urgente Romanorum acie ſeſe in paludē ibidē exiſtentē cōieciſſe, ex qua cum ſuaſione ſuorū emerſiſſet, eosq; in Capitoliū collegiſſet, à ſe lacui nomē dediſſe. Nōnulli uolunt eum locū fulguratum fuiſſe, & ex Senatuſconſulto circunſeptum, eumq; Curtium appellatū, quia à Curtio conſule factum ſit, qui ea tempeſtate Marco Genitio collega erat. *Ex Varrone de lingua latina.*

Cutilenſis lacus eſt, in quo inſula mobilis eſt, & inde Cutilenſis dictus.

O 4 Electrides

ELectrides lacus eſt Syriæ, in quo electrum naſci dicitur.

Eptabolus lacus eſt apud Mauritaniam.

Epilis lacus eſt Galliæ Ciſalpinæ, in quo progredit̃ Lambrus fluuius in Padũ defluẽs.

Exquilinus lacus Romæ fuit ſub monte qui Oppius dicitur.

FAcultalis lacus Romę fuit è regione Exquilina, apud quem Seruius Tullius Romanorum rex ſepultus fuit.

Feronia Terracinæ lacus fuit.

Phiala haud multum longe à Libano, lacus modicus eſt, ex quo ſunt qui credant Iordanem oriri, & paruo diſcurſo tractu à terra ſorberi, & ad radicem Libani iterum ebulire quod aiunt depræhendiſſe primum Philippum Tetrarcham paleis in Phialam poſitis, eiſq; apud Paneam recollectis. Paneadẽ enim uocant fontem ſub Libano ex quo Iordanis effluit. Dicitur autem lacus iſte Phiala à rotunditate, qui quidem cum ſemper plenus ſit, nunquam ut exundaret compertum eſt.

a Fleuo Lacus eſt, quem Rhenus maximam aquarum copiam trahens, de ſe ipſo poſt longum diſcurſum facit, & in eius medio inſulam, ęque Fleuo nominatam amplectens demum exinde exiens iterum cogitur in ripas.

Fucinus lacus eſt apud Marſos, ſeu ut quidam dicunt Equiculanos, forſan ambobus conterminus, nam hodie uulgo dicitur lacus Marſi, opimos autem piſces nutrit. Ab hoc autem lacu uolunt quidam hauſtum ſeu abſorptum fuiſſe oppidum Archippe, quod olim Marſias Lydorum dux, à quo Marſi dicti ſunt, condiderat.

Furialis lacus eſt Bœotiæ inſani generator amoris. Dicunt quidam qui ex eo biberint in tãtum libidinis ardorem incendi, ut ferè agi furiis uideantur, ob hoc nomen ſortitus eſt furialis.

a *Fleuum alterum ex Hoſtijs Rheni, Plinius uocat lib. 4. cap. 15. ipſam autem inſulam Batauorum.*

GAlileæ lacus eſt, quem Hebræi more ſuo mare nominant. Omnem enim aquarũ recollectionem tarſu uocant, quod latine mare ſonat. Is autem dulces habet aquas tanquam qui ex Iordane fluuio efficitur. Et Galileæ dicitur quia præterfluit Galileam. Et nonnunquam etiam Tyberiadis mare, eò quod illi ſupereminẽat ciuitas Tyberiadis. Præterea & ſtagnum Geneſareth appellatur aliquando, eò quod criſpantibus undis ex ſe auram generaret, ſeu à geneſara regione quam præterfluit admirabilem diuerſis generibus arborum, & extenditur ſtadiis, clx. quum latitudinis non amplius habeat. xl. in hoc enim piſcabatur Symon Bariona, quando accerſitus in diſcipulum fuit à Ieſu. Sic & Andreas frater eius, & Zebedei filii in hoc tempeſtatem paſſi ſunt dormiente Chriſto. & huius in littore quum iam ſurrexiſſet à mortuis, illi panem & aſſatos parauere piſces.

Gebennenſis lacus eſt Galliæ, quem idem uolũt, cum lacu Lemanno ex quo Rhodanus effluit.

HYlas Bithynię lacus eſt abluens Pruſiadem urbem, apud hunc, ſeu in hoc reſediſſe creditur Hylas dilectiſſimus Herculi puer, nympharũ rapina, & ab eo lacum atq; fluuium, ex eo manantes denominatos uolunt, eiuſq; in memoriam annis ſingulis ſolenni tripudiatione populus lacum circuit Hylam uocans.

LArius lacus eſt Galliæ Ciſalpinæ propinquus ciuitati Como, piſcium abundantiſſimus, ex quo Addua progreditur fluuius.

Lemannus Galliæ Tranſalpinæ lacus eſt grandis, ex quo ſuſceptus egreditur Rhodanus, & à quo adiacentes populi nominant̃ Lemanni. Hunc ſupra Gebẽnenſem uocaui.

Lycomedes lacus eſt Athyopiæ propinquus Pſillis populis, qui ore ſerpentum exhauriunt uenena uulneribus.

Loryma lacus, eſt in minori Aſia in aſpectu ferè inſulæ Rhodiorum.

*Plinij uerba lib. 5. cap. 28. hæc ſunt. Deinde Pyrnos, portus Creßa, à quo Rhodus inſula. 20. M. paß. locus Loryma, &c. ex quo apparet lacum pro locum legiße Boccatium.*

Lucrinus lacus eſt Campaniæ inter Miſenũ Caiatum caput & Euboicas Cumas, Lucrinus, ut ueteres dicunt, à lucro dictus, nam cum in eodem multitudo piſcium caperetur, ex quibus maximum mercatores conſequebantur lucrum, Lucrinus dictus eſt. Verum cum plurimum ęſtuans mare, quod penes eſt, obeſſet piſcãtibus, & ob id minui uideretur uectigal, quod exinde perſoluebatur Romanis, à ſenatu Iulio cæſari datum eſt opus, ut Lucrinũ à maris impetu immunem redderet, qui labore maximo atq; ſumptu oppoſitis molibus, & paruo relicto mari hoſtio, Lucrinum ab ęſtu maris ſecurum reddidit. Quamobrem à nonnullis poſtea aquæ Iuliæ appellatæ ſunt. Alii maris otia uocauere, à quibuſdam mare mortuum appellatur. Sanè & ſi non omnino repletus arenis ſit, modicum tamen uacui reſeruauit, quod magis aliquibus nauibus quietam aliquando ſtationem præſtat, quàm piſcatoribus lucri commodum.



Lumie lacus eſt apud Babyloniam Caldæorum plurimum liquidi bituminis euomens, quo creditur quondam à Semiramide Aſſyriorum regina, & teſtaceo latere Babyloniam omnem muris inſtauratam.

Lunæ lacus eſt Athamanię tenuia accendens ligna, ex cuius aqua ſi quis potauerit, aut in inſaniam labitur, aut ſoluitur in ſoporem. *Vibius ſequeſter.*

MAleficus lacus in Troglodytis eſt, quem etiam inſanum uocant, hic die fit amarus ac ſalſus, tantundemq; dulcis atq; potabilis, nocte uero ſerpentes albos uicenum cubitorum emittit in aridam. *Pli. lib. 31. c. 2.*

Mandalus lacus apud Aethiopas eſt.

Mareotis lacus eſt, qui olim Crapotes dicebatur, penes quem Alexander Macedo Alexandriam inſignem Aegypti ciuitatem conſtituit.

Mœridis lacus eſt in Aegypto ciuitati Memphis propinquus, qui, ut quidam dicunt ccl. M. paſſuum, & ut alii ccccl. longitudinis habuit, & latitudinis. l. manufactus opera Mœridis regis Aegyptiorum, à quo & denominatus eſt.

ONoleus aliás Monoleus lacus eſt Aethiopiæ, haud lõge à Ptolomaide Epithea cognominata, ad uenatus Elephantorum à Philadelpho condita.

Oeris aliás Moeris lacus eſt in Aegypto uiginti milia paſſuũ ambitus, qui campus fuit aliquando, poſtmodum lacus altior quam ad ferenda nauigia opus ſit.

Oxus lacus eſt Indiæ, cuius oras incolunt Bactriani atq; Exoſtriſtæ, ex quo quidem Oxus emittitur fluuius.

PAndoſus lacus Arcaniæ, quæ uocari conſueuerat Curetis. a

Pelſeis Pannoniæ lacus eſt. b

Perguſa Siciliæ lacus eſt olim nemoribus circũdatus, quem penes dicunt ſpaciabatur Proſerpina flores legens, dum Plutoni placuit, & ab eodem rapta eſt.

*Verba Plinij ſic habent, Ciuitas Anactoria, Locus, Pãdoſia, Acarnania, quæ ante Curetis uocabatur. Lib. 4. Cap. 1. Vides igitur duplicem mendam.* a

*Recenſetur à Plinio lacus quidam Peiſo, quem inter Noricos & Pannoniã ponit, Vide. lib. 3. ca. 24.* b

REgillus lacus eſt in agro Tuſculano penes hunc aiunt dum Paulus poſthumius dictator aduerſus Mamilium Tuſculanorũ ducem pugnaret, uiſi ſunt Caſtor & Pollux pro partibus Romanorum acriter dimicantes, Sic & ab eiſdem dicunt Valerio Publio Vationio Reatinæ præfecturæ uiro noctu Romam petente nunciatum die præcedente ab Aemilio paulo Perſen regem Macedonum uictum captumq;.

Rubreſus lacus eſt Narbonenſis prouinciæ, cui ſuper innatat fluuius Atax fuſus Epyreneo, *Rubrenſis à Plin. uocatur, Lib. 3. cap. 4.*

SAlentinus lacus eſt Salentinorum iuxta Manduriã oppidum, hic ad margines uſque plenus, neq; exhauſtus minuitur, neq; ſuperinfuſis augetur aquis.

Salinarum lacus eſt Aphricæ inter Ruſicadam & montes Azare.

Sara Iudeę lacus eſt non amplius ambitus occupans quam. xvi. M. paſſuum, urbibus plurimis atq; celeberrimis circumſpectus.

Scaphagiolus modicus lacus eſt in Apennino, qui inter agrum Piſtorienſem atque

Mutinenſem

Mutinenſem ſublimatur miraculo magis, quàm aquarum copia memorabilis. Nam ut omnes teſtantur accolæ, ſiquis ſponte uel fortuitu lapillum uel rem aliã, quæ aquas moueat in eum proiiciat, repente aër in nubes cogitur, & tanta uentorum tempeſtas oritur, ut nonnunquam uicinæ ualidiſſimæ quercus fagiq́ue ueteres, aut truncentur, aut radicitus euellantur. Quid animalia dicam, ſi qua ſint, ſi arbores euertantur? & ſic infeſtationibus per diem totam aliquando perſeuerat.

Seriphus lacus eſt, in quo ranę non coaxant, quum id faciant ſi alibi deportentur, qui denominatus eſt, à Seripho inſula in qua eſt.

Seiunnus Ciſalpinæ galliæ lacus eſt, ex quo Ollius flumen exundat.

Sicendus Theſſaliæ lacus eſt, in quo ranæ nullo modo coaxant, quum alibi delatæ faciant.

Semeconitis lacus eſt Galileæ, qui à Iordane fluuio interſecatur.

Sirbonis lacus eſt, Caſio monti Arabiæ iunctus fuit, habuitq́ue ut tradunt ueteres cl. M. p. circuitus, poſtea in modicam deuenit paludem.

Speculum Dianæ lacus eſt haud lõge ab Arritia, quem ſupra Aricinũ nominauimus.

TAge lacus eſt Aethiopiæ.

Tarentinus lacus eſt apud Tarentum Italiæ ciuitatem, qui æſtiuo æſtu ſiccatur in ſalem.

Tarquinienſis lacus à ciuitate Aetruriæ Tarquinienſi denominatur, in quo duo magna circumferuntur nemora, nunc triqueſtram facientes figuram, nunc rotundam impellentibus uentis, quadratam autem nunquam.

Tepidus lacus eſt per quem Tigris impetuoſo curſu rapitur.

*Credo eſſe, q̃ à Plin. Teſbites uocatur, Lib. 6. Ca. 27.*

Theſprotiæ lacus eſt Ambraciæ, ex quo Acheruſia funditur fluuius.

Tiberiadis lacus eſt Galileæ, hunc paulo ante à Galilea denominauimus.

*De hoc uide prouerb. Auri Toloſani apud Eraſ.*

Toloſenſis lacus eſt Toloſę ciuitati propinquus, & ab ea denominatus, in quo Tectoſagi peſte oppreſſi monitu aruſpicum, omne aurum atq; argentum, quod prædante quæſierant proiecere, & abiit peſtis.

Traſymenus Tuſciæ lacus eſt, hinc Peruſium & Cortonam, inde Aretinum & Senæ Iuliæ agrum habens, inſignis clade Flamminii Romanorum conſulis, Hannibalis Pœni uictoria.

Tragoditis lacus eſt, qui ter in die amarus, & totidem dulcis fit.

*Plinij uerba hæc ſunt, Iuba in Troglodytis lacum, inſanum malefica ui appellatum, ter die fieri amarum ſalſumq́ue, ac deinde dulcem, totiesq; etiam noctu, &c. Lib. 31. cap. 2.*

VAdimonis lacus eſt in quo natat inſula.

Velinus lacus iuxta agrum Veſulanum fuit, hic ſecundum quoſdam exaruit. Alii dicunt in Picœno eſſe, & lapideo cortice cuncta iniecta obducere, Alii illum in Reatino agro deſcribunt. Alii in Narem fluuium, à quodam Romano conſule dicunt eſſe diffuſum.

Veneris lacus in Syria eſt apud Hieropolim, ex quo uocitantibus æditiuis piſces ueniunt, ut fertur, & adulantur auro exornati, atq; ſcalpuntur, & hiantia ora præſtant manus inferentibus.

Venetus lacus eſt in Alpibus à Rheno flumine editus uti & Acronius, ex quibus effluens efficitur fluuius.

* Viturnæ lacus eſt haud lõge à Roma, cuius in margine olim fuit ædes Caſtori, & Polluci ſacra, eò quod apud eundem uiſi ſunt, quum pro Romano pugnaſſent imperio equos lauantes ſuos.

Verbanus lacus eſt Galliæ Ciſalpinæ, ex quo Ticinus emergitur fluuius, ſeu ut dicunt alii, per quem Ticinus ex Alpibus ueniens ſua celeritate ſeruata decurrit ad Padum.

Vulſinus lacus à Vulſinis oppido cui adiacet nominatus, piſciũ fertilis, in Aetruria eſt.

Zoroanda



ZOroanda lacus eſt ſub Tauro monte, ubi abſconditus ultra montem Tygris fluuius exit in lucem, quod quidem patet, eò quod ea quæ in flumine ſpecum intrante proiecta ſunt, altera ex parte montis redduntur in lacu.

*Apud Plin. nõ lacus ſed locus Zoroanda, legitur libro. 6. ca. 27.*

Finis de lacubus.

## DE FLVMINIBVS LIBER.

FIGMENTO poëtico traditum eſt flumina ab oceano & terra fuiſſe progenita. Nec equidem credendum eruditos homines tanta fuiſſe caligine obfuſcatos, ut animaliũ more arbitrarẽtur hanc procreationẽ factã eſſe. quinimmo ſub tam tenui uelamẽto ſenſerunt ex ampliſſimo oceani fonte, quibuſdam agẽtibus mediis, omnem humorem in terram deduci, cuius in uiſceribus poſtquam amaritudo digeſta eſt omnis, & cœptus meatus in exitum uſq; peractus eſt, his in locis, ad quos aut traxit aut impulit potẽtia maior, fontes parturiantur & lacus, ex ubertate quorum, ut iam prętactum eſt, deriuãtur & flumina. Et quia de fontibus atq; lacubus pro qualitate laboris aſſumpti ſatis dictum eſt, & ſi opportunitas exigat, reaſſumetur, & iterum de fluminibus congrue dici poteſt, principia fluxus, & fines paucis explicando. De his potiſſime dico quos ad noticiam noſtram antiquorum deduxit ſolertia, ſeu ipſi ſumpſimus oculis regiones uarias peragrantes. Sunt igitur flumẽ, fluuius, riuus, & torrens, in ſe aliquid diuerſitatis habentes. Eſto nonnunquam ſcriptores ſecundum ſtyli exigentiam, improprie uno utantur pro altero. Flumen quippe omnis aqua eſt, quæ ab ipſo exitu, ut ita loquar, ex utero uſq; in finem eò ſcilicet quò commixtione alterius nomen extinguitur continet. Fluuius is eſt locus per quem flumẽ perpetuo curſu deducitur. Riuus autẽ tenuis aqua, quæ ex fonte uel lacu exuberante procedit, uel quæ aquationis ſeu oblectationis ſeu alterius cauſa à fluuio in partẽ deflectitur aliquam. Torrens is eſt qui agentibus imbribus repente fit turgidus, uel impetuoſus ſeſe è montibus præcipitem ferens in ualles, & pluuiis ceſſantibus exareſcit. Verum in pręſenti opere nil nobis eſt cum riuis aut torrentibus, quorum curſus aut flectuntur facile, aut auferuntur æſtate, Et iccirco uenientes ad fluuios, quos amnes quandoq; loci amœnitas, per quem uadunt nuncupari facit, eo propitio iuſſu, cuius eorum flexibus apparuit arida. cœptus alphabeti ſeruabitur ordo, longoq́ue agmine dux dabitur Arnus Florentię ciuitatis fluuius, non quidem tanquam ob literarum ordinem meritus, ſed quia patriæ flumen ſit, & mihi ante alios omnes ab ipſa infantia cognitus. Bona ergo legentium pace fiet, eoq; paucis expedito confeſtim ordo reaſſumetur in reliquis.

ARnus Tuſciæ fluuius eſt ex Apennino effluens, mergitur in Tyrrhenum, cuius lapſus paulo propenſius oſtendendus eſt, Is igitur ex dextero Apennini latere, eo ex loco cui uulgo dicitur Falterona prorumpens inter confragoſa uallium occiduum petens, ab initio paucis fertur undis. Inde adiutus ab aliis grandiuſculus, à ſiniſtris Aretiũ uetuſtate nobilem ciuitatem liquens, poſtquam Florentinum intrauit agrum, eò uſq; labitur, ut Anchiſam præterfluat maiorũ eximii iubaris Franciſci Petrarchæ poetæ conſpicui uetuſtiſſimam ſedem. inde Florentiam totius Italiæ ſingulare decus paruo curſu contingit, & eius per medium currens petit Alpeos, quorum antiquiſſimam urbem Piſas, poſtquam in partes diuiſit duas, haud longe ab ea, ut diximus, effunditur in Tyrrhenũ, qui & ſi nauigabilis non ſit, nec piſcium fœcunditate famoſus, ſi quis recitare uelit, plurimum clariſſimorũ facinorũ facile efficietur inſignis. Ex quibus, ut aliis præſtetur locus, unum recitaſſe ſatis eſt. Is quippe certantibus de orbis imperio Romanis atq; Carthaginenſibus pro Romanis partibus uires poſuit ſuas. Nam cum iam Alpes ex Hiſpania ueniens Hannibal Pœnus ſuperaſſet, & Apennino tranſcenſo ex Gallia ueniſſet in Thuſciam, à Feſulis iturus Aretium quaſi ex cõpoſito totus effluens in tantum ripas exceſſit,

ut Pœnum

ut Pœnum maxima exercitus parte priuaret, eumque ducem cogeret mediis in undis Elephanto ſuperſtiti inſidere, quem adeo nocturnis ac paluſtribus auris affecit, ut oculo caperetur uno, & ob hoc arbitror à ueteri fama in hodiernum uſq; ſeruatum, ut ob ſemicæcatum hoſtem Florentini, quorum forſan in agro cõtigit, cognominati ſunt Cæci, & ſi tantundem fluuius egiſſet alter, aut cæcus pugnaſſet Pœnus, aut quietam Italiam omiſiſſet.

Abana fluuius eſt Damaſci in radicibus Libani montis exortus in Syriacum effunditur mare.

Abiga fluuius eſt Numidiæ.

*Plin.lib.11. cap.32.* Aeſepus fluuius eſt Aſiæ apud Lampſacum oppidum præterfluens, ex quo Priapus fuit obſcœnitate uirilium cognitus.

Abſarus fluuius eſt in Pariedris montibus Aſiæ ortus in pontum effluit, haud longe à Trapezonte, quum Heniochorum fluuius ſit.

Abſilis ſeu Abſilia perparuus fluuius eſt Aſiæ, Latiam præterfluens ciuitatem.

Abſyrtus fluuius Colchorum, quem fingunt ex ſanguine Abſyriti fratris Medeę, & ab eadem fugiente cum Iaſone occiſi, ortũ, & ideo ſic uocatus. Ego autem puto ſecus hunc fluuium *Abſyrtum* à Medea occiſum, & ob id uetere fluuii nomine ſubtracto Abſyrtus denominatus ſit.

Abus fluuius Epiri in finibus Apolloniatum.

Abona fluuius eſt Britanniæ.

Achates Siciliæ fluuius, in quo ſoliti reperiri lapides, qui & Achates à flumine dicti ſũt.

Acapſeonſis fluuius eſt Aſiæ apud Hemochos Ampreutas Colchorum gentes.

*Plinij uerba ſic habent, In ora uero Hemochi, Ampreutæ, Lazi, flumina Campſeonyſis, Nogrus, Bathis. Cap.4. Lib.6.*

Acapſis fluuius eſt Aſiæ apud Laros, qui & Colchi ſunt populi.

Achelous fluuius eſt Græcię è Pindo Theſſalię monte effluens Oetoliam ab Armenia diuidit, & in Maliacum ſinum effluit, hic autem apud poëtas famoſiſſimus eſt, & de eò narrantur multa. Sunt qui dicant hunc primum erupiſſe terram. alii uero dicunt eum primum uinum cum poculis immiſcuiſſe. Præterea talis ex eo fabula recitatũ. Qui Deianiram Meleagri ſororem in coniugium uolens cum Hercule, qui eam deſponſauerat, certamen habuit, & quum ſe in uarias uerteret formas, tandem uerſus in Taurum longã cum Hercule luctam exercuit. Poſtremo altero priuatus cornu, ſe uictum confeſſus eſt. Hercules autẽ deæ Copiæ dicauit illud, Nymphiſq́; exhibuit, Cuius rei ueritas fuit, quod cum eſſet Achelous bicornis, & multum occuparet agri, quidam rex conatus eſt eum in unum alueum cogere, quod quidem, etſi difficillimum fuerit, tandem peregit, & locus ille qui à curſu fluuii remanſit immunis, quum eſſet pinguiſſimum ſolum maximam frumenti, uini, atq; fructuum copiam incolis attulit.

Acheron fluuius apud Moloſſos oritur, & in Helleſpontium effluit ſinum, ſeu potius, ut placet aliis, ex Lacu Theſprociæ oriens in Ambracium ſinum cadit hunc poëtæ inferorum dicunt fluuium, eò quod liuentibus euehatur undis, & eius nomen ſonet triſticia. *De his Plin. lib.8. Dec.1.*

Acheron fluuius Lucanorum eſt Conſentiam ciuitatem circundans, apud hunc Alexander Epirotarũ rex & Olympiadis frater, qui Brutiis aduerſus Lucanos auxilio uenerat, in tranſitu à Lucano ſatellite occiſus eſt.

Aceſines fluuius eſt Perſiæ, & in Indum fluuium cadit nauigabilis quidẽ & magnus circa quem feruntarundines tantæ magnitudinis atq; groſſitiei naſci, ut ſingula earum internodia incolis præſtent nauigia.

Aceſtis Indiæ prægrandis eſt fluuius atq; nauigabilis, quem iuxta Alexander Macedo Bucephalam fecit cõſtrui ciuitatem dimiſſiſq́; taxile, & poro Indianis regibus, naues inſtrauit oceanum petiturus, hunc ego arbitror in Gangem effluere.





Acis fluuius eſt Siciliæ, ex Aetna monte procedens, ex cuius ripis fertur Poliphemũ ſaxa in Vlyſſem egiſſe. Hunc ubi de fontibus, fontem diximus, & ibidem fabulam ſcripſimus mutationis eiuſdem. *Noſtri Plinij habẽt Atys in deſcriptione Siciliæ, niſi uero Atys is eſt, quem hic autor infra Anatin nominat.*

Acitis Italiæ fluuius eſt Heracleæ ciuitati propinquus.

Addua fluuius eſt Galliæ ciſalpinæ, ex alpibus ſecũdum quoſdam fuſus egreditur Larium lacum, & ex eo integer emergens in Padum effluit. Alii dicunt ex lacu originem trahere, bonos quidem piſces nutrir, & potiſſime timulos.

Adonius fluuius. Sunt qui dicant, naſcitur haud longe à Tyberiade ciuitate, & longo defluens curſu à Cretico recipitur mari, quod mihi impoſſibile uidetur, cum in Syriacum potius credam.

Adima Numidiæ fluuius eſt.

Adumen fluuius haud longe à Roma.

Aous Epiri flumen eſt, à quibuſdam *Aeas* appellatum, Apolloniæ propinquus.

Aecis uel *Aras* Macedoniæ fluuius eſt, & decurrit in Ionium, quod non credo. *Vibius Seq.*

Aeſis fluuius eſt in Piceno ex Apennino fluens in Adriaticum cadit, haud longe à Senogallia ciuitate.

Aegos fluuius eſt in Cherſoneſo, naufragio Atticæ claſſis inſignis, cuius proximus Seſtus eſt Abido oppoſitus.

Aphas fluuius eſt Moloſſorum, in ſinu cadens Ambracio.

Amphryſus fluuius in Pyrrha eſt, reddens ſteriles mulieres.

Agaſinus fluuius prægrandis & clarus, in Indum defluit flumen. *De hoc Plin. lib.51. cap.2*

Agecin minoris Aſiæ fluuius eſt.

Agger fluuius eſt Mauritaniæ, ex Athlante monte profluens in occiduum, cum ex ſeptentrionali regione ſit ortus in lacum Eptagonum, ſeu Eptabolum tendit. Inde ſub deſertis montibus fluens, per meridiana loca manat, & in paludem mergitur quandam, ex qua emergens progreditur, & Meroëm inſulam cingit, &c. Quæ de Nilo, cuius hic uidetur initium narrabuntur.

Agilaa fluuius eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.

Agiſines fluuius eſt orientalis apud Cenſonas & Aphilos, per quem Alexander Macedo ad oceanum tendens deuectus eſt.

Agnices fluuius eſt Armeniæ celebris, qui in Tygrim effluit.

Agon fluuius eſt Aethiopiæ.

Agera Calabriæ eſt fluuius, haud longe à freto Siculo.

Agatenia Siciliæ fluuius eſt, à colonia Terme non diſtans.

Alabaſtros fluuius eſt Phrygiæ, haud longe ubi Troia fuit.

Alyacmon fluuius eſt Macedoniæ, ad quem pecora quæ candida naſci uolunt deducunt incolæ, cum'q; nigra uelint, ad Axium. *Pli. li.31. ca.2*

Alader fluuius eſt Gallogræciæ, haud longe à uico quem Tiſco uocant incolæ.

Alachin fluuius eſt Megarenſium, cuius fontem Dædalus dilatauit, agrum'q; tradidit, & regionem fertilem quam idem fluuius deuaſtabat.

Alanus fluuius eſt Scythiæ à quo Alani populi denominati creduntur.

Alautia Britanniæ fluuius eſt.

Albis Germaniæ fluuius eſt, & Sueuos à †Ceruetiis diuidens mergitur in oceanum. *al's, ab Audritijs Vibius*

Alba Blandæ flumen eſt in Vaſconia. *Plin.lib.3.cap.3*

Albanus fluuius Albaniæ, cui Amazones & Sauromathæ propinqui.

Albula fluuius dictus eſt, qui hodie Tyberis per urbem labitur.

Alces Bithyniæ flumen eſt. Alchione Siciliæ fluuius eſt.

Alduaſdulis fluuius Volſontionis circuit ciuitatem.

Alemon fluuius Macedoniam diſterminat à Theſſalia.

Alere Vaſconiæ fluuius eſt. *Larni cuiuſdã Plin. meminit lib.3.cap.3*

Haleſus fluuius Aſiæ minoris eſt, per Colophoniam effluens.

Alpheus fluuius eſt Elidis, iuxta Piſam decurrens, de quo cōcordantibus omnibus uiris clariſſimis, mirabile recitatur, ſcilicet quod in Achaiam mergatur, & in fontem Arethuſam apud Syracuſas in Siciliam exeat, & in mare Siculum uadat, quod olim piatis ſacris percipitur, ut ſupra ubi de Arethuſa dictum eſt, ſcribitur, ubi amoris eius in fontem uerſa eſt. Sunt præterea qui dicant fontem in Archadia eſſe, ex quo Alpheus & Arethuſa procedūt ſeparatis Alueis, & demum poſt aliqualem curſum coëuntes in unum, terram ſubeunt, & in Syracuſanum agrum effluunt.

Alfidamus Theſſaliæ fluuius eſt. Aliattes Bœotiæ fluuius eſt.

Haliacmon fluuius eſt Macedoniæ.

Alibocrus fluuius eſt orientis, naſcitur ex monte Lyſeo, & in oceanum tendit.

Halys fluuius eſt Cappadociæ inter Calibes decurrens, iuxta Lycaſtam ciuitatem inſignis uictoria Manilii Vulſonis, & clade Gallogræcorum, qui ibidem ducibus Louorio atq; Lutatio ſumpſerant ſedes, oritur quidem in radicibus Tauri montis.

Allia fluuius eſt nō amplius xi. mil. paſſuum uia Salaria ab urbe diſtans è montibus Cruſtumeriis effluens in Tyberim, Romanis quippe abominabilis eſt. Nam ibidē à Gallis Brenno duce xv. Calend. Augusti uires eorū omnes attritę ſunt, ex quo illico urbis ſubſecuta ruina, & patrum cædes atq; Capitolinæ arcis obſidio.

Alyntos Lucanorum fluuius eſt, Lucaniam à Velienſibus diuidens.

Aliſicus Macedoniæ fluuius eſt.

Almon paruus eſt fluuius Romæ proximus, in quo ſimulachrum Cybelis, cum trahi nō poſſet per Tyberim, lotum eſt, & exinde vi. Calend. Aprilis lauari in eodem annis ſingulis conſuetum.

Alloa Bagorzan flumina ſunt in terra Mœdorum, ad quorum montes populus Iſrael captiuus deductus eſt.

Almanicus Armeniæ maioris fluuius eſt.

Alpon Taringiæ fluuius eſt inclytus Sigiberti regis Francorum uictoria ex aduerſum ſe uenientibus habita.

Alotis Calabriæ fluuius eſt.

Alſa fluuius eſt prouinciæ Aquileienſis.

Alto fluuius eſt Dyrrachii in Illyricum decurrens.

Alnus fluuius Dacis conterminus in oceanum effluit.

Amaſenus Volſcorum fluuius eſt, ultra quem Metabus Volſcorum rex fugiens telo alligatam proiecit Camillam filiam ſuam.

Ameſa Numidiæ fluuius eſt. Ameſus fluuius Romæ uicinus.

Amphita fluuius circa initium Numidiæ.

Amphryſus fluuius eſt Theſſaliæ, penes quem Apollo poſita deitate propter fulminatū Aeſculapium ſuum ſeptem annis ſub forma paſtoris Admeti regis pauit armenta.

Amimon Argiuorum fluuius eſt ab Amimone Danai regis filia nuncupatus, ut præmonſtratum eſt ſupra ubi de Amimone fonte.

Amis Germaniæ fluuius eſt, in oceanum effluens.

Ampſaga uel Ampſacus initiū eſt Numidiæ, in mare decurrēs apud coloniā Auguſtā.

Amiſius Germaniæ fluuius eſt, in oceanum ſe fundens.

*Pli. li. 4. ca. 5* Pamiſyus fluuius eſt, haud longe à Pylo ciuitate Neſtoris Meſſenā interfluens ciuitatē.

Anas fluuius eſt Hiſpaniæ Luſitaniam à Betica ſeparans. Oritur quidem in Laminitano agro Hiſpaniæ citerioris, & modo in ſtagna ſe fundens, & nunc in anguſtias reſorbens, aut in cuniculis totum ſe condens, ad ultimum in Atlanticum cadit oceanum.

Anapis Siciliæ fluuius eſt leniter fluens. Hunc quidam Anapaſolios uocant.

Anathis fluuius eſt Siciliæ, haud longe à Syracuſis.

Anatis fluuius eſt Africæ.





Anaurus Theſſaliæ fluuius eſt ſic denominatus, eo quod ex ſe neq; auram neq; nebulam emittat. In hoc calciamentum Iaſon ad ſacra Pelię ueniens dereliquit, quod cernens Pelias, intellexit ſe moriturum cito, & eum in Colchos miſit.

Arius fluuius eſt propinquus Bactris, Alexandriam, quam ibi conſtrui fecit Alexander, præterfluens.

Anecus Siciliæ fluuius eſt, qui per ii. mil. paſſ. ſub terram ſe mergens, Syracuſis miſcetur mari, appellaturq; Anopos. *Vibius Seq.*

Andricus fluuius eſt Ciliciæ, ex Amano monte progrediens.

Anemo fluuius eſt prope Romam.

Anien fluuius eſt inter Sabinos & Romanos, quem aliqui Anio uocant, & ex Trebanorum montibus oriri dicunt, inſignis uictoria Tullii Hoſtilii regis, qua Fidenates fudit Romanorum hoſtes.

Aniger ſeu Antiger, uel Anager fluuius eſt Theſſaliæ, in quo Centauri ab Hercule uulnerati lauerunt uulnera ſua. Quamobrem cū primo habuiſſet aquas dulces atque potabiles, habuit poſtea fœtidas atq; turpes.

Auſer fluuius Tuſciæ propinquus Piſis.

Antrum Britanniæ flumen.

Anulus fluuius eſt Mauritaniæ, in quo iamdudum conſueuerant elephanti noua uiſa luna deſcendere, & ſeſe lauare, inde exeuntes eam ſalutare, & in ſyluas redire.

Anxius fluuius, ut quidam uolunt, ex monte Armenio naſcitur, & per Caucaſum in Meſopotamiam tranſiens, occurrit Pactolo flumini, & Caucaſo cadēti, & unum facti, in Euphratem demerguntur.

Aus fluuius Apolloniæ, inter Meropum & Aſuaum montes decurrit in Meoniam. *Aus à Sequeſtro Apolloniæ fluuius dicitur. Aous autem à Plin. Macedoniæ adcenſetur li. 3. cap. 23*

Apidanus Theſſaliæ fluuius eſt, in quo Enipeus, Melax, & Phœnix miſcentur, quos ipſe ſecum in Peneon defert.

Aper fluuius eſt inter Apolloniam & Ruſiam.

Appior fluuius eſt Germaniæ inter Sarmathas naſcitur, & effluit in Danubium.

*Apius fluuius Galliæ ciſalpinæ in Padum mergitur. ** Apruſa legēdum puto ex Pli. li. 3. ca. 16.*

Aponus Venetorum fluuius, haud longe à Patauio.

Arachoſia fluuius circa Aratoſiam ciuitatē olim à Semiramide regina conditā fluens.

Arbis fluuius Carmaniæ, apud Cenolophagos labens, qui quidem ſunt homines teſtudinum conchis caſas tegentes, hirti, coriiſq; piſcium ueſtiti incedentes.

Aranta fluuius eſt Lacedæmoniæ ciuitati uicinus.

Arar Germaniæ fluuius eſt, è Vogeſo effluens monte, & per fines Heduorum atq; Sequanorum adeo leniter currit, ut uix intelligi poſſit quam in partem deſcendat, tandem miſcetur Rhodano. *Vibius Seq.* *Plin. Araris nominatiuo caſu dicitur, & Galliæ, nō Germaniæ adcenſetur.*

Arachthus Moloſſorum fluuius eſt.

Araxes ingens Armeniæ fluuius eſt, & ab Eniochorum montibus originem trahens, quandiu ſecat arua Armeniæ, placidus, quietuſq; deſcēdit, adeò ut utrā ut in partē effluat facile non poſſis dignoſcere. Cum uero rupibus premitur, tanto pernicior effici uidetur, quanto uenerat illuc uſq; quietior. Rapit quidem ſe, & uaſto cum murmure uoluitē adeo uelox, ut antequàm alueum attingat ſeſe ultra uehat unda. Demum ubi curuatur iterum fit tranquillus, & qui uno exiuerat alueo, diuiſus in duos cadit in Caſpium. Huius in margine Perſepolim olim Perſarum metropolim, & ab Alexandro Macedone deletam fuiſſe uolunt, adeo ad nihilū iamdiu redactam, ut arbitrentur potius quàm ſciant incolæ quo in loco tam clara ciuitas ſita fuerit. Aliqui putauerunt hunc in Tyrum ferri, & à Tyro in Caſpium mare.

Aruſaces fluuius eſt principio rubri maris propinquus per deſerta loca, & cineri magis quàm terræ ſimilia effluens. *Mela*

Aratis †Sabæorum fluuius eſt. Arbrin Parthorum eſt fluuius. *al's, Amnon*

Arbor Armeniæ maioris fluuius. Aroſaces Indiæ fluuius eſt, & in Indum fluit.

Ardalio fluuius eſt inter Sebaſtem & Metrideram ciuitates.

Areua fluuius eſt Hiſpaniæ, à quo Areuates denominati ſunt.

Arethon fluuius ex Archanania cadens, grandis atq; nauigabilis efficitur, & circundatis curſu Ambrachiæ ciuitatis muris in ſinum cadit Ambrachium.

Argaon Hiſtriæ fluuius eſt.

Arimaſpus fluuius eſt aureis harenis effluens inter Scythas.

Ariminus fluuius Italiæ penes Ariminum oppidum à ſe denominatum.

Arinocolira fluuius eſt Aegypti, & terræ promiſſionis terminus.

Arint fluuius eſt apud Dacos.

Armodius fluuius apud Aethiopes naſcitur, & in ſinu mergitur Perſico.

Armilla fluuius eſt inter Poloniam defluens & Ruſiam.

Arnus fluuius eſt Arabiæ, diuidens Meotidem ab Amoriade, & qui in montibus Arabiæ natus fuerat in lacu Aſfaltidis terminatur.

Arnus fluuius apud Vaſconas eſt. De Florentino in principio dictum eſt.

*Pli.li.6.ca.25* Aroſapes fluuius in India eſt in regione Ariana, feruoribus exuſta, atq; circundata deſertis, cuius cultores circa fluuium hunc Attacacna ciuitatem incolunt.

Arapſus fluuius Aſiæ eſt, cui Arapſa ciuitas eſt appoſita ultra Lycum fluuium Lydiæ.

Arabris fluuius Indiæ, quem Codroni incolunt, quos quidam in ſinu rubri maris dicunt. Hi quidem domorum fores ex maxillis beluarum faciunt, oſſibus tecta contignãt, ut Alexandro Macedoni relatum eſt.

Armoniacus Numidiæ fluuius eſt.

Arſania Armenię fluuius eſt, in Euphratem defluens, quem Tygri miſceri quidam uolunt, & demum cum lenius fluat ſeparari, & in Euphratem mergi.

Arycandus fluuius influit in Limira, haud longe à monte Maſitico.

Arſena Galliæ fluuius eſt. Arſia fluuius Illyrici eſt.

Arula fluuius Rheno propinquus.

Aruſoraſines fluuius eſt haud longe à Boſporo.

Artemon fluuius minoris Aſiæ.

Arumma fluuius Africæ, haud longe ab Hippone regione.

Aſanus fluuius Meſiæ eſt.

Aſana Mauritaniæ fluuius eſt, ex Atlante ſcaturiens, hauſtu ſalſus, crocodilos atque hyppotamos nutriens.

*Plin.li.4.ca.10. flumen iuxta Heracleã Apylã uocat.* Aſaſſus fluuius eſt Theſſaliæ ſecus Heracleam ciuitatem, quæ in radicibus eſt montis Oetæ effluens.

Aſarinaxis fluuius eſt Germaniæ. Aſcanius fluuius eſt Myſiæ.

Aſcelphus fluuius eſt Colchis propinquus. *Atelpos apud Plin.lib.6.cap.4.*

Aſdrubala fluuius naſcitur in montibus Bodua, & in mare Caſpium fluit.

Axiaces fluuius eſt Scytharum inter Calipodas, Aſiacaſq; diſcurrens.

Aſines fluuius eſt in Sicilia apud Catanam in littore Tauromenitanorum deſcendens.

Aſima fluuius eſt Britanniæ.

Aſopus Bœotiæ fluuius eſt, ex quo talem ueteres recitant fabulam, quod cum Iuppiter in aquilam transformatus, Eginam filiam ſuam uitiaſſet, totis aquis pro uiribus ulturus iniuriam, ignominiamque ſi poſſet exurgebat in cælum, quo auſu iratus Iuppiter, eum fulminauit. Hic tamen in Epidanum influit.

Aſopus alter à ſuperiori fluuius eſt Aſiæ, præterfluens unà cum Capro flumine Laodicem celeberrimam urbem Lyco impoſitam flumini.

Aſſis fluuius eſt apud Illyricum. Aſoſima Siciliæ fluuius eſt.

Aſtago Venetorum fluuius eſt.

Aſtabores fluuius eſt inter Africã & Aethiopiam apud Meroëm inſulam, qui unà cum

Aſtabo



Aſtabo flumine iunctus Nilum facit, de quo plene infra ubi de Nilo ſcribetur.

Aſtabus & hic fluuius eſt Meroën inſulam Aethiopum altera ex parte circumfluens, ut proximo ſupradictum eſt.

Aſtura Hiſpaniæ fluuius eſt, à quo Aſtures Hiſpani populi denominati.

Aſterion Archaiæ fluuius eſt, in Nemea inſula placide effluens.

Aſtron fluuius eſt Phrygiæ. Aſtras fluuius eſt Armeniæ maioris.

Aſtagus fluuius eſt Aethiopiæ, cuius ripas incolunt Aethiopes Nomades in occidentem uergentes.

Aſubula fluuius eſt Africæ propinquus Salaat portui.

Atax fluuius eſt ex Pyrrheno monte effuſus, curſu lenis, & inter Laudanum & Rhemos effluens, Narbonem attingit ubi nauigabilis efficitur, imbribus adeo turgeſcit, ut ſe ipſum capere nõ poſſit. Hic in Rubreſo lacu mergitur, & inde tenuis in Tyrrhenũ mare.

Ateſines Indiæ fluuius eſt permaximus.

Aternus fluuius eſt Italiæ, quem penes Adria colonia eſt, hic per Marſos decurrit in Adriaticum.

Atheſis fluuius Galliæ ciſalpinæ in Tridentinis oritur alpibus, curſu rapidus Tridentũ radit. Inde Veronam in duas diuidit partes, & poſtremo Padi paludes ampliſſimas ſuprafluens, haud longe à Brundulo integer in Adriaticum mare funditur.

Athenis Galliæ fluuius eſt.

Atir fluuius eſt † Tambardiæ ciuitatis Aquitaniæ, in oceanum defluit. *al's, Tarbede*

Atyras fluuius inter Conſtantinopolim & Thraciam labitur.

Atiſa fluuius eſt Aquilegiæ, in Adriaticum fluens.

Atrax fluuius eſt Oetoliæ, à quo dicti ſunt Attraces populi, hic in Ioniũ funditur mare.

Aua fluuius eſt Scythiæ, & in Pontum cadit.

Auentius Britanniæ fluuius.

Auelimphius fluuius eſt Hiberniæ, per Dublimam effluens regionem.

Auenimorus in Hibernia eſt fluuius Liſmonenſem rigans prouinciam.

Aſuphetus Volſcorum fluuius, ſupra quem Terracina ciuitas.

Aufidus Apuliæ fluuius eſt, ex Hirpinis exiens montibus, Canuſium præterfluit, & in Adriaticum mare ruit. Hic tamen ab aliquibus Canna uocatus eſt, quo nomine uicus ei ſupereminens nuncupatur. Celebris quidem eſt illa Romanorum ingenti clade, ex qua uictor Hannibal ex occiſorum manibus nobilium tria collegit modia annulorum.

Auo Hiſpaniæ fluuius eſt, inter Celticos effluens.

Axon fluuius apud Ionas in minori Aſia. Axius Paphlagonum eſt fluuius. *Auo & Celãdus, & Nebis ut Mela teſt.*

Axona fluuius eſt in extremis Rhemorum.

Axius Macedonum fluuius eſt, cuius ex aqua ſi pecora potent, nigros pariunt fœtus. *Pli.li.31.ca.*

BArbena fluuius eſt in Illyricum currens. Baptus apud Dareſios fluuius eſt.

Bactrus fluuius eſt circa fines Scythiæ ſub monte effluens Parapamiſi, ubi Bactrorum ciuitas Zariaſpe dicta eſt, ſed & ipſa & populi à fluuio nomen ſortiti ſunt.

Bacchus Hiſpaniæ fluuius eſt, Cordubæ ciuitati propinquus.

Balchus fluuius eſt Colchorum, in ora Eniochorũ atq; † Prenſtelorũ. *al's, Ampreutarũ* *Vide ex Plin. lib.6. cap. 4. ſit ne legendũ Bathis pro Balchus*

Bacuntius fluuius ſeptentrionalis, credo Pannoniæ propinquus, hic in Sao flumine apud Syrinthum oppidum fluit.

Bacturnigeron eſt fluuius propinquus portui Patenno.

Bambotus flu. eſt apud Aethiopas Claradditas, cõfertus hyppopotamis & crocodilis.

Bana Syriæ fluuius eſt, quem ſub Libano ſupra diximus, & Albana nominauimus.

Banna fluuius eſt Hiberniæ, per Vlconiam effluens regioné. Nam exiens ex lacu eiuſdem prouinciæ permaximo, in borealem oceanum decurrit. In hoc enim olim piſcis repertus eſt formam ſalmonis habens, tantę magnitudinis, ut nullo modo integre in marginem trahi poſſet.

P 5 Balgis

Balgis Germaniæ fluuius eſt, montibus ſcaturiens Sarmatarum.

Barbarus fluuius eſt Indici oceani, per quem tranſiuit Alexander Macedo.

Bargens Numidiæ fluuius. Bargus Thraciæ fluuius eſt, in Ebrum cadit.

Baſtros maioris Armeniæ fluuius eſt.

Bathynias flu. eſt Cherſoneſo, ut arbitror, proximus

Bautica fluuius Galliæ ciſalpinæ, in Padum fluens.

Baſileus fluuius inſulæ Cypri, Syriacum prorumpens in mare.

Beſedes fluuius eſt Rauennæ, quam Sabinorum oppidum quidam dicunt.

*Pagida, Plin. lib. 5. cap. 19*

Belus fluuius Phœnicis ex Candea, ſeu Candebra palude, in radicibus montis Carmeli procedens, & paruo contentus curſu apud Ptolemaidã Claudii Cæſaris coloniã, quæ quondam † Acron dicta eſt, mari miſcetur, harenas quidem habet uitro accommodas plurimum.

Berua fluuius eſt Hiberniæ, quæ & Scotia, ex monte Blagme effluens, & per Lichiniam currens.

*al's, Bætis*

*Bethis fluuius eſt Terracõenſi prouincia demiſſus, per mediam ferè Hiſpaniam ſicut naſcitur alueo uno decurrit, nomẽ imponens regioni. Poſt autem mari propinquus ingentem ex ſe lacum facit, ex quo duplex egreditur tantus utroq; gurgite, quãtus ſolus intrauerat lacum, & ſic geminatus in oceanum labitur occiduum.

Betulus paruus fluuius, Barcinonis littori proximus.

Bibilus fluuius eſt Hiſpaniæ, cuius aquæ circa ferri temperamenta acerrimi uigoris ſunt, adeo ut nullum telum approbent incolæ, niſi quod in eodẽ tingatur, aut in Chalybe, quem æquæ uirtutis aiunt.

Bicornius Germaniæ fluuius eſt, & in eadem naſcitur.

*al's, Bilæus*

*Billus Aſiæ minoris fluuius circa Paphlagoniam.

Biſingibilia fluuius Albiæ eſt, & in oceanum funditur.

Blexa fluuius Galliæ. Boagrius Atticæ.

Boandus Hiberniæ fluuius eſt, & per regionem mediam funditur.

Bombos fluuius, haud longe à Seleucia Calidano flumine imminente.

Borcani Sardiniæ fluuius eſt.

*Borrum fluuium quẽdã uocat Plinius in finibus Comaniæ li. 6. ca. 25*

Boreus fluuius Boreo promontorio oceano Serico iuncto, proximus eſt.

Boryſthenes fluuius eſt Scytharũ, nomẽ incolis ſibi adiacentibus, atq; lacui tribuens. Et cum ceteri Scytherum fluuii turbidi fluant, ſolus hic clarus atq; potabilis labitur, pabula læta alens, & piſces optimi ſaporis, quibuſq; nulla ſunt oſſa. Ex longinquo plurimum effluit, & ex incognito fonte, adeò ut per ſpacium itineris quadraginta dierum ſtringatur alueo, & tanto eſt nauigiis aptus ſpacio, & iuxta Boryſtenidam atq; Olbiam Græca oppida cadit in Euxinum.

Boua orientalis atq; nauigabilis eſt fluuius, in Gangem fluens.

Bouzimelo Ciliciæ fluuius eſt, haud longe à Lyco amne.

* Bragada fluuius eſt Africæ, iuxta oppidum Muſti. Huic cum uicinus eſſet caſtrametatus, M. Attilius Regulus conſul Romanorum, bellum agens contra Carthaginenſes, querentibus militibus ſuis, qui ad flumen aquatum ibãt, ſe à ſerpente infeſtari, acceſſit, & cõpetit ſecus flumen ſerpentem longiſſimum, in quem cum baliſtis, aliiſq; machinis bellicis nil agere poſſet, conuocato ad opus exercitu, lapidibus obrui fecit. Demum ſublato ei mortuo corio longitudinis pedum cxx. Romam quaſi mirabile miſit.

Briſon Aegypti fluuius, & à Nilo impletur, cuius in confinio abundare elephantes conſueuere.

*al. Brictates*

*Bricrates fluuius eſt ex Timaro monte progrediens, miſceturq; Arino. *Vib. seq.*

Brenta fluuius Venetorum ſecus Patauium fluens in extremo ſinu Adriatici.

Brixia fluuius eſt in extremo Perſarum latere, tantum limi trahẽs, ut cœno illam oram inacceſſibilem faciat.

Bruxa



Bruxa fluuius eſt in confinio Italiæ, Galliam ciſalpinam pergentibus, Adriatico littori adiacentem, qui iamdudum Rubico dictus eſt.

Bronona Vaſconiæ fluuius eſt.

*Bugenis fluuius eſt Scytharum, in lacu *Baleſicoræ cadens Meotidi uicino. *Buges, Pli. li. 4. cap. 12*

Buſtricius Pannoniæ fluuius eſt.

Bura fluuius eſt Arabum, ſeu Arabis propinquus.

Buthes fluuius eſt Scytharum, cui proximi ſunt Sarmatæ & Agatirſi.

Buttotus fluuius in extremo Italiæ angulo, penes Locros profluens.

C*Abrius Perſarum fluuius, hoſtio portuoſus. *Caberon, Pli. lib. 6. cap. 23*

Caicus Miſię fluuius eſt, ueniens à Theutrania loco ultra Pergamum ciuitatem, quæ Theutrania iam pars Aeolidis atq; Troadis fuit.

Cayſter fluuius eſt, labens præter Aſiam paludem Aſiæ, ex Albanis iugis cadens, & ciuitatem abluit Ptelæ ſub Pione monte.

Calamac fluuius eſt Syriæ. Calcanius Campaniæ fluuius eſt.

Chalybs Hiſpaniæ fluuius eſt, cuius aqua ſi temperetur ferrum, longe acrius aquæ uiolentia redditur, quàm ſua fuerit ante natura, adeo ut nullum approbent Hiſpani telum, ni ſumpſerint ex Ghalybe temperamentum.

Calydon Aetoliæ fluuius eſt, quem ego Acheolum puto, à Calydono oppido Aetoliæ quod præterfluit denominatum.

Calor fluuius eſt in Samnio Beneuento iunctus, clarus Caroli regis Siciliæ uictoria & cæde Manfredi.

Calicadnus fluuius eſt propinquus Corico monti.

Calos Meſiæ fluuius eſt.

Scamander fluuius eſt Troianus, qui aliter Xanthus dicitur, fama longe maior quàm facto. Iunctus aũt Symoenti paludem faciunt, quæ etiã Scamander dicit. Hinc ex Ida naci, in portũ effluũt Acheorũ. Ab hoc fluuio Hector Aſtyanactẽ filiũ nominauit Scamãdrũ

Cambyſes fluuius eſt Hircaniæ, ortum habens in montibus Caucaſi, cui cum propinquus ex Coraxici montis radicibus erumpat Cyrus, abeuntes in diuerſa Hyberos & Hircanos, longo interuallo diſtantes irrigant, inde longe à mari in uno eodemq; lacu ſeſe recipiunt, & in Hircanum ſinum uno alueo deueniunt.

Carabi fluuius eſt apud Seres, qui * Offeres uocantur, quod latine ſonat ſyluarũ nobiles. Hi quidem mites ſunt homines, & aqua perfuſa frondium depectunt canitiem, aliorum mortalium conſortium fugiunt, & commertia appetunt.

Panticapes Scytharum fluuius eſt, Nomadas diſterminans & Georges. Verũ ſunt qui confluere eum dicant infra Olbiam unà cum Boryſthene.

Campania Galliæ fluuius eſt.

Camicos Siciliæ fluuius, monti Aduſto ſimili, Africano iunctus. *a*

Cana fluuius eſt Apuliæ, quem ſupra Aufidum nuncupauimus.

Cainas Brachmanarum fluuius nauigabilis, quem Macco Calingæ populi incolunt, hic in Gangem effluit. *Pli. li. 6. ca. 17*

Cantabra fluuius eſt orientalis, qui ſuſceptis aliis tribus fluminibus, in Indum labitur fluuium.

Cappadox amnis Cappadocum eſt, qui Galatias Morinas terminat, & de ſe Cappadociæ nomen dedit.

Caper Aſiæ fluuius eſt, Laodoceam Lico flumini appoſitam abluens.

Cataractes fluuius eſt Pamphiliæ ſic dictus, quia ſe præcipitat, iuxta quem Perga oppidum, & Dianæ templum, quæ & Perga ab oppido dicta eſt. *Pli. li. 5. ca. 27*

Carcines fluuius eſt nauigabilis in extremo Italiæ poſitus, haud lõge à Petilia ciuitate.

Carambucis fluuius eſt ſub Arctoo ubi Ripheorum montium iuga deficiunt, apud quem habitant populi quos Arimpheos dicunt Hyperboreis gentibus ſimiles. His qui-

P 4 dem

dem ſedes ſunt nemora, cibus baccæ, dementes habent ritus.

Careſus fluuius eſt ex Ida Troianorum mõte diffuſus, Homeri uatis carmine celebris, eſto nulla eius uideantur ueſtigia.

Carien fluuius eſt Colchorum in Phaſim profluens, cuius ripas Salæ gentes incolunt.

†Caruntis Aſiæ fluuius eſt ſupra Bithyniam Nicomedienſem fluens.

*Chryſorrhoas fortaſſe. Vide Pli. li. 5. ca. ul.*

Carco fluuius eſt in regione Carnorum Aquileiam præterfluens.

Caſilinus Campaniæ fluuius, à quo & oppidum Caſilinum dictum, inſigne oppidanorum fide erga Romanos, dum obſideretur ab Hannibale Pœno.

*Caſpaſus fluuius eſt apud Scythas.

*al's, Caſpaſiũ*

*Caſus fluuius per Albaniam fluens.

*al's, Caſſius*

Catimon Siciliæ fluuius eſt.

Caularius fluuius in agro Idenſium eſt, haud longe à Carallite palude.

Cecina fluuias eſt Tuſciæ per agrum effluens, Vulterarum cadit in Arnum.

*Eſt & Cæcinus Locrorũ, ut Plin. teſt.*

Cephalcidis Siciliæ fluuius eſt, Himere oppido proximus.

*Cepheſus nauigabilis fluuius eſt in finibus Pandorum Perſarum.

*b *Cophes Pli. lib. 6. cap. 23*

Cephiſus Bœotię fluuius eſt ſub Parnaſſi radicibus fluens, cuius in marginibus aiunt fuiſſe templum deæ Themidis, ad quod Deucalion & Pyrrha conſulturi de reſtauratione humani generis poſt diluuium acceſſerunt, & ob id aqua Cephiſi fatidica nuncupata eſt, quam aiũt, cum ex eodem lacu cum flumine Mela exeat, & ille nigras oues faciat, albas facere nigras, nigras autem rufas. Hunc præterea dicunt Narciſſi fuiſſe patrem.

Cephne fluuius eſt orientalis, inter quem & Indiæ regionem, quæ dicitur Geria, habitarunt qui ex Ofir, qui de genere fuit Heber, deſcenderunt, & exinde Salomoni aurum deferebatur.

Cheladon Archadiæ fluuius.

*c Nomine hoc promont. dicitur à Plin. lib. 4. cap. 5*

Chelonates fluuius in ea ora in qua Cyllene & Callipolis.

Cherati Indiæ fluuius eſt, qui piſciculos producit errantes per aridam, & demum in fluuium redeuntes.

Cherius fluuius eſt in Euia regione, ex quo ſi potent oues albæ, nigræ efficiuntur, cum in Neleo flumine huic propinquo contingat contrarium.

*Haud ſcio an Cephiſus & Penius pro Cherio & Neleo ſit legẽdũ. Vide Plin. li. 2. cap. 103*

Celeus fluuius eſt Phrygiæ.

Cerretorium torrens eſt ferè inter Piſtorienſem agrum atq; Iucenſem, hinc habens Izamum oppidum, inde Piſciam, qui miraculo ſuo ſolus torrens meruit inter flumina memorari. Hic, ut aiunt incolæ, paruo montis decliuo cadens, non imbre turget ut reliqui, quinimò, ut idem aſſerunt, de decennio in decennium, ſeu paulo amplius, nõ determinato tempore, ſed fortuitu, & dũ minus ab ipſis expectatur, ex imo telluris uentre repente & ferè in momẽto tam grandem lapidum euomit copiam, cum ingenti ſtrepitu ſeſe illidentiũ ſaxorum, ut qui uiderint obſtupeſcant, eoq́; in modum labentis aquæ impellit etiam leniter in decliuũ, ut ſeſe lapides mouentes uideas, motus uero cauſam uidere non poſſis. Et hoc ter uel quater in die, per dimidiam horã perſeuerans agit, nec unica die tantum, quinimo duobus uel tribus aliquando continuis, & ſereno cælo decurrens in admirationem ſui, non ſolum externos, ſed etiam trahit indigenas, & demum ſubſiſtens, expectat, donec decennium more ſolito elabatur.

Cerbalus Apuliæ fluuius eſt, olim in finibus Daunorum.

Chereſte fluuius ex Tauro profluens, in oppoſitum inſulæ mergitur Rhodiorum.

Cheſimon fluuius è Caucaſo monte proſiliens, erumpit in Pontum.

*Cheſij meminit Plin. lib. 5. cap. 31*

Ceſtros fluuius eſt Pamphiliæ nauigabilis, inter quem & Caractes Perga oppidum ſitum eſt, & Dianæ templum, quæ & Perga ab oppido denominata eſt.

Cyanos fluuius eſt Colchorum uaſtiſſimus, & in faucibus Phaſis eidẽ miſcet̃ Phaſidi.

Cydara fluuius eſt inſulæ Taprobanes, ex Megiba ſtagno effluens, & in oceanum uerſus ſeptentrionem & Indiam cadens.

Cydnus fluuius Ciliciæ eſt, ut aliqui dicũt, ex Tauro mõte fuſus. Alii uero ex alueo Coidapſi, eò q̃d dulcedine & ſuauitate saporis illi perſimilis uideat̃. Tharſum inſignẽ Ciliciũ ciuitatem



ciuitatem curſu diuidit, & magis liquore quàm ſpacio memorabilis leui tractu effluit, à puro ſuſceptus ſolo, cuius placidum curſum nec torrentes urgent, aut alueum turbant frigiditate plurima, & riparũ amœnitate deſiderabilis, adeo ut Alexander Macedo æſtuãs ob laborem dum ſe lauaret in eo, ferè lætalem ægritudinem traxit. Qualis emanat è fontibus, talis ſali miſcetur undis. Vere tantum cum linquantur niues, turgeſcit. Cidnus à candore denominatus, nam incolæ quicquid album, Cidnum uocant. Præterea podagricis eius medentur aquæ.

Cidrinus fluuius eſt inter Ianeos & Ceraſinos.

Cidus Ciliciæ fluuius podagra laborantibus conferens plurimum.

Cyrubs Arabiæ fluuius eſt, gemmarum plurium generum abundans, adeò ut aſſumptæ camelis deportentur in oppidum Tybreſtum.

*Vibius Seq.*

Cynos fluuius eſt Nomadum, qui quidem ultra incompertam nauigationem in Perſico mergitur ſinu.

Cynips fluuius eſt in Libya, defluens per uberrima arua, haud longe à Lepti oppido, circa quem aiunt grandes hircos oriri.

Cinga fluuius rapax eſt à cingendo dictus in Hiſpania, & effluit in Hyberum.

Cyos fluuius eſt Myſiæ.

Cinthus Laconiæ fluuius eſt.

Ciren fluuius eſt Hiſpaniæ, qui alio nomine Bæthis dicitur.

Cirta Maſilienſium fluuius eſt, iuxta urbem Agatham.

Cyrus fluuius eſt radicibus montis Coraxici prorumpens, haud longe à Cambiſo, & poſtquàm diſtantibus alueis, Hyberos, Hircanoſq́; circuiuere, quaſi ex compoſito haud longe à mari in lacum unum redeunt, & in ſinum Hircanum uno tramite currunt.

Cithios fluuius eſt ultra Bithyniam Nicomedenſem.

Clanius Campaniæ fluuius eſt, haud longe à Neapoli Accerras præterfluens.

Clarath fluuius eſt Africæ, in quo crocodili gignuntur.

Glaucus fluuius Aſiæ minoris, Lyſiadi oppido atq; Orthoſiæ uicinus.

*Pli. li. 5. ca. 29*

Cled fluuius eſt Hyberniæ.

Clerus Hiſpaniæ fluuius eſt.

Clitor uel Cliton Archadiæ flũuius.

Clitumnus Vmbrię fluuius apud Meuaniam & Spoletum defluens, ex quo, ut quidã uolunt, ſi confeſtim poſtquàm concepit bos bibat, album pariet. Quamobrem Romani magnas hoſtias Ioui immolaturi ad hunc locum pro albis tauris mittebant. Hunc alii fontem, alii lacum dicunt.

Clius, ſeu Clinis fluuius eſt Mauritaniæ, ex Atlantis ſeptentrionali plaga progrediens in occidentem tendit, & in lacum funditur Epytagonũ, & mutato nomine dicitur Agger. Et poſtremo multis peragratis regionibus Nilus efficitur. Et ideo ubi de Nilo ſcribetur infra plenius apponetur.

Clodianus fluuius eſt ex Pyreneo exundans, & ad Emporia ſe ferens.

Choaſpes fluuius eſt Mœdiæ, ſeſe in Tygrim deferens apud Perſas. Huius fluminis dulcis eſt aqua, & Perſarum reges quandiu inter ripas Perſidis effluebat, ſoli ex eius aquis potabant, & profecturi peregre adhuc etiam illas deportabant.

Cobar Babyloniæ fluuius eſt.

Cobulatus fluuius eſt minoris Aſiæ, Gallogreciæ propinquus.

*Fortaſſe is, quẽ Plinius Cobum uocat lib. 6. cap. 4.*

Cocytus infernalis eſt fluuius, Poëtarum carminibus celebris.

Tonderon fluuius eſt Arianæ regionis feruore ſolis exuſtus, deſertis circundatus non longe à Bactris, cuius quidem cultores circa hunc fluuium & alium nomine Aroſapem omnes inhabitant. *Plin. lib. 6. cap. 25*

Coëranis minoris Armeniæ fluuius inſignis habetur.

Cophata ſeu Cophinus fluuius eſt Indiæ, propinquus oppido Indorum, quod dicitur Peucolais.

*Cophes à Pli. lib. 6. cap. 22. & 23*

Cogamus fluuius eſt Aſiæ minoris præterfluens radices Timoli montis, cuius in marginibus

ginibus Loreni & Philadelpheni habitant.

Calapis fluuius eſt Pannoniȩ, qui fluit in Saum per Colapianos, Brencoſq; fluentem, & cum duplici mergatũr alueo, facit inſulam quam Segeſtiam incolæ uocant.

Copen fluuius eſt Indiæ, in Indum fluuium cadens.

*Sãgarius alio nomine, ut Plinius teſtatur*

Coralius fluuius eſt Phrigiæ, & ſuſceptis Tembrogio, & Gallo fluminibus in Boſphorano littore Ponto miſcetur. Hic à multis Sangarius appellatur.

Corineus fluuius eſt, haud longe ab Eritriis, & promõtorio Mimantis & Clazomene.

Cormalos fluuius eſt, haud longe à palude quæ olim Adramiteos dicta eſt.

Corex Perſarum fluuius, Carmaniis proximus.

Coſoagus fluuius Indiæ nauigabilis eſt, & in Gangem cadit.

Chlorus flu. eſt Aſiæ minoris, ſub Amanno defluens mõte, nõ longe ab oppido Egrȩ.

Crathis fluuius eſt Calabriæ, uerum ab aliquibus Cratim dicitur, & prȩter Taurum oppidum labitur, ex quo ſecundum quoſdam, qui biberint, flaui efficiuntur. Alii uero dicunt, ſi qua biberint pecora, candida fieri, cũ nigras faciat Sibaris huic propinquus, nec incolas carere beneficio dicunt. Nam Sibarim bibentes nigriores fiunt atq; duriores, & criſpo capillo, cum qui Cratim bibunt, candidiores ſint & coma dimiſſa.

Cremera fluuius eſt inter Romã & Veios, quem penes ccc. vi. ex inclyta familia Fabiorum die una pugnãtes, à Veientibus cȩſi ſunt, cũ nõ niſi unus, & hic paruulus ſupereſſet.

Canuchas fluuius eſt Indiæ nauigabilis, & in Gangem fluens.

*Erydanos, Pli. lib. 5. cap. 30*

Crianos* fluuius eſt paludi propinquus, cui dicebatur olim Adramiteos.

Crinisus fluuius eſt Siciliæ, quem aiunt Aceſtis regis fuiſſe patrem.

*al's, Herro*

Cryſas Syracuſarum fluuius eſt, ex monte ueniens † Aetneo.

*Pli. li. 6. ca. 4.*

Chryſorrhoas fluuius eſt ſub Imano monte, qui Caucaſi finis eſt.

Chryſorrhoas fluuius ex Tmolo monte progreditur, Sardibus propinquus, uulgatiori nomine Pactolus nuncupatus, qui eò quod aureas habeat harenas, Chryſorhoæ nomen ſortitus eſt.

Croconus ſeu Crotalus fluuius eſt Brutiorum, ſeu Salentinorum nauigabilis, in quẽ ſi tignum, fuſtem'ue deieceris, uel frondes lapideo cortice obdurantur.

Cruſtumium flumen eſt, haud longe ab Arimino, à quo oppidum denominatum eſt, & defluit in Adriaticum.

Curtinanta fluuius naſcitur in campis Comagenæ, & in Perſicum decidit ſinum.

Cutha fluuius eſt Perſarum, à quo Cutes dicti ſunt Perſæ, qui ad incolendam Samariã ob Iudæorum captiuitatem, uacuam à Perſis regibus miſſi ſunt.

Euenus fluuius Oetoliæ Calidonem ſecus fluens.

a *Videtur hic omiſſum nonnihil, nam apud Vibium ſic legitur: Camicos Siciliæ (ſcilicet fluuius eſt) ex quo urbs Camiceos, diuidit Agrigentinos. Apud Pliniũ uero lib. 6. cap. 28. A flumine Canis, ut Iuba tradit, mons aduſto ſimilis. Ex quibus uides, id quod Plin. circa Canem fluuium ſcribit à Bocatio Camico Siciliæ attributum eſſe. Eſt autẽ & Camicha Indiæ fluuius, quod propterea hic addo, quia in ueteri exemplari non Camicos, ſed Canucos legebatur.*

b *Male animaduertit Plinium Bocatius, nam cum ibi legiſſet, Oppida Panhormum, Solus, Himera cum fluuio, Cephaledis, Aleuntium, &c. Cephaledis, quod oppidi nomen eſt, cum ſuperioribus conſtruxit, & pro fluuio accepit, cum Himera & fluuij & oppidi nomen ſit.*

c *Credo hic appellatiuum pro proprio poſuiſſe Bocatium. Nam ἐπιθετικῶς uocat fluuios Homerus κελάδοντας.*

* DAlietus fluuius eſt Indiæ, & in Oxum fluuium terminatur.

* Danapris Scytharum fluuius in Pontum fluens.

Diaphanes fluuius eſt Syriæ, Crocodillo monti propinquus.

*Darat, uel Daras legendum fortaſſe. Vide Pli. lib. 5. ca. 1*

Dania fluuius eſt Mauritaniæ Peroſis, quem alii Turbulentam dicunt.

Danius Acerrarum Campaniæ fluuius, quem ſupra Claudius diximus, utrũ horum uerum ſit nomen ignoro.

Danubius



Danubius fluuius Europæ permaximus, oritur in iugis Noriæ Germaniæ montis ex aduerſo oppidi Gallorum Raurici, & effluens ab occiduo in orientem, per innumerabiles labitur nationes à ſiniſtris linquẽs Germanicas, & à dextris Theutonicas, Pannonias, atq; Meſias. Et poſtquàm plurimũ ſui curſus lapſus eſt, mutato nomine dicitur Hiſtrus, ſeu Hiſter, & lx. permaximis fluminibus auctus per ſeptem ora, uel ſecundum alios, per ſex in Euxinum mergitur mare, ultra xl. mil. paſſuum infra amaras undas impetu ſuo dulcem quærentibus exhibens hauſtum, ex quibus hoſtiis quatuor nauigabilia ſunt, reliqua uero non apta nauigiis. Primum quidem hoſtium aiunt uocari Peuces, & ea Peuce appellatur inſula, cui Alueus proximus eſt, ex quo & Palus oritur ingens, & lacus ſuper Iſtropolim quem Halmirin uocant, Secundum autem hoſtium Naratuſtoma nuncupatur, & tertium Caloſtoma ſecus Sarmaticam inſulam. Quartũ uero Pſeudoſtoma, & inſulam Canopondiabaſis. Quintum Boreoſtoma. Sextum quidem Spireoſtoma. Septimum nomen non habemus. Sunt inſuper qui uideantur arbitrari ex eo tria progredi flumina, Aeas ſcilicet ſecus Apolloniam effluens, & Narliburnos ſeparans, & Phileos, & Hiſtrum qui per Hiſtros labitur, & nomen largitur eiſdem.

Dardanus fluuius eſt Meſiæ, à quo puto Dardanos populos uocitari.

Daſibatis fluuius eſt Garamantum.

Diana fluuius eſt apud Camarinam, cuius aquæ niſi pudicæ hauſtæ ſint, in unũ corpus cum uino non coëunt.

Diardeus fluuius eſt, qui ab ultimis Indiæ ueniens crocodilos, ut Nilus, & Delphinos atq; alias gentibus incognitas beluas alit, in Gangem tandem elabitur.

Dipſas fluuius ex Tauro monte cadens.

*Dirmus fluuius eſt, apud Illyrios cuius in ripis Moniuolanum oppidum, quod antea Colchinum dictum eſt, eò quod à Colchis ſit conditum, & Scodra *Hilliorum, cadit enim ex palude *Ligiſti. *Vibius Seq.* — a *al's, Drinus* *al', Illyricorũ* *al. Ligiuſti*

Drauus eſt Pannoniæ fluuius, & in Danubium labitur.

Drica fluuius apud Dacos, & in Danubium finitur.

*Credo hunc eſſe qui à Plinio Morus & Duria appellatur li. 4. ca. 12*

Druentia fluuius eſt ex alpibus fluens, & apud Allogobras in Rhodanũ ſeſe mergens, tranſitu præ cæteris Galliæ fluminibus difficilis. Nam cum maximam aquæ uim uehat, nullas tamẽ naues patitur, eò quod nullis includatur ripis, ſed in amplum hinc & inde uadit, & ulterius poſtea alueos faciens atq; permutãs, & aſſidue glareoſa ſaxa reuoluens, nullam etiam expedito pediti uiam uiolentiſſimus præbet tutam, quem Druciam nuncupari arbitror, quia obices diruat omnes nouæ quidem Babyloniæ propinquus eſt.

Durda fluuius eſt à Tauro defluens monte, quam quidam ſcribunt Clurda. *

Cluder ſiue Cludrus minoris fluuius Aſiæ, haud longe ab Anthiochia, cuius in ripis Meandro polis & Eumenia oppida fuere Menandro flumini propinqua. *Pli. li. 5. ca. 29*

Durius Hiſpaniæ ulterioris eſt fluuius, à quo Luſitania incipit. Is enim ultimi promontorii radices abluit.

*Rurſum hic duorum quod eſt confudiſſe uidetur Bocatius, nam Drilonem, cui adiacet Scodra, in Lyburnis Plinius uocat. Drimum autem Meſiæ adcenſet, quanquam habet hic Bocatius Sequeſtrũ quem ſequatur. Vide Plinium lib. 3. cap. 22. & 27.* a

AEas fluuius à quibuſdam Aous uocatus, quem quidam dicũt ab Hiſtro moueri, & apud Apolloniam olim Corinthiorum coloniam in Epiri poſita fluere, & in Ionio miſceri ſalo. *Pli. li. 3. ca. 23*

Ebenos ſeu Euenos fluuius eſt, quem Centaurum aliqui denominant, eò quod in eo Neſſus Centaurus ob raptam à ſe Deianirã ab Hercule confoſſus ſit, qui in mare effluens habet in ripis Lyrneſum & Miletum.

Hebrus inter Thraciæ fluuios celeberrimus eſt, qui fuſus à Strymone, Odomantos, Odryſarũq; gentes abluit, accolentib. Carbiletis, Pyrogetis, atq; Drugetis, necnõ & Celetas maiores Hemo ſubditos, atq; minores Rhodope ſubiacẽtes intus ſecat, habẽs ex parte una a

Cicon-

Cicones & Doriſcos, ex altera Selletis, Priantis, Doloncis, Thynis, Corpillis, aliiſq; barbaris, habens ubi mari miſcetur portum Stentoris, & Polydori tumulum, & ultra ſe Philippolim, quę nunc à ſitu, Trimontium.

* Ecos fluuius ingens eſt, naſcitur quippe ex monte Taumeſce, & in quinq; diuiſus alueos per Caucaſum euehit omnes loco qui appellat̃ Scelãtes, inde ſe in Gangẽ proripit.

Edabis Mœdorum fluuius eſt, penes quem populus Iſraël captiuus religatus eſt.

Edas fluuius eſt prouinciæ Septimanæ, in mare declinans Gallicum.

Hedypnus fluuius eſt Suſianorum Perſarum, in Euleum flumen decurrens.

*als, Cyſſa, ut Pli. li. 4. ca. 11* Aegos fluuius eſt Propontidi uicinus, cuius in ripis * Tenſuſa appoſita eſt.

Elatum Archadię fluuius eſt, ſeruans Anhelitum. *Plin. lib. 31. cap. 2*

Elauer fluuius eſt apud Aruenos Gorgoniam oppidum præterfluens.

Eleorus Siciliæ fluuius eſt, Pachino promontorio uicinus.

Eleutherus fluuius in campis Syriæ naſcitur, & Phœniceo finitur mari, in quo maximæ teſtudines capiunt̃, ultro ſtatuto anni tẽpore effuſa multitudine uenientes in flumẽ.

Eliſius fluuius eſt Siciliæ.

*Eliſos fluuius eſt Atticæ regionis ſic à flexibus nominatus. Aiunt quippe hunc à Cocyto fluuio inferorum augmenta ſuſcipere, & ob hoc furias infernales feſſos ſiti ſerpentes aquis huius recreare ſolitos dicunt. *als, Iliſſus*

*Hyllus fortaſſe. Vide Plin. lib. 5. cap. 29* *Elles fluuius eſt minoris Aſiæ, cingens Smyrnam ciuitatem ſuis undis.

Elorus Siciliæ fluuius eſt, qui more Nili ſuprafunditur, hunc ſuprà Eleorum dixi.

Elſa fluuius eſt Tuſciæ in agro Florentino paulo ſupra oppidũ, quod Collis dicitur ad orientem, ex loco cui uici incolæ tanta aquarum abundantia effunditur, ut mirabile uideatur, & circa eius initium quicquid eius in aquas proieceris, infra breue dierum ſpatiũ lapideo cortice circundatum comperies, quod poſtmodum in proceſſu ſui curſus nõ facile facit. Hic ſuis tantum undis perpetuo curſu in exitum uſque clariſſimus effluit, imbribus tamen, ut cæteri, turbatur & augetur. Et cũ oppida plura hinc inde labens uideat, à dextro modico elatum tumulo Certaldũ uetus caſtellum linquit, cuius ego libens memoriam celebro. Sedes quippe & natale ſolum maiorum meorum fuit, antequàm illos ſuſciperet Florentia ciues. Multas pręterea & diuerſarum ſpecierum, maritimarum tamen omnium radens curſu ſolum detegit cõchas uacuas, & uetuſtate candidas, atq; ut plurimum aut fractas, aut ſemeſas. Quas ego arbitror diluuium illud ingens, quo genus humanum ferè deletum eſt, dum agitatu aquarum maximo terras circumuolueret fundo, illis reliquit in partibus. Hic demum ſub inſigni caſtro Miniatis in Arnũ fundit̃ flumen.

Enipeus Theſſaliæ fluuius eſt, ex Otri monte prorumpens, & celeri ſe curſu uehens, in Epidaurum ruit.

Eniſes Siciliæ fluuius eſt, haud longe à Tauromeno colonia.

Enticinus Galliæ ciſalpinæ ex Apennino decurrit in Padum.

Eorcus fluuius eſt Hyberniæ, qui in radicibus Blagmæ montis exortus per Oſiriam effluit regionem.

*als, Sonus* Eonus fluuius eſt Indiæ nauigabilis, in Gangem fluens.

Epidanus fluuius eſt Theſſaliæ, ſatis leni defluens curſu antequàm ſibi miſceatur Enipheus, qui cum rapidiſſimus ſit, Epidanum uelociſſimum facit.

Apilas fluuius eſt Macedoniæ in Heraclea ora.

Heracleus fluuius Colchorum eſt, promontorio eiuſdem nominis proximus, & oppido Mario.

Rhyndacus fluuius, ante Lycus nominatus, Aſiam, Bithyniamq; diſterminans, orit̃ quidem in ſtagno Artynia penes Miletopolim Maceſton, aliosq; recipiens.

Eraſinus fluuius eſt Nemeæ adeo ſuperbus curſu, ut ripis cõtineri nequeat, præterfluit autem Driopas. Alii autem Litiæ fluuium dicunt.

*Pli. li. 31. ca. 2* Orchemenus Bœotiæ fluuius eſt ad Trophonium deum, quem penes duo ſunt fontes, quorum



tes, quorum alter potus memoriam affert, alter uero obliuioſum facit.

Eridanus fluuius eſt Italiæ celeberrimus, apud Græcos aliaſq; nationes omnem ciſalpinam irrigat Galliam, & quoniam hic idem & Padus eſt, nihil de eo pręter ea quæ ad Gręcos ſpectant, nunc dicemus, reliqua ubi de Pado. Fingunt Græci hunc apud inferos natum, & in terras ac ſuperos euaſiſſe, nihil aliud ſentientes, quàm quod ex Vegeſo monte, qui propinquus eſt infero ſcilicet Tyrrheno profuſus tendit in Adriaticum, quod Græci Superum uocant. Eridanus autem nuncupatur ab euentu. Nam fingunt Poëtæ Eridanum Solis fuiſſe filium, cui cum falſum eſſe ei obiiceretur ab Epapho Aegyptio iuuene, ad obtinendam filiationis fidem, currus lucis ducere temerarie impetrauit à Sole patre, Qui cum equos nequiret regere, exeuntibus ipſis orbitam, in parte cælum exuſtum, & in terris multa exhauſta flumina. Quamobrem ab irato Ioue fulminatus eſt, & in Padum cadens, ſuum illi tribuit nomen. Alii ſunt, qui dicant Eridanum Aegyptium iuuenem, cum mutatis ſedibus ueniſſet in Ligures, eiſq; imperaſſet, caſu in Padum recidiſſe, & in eo necatum. Quamobrem in ſolatium ſui regis, mortui nomẽ flumini poſuere, & hinc Eridanus dictus. Quem & ueteres Aegyptii in honorem ſui iuuenis bicornem inter alias cæli imagines poſuere, & pluribus decorauere ſyderibus. Reliqua ad hunc ſpectantia ubi de Pado uide.

Erigonus fluuius eſt prope Dorchiopum, qui ex Illyrico per Peoniam fluens, maximũ flumen efficit.

Hermandus fluuius eſt Indiæ, currens apud Abeſten Arachoſiorum.

Erimanthus fluuius eſt Archadiæ, ex monte * Panete fluens in Alpheum. *Eiuſdem nominis Plin. li. 4. cap. 6*

Aleos Erythrienſis fluuius in corporibus gignens pilos.

Erginus Propontidis fluuius, haud longe à Lyſimachia Cherſoneſi.

Hermes ſecundum quoſdam fluuius eſt Lydiæ. Alii dicunt ex Doricilio Phrygiæ natũ, eumq; illam à Caria diuidere. Demũ campos Smyrnę aureas trahentẽ harenas fœcũdare.

Eſia Galliæ fluuius in Sequanam cadit.

Eſeris fluuius eſt Calabriæ, Crotonenſi ciuitati propinquus.

Aeſepus fluuius eſt Liciæ.

Eſicius fluuius eſt Hiſpaniæ, qui ante hauſtu dulcis fuit, poſtea amarus factus eſt.

Eſper fluuius, apud quem ſecũdum quoſdam, Neſſus Centaurus Deianiram tranſuadans, rapinam, fugamq; meditatus, ab Hercule ſagittis occiſus eſt, quod ſupra in Ebeno flumine contigiſſe diximus. *Vib. Seq.*

Eternus fluuius apud Daunos, quos nos Apulos uocamus, eſt. Alibi uero comperio eum apud Aprutinos inter Salinas & Theanum Marucinum.

Ethilia ſeptentrionalis fluuius eſt permaximus, ut quidam ferunt, maior Euphrate, æſtate creſcens ut Nilus, à maiori Burgaria deſcendens in Caſpium mare.

Ethimantus fluuius eſt Indiæ, uariis flexibus incuruatus, qui cum ab incolis irrigationis cauſa diſtrahatur, tenuis & iam ſine nomine in mare recipitur.

Eudon fluuius eſt, Anthiochiã alluit à Thebaida ueniens, ubi Pygmeos fuiſſe tradunt.

Euenos fluuius eſt, qui & Licorum.

Euphrates inter cæteros fluuios memoratu plurimo celebris eſt, tam ueterum literis, q̃ exundationibus ſuis. Hunc quidam uolunt ex Paradiſi fonte mortalibus quidem incognito, deriuari, quod ego credo. Alii tamen dicunt, in Armenia maiori in monte cui * Paracoatra nomen eſt, haud longe à fonte Tygris oriri. Nõnulli afferunt eum ex radicibus montis Armeniæ, cui Capoten dicunt incolæ, ſupra Zizimam ſeu Zimaram erumpere. Nec deſunt qui dicant ex † Aga eiuſdem Armeniæ monte effundi. Et poſt hos affirmant aliqui, quod in uallibus montis Capotæs appareat primo, haud longe à Zimara, de qua ſupra. Præterea aiunt, & ſi uaſtis è montibus exundet undis non eueſtigio ſeſe in fluuiũ effundere, quinimo factis ex ſe duobus lacubus, ſegnis ſedet & iners. Ex his tandem margine facto erumpens, ripis aſſumptis, uere flumen apparet, & maximo ſtrepitu, atq; celeri *als, Pariarda* *als, Abd*

Q curſu

al. Deyxene curſu Armenios, Cappadocaſq; diſterminans, nũcupatus ab initio Pyxirates, *Deizena, & Anætia regionibus relictis excurrit, & iam aliquibus ſuſceptis fluminibus ualidior factus, in Taurum montem uires experitur ſuas, ubi Elegeam uocant, cui cum non reſiſtat Taurus, progreditur uictor, ſed ſaxoſus atq; uiolentus ad dextram Comagenã, ad leuam autem relinquit Arabiam. Verum ſunt qui uelint eum in alueos duos diuidi, quorum alium in Tygrim effundi dicunt, reliquum uero permeatis Mœdorũ, Gordianorumq; terris in Meſopotamiam ferri, & Babyloniam quondam Chaldæorum regiam in partes duas curſu medio ſeparare. Inde hic idem poſtquàm aliquãdiu effluxit, qui nauigabilis & ingens ante fuerat, in paludibus diſperſus ampliſſimis, tenuis efficitur riuus, & incognitus, ut aiunt, nuſquam aperto exitu effluit, eſto, ſint qui dicant eum in mare rubrum fundi. Sunt tamen qui putent hunc illi ruborem iniectum à Cyro Perſarum rege, ob ſuſceptã iniuriam, ſeu ob gloriæ alicuius magni facinoris cupiditatem, ut in riuulos deductus plurimos alueus cum nomine deperiret. Volunt inſuper hunc Nili more, & ferè eodem tempore Meſopotamiam irrigare, atq; fœcundã facere, & ſeſe in alueum ſtatuto tempore reuocare. Quamobrem eum nomen Euphratis ſortitum uolunt, cum Hebraicæ Euphratas fertilitas appelletur. Dicunt & alii aquas eius eſſe uitales, & ob id à priſcis Auxeneum fuiſſe uocatum.

Eulæus fluuius eſt, & in Medis oritur, & haud longe ab ortu ſorbetur, & demũ in terras exiens, per Meſopotamiam funditur, arcem Suſarum circuiens, & Dianæ templum gentibus illis uenerabile plurimum, poſtquàm Suſianem ab Elmaide diſterminauit. Habetur hic à Perſis adeo ſacer, ut non ex alio reges bibant, ſecumq; ex eius aquis deferant, ſi forſan peregre profecturi ſint. Facit tandem unà cum Tygri lacũ iuxta Cariacem, ex quo quorſum exeat non habetur.

Eumenius fluuius eſt Hiſpanię propinquus Turdulis ueteribus, & Talabricę oppido.

Eurymedon Pamphiliæ fluuius eſt, à Side oppido miſſus iuxta † Aſpendum mõtem fluit, inſignis Cimonis Athenienſiũ ducis nauali uictoria, & Phœnicũ atq; Perſarũ clade.

Eurotas fluuius Laconum, ſub ipſis Lacedæmoniæ muris currens, huius ripæ lauris abundant, & ideo Apollini ſacrum dicunt.

Euxinus fluuius Propontidis, quem ab Euxino mari in quod effluit, denominatum quidam uolunt.

Pli.li.2.ca.103 Eraſinus fluuius eſt Argiuorum, quem aiunt terris immergi, & iterum poſt exactum aliqualem curſum, in publicum reuerti.

al. Eſcamus *Exemontus Meſiæ fluuius eſt. †Exrhodus æque eſt Meſiæ fluuius. als, Oeſcus

a *Vide lib. 4. cap. 11. Plin. ex quo quæ hic de Hebro Bocatius refert, omnia, ſed confuſiſſime atq; corruptiſſime conſarcinata ſunt, adeò ut uix ſumma difficultate qualiacunq; hæc reſtituere potuerimus.*

FAbaris hic & Farfarus dicitur, fluuius Sabinorum eſt, & corrupte faber nuncupatur à pluribus.

Fæcelinus Siciliæ fluuius eſt, Peloro iunctus, & Dianæ templo conterminus.

Fanes Samnitum eſt fluuius, qui & Syris dicitur, Beneuento uicinus.

Farfarus Syriæ fluuius in radicibus Libani montis emittitur, & per Antiochiam fluens in Syriaco miſcetur mari apud Symeonis portum.

Pharmicas fluuius eſt, haud longe à Iuliopolitis.

Phaſis Colchorum fluuius eſt ingens, maxima deferẽs diu nauigia, quem in Moſchis ortum aliqui dicunt, alii in Morcorum montibus, & quidam à Garamãte monte effuſum, cuius in marginib. oppida fuere plura & celeberrima. Sed inter alia Tiritaceum, & Phaſis, & Cygnus. Maxime autẽ inclaruit Aea, ubi Hippos, & Cianos permaximi fluuii ſcentur eidem. Poſt habuit Surium, apud quod & Surius fluuius influit. Recipit pręterea Glaucum, & Abſarum, & Cobum è Caucaſo deſcendentes. Tandem poſt longiſſimum curſum ultra hoſtia Tanais in Pontum effluit, clarus quidem & aliis, pręter iam dicta, inſignibus fluuiis eſt. Penes eum Phrixi templum fuit, & lucus ob aureum uellus ueteri fa-

*Vide Pli. li. 6. cap. 4. ex quo rurſum deprauatiſſimæ hæc tranſumpta ſunt*





bula celebratus. Medeam fugientem cum Iaſone tulit, & exilio Sulmonenſis Ouidii memorandus eſt. Aiunt inſuper in eo uirgam oriri, quam Leucoſiphilon uocant, tantæ uirtutis, ut aſſerunt, quod ſi thalamis hominum apponat, matrimonia habet pudica atq; inuiolata ſeruare.

Pathiſſus olim Dacorum fluuius. Phœnix Theſſaliæ fluuius eſt.

Feritor fluuius Ienuæ oppido propinquus.

Phyrites fluuius propinquus Caiſtro flumini, Pegaſeum impellit ſtagnum.

Feſterus Myſiæ fluuius eſt.

Rheſus fluuius eſt Boſphori, quem alio nomine Rebas uocant.

Finus Hiberniæ fluuius eſt, per Cheneleoniam effluens regionem.

Phiſon fluuius qui & Ganges, in Paradiſo delitiarum oriri quidam uiri celebres aſſerunt, & exinde irrumpere, eò ubi aiunt oriri Gangem, qui talia perſcrutati ſunt, de quo ubi de Gange plenius diſſeretur. Dicunt autem Phiſon dici, quod inundationem ſignificet, excipitur autem ab oceano orientali.

Pſitaras fluuius eſt apud Seres, de quibus iam ſupra dictum eſt, ubi de Carabi flumine.

Flautaſis fluuius in finibus Dacorum eſt. *

Phlegeton inferorũ fluuius, Poëtis familiariſſimus eſt, ignẽ quidẽ ſignificat, ſeu ardorẽ.

Florius fluuius eſt Hiſpaniç, promontorio Celtico uicinus.

Phocias fluuius eſt Theſſaliæ, & in Epidaurum effluit. *Vibius Seq.*

Pharion Armeniæ maioris fluuius, in Tygrim mergitur.

†Forinus fluuius Aquileiæ propinquus eſt. *Formio, ut Plinius li. 3. ca. 18*

Phirſtinus nauigabilis fluuius apud Perſas.

*Phrygius fluuius eſt minoris Aſiæ, qui & Phrygiæ prouinciæ nomen dedit, & eam à Caria diuidit, eſt quidem Magneſiæ, quæ ad Sypilum eſt iunctus, inſignis Lelii Scipionis Aſiatici, Romanorũ cõſulis, uictoria et clade Antiochi Aſię & Syrię regis penes eũ ſuſceptę. *als, Phryx*

Phut fluuius eſt Mauritaniæ, & à quo adiacens regio Phutenſis appellata eſt.

GAbellus ciſalpinæ Galliæ fluuius, in Padum cadit.

Gadus fluuius ex monte Tauro effluens, in mare ſuſcipitur Cycladum.

Geſſus Ioniæ fluuius eſt, Priene ciuitati propinquus.

Gagis fluuius eſt Liciæ, à quo & locus cui proximus fuit, denominatus eſt.

Galeſus Calabriæ fluuius non amplius quinq; mil. paſſ. à Tarento ſemotus.

Galbis fluuius eſt Cariæ, haud longe ab Halicarnaſo, infamis ob malam habitãtium ualitudinem.

Gallus Lycaoniæ fluuius, à quo denominati ſunt ſacerdotes Cybeleş. Hic quidem in Sangarim terminatur. Potantes in furorem conuertit.

*Galbin Mela non fluuium, ſed Caunũ oppidum infame fuiſſe dicit, in deſcriptione Cariæ*

Ganges fluuius Indiæ prægrandis atq; famoſus. De eius uero origine ambigitur apud priſcos. Nam alii ex incertis fontibus, uti Nilum eum naſci uolunt. Alii ex Scythicis montibus uaſto cum fragore loci erumpere, atq; ſeſe per ſcopulos & aſpreta locorum præcipitem dare, donec in planum deuenerit, & ibi quaſi ſuſceptum ab hoſpite in lacu quodã conquieſcere, & ex eo tandem lenem, manſuetumq; procedere, qui in orientem tendens, à xix. maximis atq; nauigabilibus fluminibus augetur, & ultimo ſecundum quoſdam, ut Nilus ſeptem hoſtiis oceanum ingreditur. Alii dixere nouem, & tria quidam tantum eſſe uoluerunt. Dicitur autẽ Ganges à Gangaro uetuſtiſſimo Indiæ rege, ut placet aliquibus. Aliis uero placet hunc illum eſſe fluuium, quem uocant ſacræ literæ Phiſon, de quo paulo ante pauca dicta ſunt. Qui quocunq; uocetur nomine, aut quodcunq; exundet alueis in mare, adeo grandis eſt, ut ubi minus occupet latitudinis octo mil. paſſ. pateat, ubi plurimum centum, altitudinis nuſquam minus xx. paſſ. reperitur, aduerſus quem Cyrus Perſarum rex, quaſi cœpti oblitus, bellum inauditum ſumpſiſſe fertur. Nam cum unum ex regiis equis candore atq; forma præcipuum, quem fiducia tractus tranſuadare perſuaſerat à uortiginibus undarum circumagi atq; abſorbi unà cum inſidente cerneret, aiũt ira-

tum intraſſe ſe illum adeo extenuaturum, ut qui equum atq; equitem optimũ abſorbuiſſet, mulieribus uix genua cingẽtibus, uadoſum faceret. Nec uerbis opus defuit. Nam totis in hoc expoſitis copiis in ccccl x. alueos flumen detraxit anno integro operi dato, non obſiſtente quod Nili more augeri dicat̃ certo anni tẽpore, & adiacẽtes fœcundare agros.

Gardo fluuius eſt in prouincia Narbonenſi, Neumaſo ciuitati propinquus. Hũc aiũt ſæpiſſime æſtiuo tempore abſorberi apud eum locum, quem Campianacum uocant, & ſub caſtello Prinati ampliorem renaſci.

*al's, Ichthyophagi*

Gargarus fluuius eſt in inſula, quam † Hydrophragi habitant, barbam uſq; ad genua nutrientes, & piſces crudos etiam comedentes, ultra quem dicunt formicas eſſe catulorum magnitudinem excedentes.

Garumna fluuius eſt ex Pyrrheneis delapſus montibus, Gallos ab Aquitanis diſterminans, uadoſus quidem in imbribus, aut ſolutis niuibus intumeſcat, & in eo inſula eſt Aneros nomine, quam quidam pendere & extolli aquis creſcentibus, deprimi'q; eis deficientibus credũt, & cum oceano occidentali miſceatur, in exitu ſui amplior & turgidior factus, more æſtuantis maris huc illuc nauigantes impellit.

Gela Siciliæ fluuius eſt, à quo & oppidum illi appoſitum denominatum eſt inter Camerinum & Agrigentum.

*al's, Gelagienſius*

†Geneſus Epiri fluuius eſt, quem à Dyrachio Theſſaliam euntes inueniunt. *Vib, Seq.*

†Genuſus Paleſtinæ prouinciæ fluuius eſt. *al's, Geneſus*

Gēon fluuius meridionalis, quem aiunt in Paradiſo delitiarum oriri, & uniuerſam Aethiopiam irrigare. Hic idem cum Nilo eſt, & ideo quæ multa de eo dicenda ueniunt, ubi de Nilo ſcribitur apponentur.

Gerrus Scytharũ fluuius in lacu Buge ſuſcipitur, qui à Meotidis palude ſaxoſo tantum diſcluditur dorſo.

*Idẽ eſt cũ proximo, ut ex Plin. apparet lib. 4. cap. 12*

Gerros fluuius eſt Baſilidarum & Nomadum, & iunctus Hypani fluuio, Carcinem urbem præterfluit.

Geſſus fluuius eſt apud Iones ea in regione, q̃ Troglea appellat̃, Ioniis omnibus ſacra.

Getulos fluuius eſt Mauritaniꝗ portui Tiſadro propinquus. Hũc Oetebes quidã uocãt.

Gis uel Ger fluuius eſt Aethiopiæ Garamantũ inter deſerta & harenoſa effluens loca.

Glanes fluuius eſt tardus atq; piger, adeò ut potius palus uideatur quàm flumen, infamis plurimum aduerſa ualitudine incolarum. Fertur autẽ tardus, ut dictum eſt, ſub Cluſio uetuſtiſſima Tuſciæ ciuitate, & amplo occupato ſpatio Scœnæ Iuliæ campos à Peruſinis diuidit.

Glanicus fluuius eſt apud Minturnas Liris nominatus, illas curſu diuidens puto hodie uocari uulgo Garigliano.

Glaucus fluuius eſt Ioniæ, Pedalio promontorio propinquus.

*Pli. li. 6. ca. 4*

Glaucus Colchorum fluuius eſt, & in Phaſim mergitur, habens eius in exitu in Phaſi, inſulam abſq; nomine.

*al's, Coſpius uel Gendos*

*Gloſpes fluuius eſt haud longe ab Olbia oppido, & Bithyniæ propinquus.

*De Olbia uide Plin. lib. 6. cap. 4*

Gna Mauritaniæ fluuius eſt, Ampeluſiæ promontorio uicinus.

Gozam fluuius eſt Mœdorum, quem penes Salmanaſar Babyloniæ rex Iſraëlitas captiuos habitare iuſſit.

Crateis fluuius, in extremo Italiæ Siciliæ propinquus, & Scilleo opipdo, quem fabulꝗ Scillæ immanis monſtri finxere matrem.

Granius Perſarum eſt fluuius per Suaſianum fluens, & paruas deferens naues, cuius dextrum latus incolunt Deximontani bitumen perficientes.

Grylioſolius fluuius eſt in Aphrodiſia regione, Coriphæ oppido propinquus.

Granicus Phrygiæ fluuius eſt, in Propõtidem cadens, cui Zizicon ciuitas proxima clarus quidem prima Alexandri Macedonis uictoria in Perſas.

Guatra Britanniæ flu. eſt in Cambria regione, quã uulgus ab eo denominat Guallia.





Guandalus Guandalorum eſt fluuius.

Guttallus fluuius Penthimbaſtrinæ, quæ Dacis eſt contermina, qui in oceanũ mergit̃.

*Plinij uerba lib. 4. cap. 14. ſic habent: Quinta pars Peucini Baſternæ, ſupradictis contermini Dacis, amnes clari, in oceanum defluunt Guttallus, Viſtillus, Albis, &c. Quo loco Plinius Guttallum Germaniæ fluuium facit.*

Hiarotis fluuius eſt Indiæ inter opaca nemorum ex arboribus inuſitatis effluens, & ſylueſtrium pauonum abundans. *Curtius lib. 9*

Hydaſpes inſignis fluuius magnitudine, & quod harenas habeat, atq; gemmas ferat, per Parthiam ſeſe ferẽs euadit in Indiam, & amplo atq; profundo gurgite means crebras facit inſulas, & ingẽtia trahit ſaxa ſub undis. Poſtremo quatuor ſuſceptis fluminibus miſcetur Indo in regione Inio, apud arcem Soborum, qui ex exercitu olim Herculis fuiſſe teſtant̃ pelles ueſtimentorũ loco, & clauas pro armis geſtantes. Ab Hydaſpe uero antiquiſſimo Mœdorum rege, ut placet aliquibus, nominatur.

Hieta fluuius eſt Aſiæ, diſterminans Gallatiam atq; Bithyniam.

Hieros fluuius eſt Colchorum.

Hylas fluuius eſt Bithyniæ præterfluens urbem Pruſciadẽ, quam & lacus Hylas alluit, apud quem Hylas Herculis puer à nymphis dicitur raptus.

Himera memorabilis Siciliæ fluuius. Hic ferè circa medium inſulæ fuſus, in duos diuiditur alueos, quorũ alter in Tyrrhenũ mare decurrit, & dulces atq; optimi ſaporis aquas trahit, alter in Libycum tendit, ſed amarus plurimum. Alii contrarium dicunt, quod qui in meridiem pergit dulcis ſit, & amarus uergens Aquilonem, ab hoc Himera oppidũ Siciliæ denominatum eſt.

Hirminium Siciliæ fluuius eſt, oppido Camerinæ propinquus.

Hypacyris fluuius eſt uno hoſtio, quanquam ex diuerſis fontibus cum Gerro in Carcinæ ſinu in Scythia mari ſe miſcens. *Vide P. Melã*

Hypanis Scythiæ fluuius eſt, ex grandi palude inter Auchetas procedens, quam incolꝗ eius uocitãt matrem Scytharum, fluuiorum princeps, qui diu qualis naſcitur effluit, tandem apud Calipidas, quos circuit, miſcetur illi fons modicus, qui Exampęus dicitur, qui eum adeo reddit amarũ, ut mirabile uideatur, cum eouſq; fuerit dulciſſimus. Et ſic amarus ſecundum quoſdam fertur in Pontum, ſecundum alios ab Seſagore lacu, haud longe à Meotide ſuſcipitur. Is quidẽ inſignis eſt Alexandri Macedonis termino. Moratus eſt enim iter eius, ut aræ ab eodem Alexandro eius in ripis poſitæ teſtantur. Præterea naſcunt̃ ab eodem animalia quædam paulo muſcis maiora, quatuor pedes & pennas habentia, ut ſatis quadrupedes uideantur & aues, quorum uita die una tantum terminatur, in mane infantes, meridie iuuenes, ſero autem ſenes ſint, & ob ſenium ſatis expertum dicunt, deficiunt, quæ incolæ Himeridiones uocant. *Hæc mixtim ex P. Melæ li. 2. Plin. lib. 4. cap. 12* *a*

Hipatos Syriæ fluuius eſt, cui & Ipatos oppidum, & Seleucia atq; Berithos ciuitates propinquæ.

Hiperis flu. eſt Perſarũ nauigabilis, & medio in ſinu Perſico fundit̃.

Hipſa Hiſpaniæ fluuius apud urbem Vecon currit, quem Herculi fuiſſe gratum ferũt.

Hypaſis fluuius eſt Indiæ, adeo ſub ſolſtitio poſitus æſtiuali, ut exeunte ſole in fine geminorum, & principio cancri perpendiculares in ſe ſolis radios recipiat, ultra hunc ampliſſimæ ſunt ſolitudines. *Vt Plin. lib. 2. cap. 65. teſt.*

*a Hæc non Hypanim, ſed ad Hypaſim Indiæ fluuium pertinent, qui itinerum Alexandri terminus fuit, de quo Plinius lib. 6. cap. 17*

Iaboot fluuius eſt, penes quem Iacob noctu cum angelo luctatus eſt, fluens inter Philadelphiam & Garaſan, procedens'q; ſuſcipitur à Iordane.

Icarus fluuius eſt Indiæ propinquus, in † Menum fluuiũ effluens. Nam Pompeii Magni edicto exploratum eſt in Bactros ſeptem diebus ex India perueniri ad Icarum flumẽ. *al's, Oxum*

Iader fluuius eſt apud Salonas, qui in Adriaticum ſe miſcens, forte Iadræ oppido nomen dedit. *Vib, Seq.*

*Ianaus fluuius eſt in Armixia regione.

Iardanus fluuius eſt Cretæ inſulæ, ciuitatem Phias circumdans, cuius & in ripis Cidones habitant.

Iberus famoſiſſimus Hiſpaniæ fluuius eſt, & à quo ipſa Hiſpania Iberia appellata eſt. Hic ſecundum quoſdam apud Vacanos oritur, ſecũdum alios apud Cantabros, & cum nauium ferax ſit, Tulam opulentiſſimam eius regionis ciuitatem ex inferiori parte radit, demum ſub tortoſa ciuitate Balearicum ingreditur mare.

Iberus fluuius eſt, & per Moſcorum tractus in Cyrum flumen effluit apud Scythas, ſeu Hircanos.

Idros fluuius eſt Ciliciæ, Tarſo ciuitati propinquus, ideo Idros dictus quia in forma Idri tortuoſus ſit.

al. Iactus Iectuus fluuius eſt, in quo optimi capiuntur piſces, & inter alios unus, qui lupus uocatur, qui guſtui carnium ſaporem præbet.

* Iene fluuius eſt, ut arbitror Hiſpaniæ, oceano'q; ſe mergens Cantabrico, ubi Velabri habitant, & Luceni in oppoſitum Hiberniæ inſulæ.

Ieterus fluuius eſt Meſiæ, quem Iterum quidam uocant.

Ignaboo Britanniæ fluuius eſt, & mergitur oceano.

Ilerda Hiſpaniæ fluuius, à quo Ilerdum oppidum dictum.

* Iliſſon fluuius eſt, cui Oliua propinqua lx. ſtadiis eſt, quam ſiquis tetigerit, damnum maximum conſequetur.

al. Imbro Illiſus fluuius eſt in inſula *Ilubro, quam arbitror Aegei maris.

al. Himela *Imala Sabinorum eſt fluuius prope Caſperiem ciuitatem, qui & Imelle dicitur.

Vib. Seq. Imaridis fluuius eſt Indiæ, penes quẽ aiunt homines ingentis ſtaturæ habitare, & quia uiuis utuntur piſcibus, Ichthyophagi uocantur ab Indis.

Inachus Argiuorum fluuius eſt ab Inacho rege denominatus.

Indus fluuius eſt Indiæ permaximus, in Cibatharum iugis ad ſeptentrionem. Alii eũ ex Paropamiſo dicunt effluere, æquantem magnitudine Gangem. Hic pluribus ac maximis ſuſceptis fluminibus quaſdã facit inſulas, inter quas eſt ampliſſima Praſiane, & alia minor tantum, quæ Patale nominatur, demum in duobus diuiſus alueis inter ſe longe diſtantibus, ab oceano recipitur ab eo Indico unà cum prouincia nuncupato.

Plin. li. 5. ca. 1 Vior Mauritaniæ fluuius eſt per deſerta effluens, eſto ueſtigia uinearum atq; palmarũ reliquiæ aliquando circa eum inuentæ ſunt.

Inſtigia Sarmatarum eſt fluuius.

al. Baſternas Viſurgis Germaniæ fluuius eſt, apud *Baſtrinas Dacis conterminos.

Inuatius fluuius apud Aprutinos, haud longe à Truento flumine.

Iomanes meridianus eſt fluuius, per Palibotros decurrens inter oppida Methora, atq; Cyriſoborca, Malleæ monti propinquus.

Iordanus fluuius eſt, diuidens Iudæam & Arabiam. Verum de origine eius ambigitur apud ueteres. Nam ſunt qui dicant ex Libano mõte duos exoriri fontes inter ſe diſtantes, quorum alter dicitur Ior, & alter Dan. Qui Dan, ferè ab ortu ſuo ſubterraneum agens gurgitem uſq; ad planitiem Meldam abſconſus incedit, ibi erumpens, obliquans'q; ſe in Galileam gentium ab urbe Cedar iuxta Spineti balnea ſub mõtibus Gelboë riuo ac Ior fonti altero excurrenti iungitur, & fluuium faciunt, hi'q; ex ſe nomen componunt Iordanis. Alii uero dicũt ex Ior Iordanem fieri, ſed eò quod tranſeat ſecus Dan olim ciuitatem, in qua rex Hieroboam uitulum erexit aureum, quæ latine riuus ſonat, ſeu fluuius dictus eſt Iordan, quaſi fluuius Ior. Quidam uero dicunt apud Paneadam ubi templum Cæſari dicauit Herodes, ſpeluncam in monte eſſe aquis immobilibus plenam, & ex ea Iordanem effluere. Nonnulli afferunt hoc Iordanis non eſſe principium, quinimo fontẽ eſſe cxx. ſtadiis ultra Cæſaream, cui à rotunditate Phiala nomen eſt, & ex eo aquas ſub ſpelunca Peneadis accedere. Quod quidem à Philippo Tetrarcha compertum dicunt, proiectis in Phiala paleis, & per ſubterraneos meatus apud Paneadẽ redditis. Sed undecũq; oriatũ, effluens



effluens aquarum primo facit congeriem, quas aquas uocitant Maron inſignes uictoria Ioſue, & Iabis regis Aſor clade. Ab his proſiliens lacum facit ingentẽ, quem alii mare Galileæ, alii Tyberiadis lacum uocant. Inde autem auctior factus pluribus ſuſceptis fluminibus euadens inter Sochoth & Salin ſub Hermon, & Cale oppida atq; Betheſinuth accedit in confinia Hiericho, ubi ſuis aquis à Ioanne Baptiſta lauari dignatus eſt Chriſtus, homo deus æque mundi creator atq; redemptor, ut ex hoc intelligeremus regenerationis lauacrum, & eius imitantes ueſtigia, ab originali crimine lauaremur, nec multum & in lacum Aſfaltidis, ſeu mortuum mare colligitur.

*Iparis fluuius eſt, quem & Hictarim uocant, ex quo Camerinis aqua inducta eſt. al. Hypanis

Ipſos fluuius eſt Colchorum grandis, & in Phaſim fluuium ſe condens. Vib. Seq.

Iris fluuius eſt minoris Armeniæ, Lycum ſuſcipiens.

Iſanus Dyrrachii fluuius eſt.

Iſara Galliæ fluuius eſt, in Rhodanum fluẽs apud Quintianum.

Iſaurus fluuius eſt Galliæ ciſalpinæ, haud longe à Ceſena in Adriaticum mare prorumpens.

Iſepis Indiæ fluuius nauigabilis eſt in Indum cadens.

Iſmeneus Bœotiæ fluuius eſt, propinquus olim Thebis.

Iſter fluuius eſt, qui & Danubius dictus, *qui hoc nomine à fontibus ueniens*, quàm cito tangit Illyricum Iſter, relicto *Danubii nomine*, appellatur, de cuius ortu, progreſſu, & exitu in Pontum ſupra ſatis dictum eſt, ubi de Danubio, hic replicandum nõ cenſeo. Sunt tamen qui credant ex Danubio ramum progredi, qui uocatur Iſter, & ab eo Iſtria denominetur, & per eum Iaſonem in Adriaticum penetraſſe, nauigio à Colchis uenientem, quod ego ridiculum puto.

Iunculus apud Baſternas eſt fluuius, haud longe à Dacis.

Iaxatus, Laxares, Iaxartes credo q̃d idẽ ſit fluuius apud Scythas, quẽ, ſi ſic eſt, Scythæ Silin uocant. Is quidem Semiramidi, Cyro, & Alexandro terminus fuit, finem'q; dedit impetuoſo itineri, & per deſerta Scythiæ & *Surdianorum regionibus uaſtus fonte ſuo ſeſe penes Dahos flectens, in ſeptentrionem uerſus inter Amardos & Peſſicaſos penetrans in Scythicum ad extremum effluit oceanum. al. Sogdianorum

Viſtula fluuius in confinio eſt Sarmatarum, in oceanum effluens.

LAdon fluuius eſt Archadiæ, non quidem ab initio terris datus, ſed terræmotu quodam è paludibus Panetæ emiſſus. Hunc aliqui fingunt patrem fuiſſe Daphnes, quam reliqui dicunt Penei, forſan & hic lauris abundat in ripis.

Laëros Hiſpaniæ fluuius eſt, Lambracæ ciuitati propinquus.

Lapſias fluuius eſt in minori Aſia, haud longe à Iuliopolitis.

Lamber fluuius eſt ciſalpinæ Galliæ, ex Vpili lacu in Padum fluens.

Pamiſſus Theſſaliæ fluuius.

Lagous fluuius eſt Scytharum apud Caraſtaſcos & Anthiadas, ex montibus Catheis cadens, Opharum'q; ſuſcipiens flumen apud Caucadas & Opharitas.

Lar fluuius eſt Galliæ.

Lanos fluuius eſt apud Seres.

Lanus fluuius eſt ultra Danubium, à quo Lani populi dicti ſunt. *

Lariſſus fluuius eſt Græciæ, Elium agrum dirimens à Dymeo.

Laueſina Mauritaniæ fluuius eſt.

Lauth fluuius eſt Mauritaniæ, ultra Abilam montem nauigabilis, & Tamudæ oppido propinquus.

Ledum fluuius eſt Galliæ, haud longe à ſtagnis Volcarum, & caſtello Latara & Rhodano fluuio.

Lentulus ſub Arctoo fluuius eſt, in ſuperiori capite Riphęorum montium, & medius inter Alanum fluuium atq; Tanaim in Mœotidem funditur. Vide num ſit, quẽ Pli. Lelantũ uocat li. 4. cap. 12

Leta fluuius circa Auguſtam ciuitatem effluens.
Lethe fluuius eſt, figmento Poëtarum apud inferos fluens, & animabus defunctorum
potus præteritorum habet obliuionem inducere. Sanè, ut aliquibus placet, omiſſis fi-
gmentis hic fluuius in Africa eſt apud extremum Syrtium cornu non longe ab Berenice
ciuitate. Verum incolæ priſci fictione ducti, arbitrantur eum ab inferis in terras erumpere.
a Lethecus fluuius eſt inſulæ Cretæ, ſic dictus, ut placet aliquibus, eò quod penes eum di
*Vib.Seq.* catur Hermionam Martis & Veneris filiam Cadmi uiri oblitam.
Libor fluuius eſt Syriæ inferioris, haud longe à ciuitate Iopen.
*al. Lylæus,* *Libeus fluuius minoris Aſiæ eſt, inter Galatiam & Bithyniam fluens.
*ut Plin. lib. 5.* Libius fluuius eſt Mauritaniæ, cui quondam Fotos uel Futh nomen erat ab adiacente
*cap. ult. teſt.* prouincia. Verum ab uno filiorum Merſan, qui Libius uocatus eſt, poſtea ſic dictus.
*Vib.Seq.* Licaſtris Coë fluuius eſt, à quo & Lica ciuitas nominata.
Lycos fluuius eſt in ora ſubiecta Libano apud Phœnices, haud longe ab oppido cui
Leonthos nomen eſt.
*Vib.Seq.* Liceſius Thraciæ fluuius eſt, cuius aquas, ut ferunt, ſi quis potauerit, ebrius efficitur.
b Lycus Aſiæ fluuius eſt, qui quidem ab origine ſua Lycus nõ dicitur, quinimo Marſyas
fabuloſis Græcorum carminibus inclytus. Hic autem è ſummo uertice montis Cylenæ
urbis funditur, & in ſubiectam decidens petram uaſto cum ſtrepitu undarum decidit, &
ſuas tantum undas euoluens campos liquidus rigat appoſitos, & quia eius placidus eſt
color, mariq; perſimilis, fictioni Poëticæ locus adinuentus eſt, ibidem ſcilicet amore eius
tractas cõſediſſe nymphas, qui quandiu intra mœnia ciuitatis labitur, Marſyas eſt, exiens
uero & maior factus Lycus denominatus ab incolis, cui Laodicea celeberrima ciuitas ap-
poſita eſt, & Heraclea & Neocæſarea, tandem ſecundum quoſdam in Euphratem decur
rit. Secundum uero alios diſterminata Armenia minori ruit in Irim, poſſibile tamen ut
duo ſint. Siue unus eſt, ſeu unus è duobus, memorabilis eſt uictoria Anthiochi regis, &
Itaclis Parthorum ducis clade, nec minus ſecũda Alexandri Macedonis in Perſas gloria,
& Darii regis ignominioſa fuga, cum apud uicũ inter Macedonas Perſasq; pugnatũ eſt.
Lycus fluuius eſt Cypri inſulæ, ſe fundens in mare Syriacum.
*al. Ligeris* *Liger fluuius eſt, Equitanos à Celtis diuidens, ſeu Bithuriges ab Heduis à quo Aquita
nia denominata eſt, eò quod ſuis obliquis aquis ferè omnẽ in circuitu cingat, & poſtre-
mo in oceanum Britannicum euoluatur.
Lymira fluuius eſt poſt Tauri promontoriũ noſtra contingens maria, apud Limiram
defluens oppidum.
Limoteus Siciliæ fluuius eſt.
*Pli. li. 2. ca. 103* Lynceus, ſeu Lynceſtis fluuius, mira inſignitus uirtute. Nam ſi quis minus moderate
ex eius undis potauerit, non aliter titubabit, quàm ſi uinum immoderate potaſſet.
Lineus fluuius eſt in Creta inſula, præter Cortinam urbem effluens, per quem aiũt Eu
*Idem eſt cũ eo* ropam à tauro Ioue fuiſſe portatam.
*quẽ ſupra Li-* Liparis Ciliciæ fluuius, mirabili proprietate nominatus. Aſſerũt enim natantes in eo,
*ceſium uocat* aut ſe lauantes non aliter ungi ab ipſa aqua, quàm ſi oleo lauarentur uel adipe.
Liquentia fluuius eſt Galliæ ciſalpinæ, ſeu Venetiarum, in Adriaticum mare cadens.
* Lirceus fluuius eſt Oetholiæ.
Liris fluuius eſt Minturnam coloniam curſu diuidens, qui & Glanicus appellatus eſt,
cuius in ripa fuiſſe dicitur templum nymphæ Maricæ Minturnienſis.
*Herod. in Po-* Lyſſus fluuius eſt Aſiæ, Mandropo ciuitati propinquus.
*lybennia* Linternus Campaniæ fluuius eſt, haud longe à Vulturno fluuio & oppido.
*Idem cum ſu-* Lycus fluuius eſt Aſiæ, qui terras ſubit, & demum redditur terris.
*periori eſt* Lycos fluuius eſt Phœnicum, haud longe à Seleucia, Hipatho, & Beritho ciuitatibus.
Litra fluuius eſt Mauritaniæ, atri coloris, ex intimis exuſtiſq; ſolitudinibus torrente ſo-
le propinquo, & pluſquàm ignito effluens.

Lixus



Lixus Mauritaniæ fluuius, à quo Lixa ciuitas denominata eſt eiuſdem regionis.
*Lucta fluuius eſt †Ruxultanorum apud oceanum degentium. *al. Luxia*
Limia fluuius Hiſpaniæ, haud longe à Gallitia & Durio flumine. *Luſitanorum*
Lurda fluuius eſt, ex Tauro monte cadens. *fortaſſe legen-*
Luno fluuius eſt Mauritaniæ propinquus, Gna coloniæ atq; promontorio Apeluſiæ. *dum, ut ex Pli-*
Lupia fluuius eſt cadens in Rhenum. *nio lib. 3. ca. 1.*
Luſius Archadiæ fluuius, quem penes diu oſtenſum eſt ſepulchrum Aeſculapii, Aſippi, *apparet*
& Arſinoë filii, qui primus alui purgationem, atq; dentis euulſionem adinueniſſe dicit.

*Hic à Solino Letheus uocatur, eademq; ei aſſcribũtur de Tauro & Europa, quæ infra Lineo aſſignat* a
*Bocatius, Solin. cap. 16. uide.*

*Diuerſorum fluuiorum Lycus nomen eſt. Nam & ſuperior Phœniciæ ſiue Syriæ, à quo Leontos op-* b
*pidum non longe abeſt Lycus dicitur, is qui in Euphraten exit. De quo Plinius lib. 5. cap. 20. & 29. &c.*
*agit. Et Lycus ille dicitur, qui ex Armenia Pontum uerſus labitur, cui adiacet Heraclea, & Neocæſa-*
*ria, quiq; tandem ab Iri exceptus in Pontum defertur. De quo Plin. lib. 6. cap. 1. & 3. &c.*

MAcra fluuius eſt in initio Apennini, fluens inter Ligurum montes, & demum pe
nes Lunam ciuitatem defluit in Tyrrhenum.
Maceſtus fluuius eſt Aſiæ, Rhyndaco, ſeu Lyco flumine ſuſceptus iuxta Miletopolim.
Magrada Cantabrorum fluuius eſt unà cũ Sueſa Trinobellontem cingens & Deciũ.
Maluana fluuius eſt Africæ, diuidens Mauritaniam Syphacenſem à Tingitana.
Madrageus Scytharum fluuius apud Sagos populos.
*Mandrus fluuius eſt Indiæ inter Aremandros atq; Ianeos. *al. Mardrus*
Maran fluuius eſt, Penculis & Liphorte oppidis propinquus. *
Magoras fluuius eſt per Seleuciam currens, quæ prius Alexandria dicebatur ab Alexan *Pli. li. 5. ca. 20*
dro contra Parthiam condita, ſed à barbaris diruta, & ab Antiocho Seleuci filio reſtaura-
ta. Hunc aliqui apud Dalmatas eſſe dicunt.
Marſya fluuius eſt. Hic oritur haud longe à fontibus Mænandri, & currens Apamiam
diuidit, & inde Tiboron in radice montis Signiæ ſitam circuit. Deinde Menandro mi-
xtus, Icareum mare petit, in quo unà funduntur ambo, & littore Micaleo, & hoc ſecun-
dum quoſdam, qui uolũt hunc illum eſſe Marſyam, de quo fabula uetus extat, qui cum
Apolline tibiis certauit, ſuperatuſq;, atq; pelle nudatus, in fluuium ſui nominis conuer-
ſus eſt. Alii uero dicunt Marſiam fluuium in uertice montis ſupra Celenem ciuitatem ir-
rigare, & eam exiens Lycum uocari, eumq; Lycum in Irim mergi, ſeu binomius ſit Mæ-
nander, ſeu hic Marſias, ſeu Marſus alius ſit à Marſia, quod nõ credo, diuerſitatis cauſam
nec intelligo, nec aduerto.
Matis Dyrrhachii fluuius, nõ longe à Lyſſo. *Vib. Seq.*
Matrona flu. eſt Gallos à Belgis diuidens.
Mazeras fluuius eſt ex Caucaſo monte cadens citra flumen Syderim, propinquus Hir-
cano mari.
Mæander fluuius in monte Aulocrene lacu oritur, & adeo deſcendens, ſinuoſis circũ-
agitur flexibus, ut nonnunquam in fontem uideatur uelle reuerti, & Apameam primo
irrigat regionem, mox Eumeneticam, dein Bargylieticos campos, & ultimo Cariam, o-
mnes fertiliſſimo limo fœcundans. Poſtremo apud urbem Hippim, haud longe à Mile-
to ciuitate in Icareum effluit mare. Alii ſibi attribuunt eam originem, quam ſupra Mar-
ſiæ deſcripſimus. Is quidem multos ſuſcipit fluuios, eiuſq; ſunt margines conſpicui plu-
rium ciuitatum, ſuſcipit quidem Marſam, Obrimam, atq; Orgam, & alios, inſignit Ma- *
gneſia ciuitate, Comene, Nihiliuia, Prienne, & aliis. Aiunt inſuper in eo naſci lapidem,
quem per antiphraſim Euphronam uocant, quem ſiquis pectori alicuius alliget, in inſa-
niam eum uertat adeo uehementem, ut aliquem ex propinquis occidat.
Meduacus Venetorum fluuius.
Melas Bœotiæ fluuius eſt, Mineruæ ſacer, eò quod oliuetis abundet. Hũc tamen aliqui

nolunt

uolunt Athenarum eſſe fluuium, cum ille ſit Moëlus in Sichinarum finibus. Hic tamen Melas eodem fonte cum Cephiſo exundans potos greges, ſi albi ſint, nigros facit, cum Cephiſus agat contrarium, & ex hoc nomen traxit. Nam melan Græce nigrum ſonat latine.

Melas fluuius eſt Cherſoneſi, à quo ſinus in quem effluit Melas dicitur.

*Vibius Seq.* Melas, ſeu Methas Theſſaliæ fluuius in Epydanum fluens.

Melena fluuius, Lyſimachiæ ciuitati propinquus, quem puto idem cum Mela quem in Cherſoneſo diximus, & ſic eundem arbitror cum Melena in radicibus Oetæ montis fluente, & ſi ſic eſt, paruus eſt fluuius.

Mella Galliæ fluuius eſt, ea abundans herba, quæ ab eo uocitatur amellus.

Melas fluuius eſt Pamphyliæ nauigabilis, apud quem Bethites, Burſiri'q; incolunt, cū Ciliciæ ueterem terminum dicunt.

Meles fluuius eſt in Aſia Smyrnam circundans, haud procul naſcens ab ea, quem inter Aſiatica flumina præcipuum aiunt.

Melphes fluuius Buxento oppido uicinus.

Menothrus fluuius apud Caucadas & Opharitas gentes.

Menoba Hiſpaniæ fluuius apud Cauraſias.

Menus Germaniæ fluuius eſt, in quo ſylurum aiunt piſcem equos innantes deorſum trahere.

Merula fluuius eſt propinquus Albio Intemilio oppido.

Neſtus Thraciæ fluuius, cui proximi habitant Digeri, Beſſi'q; Pangei montis radices ambiens.

Metaurus fluuius eſt Vmbriæ, deſcendens in Adriaticum ſinum, haud longe à Phaneſtri colonia uerſus Senogalliam, clarus quippe uictoria Salinatoris Liuii, & Claudii Neronis conſulum, & clade atq; cæde Haſdrubalis Pœni ex Hiſpania uenientis.

* Meus fluuius eſt Indorum Sogdianorum.

Milam fluuius eſt Siciliæ inter Syracuſas & Leontinum fluens.

Milla fluuius eſt Hiſpaniæ apud Celticos, cui cognomen obliuionis attribuunt.

Mintius Venetiarum fluuius eſt, ex Benaco lacu progrediens, qui exundans uſq; Mantuam labitur. Ibi autem in circuitu ciuitatis altero lacu facto, cum ex eo progreditur Mincii nomen aſſumit, & breui curſu in Padum mergitur, & cum de ſe tenuis ſit, adeo imbribus augetur, ut aſſerūt nullum eſſe tam modici curſus, qui tantum uſquam ſuſcipiat incrementi. Equidem memorabilis Maronis Virgilii diuino carmine decantatus, & eius originę. Nam in Ando uilla eius in marginibus ſita natum aiunt, haud plus ii. mil. paſ. à Mantua, uocant tamen hodie Pietola, & gloriatur tanti uatis incolatu, ad cuius ſeruandam memoriam paruo cumulo eius contiguo Virgilii montis impoſuere nomen, aſſerentes ibidem agros fuiſſe ſuos.

Minius fluuius eſt iuxta Arinam in mare fluens.

Minyeus fluuius Theſſaliæ.

Minio fluuius eſt Italiæ, haud longe à Roma, & Cæretæ propinquus.

Minius fluuius eſt Hiſpaniæ à colore pigmenti, quo plurimum abundat denominatus. Hic prope Pyrenæū naſcitur, & ab Abobrica ueniens Leunos, Seubros, Bracas, & Auguſtam oppidum ſuper Gallitia irrigat, & mergitur oceano.

Mirſia fluuius eſt ultra Aquileiam in finibus Italiæ.

Miſius flu. eſt Plageæ, & Sadacis paruis Pelaſgorū coloniis, & Olympo mōti propinquus

Moadus Hiberniæ fluuius, per Concanitiam regionem currens.

Modarnus fluuius, & hic in Hibernia eſt, per Cheneloniam greionem currens.

*Idem eſt cum eo quē ſupra Menū dixit* Mœnis fluuius eſt cadens in Rhenum.

Morgus ciſalpinæ Galliæ fluuius eſt, in Padum tendens.

Moſſella fluuius eſt Belgicæ, cuius in ripis Treueris ſedet ciuitas, & in Rhenum influit.

Moſa fluuius eſt, ex Vegeſo mōte funditur, qui in finibus Ligonū eſt, & recepta quadā parte



parte Rheni, quæ uocatur Vaſus, inſulam facit Batauorum, & idem mergitur oceano.

Mulucha fluuius eſt Numidiæ, olim dirimens Iugurthæ, Bochi'q; regna, Numidiam ſcilicet à Mauritania.

Myſecros fluuius eſt Camari inſulæ meridionalis.

Munda fluuius eſt Hiſpaniæ, à quo oppidum denominatum eſt, apud quem inter Iulium Cæſarem & Cn. Pompeiū Magni filiū clade Cnei ingens certamen cōmiſſum eſt.

Mutien fluuius eſt apud Caucadas & Opharitas gentes.

NAbar fluuius eſt inter Iocoſium & Rutiſiam ciuitatem currens.

Nabrum fluuius nauium capax eſt, haud longe ab Alexandria à Leonato iuſſu Alexandri Macedonis condita.

Nais fluuius ex Tauro monte naſcitur, & in Pontum mergitur.

Namnaſa fluuius eſt apud Cantabros, Auarigines & Orgenomes diſterminans.

Nar, ſeu Naria fluuius eſt ſecundum quoſdam Sabinorum, de Fiſcello defluens monte, & ut quidam dicunt, ex naribus cuiuſdam tauri ænei, & ideo Nar dictus eſt. Alii dicūt eum Vmbrorum fluuium, uicini ſunt Sabini & Vmbri. Difficile forſan terminos diſtinguere ueteres. Sulphureis præterea miſcetur aquis, & ideo plurimū à ueteribus cognominatur ſulphureus, & ſub Narina ciuitate ab eo denominata fluens in Tyberim labitur.

Nar fluuius eſt alter à ſuperiori, qui à Danubio uidetur deriuari, & deſcēdere inter Phileos & Liburnos.

Naro fluuius eſt Dalmatiæ, ab Epidauro colonia nō diſtans amplius centū mil. paſſ.

Nathabur fluuius eſt apud Garamantes Tapſado oppido propinquus.

Natiſus fluuius eſt Venetiarum, Aquileiæ ciuitati uicinus.

*Nauia fluuius eſt apud Cantabros inter Albiones & Barthos. *Nauilubio apud Plin. lib. 4. cap. 20*

Nauportus fluuius eſt, oriens inter Emonam & alpes.

Nebis Hiſpaniæ fluuius eſt apud Celtas.

Neæthus Italiæ fluuius eſt, haud longe à Crotone oppido effluens.

Neleus fluuius eſt in Euia, ex cuius aqua ſi potent albæ oues, nigræ efficiuntur, cum nigræ efficiantur albæ, ſi ex * Cherio eiuſdem prouinciæ flumine potent. *al. Cephiſo*

Neoris fluuius eſt Albaniæ, Taſiæ regionis.

Neſeſtenes fluuius eſt ſub Caucaſo monte, Sigotoni occurrens flumini.

Neſton Thraciæ fluuius eſt à Strimona fluens, ſecus Abderem ciuitatem, ubi quondā Diomedes equis hoſpites ſuos dabat in cibum.

Magoras Phœnicum fluuius eſt, in ora Libano monti ſubiecta.

Nidam fluuius eſt Indiæ. Niennia fluuius eſt Aquitaniæ.

Niger fluuius oritur inter Carilas, Aethiopes, & Getuliā ciuitatem omnē, atq; Aethiopiam ab Africa diuidit. Eum autem patrem Nili putant, eò quod eodem tempore augeatur atq; decreſcat, cum eadem animalia gignat & nutriat, & calamum, & papirū, & ideo ſtatim de eo paulo poſt ubi de Nilo.

Nilus totius orbis permaximus fluuius arbitratur. Huic ſecūdum quoſdam, latine nomen eſt Melo. Alii dicunt hunc eſſe, quem Theologi Geon nuncupant, & ex paradiſo delitiarum effluere. Incolæ Nilum uocant propter limum quem trahit, & eo Aegyptia arua fœcundat, cuius tam grandis eſt copia, ut etiam ſint qui arbitrentur ab hoc Pharon inſulam à continenti longo tractu diſtantem, eo aucto iamdiu fuiſſe coniunctam. Sed nominis quęſtiō minor eſt. Hic, ut ab aliquo termino eius ad Aegyptios progreſſus ſumamus, initium è Nigro flumine, de quo ſupra, quem accolæ Nili patrem dicunt, nondum Nilus uocatus, rapido ueniens curſu, Africam omnem ab Aethiopiæ ſeparat, & plurimas atq; prægrandes inſulas faciens, uenit ad eam clariſſimam Meroēm à dextris eius nominatus Aſtuſapes, quod idē ſonat quod latens. A leua uero uocatur Aſtobores, ex quo intelligitur è tenebris ueniens, quam poſtquàm reliquit aliquandiu Nongiris ab aliquibus appellatur, ab Aegyptiis uero homo, à quibuſdam Tricon, & partim aſper, partim'que nauigia

nauigia deferens, in ampliſſimum effunditur lacum. Ex quo rapido ſeſe proripiens impetu, alteram inſulam quam † Talenſium uocitant, amplectitur, & uariis incitatus irritamentis montium coarctatur rupibus, ex quo torrentior factus, ad eum Aethiopum locum deueniens, qui Catadupa uocatur, tam uiolenter inter obuios ſcopulos ſuo impellitur impetu, ut uaſto aquarum ſe frangentium rumore incolarum aures in ſurditatem uſq; lædat exiſtimatur, & adhuc atrox, ſpumanſq́; amplo gurgite ad Elephantilem uſq; ciuitatem Aegyptiam euoluitur. Hinc lenis uiolentia poſita placidus ac nauigabilis efficitur. Et primo circa Cercaſorum oppidum incipit eſſe triplex. Cuius pars una ad Deletam & Meliam declinans iterum ſeparatur, & ſic diuiſus atq; uagus, aliis etiam alueis uarie ſeparatis, in ſeptem poſtremo totus diuiſus partibus, omnem Aegyptum irrigat annuo incremento, & demum Aegyptio mari per ſeptem ingentia miſcetur hoſtia. Quorum primum, quod in Syriam uerſum eſt Peluſion appellatur. Secundum Tanaiticon, ſeu Parameticon uocitatur. Tertium autem Mendeſicum, uel Mendeſion. Quartum Phatmiticũ, uel † Cataptiſtũ nominant. Quintum autem Sebenniticum. Sextum * Voluptionem damitant, uel Volbitium. Septimum & ultimum Canopon à Menelai gubernatore nauis ibidem tumulato denominatũ. Sed poſtquàm de eius progreſſu aliqua dicta ſunt, quid de origine eius opinati ſint ueteres, aduertendum eſt, & ueritate ſacrarum literarum præpoſita, quibus legitur eum ex paradiſo delitiarum procedere ſub nomine Geon, de quo ſupra. Sunt qui uulgatiori adhærẽt opinioni, qua creditur huius omnino ignorari principium, in cuius credulitatis confirmationem dicunt quoſdam à Nerone Cęſare miſſos, ad huius fluminis caput inueſtigandum, retuliſſe poſt longum à ſe peractũ iter, Aethiopiæ regis auxilio atq; conſilio ad ulteriores deueniſſe reges, quorum opera ſe uſq; fuiſſe perductos, ut immenſas reperirent paludes, quarum exitum nemo nec incolæ nouerant, aut ſperare poterant. Erãt enim aquę adeo herbis implicitæ, ut nec expeditus homo, nedum nauigium penetrare poſſe uideretur, niſi quod paruum eſſet, & unius tantũ capax, infra quam non abſq; graui difficultate progreſſos ſe referebant petras uidiſſe duas, ex quibus uis ingens fluminis emanabat. Vtrum hoc eſſet initium, an ex patentibus terris acceſſio aliunde foret, non ſatis certum firmantes, cum ad ulteriora procedere nequiuiſſent. Alii uero ſunt aliter ſentientes, ſed iudicio meo magis coniecturis quàm experientia certa ſe adinueniſſe Nili fontem teſtari uidentur, aientes in monte inferioris Mauritaniæ, haud procul ab oceano lacum eſſe ſtagnantem, quẽ uocant incolæ Nilidem, in quo piſces alabetæ, coracini, ſiluri, ac etiam crocodili reperiuntur, & ſqualentibus niuibus lacum excreſcere, ex quo, quia hæc eadem piſcium genera Nilus alit, lacum hunc Nili coniecturantur initium, ſumentes ex progreſſu aquarum lacus aliquale etiam argumẽtum, dicentes ex hoc lacu primo perfuſum Nilum per harenoſa & ſqualentia loca, quaſi dedignentur excurrere, hiatu terræ comperto ſeſe condere, & aliquot dierum itinere inuiſum ſe ferri. Mox apud Maxillos Mauritanię Cæſarienſis populos in ampliorem lacum proſilientem fundi, cuius rei argumentum, quod idem ſit, qui ſe merſerat, nil aliud reſtat, præter quod eadem animalia is ſecundus quæ prior gignat & nutriat. Demum iterũ ab harenis receptus abſconditur, nec apparet antequàm excurſis uiginti dierum itineribus per deſerta atq; inacceſſa loca, ubi primum quaſi habitantes homines ſenſerit, erumpit in terras iterum, & ex eo fonte proſilit, quem Nigrũ uocauere, exinde palàm procedens ad exitũ uſq;, prout ſupra demonſtratum eſt. Nõnulli putant eum ex fonte quodam prodire, qui apud Heſperos Aethiopas eſt ab incolis aliter Pyrum, ſeu Prium appellatus. Et huius nullum aliud extat argumentum, niſi quod cum alia flumina, quæ ea in regione oriuntur, omnia in oceanum tendant, & is ſolus ex fonte iam dicto procedens, Mœdiam capiens regionem, tendit in orientem. Nutriatq́; & gignat, eſto minora ea animalia, quæ nutrit & Nilus, afferunt tamen quonam exeat, ſed coniecturis eundem eſſe percipere uolunt. Et alii non in occiduo naſci Nilum, ſed in littore rubri maris emergere, loco ubi dicitur Moſſilone, & in occaſum profluere uſq; in inſulam, quam Meroën deſuper nominauimus.

*al's, Tachẽpſo ut Mela teſt.*

*al. Catapiſtẽ*

*al. Bolbitinũ*

b



mus. Demum in ſeptentrionem flecti pluribus auctus incrementis, & Aegypti æquora ſubintrare. Ego quidem quod à primis dictum eſt, nulla ſcilicet ratione compertũ, ex quibus erumpat fontibus arbitror, quum Cæſarem dictatorem talium indagatorem egregium originis huius legamus incertum. Sed de accidẽtibus pauca ſuperextant. Scripſere igitur ueteres hunc eſſe ſyluarum altorem permaximum, & beluarum immanium productorem, & crocodilorum & hippotamorum, & aliorum ſimilium. Præterea calami atq; papiri, & agrorum fœcundatorem inclytum ſuis annuis incrementis, quæ fieri contingit ut plurimum tenente ſole Leonis finem, & ad medium uſq; Virginis augeri, demum declinare, & in ripas reuocare aquas incipere, donec ſol Virginis in finẽ uel Librę principium uenerit, & tunc totum intra ueterem alueũ contineri, cuius excrementi cauſas multiplices oſtendere antiquitas conata eſt, quas, quia minus huic operi cõueniunt appoſuiſſe ſuperfluum ratus ſum. Hoc tamen omiſiſſe nolim. Habẽt loci accolæ paſſim per oppida erectas columnas, in quibus incrementorum uarietates ſignis notatæ ſunt, per quæ optime futuri temporis abundantiam atq; penuriam frumentorum uaticinantur ſecundum maius & minus incrementum. Afferunt inſuper aliqui fluminis huius aquas talis eſſe uirtutis, ut non ſolum fœcundas faciant mulieres, ſed quæ diu uidebantur ſterilitati damnatæ ad conceptum harum beneficio relaxentur, efficianturq́; fœcundæ, & hæc de Nilo dixiſſe ſatis ſit.

Niphates, ut quidam dicunt, fluuius eſt Mœdorum, alii uero Parthorum, & nõnulli Armeniorum, cum ſint qui illum aſſerant eſſe Scytharum, cadit enim è monte Niphate curſui cuius poſſunt adeo prædictæ gentes eſſe diſpoſitæ, ut poſſit ad omnes aliquando peruenire, & ſic omnium eſſe.

Nipheus Italiæ fluuius eſt, haud longe ab Aſtura Volſcorum.

Ninius fluuius eſt Muſeo propinquus.

*Ninus fluuius à Pli. Aſiæ adcenſetur. Vide lib. 5. c. 28.*

Nogrus Colchorum eſt fluuius inter Emochos, atq; Ampreutas & Lazos.

Nonimbarus fluuius eſt propinquus Seleucię, quę Calicadmo ſupereminet flumini. c

Nouanus fluuius eſt trans Apenninum conditionis inauditę. Nam quum in agro ſit Pitiniatæ æſtiuis ſolſtitiis omnibus pleno effluit alueo, bruma autem ſiccatur.

Nourgitis fluuius eſt Aethiopum. Hic aliqua in parte Nilus eſt, ut pauloante aduerti poteſt. *

Nubis fluuius eſt nauigabilis, cui propinqui habitant Alontigi, atq; Cæliſtorigi.

Nundiana fluuius eſt apud Nouium.

Numicius ſeu Numicus fluuius eſt Laurentis agri, in quo uolunt quidã Aeneam Troianum cecidiſſe, & ex eius alueo ſublatũ corpus conſecratum fuiſſe, ex quo quidem flũmine ſolo ueteres conſueuere in ſacris Veſtæ libare. Sanè hic fluuius, ut quidam uolunt hodie non eſt. Nam paulatim decreſcens primo in fontem redactus eſt, demum & fons ipſe exaruit, & ſic qui plurimum Maronis carmine, & aliorum latinorum poëtarum celebris factus eſt deuenit ad nihilum.

Nuthul fluuius eſt Aethiopiæ, aiunt aliqui ſic Nilum aliqua in parte uocari.

a *Legendum uidetur, aliquando Siris appellatur, ab Homero uero Aegyptus, à quibuſdam Triton. Vide Plin. lib. 5. cap. 9.*

b *Sententias autorum uarias atq; multas, qui uult, requirat in commentarijs Vadiani, in Pom. Mel. libro primo.*

c *Verba Plinij lib. 5. cap. 27. ſic habent. Seleucia ſupra amnem Calicadnum Trachiotis cognomine, à mari relata, ubi uocabatur Olmia, præterea intus flumina Liparis, Bombos, Paradiſus, mons Imbarus. Ex quibus colligo pro Nonnimbarus, Bombum aut Liparim reponendum eſſe.*

OAxis ſiue Oxus fluuius eſt ex Oaxo lacu oriens, per deſerta Scythiæ ex regionibus Sogdianorum aliorum ſuffragio grandis ab oriente ueniens aliquandiu in occaſum impellitur. Poſt hæc iuxta Dahas flectitur, & in ſeptentrionem uerſus iter ad Amardos & Peſicaſos illi aperitur, & limo plurimo ſemper turbidus in ſcythicum oceanum in

grandi multitudine aurea deferens fruſta, ut aſſerunt quidam labitur. Huius quidam ripas incolunt Derbices, Bactriani, & Exoſtaſtæ.

*Ex Vib. ſeq.*

Oaxes, ut placet aliquibus, fluuius alter à ſuperiori eſt, & per inſulã Cretæ fertur, & ab eo ciuitas Oaxia nuncupatur. Verum timeo ne decipiantur tales Virgilii carmine, ubi dicit, Pars Scythiam & rapidum cretæ ueniemus Oaxem, quum ibi cretæ nomen non ponat pro inſula, ſed pro limo, quem ſemper ſecum trahit Oaxes.

Obrima fluuius eſt Tyboroni ciuitati ſitæ in radicibus Signiæ montis proximus, in Mæandrum fluuium cadens.

*Alazon legẽdũ, ut ex Pli. lib. 6. cap. 10. apparet.*

Ocazane † fluuius eſt cõtermin us' Albanis, & Hybero atq; Cyro fluminibus uicinus.

Oceanus fluuius eſt, ut quidam uolunt, in extremo occidente. Ego quidem inſpecta Homeri litera & modo loquendi, non credo fluuium, ſed ipſum mare Oceanum.

Ocharius fluuius eſt Scytharum, tranſiens per Canecos & Sapeos.

Ochus fluuius Indiæ aqud Sogdianos.

*Pli. nõ flu. ſed urbis nomen facit, ut noſtri habent codices, vide li. 4. cap. 11.*

Odeſſus fluuius eſt Macedonię apud Mileſios, haud longe à Dionyſiopoli.

Odona fluuius eſt Indorum, in oceanum tendens, cuius in ripis aiunt oriri arundines tantæ magnitudinis, ut uix unam. xxx. poſſint homines ferre.

Oeagrius fluuius eſt, quem aiunt Orphei uatis patrem. Ex eo quidem quum in Thracia ſit, Hebrum naſci dicunt.

Opharus fluuius eſt apud Caucadas & Opharitas in Lagoum fluuium defluens.

Ollius fluuius eſt Galliæ Ciſalpinę ex Sebino lacu manans in Padum.

Onochonus fluuius eſt Theſſaliæ. Ophradus fluuius eſt prope Bactros.

*alš Orchomenus.*

Ormigus † fluuius eſt poëtis ſacer, cygnis abundans Bœotiæ proximus.

Oroatis fluuius eſt Perſas ab Elymade diuidens.

Orga fluuius eſt haud longe à Tyborone oppido in radicibus Signiæ montis ſito, in Męandrum fluuium emergens.

*Vide. 2. Iliad.*

Orcos fluuius eſt Theſſaliæ in Peneum defluens amnem, quem penes quum puriſſimus ſit, eum non ſinit ſuis aquis miſceri, quinimmo deſuper fert nõ aliter quam ſi eſſet oleum, nec etiam hoc modo diu patitur, & eum ab ſe abdicat. Aiunt enim ex infernorũ Dite genitas has eſſe aquas, & ideo flumini nomen impoſitum conueniens undis.

Ortacea fluuius eſt cõfinio Perſarum, tantum limi deferens unà cum Brixia eiuſdem regionis fluuio, ut cœno in acceſſibilem faciant Perſidem ex parte illa.

*Vib. ſeq.*

Oretus Siciliæ fluuius eſt apud Panormum.

*a*

Origeus fluuius eſt Carmanię, Hircanis portuoſus, & auro fertilis.

Ornadus fluuius eſt, ut ego arbitror Armeniæ. Nã non multũ diſtare uidetur à Tigri.

Horiſius fluuius eſt poſt Olympum montem, qui Miſius dicitur, Olympenæ ciuitati propinquus.

Oron fluuius eſt haud longe à Memphi ciuitate Aegyptiorum.

Orontes fluuius eſt Syriæ ex Libano proflués iuxta Eliopolim oppidum, Alii uero dicunt, quod ex Caſio monte ei ſupereminente naſcatur. Anthiochiam Epiphané cognominatam præterfluit.

Ortorogœta fluuius eſt aquilonaris apud mõtanos Paropamiſadas, & Hircanos Scythas effluens, in oceanum ſuſcipitur, & incipit ab eius hoſtio oceanus Sericus.

Oroſines fluuius eſt Meandro propinquus, unà ſecum circuncurrens Anthiochiam Simecos, Cranaos'q; oppida.

Oſcorus Scytharum eſt fluuius.

Aous fluuius eſt Græciæ haud longe ab Apollonia uerſus Macedoniam.

Oſſigetania fluuius eſt Hiſpaniæ, & in Bethim fluuium effluit.

Oſtata ſeu Oſta Britanniæ fluuius eſt, cui ſupereminet Clamargantia ciuitas.

Aſtura fluuius eſt Hiſpanię circa quem Aſtures montibus ſyluis'q; circumſepti habitãt à flumine nuncupati.

Etheleus



Etheleus fluuius eſt inter Myſiam & Troadem illas diſterminans.

*Verba Plinij lib. 6. cap. 23. hæc ſunt. inſula quæ Solis appellatur, & eadem cubile nympharum, rubẽs, in qua nullũ animal non abſumitur, incertis cauſis. Ori gens, flumen Carmaniæ, Hytanis portuoſum, & auro fertile. Ex quibus uides Boccatium pro eo quod hic diuerſis dictionibus legitur Ori gens, Origeum legiſſe & conſtruxiſſe cum ſequentibus non animaduerſo, qui ſequitur Hytanc.*

PActolus fluuius eſt Lydiæ aureis harenis Smyrneos irrigans agros, quæ quidem ueruſtate fabulæ inuenere locum, ſcilicet in eo Midam regem, qui à Baccho impetrauerat, ut quicquid tangeret aurum fieret, lauaſſe.

Pachiſos fluuius eſt Siciliæ ciuilis ſanguinis notatus infamia. Nam apud eum Sextus Pompeius Pompeii magni filius occiſus eſt.

Padus fluuius eſt Galliæ Ciſalpinæ, totius Italiæ maximus, qui quidem in celſiſſimo Veſuli mõtis cacumine in finibus Ligurũ Gabienorum, ex Pſeudo funditur monte, ſeq; condés cuniculo in agro Foroiulienſiũ iterũ uenit in lucem. Alii dicunt quod in infimis radicibus Veſuli oriaẽ, & inter Naburnos & Mãtuanos arripiat primo curſum. Sed qualitercunq; ſit, è gremio Veſuli mõtis fuſus primo tenuis, incipit iter, demum fluminibus auctus, placido tamen inceſſu Taurinorum Auguſtam linquit à dextris, & Placentiã Romanorum coloniam, atq; Parmã, Regium Lepidum, Mutinam'q;, & uetuſtiſſimã cum aliis pluribus Rauennam à ſiniſtris, Auguſtam prætoriã curiam, Ticinum, Mediolanũ, Laudum Pompeii, Veronam, Mantuam, Vincentiam & paulo longius Patauium. Et ſuſceptis triginta fluminibus tam ex alpibus ſiniſtris, quam è dextris ex Apẽnino cadentibus, ut ſcripſere quidam ſeptem hoſtiis Adriatico miſcetur ſinui. Quæ diſtinxiſſe forſan erit accommodum. Is igitur turbulentus incedens, utplurimum & incipientibus ſqualere niuibus Aprili & Maio mẽſibus, uix ſeſe infra alueum aggeribus hincinde coactus relicto Veronenſi agro bipartitur, & duo de ſe grandia facit flumina, quorũ quod à dextris labitur in uento à ſiniſtris inſigni oppido, quod olim forũ *Alieni* † uocauere ueteres, hodierni uero uocant Ferrariam, iterum in duos diuiditur fluuios. Qui à dextris eſt recto tramitte Rauennam petit, & ferè uſq; Mutinam & inde aliquantiſper uſq; Imolam maximis factis paludibus, & aliquibus ſuſceptis fluminibus haud longe à Rauenna ingreditur mare, hoc hoſtio portus magnitudinem faciens, adeo ut Claudius Cæſar ex Britãnis triumphaturus Adriaticum per illud intrauerit, non ſolũ ingenti nauigio, ſed prægrandi palatio ſpectantium illud iudicio. Hoc priſci dixere Vattenum, quum ante Eridanum hoſtium dictum ſit, nonnulli Spineticũ uocauere à Spina ciuitate inclyta, quam à Diomede conditam ex Delphicis theſauris creditum eſt hoſtio propinqua, ex qua hodie nullum extat ueſtigium, & nominis fama perdita eſt. Vatrenum autem dictum eſt, eò quod Vattenus fluuius à foro Cornelienſi ueniés, quem quidam hodie uocari Santernum exiſtimant, Pado ibidem miſcetur. Hoc tamen hodie primarum uocant incolæ, quaſi primum & inter alia præcipuum. Ea uero pars quæ ſub oppido Ferrarienſi diuiſa diffunditur multas faciens inſulas, quas polyneſos uocant indigenę, ſyluis plenas & accolis, poſtquam aliquandiu delapſa eſt pro parte, ſtagnũ intrat ingens, quod etiam in mare effunditur. ſecũdum fluuius faciens hoſtium, quod olim Gapraſiæ dictum eſt. Noſtro autem æuo, ut nõnulli exiſtimant, uulgo dicitur Mangiauacca. Reliquum autem quod fluuii more effluit tertium facit hoſtium, quod uocauere ueteres & moderni Volanum ſeu Volane, ante tamẽ Olane dictum. Id uero flumen quod diuiſum ſub agro Veronenſi diximus in ſiniſtram deſcendere, eſto ſiniſtrorſum maximas impleat paludes, recto tamẽ curſu mari ſe miſcens hoſtium facit quartũ, cui Philiſtenæ fuiſſe nomen aliqui arbitrantur, quum hodie uulgo uocetur Codigore idiomate incolarum. Verum reliqua tria hoſtia quæ carbonaria, foſſiones & Philiſtena, ut placet aliis uocata ſunt, & ſic quarti hoſtii uetus nomen perditum plena uidetur quum à partibus per paludes emiſſis ab eo quod ab agro Veronenſi diuiſum ueniebãt, naſcerentẽ. Repletionis aũt cauſa, foſſa in tranſuerſum ducta ad impetũ fluminis moderandũ uideẽ, quam aũt foſſam Aſſagi fecere Tuſci,

*alš Vibieni.*

*Hæc omnia apud Plinium lib. 3. cap. 16. rectius & plenius.*

R 2 quorum

quorum Adria fuit colonia, & ex tranſuerſo Atrianorum paludum, quæ ſeptem maria uocabantur deduxere. Quam ob cauſam ſunt qui uelint apud Brundullum effundi quicquid ex Pado obturatis effundebatur hoſtiis, quod ego nec credere nec firmare audeo, quum & Atheſis & Brinta flumina paludes augeant, & per medias ſub Laureto uico Atheſis in Adriaticum pleno penetret alueo. His tamen omnibus remittit in Adriaticum multa ex ubertate Gallorum nauigiis, et multa uſque etiam in Taurinos ex Adriatiaco ſinu nauigiis peregrina ſuſcipit, maximo incolarum atque negociatorum commodo. Volunt quidam hunc tam impetuoſo curſu ex unò hoſtiorum effluere, ut impetum ſeruet, donec ad Iſtrum ab oppoſito Iſtriæ littore æque impetuoſe ruentē deuenerit, eiq́ miſceatur in mari, & ſic per Adriatici ſinus ubiq; dulcis aquę hauſtū nautis præbeat, quod ego ridiculum puto, quum nec Iſter accedat, nec procedat purus tam diu Padus. Hunc græci Eridanū uocauere à Phaëtontis ſolis filii caſu, ut iam ſupra, ubi de Eridano ſatis plene dictum eſt. Padus autem, quum Italos pudeat ut plurimum ſuis rebus à Græcis mutuaſſe nomina, dictus eſt, eò quod circa fontem eius arbores abundent, picem ſudantes, quas Galli padi uocant, & ſic ab illis oriens nomen adeptus eſt. Ligurū uero lingua non Padus, ſed Boduigus appellatus eſt, quod ſonat fundo carens, cui rei argumentum eſt oppidum penes eum, & potiſſime ubi fluminis incipit altitudo uetuſto nomine Boduigomadum appellatum.

** Meſſanicū Plin. lib. 3. cap. 16.*

Paduſa fluuius eſt, quem aiunt Padi brachium quoddam Rauennam uſq; perductū, Maſſanicum *alio nomine appellatum. Quem ego fluuium non exiſtimo, ſed foſſam pòtius, qua à flumine nauigia traherentur ad urbem.

*Credo eſſe qui à Plinio uocatur Pityūs li. 6. cap. 4.*

Paneus * fluuius eſt Colchorum, cui oppidum imminet ſui nominis, habens poſt ſe Hemochorum multimodas gentes.

Pamiſus, ſeu Paniſus fluuius eſt Achaiæ in Aſineo fluens ſinu.

Paniſſa fluuius eſt Scytharum, haud longe à ſtagno Deuelto & Boſphoro.

Pantanus fluuius portuoſus eſt, propinquus promontorio Gargani montis.

Pantagias fluuius eſt Siciliæ, Pontagius ante dictus, uicinus Megarēſibus atq; Syracuſanis ſic denominatus, eò quod fluens per omnem audiretur inſulam, cui Silentium dicunt à Cerere dum Proſerpinam quæreret offenſa ſono fuiſſe impoſitum.

Panus ponti fluuius eſt. Paradiſus fluuius eſt Siliciæ.

Parapamiſus ſeu Propaniſus fluuius eſt Scytharum, glacie duratus plurima, & in ſeptentrionalem emergens oceanum, quem incolæ Amalchium uocant, quod latine congelatum ſonat, ſeu ſecundum Cymbros Morimmaruſa, quod mortuum mare ſonat.

Parthenis Armeniæ fluuius eſt, in Tigrim effluens.

Parthenius fluuius eſt Paphlagonum, haud longe à Carambi promontorio Paphlagonum, & urbes Seſamum & Cromnam, in pontum ſeſe mergens.

Parma fluuius eſt Galliæ Ciſalpinæ, Parmam ciuitatem ab Apennino ueniens diuidens, & in Padum cadens.

*à Mela Hypaciris dicitur.*

Pacyris fluui. eſt Carcinitis ſinus, propinquus Pōtico & Nabaro atq; Carcinę oppidis.

*al's Titareſiū. Nā Com. Iliados νιμεϱτὸν pro καλὸν ex ponit. al's Orci.*

Peneus fluuius eſt Theſſaliæ plurimum poëtarum carminibus celebratus, hunc quidam dicūt caſu exortū, ſcilicet cum Oſſa mons Theſſalię ab Olympo monte agente terrę motu ſepararet, primo terras erupiſſe, & paludes, quibus laborabat Theſſalia exhauſiſſe. Alii dicunt quod à Pindo fundatur mōte, ſed iuxta Gomphos oriri, qui clariſſimis effluens undis Orcon, ſeu ſecundum alios Himerton † turpiſſimis ſeſe undis miſceri conantem ſpernit, illasq́ ad inſtar olei aliquandiu, quaſi natantes uehit, demum à ſe repellit. Et quum ſtygi & inferorū paludi aquas ſumminiſtrare ueteres dixerint, arbitror hos † Orconis undas alicubi in progreſſu tanquam leuiores hiatu reperto mergi, quum omnes afferentes inueniam eum illas diu non ferre. Is igitur per nemoroſa conuallia defluens quingentis ſtadiis nauigia defert. Inter quę famoſiſſimus locus eſt, quem Tempe uocauere priſci. v. M. paſſuum in lōgitudinem tendens, arboribus ſe in cælum attollentibus ab

uttoq;



utraq; ripa, & iuga montium uiſum hominum excedentia, umbram præbent placidā, & gramine ueſtitis marginibus inter ſonoros calculos labens, canoro auium concentu lætior uidetur incedere. Eſto nonnunquam exhalet fumos, & nubila condat, & ingenti ſono adiacentia cuncta cōcutiat. Tandem apertiori ſub cœlo fluens à Magneſia Macedoniam dirimit, & in Termum effluit ſinum. Inſignis fabula natæ Daphnes, quam à Phœbo dilectam aiunt, & in laurum uerſam, eò quod lauris eius abundent ripæ.

Peonius fluuius eſt Theſſaliæ.

Permeſſus fluuius eſt Bœotiæ, ex Helicone monte declinans, poëtis gratus.

Paroſpus Indorum fluuius eſt nauigabilis, in Caberonem Sorarum fluuium cadens.

Pingius Meſiæ fluuius.

Prille Tuſciæ fluuius apud Populoniam uetuſtum oppidum atq; deletum.

Pinarus fluuius eſt Ciliciæ ſub Amano effluens monte.

Pira fluuius eſt in finibus Hiſtrorum Callipidas Aſiaticas ab eis diſterminans. *

Pydaras ſiue Atyras fluuius eſt Selimbriæ oppido, atq; Bathyniæ flumini uicinus. Arbitror hunc haud longe à Bizantio fluere.

Pyramus fluuius eſt Siliciæ, cui Mopſos oppidum ſupra impoſitum in Cilicū effluit mare apud Ammodem promontorium.

*Hic idē eſt cū eo qui ſupra Iſaurus dictus eſt, ut Vib. teſtat.*

Piſaurus fluuius eſt Ciſalpinæ Galliæ, ſeu potius Piceni, à quo ciuitas Piſaurum ei ſuperimpoſita denominata eſt, in Adriaticum fluit.

Pitornius Marſorum fluuius eſt, curſu uolucri uectus per Fucinum lacum abſq; mixtione aquarum tranſit.

Pixyrates fluuius eſt orientalis ſub radicibus montis Capotæ ſupra Simyram ciuitatē fluit, quem aiunt uocari poſtea Euphratem.

Plabes fluuius Venetorum eſt inter [illegible] Iulii & Taruiſium ciuitatem. *

Plemirus fluuius eſt apud Orthygi[illegible]lam in conſpectu Siciliæ.

Boagrius fluuius eſt in ora Locrorum iuxta Maratonium in mare fertur. *Pauſ. in Elid.*

Paleſimūdus fluuius eſt in Taprobane inſula orientali, effluens è ſtagno cui Megiſba nomen & iuxta oppidum eiuſdem nominis currens, tribus alueis oceano miſcetur.

Policarmus fluuius eſt, in quo, ut ferunt, gignitur herba conferens plurimum ad cæcatis ægritudinem remouendam.

*Curtius de hoc lib. 7.*

Politimetum flumen eſt apud Sogdianos in India, per amplas ſolitudines à ripis, tenui coactus alueo uagans, & comperta cauerna, quaſi cælum horreat fugit, & mergitur, eiuſq; curſum aquæ labentis ſono uolentibus notum facit, Preterea & indicio alio. Nam quum areat ſolū undiq;, id quod curſui ſuperpoſitū eſt, humore ſemper aliquo deſudat.

Ponanus Indorum fluuius eſt nauigabilis, Pandorum fluens in finibus.

Ponthus fluuius eſt inter Scytos Mœdos, per terram Thraciam nuncupatam, ut aiunt labitur, ex quo ſumuntur lapides miræ operationis. Igne quidem uti ligna cremantur, quos ſi percuſſeris extinguuntur facile, ſi aqua perfuderis in maius excitantur incendium, tetrum habentes odorem Aſphalto perſimilem, adeoq́ abominandum, ut nulla ſit auis aut ſerpentum ſpecies, quæ his ardentibus loco poſſit propinqua conſiſtere.

Potamia fluuius eſt Myſiæ, per mediam Martianopolim fluens ciuitatem, quam quidem Traianus Cæſar amore ſororis Martiæ conſtruxit & nominauit.

Potercus fluuius eſt in inſula Cretæ, inter Gnoſon & Gortinam defluens ciuitates.

Prinas fluuius eſt Indiæ, apud quem Actocaligæ in Gangem fluit.

Prophthaſia fluuius eſt, haud longe à Drangis ciuitate Indiæ.

*Plinij à noſtris hominibus editi, Prophthaſiam non flumen, ſed oppidum faciunt, uide, lib. 6. cap. 23.*

RAcinus fluuius eſt aut Perſarum, aut Perſis propinquus.

*Vide, nū Pumas aut Sonus legēdū ſit*

Rannus fluuius Indiæ eſt nauigabilis, in Gangem defluens.

Rebas fluuius eſt, quem aliqui Rheſum dixerunt Boſphori faucibus proximus.

Reganus fluuius eſt Turingorum, & in Danubium fertur.

R 5 Rhenus

Rhenus fluuius ex Lepontiis qui alpes incolunt oritur, exiſtentibus Vemionenſibus atq; Sarmatis origini ſuæ propinquis. Hic paruo adhuc effuſus curſu duos facit lacus, Venetum ſcilicet & Acronum. Mox in unum ex eis redactus alueum, per fines Nantuatiũ, Heluetiorum, Sequanorũ, Mediomatricum, Tribotiorum, atq; Treuerorum uelox effertur, ac poſtquã propinquat oceano, multis iam ſuſceptis fluminibus, in plures diffuſus partes, multas facit inſulas, quas olim barbaræ nationes incoluere, ex quibus & ii qui piſcibus ouis'q; auium nutriuntur fuere. Ex his tamen nobilior Batauorum inſula, fertur inter Helium ac Fleuum fluminis hoſtia, ſane late reddentibus ripis, ingentẽ facit lacum. Fleuo dictus ubi campos inundauit, & eiuſdem nominis inſulam amplexus eſt. In occiduum uero in amnem Moſam ſe fundit, & poſt inſulam, Fleuo dato, multis alueis oceanum petit, ſuo tamen nomini tenuẽ ſeruat, per quem cum cæteris miſcetur oceano, gloriæ Iulii Cæſaris dictatoris, à quo primo ponte ſuperatus eſt, teſtis perpetuus.

Rhenus fluuius eſt Galliæ Ciſalpinę Bononiam Latinorum coloniam in Tuſcorum poſitam, matrem'q; inclitam ſtudiorum radens.

* Rexinis fluuius Germaniæ eſt, in oceanum effluens.

* Ridagius fluuius eſt Hircaniæ grandis, Zobetem ſuſcipiens ampliſſimum fluuium.

*Rhyndacus fluuius eſt minoris Aſiæ*, poſt Olympũ montem, quem Myſium uocant incolæ, ultra quem fluuium *Daſali & Miſtella* à Colophoniis collocata. Circa autem ripas eius immanes naſcuntur angues, non quidem magnitudine corporis, ſed proprietate uirtutis. Nam ſole feruente omnes in eius merguntur alueum, & frigefacti emergunt, & hiatu patulo proſpectantes in altum ſuperuolantes aues, etiam ſi altiſſimæ ſint, & perniciter ferantur, quaſi unco tractæ è ueſtigio decidunt, & abſorbentur ab eis.

Rinatorus fluuius eſt Aegypti, qui à ſacris literis torrens aliquando uocatur.

* Riſaſte flu. eſt in Põto, haud lõge ab Anthio oppido, quod poſtea Apollonia dictũ eſt.

Rheſus fluuius fuit olim Troiæ propinquus, ex quo nunc, ut quidam ferunt, nullum extat ueſtigium, quum ante ex Ida monte defluens per ſeptem uada ferretur in mare.

Rhodanus fluuius eſt Galliæ, à Rhodano oppido Rhodiorum, præter quod fluit, denominatum. Hic uero ab alpibus oritur, haud longe à fontibus Danubii atq; Rheni, & citato deſcendẽs curſu, per Lemanum lacum, impetum ſeruans effertur, integer'q; exiens in occiduum, Gallias aliquandiu dirimẽs, tardum'q; Ararim deferens, labitur tandem in meridiem flexus, ſuſceptis Iſara atq; Druentia nõ minus ſe uelocibus inter Volcas & Cauates apud Heracleam oppidũ uno hoſtio, & paulo ulterius duobus aliis in Tyrrhenũ mare impetuoſiſſimus diffunditur. Ex his hoſtiis unum dicitur Hiſpanienſe, aliud Metapinum, tertium uero quod ampliſſimũ eſt, Maſſelioticum uocauere priores. Inſignis quidem non ſolum magnificis euentibus, quos ſe penes iamdudum uidiſſe potuit, ſed Auinione ſibi ſuperimpoſita ciuitate Babylone noua, aqud quam & ſummus pontifex ſacrum'q; fratrum eius collegiũ humana atq; diuina tractantes, & cernere & exorciſmos audire poteſt, potuit'q; iamdiu.

Rhodius fluuius eſt Troianus ex Ida defluens monte, ex quo nedum aquæ, ſed nec quorſum effluxerit etiam à perquirentibus inueniri poteſt.

Rhoda Indiæ fluuius eſt.

Rhode flu. eſt Scytharum apud Crobyzos effluens.

Rubico fluuius eſt, ubi quondam Italiæ prouincia inter Ariminum & Rauennam à prouincia Galliæ Ciſalpinæ à Romanis ducibus ſeparatur, paruus quidem è uicinis mõtibus in Adriaticum effluit, hodie uocatus ab incolis Piſciatello, uix cognitus.

Rubriacus ſeu Rubricatus fluuius eſt Hiſpaniæ apud Ilergetas ſeu littora Bargionis inter Suber & Colobim fluens.

Rutuba fluuius eſt ſecundum quoſdam ex Apennino in Tyberim fluuium defluens. Alii uidẽtur eum dicere propinquum oppido Albio Intemelio, quod propinquum reor promontorio Monaco in finibus Ligurum.





*Verba Plinij ſunt ex lib. 4. cap. 11. Aſtice regio habuit oppidum Anthium, nunc eſt Apollonia, flumina Panyſſa, Rira, Tearus, Oroſines. fortaßc igitur, Rira hic reſtituẽdũ, quãquã lectori iudiciũ relinquo.*

SAbaris Calabriæ fluuius apud ciuitatem Turim, cuius aquæ, ut ferunt nigredinẽ bobus atq; pecudibus potæ afferunt ubi Cataris ei propinquus affert albedinem, quod & incolæ teſtantur, nam qui Sabariam incolunt, & criſpos habent crines & fuſci coloris ſunt. Qui uero Crathim candidiores ſunt, & coma porrecta.

*Noſtri Plinij non Sabaris ſed Sybaris habent, uide Plin lib. 31. cap. 2.*

Sabis fluuius eſt in ora Carmaniæ, à quo coli uineas agros'q; incipiunt.

Sabim fluuius eſt Normorum.

Sabarus fluuius eſt inter Hiſtrum & Nauportum.

Sabris fluuius eſt Britanniæ, à quo Sabro quodam in eodem demerſo iuſſu Gontolcenæ cuiuſdam Britannicis imperantis denominatus.

Sagra Calabriæ fluuius eſt, uictoria Locrenſium, & Crotonenſiũ clade memorabilis.

Sala fluuius eſt Mauritanię, cui & Sala oppidum ſuperimpoſitum eſt, à quo per Autolorum gentes in Atlanticas ſolitudines deuenerunt.

Sala Germaniæ fluuius Salabas diuidens à Toringis.

Salia Hiſpaniæ fluuius eſt.

Salſus Hiſpaniæ fluuius eſt haud longe à Corduba.

Samarius Hiberniæ fluuius eſt per Chenelcunniliam effluens regionem.

Sandanis Perſarum fluuius eſt Xethis per Carmanianum defluens.

Sanga Cantabrorum eſt fluuius.

*Eſt & alius Parthorũ de quo Plin. li. 6. cap. 25.*

Sangarius fluuius eſt ex Adoreo oriens monte & per Hircanos Phryges'q; decurrẽs aureis harenis, grandis quidẽ ſuſceptus à Gallo & Tymbro ſeu Tymbrogio, & medius ferè inter Ponticum & Cilicum mare haud longe à Troia in Propontidem labitur, hunc quidam Corialum uocauerunt, cui ſuperincidit Egradium ciuitas, olim regia Midæ, & caſtellum Berecynthium, & ab eo incipiunt Mariandri.

Sanguinus fluuius eſt ex Apennino inter Sulmonem & Vulturnum fluens, ad ultimum Vulturno infunditur.

Sapis fluuius eſt Galliæ Ciſalpinæ Ceſennam ciuitatem ſubter labens, & in Adriaticũ ſeſe fundens.

Sardabala fluuius eſt Mauritaniæ, Timici atq; Tigauæ ciuitatibus uicinus.

Sarmaticus fluuius eſt apud Sarmatas in oceanu fluens, & ab eo mare Sarmaticũ eſt.

Saros fluuius eſt ultra Taurum montẽ, inſignis Heraclii imperatoris uictoria, & Coſrois Perſarum clade.

Sarnus fluuins eſt Campaniæ ex Apennino in Capream inſulam tendente, pluribus in locis uaſto ſaxei montis murmure funditur adeo abunde, ut non ante exierit quam ampliſſimas paludes fecerit incolis, nebulis quibus ſemper abundant inſeſtãs nimium, ex quibus tandem in alueum coactus Pompeianũ ſub Veſubio monte irrigat agrum, & pauco contentus curſu, nec alicuius alterius comitatus undis, ſatis tamen aquarũ copioſus, haud longe à ſtabia Tyrrhenum ingreditur mare, hic apud Sarnum oppidum, quod fontibus eius imminet ligneos fuſtes, paleas, frondes, & quodcunq; in eũ cadat lapideo paucis in diebus cortice tegit, & aſſidue agens materiam præbet incolis, ex qua domos conficiant. Ex hoc Neronis Cæſaris iuſſu paulo altius à radice montis inchoatus pilis fornicibus'q; latere cocto factis, ſuperædificatus aquæ ductus eſt, & ad Myſenã uſq; protractus eſt, habens ut arbitror. xlv. M. paſſ. longitudinis, ibi uero, eò quod Baianus ſinus ob ſulphur potabilium aquarum penuriam patiatur in piſcinam uaſtiſſimæ magnitudinis fundebatur, & defectum totius oræ illius, ſua copia maximo incolarum cõmodo reſtaurabat. hunc Sarnum aliqui, minus aduertentes Arnum Florentię fluuiũ putauere.

Sardabale Numidiæ fluuius eſt, & ultra commune regiæ gentis monumentum.

Sars fluuius eſt per agros fluens non longe ab eius ortu, & turrem Auguſti quam cognominant memorabilem pontum intrat.

Sarmonetus fluuius eſt Ciliciæ iuxta Pidaſum ciuitatem fluens.

al's Satura. Satur † fluuius eſt Italiæ, quem penes. C. Meuius cõſul Romanus, Aricinos, Lauinos, Veliternos, & Ancios Volſcos acie fudit.

Saus, quem ſupra Sabum diximus, fluuius eſt Pannoniæ, in Norico naſcens, ex monte Alpione. Alii dicunt ex alpibus Carnicis, in quibus forſan Alpion eſt per Colapianos ac Breucos cadens, in quo Colapis mergitur fluuius, iuxta oppidum Siſciæ alueo gemino inſulam faciens, quæ Segeſtia appellatur. Præterea & Bacuntius deſcendit in Saum apud oppidum Sirmium, Demum ipſe Saus apud Taurinum miſcetur Danubio. Alii dicunt ubi Mirſe uocatur. Volunt quidam per hunc fluuium Iaſonem à Colchis remeantem Argon traxiſſe nauem in Adriaticum tranſiturus.

Sauercunus fluuius eſt Hiberniæ, effluens per regionem Corgagiam, Blagmæ montis in radicibus natus.

Saunius fluuius eſt Cantabrorum per Auarigiuos & Orgenemos fluens.

Sauſus & hic Cantabrorum eſt fluuius, ſonoro curſu cadens à Caria.

* Saxum flumen eſt Mauritaniæ, præter Surrentinum promontorium ultra quod Aethiopes incolunt.

Scalde fluuius eſt Galliæ apud Belgas in Moſam fluens,

Scaldiſi fluuius eſt in Armenia maiori, haud longe ab Athiſo oppido.

Scirta fluuius eſt apud Mauritaniam Cæſarienſem.

Scopius fluuius eſt minoris Aſiæ, Bithyniam diſterminans à Galitia.

Scultenna fluuius eſt Galliæ Ciſalpinæ ſeu Aemiliæ inter Bononiam Mutinamq́ue fluens tendit in Padum.

Scura etiam Ciſalpinæ Galliæ fluuius eſt, æque in Padum fluens.

Sepetus, ut quidam dicunt Campaniæ fluuius eſt apud Neapolim. quem ego uidiſſe non memini, niſi is ſit riuus potius qui è paludibus ſub monte Veſeno inter radices eiuſdem montis atque Neapolim in mare effluit innominatus, nec alterius nedum aquæ, ſed nec ueſtigia uſquam apparent.

Sebonitides fluuius eſt Galliæ.

Selinus Meſſalorum eſt fluuius, à quo Selinis denominata ciuitas, plurimo abundat

Vib. ſeq. appio. Credo ubi Meſſalorum ſcripſi, dici uelit Meſſaniorum, quum per quoſdam claros uiros hunc eſſe fluuium manifeſtum ſit.

Selliis fluuius eſt Epyrrhi.

Sena fluuius eſt in littore Adriatico inter Sapim & Aufidum, hunc ego arbitror apud Senogalliam fluere, tamen non aſſero.

Sequana fluuius eſt Galliæ, à Belgicis Celtas ſeparãs, ſecatq́ue in partes Pariſium & Leuteciam Pariſeorum inſulam facit.

a Seniris minoris Aſiæ fluuius eſt, inter Bithyniam currens atque Galatiam.

Setheries fluuius eſt Scytharum haud longe à promontorio Crimora.

b Zethis Perſarum eſt fluuius per Carmanios fluens.

ut Plin. lib. 3. Semirus in extremo uerſus Siciliam Brutiorum fluuius eſt.

cap. 10. Sexus fluuius eſt apud Menubam.

Siborus fluuius eſt Italtæ Præſtano ſinui atque oppido propinquus.

Sicilienſis fluuius eſt apud Sogomam.

Salſus fluuius eſt Perſarum, arbitror ubi Macedonum portus & Alexandri aræ ſunt.

al's Ecrecticẽ. Sigania fluuius eſt Scytharum apud Agniticam † regionem.

Saganus fluuius eſt iudicio meo Perſarum, quum in promontorio quodam ſit ubi Macedonum portus & Alexandri aræ ſunt.

Sidenus fluuius eſt apud Sidonos, eóque alluitur oppidum Balemonium.

SydeMis fluuius eſt mari Hircano proximus & Maziti fluuio.

Sycoris



Sycoris fluuius Hiſpaniæ eſt iuxta Ilerdam inter Surdonum gentes effluens. ab hoc ſe denominatos aiunt Sicani, quia inde Siciliam ſeu Auſoniam priores uenere ſui.

Sigota ſeu Sigoton fluuius eſt Indiæ ex Caucaſo prorumpens, & in Gangem fluens.

Sigrada fluuius eſt minoris Aſiæ ex Didimo fluens monte, & propinquus Marſo.

Silarus fluuius Lucaniæ, Salerno ciuitati proximus, quæ & ab eo creditur nuncupata

Silet † Venetorum eſt fluuius de montibus exiens Taruiſinis, & Taruiſium ciuitatem alluit. Silis Plin. lib.

Silis fluuius eſt p̄ regrãdis, adeo ut ab Alexandri Macedonis exercitu creditus ſit Tanais. 3, cap. 18.

hunc quum Scythæ omnes Silim uocent, Bactriani ſoli Laxatem nominant.

Silus Perſarum fluuius eſt, ex Suſianis deſcendens montibus.

Simetos fluuius eſt Siciliæ, iuxta quem ex matris aluo Paliſci Iouis filii excerpti ſunt, & uſque ad tempus partus infoſſi, haud longe ab urbe Catinenſi in mare effluit.

Simiberus fluuius eſt per Catacniam Cappadociamq́ue decurrens.

Sinope fluuius eſt Symbero propinquus.

Simois fluuius eſt ex Ida Troiano defluens monte ſub Ilione decurrens, prope mare Hæc à Plinio

mixtus Xanto facta palude, apud Sigeum promontorium in mare cadit, nobilitatus qui Colonia dicia

dem carmine poëtarum, & Aeneæ Troiani natiuitate. nam apud eum aiunt illũ Anchiſi tur, Symberũ

Venerem peperiſſe. aũt mẽtio nul

Singilis Hiſpaniæ fluuius Aſtigitanam coloniam alluit, nauigabilis ab ea eouſque quo la ſit, uide lib.

Beti miſcetur. 6, cap. 2.

Sinneus fluuius eſt Hiberniæ, ex lacu maximo Conantiã Momoniamq́ue regiones diſterminante prorumpens. Et quũ inter cæteros inſulæ obtineat principatũ, nõ uno contentus alueo, in duas effunditur partes, quarum una uerſus auſtrum tendens Chileſonenſem alluit ciuitatem & complectitur Limericũ, diſtinctiſq́ue meatu duabus Momoniis Brendanicum ingreditur oceanum, reliqua uero in arctoum iter arripiens Mœdiam & ulteriores Vltoniæ partes à Conantia ſegregans in oceanum labitur Boreum.

Sinnus Syriæ fluuius eſt, Lyco flumini atque oppido Iſſo, quod & Alexandria dicitur c

uicinus.

Sirapus Lucaniæ fluuius eſt.

Sirnus Thraciæ fluuius eſt cadit in Hebrum.

Siris fluuius eſt faucibus Boſphori propinquus.

Sirius fluuius eſt minoris Aſiæ inter Bithyniam & Galatiam.

Sirus † fluuius eſt Italiæ apud Brutios ſeu Salentinos, in quo quicquid inieceris cito ſaxeo ueſtitur cortice. al's Siris.

Siſius fluuius eſt Germaniæ in oceanum emergens. *

Sirecus fluuius eſt Siciliæ haud longe à Carina ciuitate.

Sitiogagus in ſinu Perſico ſeu Perſis propinquus.

Siurus fluuius eſt Hiberniæ ex Blagniæ montis radicibus profluens, & per Archiphiniam & Tribraciam funditur, atque apud Gancefordiam à mari ſuſcipitur.

Slana & hic Hiberniæ fluui, ex eodem monte prorumpens, ſed per Gueſſefordiam curſum agens.

Slicheius æque fluuius eſt Hiberniæ per Chenelcunilam exiens regionem.

Soban fluuius eſt Aphricæ, Nili pars.

Sodinus fluuius apud Perſas eſt clarus.

Sorobin Hiſpaniæ fluuius eſt in Hebrum, ſeu in Supronem, ſeu alterum ex alueis eius mergitur.

Spargetus Græciæ fluuius Taumaciæ, atque Hippatæ oppido propinquus.

Sperchius Theſſaliæ fluuius eſt, cuius in faucibus Termopilarum anguſtiæ ſunt. in Pegaſum exit ſinum, ex quo Argonautæ Colchidũ petentes ſoluere nauem, huic Sperchio, ſi rediiſſet, uouerat comas ſuas Achilles.

Spinon

Spinon fluuius eſt haud longe à Roma.

Scœnus fluuius eſt Thraciæ cui Maronia adiacet regio, & nemora Zonæ quæ Orphei cytharæ cantum ſecuta ſunt.

Straga Perſarũ eſt fluuius uehementia niuium adeo congelaſcens ut more ſolidi ſaxi uiam præſtet euntibus.

* Stratos fluuius eſt ex Caucaſo cadens citra Syderim fluuium in Hircanum mare.

Strymon Thraciæ fluuius eſt in Hemo monte natus, Macedoniã diuidens à Thracia. hic in ſeptem, ut aiunt, diffunditur lacus, atq; coartatur ripis, uel curſum dirigat, cuius in marginibus dextro à latere Thraces Denſaletæ & Medilapides habitat, alueo autem Diggeres atq; Beſſi multo cogitur gelu.

Subi fluuius eſt Coſſetaniæ regionis ubi colonia Theracon à Scipionibus olim condita, ut à Pœnis Carthago.

Subulus fluuius eſt occiduæ Aphricæ, nauigabilis atq; egregius, defluens præter coloniam Bonaſam.

Sucro fluuius eſt Hiſpaniæ in eum Hiberi alueus, qui Supranenſis dicitur, defluit.

* Sura Perſarum fluuius eſt cui imminet oppidum Suſis Menonis, ut aiunt opus.

Suria fluuius Colchorum eſt, & ab ea Surium oppidum eidem imminens, ubi Phaſi Colchorum miſcetur fluuio.

Surgis fluuius eſt in Neueis, cuius in exitu oppidum ob eodem denominatum.

Suthul fluuius eſt Numidiæ à meridie trahens originem.

a *Crynis fortaſſe, ut apud Plinium lib.5.ca.ult. Alioqui Semirus fl. Locrorum à Plin. quoq; dicitur.*

b *Zetis à Plinio non fluuij nomen dicitur, ſed oppidi in Carmanis. Vide lib.6.cap.23. Mela uero ait, Cethis per Carmanios ſupra Andanis & Corios effluunt, lib.3.*

c *Verba Plinij ſunt. Flumina, Andricus, Pinarus, Lycus, ſinus Iſsicus. Oppidum Iſſos, inde Alexandria, flumen Chlorus, oppidum Aegæ, lib.5. cap.27. Mirum ni hic Sinus Iſsicus pro proprio accipit Boccat.*

TAbſus ſeu Tarſus fluuius eſt Epiri inter Apolloniam & Dyrrachium.

Tader fluuius in Tarraconenſi prouincia Carthaginenſium rigans agrum.

Tagus Hiſpaniæ fluuius eſt, aureas, ut ferunt habẽs harenas, & ob id inſignis plurimum, quem à Carthagine Hiſpana cui proximus oritur, denominatũ quidam dicũt, quod ego nõ credo. Huius in marginibus Segobricenſes Celtiberũ caput, Carpetani atq; Toletani inſidẽt, nec à Betula longe funditur in oceanum prope Vliſypponẽ mergitur.

*Vib.ſeq.*

Taigeta ſecundum quoſdam Laconiæ fluuius eſt, in quo uetuſto more Lacones frigore aquæ filios durare conſueuerant.

Talander ſeu Talandrus fluuius eſt Italiæ inter Heracleã, & Metapontũ, ciuitates Brutiorum ſeu Salentinorum.

Taliamentum fluuius eſt Venetiarum, Cõcordiæ coloniæ propinquus, nec ab Aquileia longe diſtans.

*Tamaris à Mela Hiſpaniæ adſcribitur.*

Tamaris fluuius eſt Scytharũ apud Archos populos Ponto uicinus, & ut placet aliquibus à Tamiri Scytharum regina denominatus.

Tameſis celeberrimus Britannis eſt fluuius ab intrinſecis inſulæ ueniens, & in oceanũ cadens, nauigiis mediterraneis incolis accõmodus eſt.

Tamuda fluuius eſt Mauritaniæ nauigabilis, cui & Tamuda oppidum fuit ſupra impoſitum.

Tanager fluuius eſt Lucaniæ.

Tanais borealis eſt fluuius ingenti cognitus fama. nam quum à Tanao olim Scytharum rege denominatus ſit, ex Ripheis montibus ſub arctoo prorumpens præcipiti curſu tendit in orientem, & poſtquam diu oberrauit, uelocitate ſua pugnans, ne frigoribus cogatur in glaciem, in occiduum uertitur, multas Sarmatũ atq; Scytharum irrigans nationes, nec diu ante in meridiem mergitur, quàm à palude ſuſcipiatur Mæotide, quam adeo late longéq; ampliat, ut prægrandis ab ignaris mons arbitretũ ſinus, quam Mæotici, Vali,

Serbi



Serbi, Arechi, Zingi, Pſeſii, aliiq; incolunt populi inde tamen curſu ſuo Europa ab Aſia ſeparata in põtum Euxinum iuxta Theodoſiam urbem ingreditur. Huius in ripis apud Roboſtoros terminum aiunt itineris Alexandri Macedonis, aris ab eodem impoſitis fuiſſe ſignatum.

*alſ Coſtobocos.*

Tanam fluuius eſt Aphricæ.

Tanarus fluuius eſt Galliæ Ciſalpinæ in Padum tendens.

Tanatis fluuius eſt Meſiæ oppido Pitanæ propinquus.

Tapſus fluuius eſt Aphricæ iuxta Ruſicadem. *Vib.ſeq.*

* *Plin.li.5.c.4. oppidũ nõ flumen uocat.*

Taras fluuius eſt Adriæ. *Vibius Epiri*

Tarus fluuius eſt Galliæ Ciſalpinæ, ex Apennino in Padum fluens.

Tabellicus fluuius, ut nonnulli dicunt Sanctonenſium, ego autem credo quod Aſiæ minoris haud longe à Marſia fluuio.

Taurominius fluuius eſt Siciliæ inter Syracuſas & Meſſanam, à quo oppidum Taurominium dictum, quum aliter Euſeboneora appelletur.

*Vib.ſeq.*

Taurus fluuius eſt minoris Aſiæ, propinquus Pamphyliæ.

* *Hunc alueum maris Plin. appellat lib.5. cap.31.*

Telaulus fluuius eſt Liburnorum. Telis fluuius eſt Sardonum.

Tembrogius fluuius eſt Phrygiæ ſeu Myſiæ in Sangarum fluuium decidens.

Temedius * fluuius eſt Ioniæ, qui à Glauco ſuſcipitur fluuio.

* *Teleſſius. Pli.li.5.c.28.*

Theodorus fluuius eſt Hiberiæ, auri ſecum plurimum ferens.

Zerbis fluuius eſt Arabiæ per Gurdyæos & Alonos fluens, cadit in Tigrim.

Theſprotiæ fluuius Buthroto oppido propinquus, in Ambracio ſinu.

Terias fluuius eſt Siciliæ non longe à Biterme colonia.

Terias Siciliæ fluuius Catinæ proximus ciuitati.

*Thucydides lib.6.*

Teriodes fluuius eſt naſcens in campis Scythicis, & in Caſpium cadens mare.

Termus fluuius eſt Vmbriæ, alii dicũt quod de mõte Tauro naſcitur, forſan alius eſt.

Thermodoon fluuius eſt apud Chalybes Paphlagonibus proximus haud lõge à Themiſcuro oppido, huius quidẽ ripæ ab Amazonibus diu habitatæ fuere, & ideo Amazonius ab aliquibus uocatus eſt, nam & labitur præter radices Amazonii mõtis, alii dicunt Thraciæ fluuiũ fuiſſe. Quidam in ſinu Smirneo, miror. Forſan alii ſunt eodem nomine nuncupati, is quidem à Colchis diuidit Amazonas.

Terſos fluuius eſt Colchorum Agniticæ † regionis.

*alſ Ecrecticæ.*

Tyberis fluuius eſt Italiæ cui periturarũ rerũ ſub Romanis ducibus uidiſſe gloriã conceſſum eſt. hic in Apennino naſcitũ paulo altius quam noſter Arnus, & deſcendẽs primo Tuſciã ab Vmbris diſterminat, hinc Peruſio, inde Aſſiſio poſtergatis, etiã pluribus auctus fluminibus. Veio iam omiſſo Romam rerũ dominam in partes diuidit duas, & apud Hoſtiam ſeparatis Hetruſcis à ueteribus Latinis Tyrrheno miſcetur mari, titulorũ multitudine inſignitus. Huius autem nominis quum antea uetuſtiſſimo uocabulo Albula diceretur, multiplices priſci reddidere cauſas, quas ego quod ſolus habuerit imperium, & perſæpe præcioſo martyrũ ſanguine coloratus ſit, dixiſſe nõ pigebit, & quæ præter hoc habuerit nomina ſuperaddam. Opinio igitur uulgatior eſt hunc à Tyberino rege Albanorũ caſuin eodem ſummerſo ex Albula Tyberim nominatum, eumq; eius dixere eſſe ſepulchrum. Sunt qui dicant longe ante hoc illi nomẽ impoſitũ, aſſerentes regem quendã fuiſſe Tuſcorũ, cui Tyberis nomen erat, qui quum pyratica infeſtaret mare, ſeu ui, ſeu aliter, non dicunt, hunc aiunt eum in fluuium fuiſſe demerſum, ex quo illi Tybris nomen appoſitum. Alii uolunt à Tebri quodam uicino Veientum Regulo Tebrim fluuium primo appellatũ. Nonnullis placet eum dictum à Tybri rege Aboriginum iuxta eum dimicando interempto, qui forſan is fuit, quem alii aiunt à Glauco ſeu à Taditico minoris regis filio ibidem occiſo. Quidam uero quam à cædibus regum longe aliam rationem conantur oſtendere cur Tyberis ex Albula uocitatus ſit, dicẽtes uetuſtiſſimis temporibus Athenienſes à Syracuſanis Siculis ſuperatos, ex quibus cum ingens multitudo captiua eſſet,

omnis

omnis à Syracuſanis ad effodiendos montes & munimenta addere ciuitati expoſita eſt, ac inde coacta ad foſſam intrinſecus peragendam, quæ admiſſo flumine repleta munitiorem reddidit ciuitatem quàm foſſam, eò quod pœna & iniuria hoſtium ſuperatorũ facta ſit Ybrim uocauere diu. Demum quum ad Italiã transfretaſſet, & eam partem ubi poſtea Roma condita eſt, tenuiſſet, & uſq; Rutulos & Ardeã, quare à poeta dictum eſt, fines uſq; Sicanos. Albulam fluuium ex parte una loco munimenti habentes, ut foſſam apud Syracuſas habuerant fluuio nomen impoſuerunt, quod ante Syracuſanæ foſſæ dederant, & eum addita in principio. T. uocauere Tybrim. Variȩ quidem, ſed impoſſibilis nulla, quæ potior lectori uidebitur, illam probet. Fuerunt præterea etiam poſt conditam Romam, & alia quædam fluuio nomina. nam & ab aliquibus Rumon appellatus eſt, quaſi ripas ruminans & extendens, & in ſacris Sorianus à põtificibus dicebatur, & nonnulli in parte urbis illum uocauere Tarentum, ad quem Valeſius ruſticus à familiaribus pro ſalute filiorum obtinenda miſſus eſt, & ara Ditis patris atq; Proſerpinæ comperta obtinuit quod petebat. Sic autem uocatus eſt, eò quod ripas terat. Eſt præterea aliquãdiu nauigabilis, & potui accommodatus totus, & de eo iſta ſufficiant.

Ticinus fluuius eſt Galliȩ Ciſalpinȩ ex Verbano lacu procedens, adeo limpidis effluit undis, ut etiam minimi calculi intuenti profundum aluei non abſcondãtur. Alluit etiã Ticinium, quæ & Papia, olim nobiliſſima ciuitas, & Lõgobardorum regum regia. Trahit præterea, ut fertur aureas harenas, & piſces optimos nutrit, & potiſſime thimolos. Pado poſtremo miſcetur, inſignis clade. Cn. Scipionis & Hannibalis Pœni prima poſt ſuperatas alpes uictoria.

a Thicis fluuius eſt ex Pyrrheneo monte ad Clodianum Rhodam Hiſpanorũ oppidũ.

Titius fluuius eſt apud Arſias Liburnorum gentes, non longe ab Aquileia.

*Plin.li.5.c.30.* Cetius fluuius eſt fuſus à monte Pindaſo & Pergamum clariſſimum Aſiæ oppidum præterfluit.

*Tichis Plini. lib.5.cap.4.* Tichis fluuius eſt Hiſpaniæ propinquus emporiis ab Hiſpanis Græcis atq; Romanis mixtim habitatis.

Tifernus fluuius eſt Italiæ, Larino & Cliterniæ oppidis propinquus, nec à Gargano monte remotus.

Tygris Armeniæ maioris fluuius toto orbe cognitus. Nam à noſtris unus ex quatuor paradiſi delitiarum exeuntibus affirmatur. Is tamen ſecundum alios ex Panchoatra monte è fonte conſpicuo in planicie, loco qui Deges † appellatur primo terris euomitur, nec quidem totus aut uelox, quinimmo tarde effluens Diligito appellatur. At quum Mœdorum fines attigit repentinus factus Tygris nomen aſſumpſit, ſic enim ſagittam uolucrem Mœdi uocant, nec diu & comperto Aritiſſa lacu curſuq; ſeruato uiolẽtus, & integer atq; diſcolor per illum effertur adeo inamicabilis lacui, ut ex eis quos gignit piſcibus nullum ſuſcipiat, nec ex his quos ipſe fert aliquem lacum intrare permittat, quem poſtquã præteriit facto Tauro monte obuio antro mõtis immergitur, & per latebras merſum in aduerſam partem uluas, & purgamẽta plurima ſecum trahens effunditur apud lacũ qui Zoroanda ſeu Zomada appellatur omnia demerſa ferens, factusq; iterum fluuius lacum, cui Tepidis nomẽ eſt, tranſiens in cuniculos mergitur iterato, & poſtquam xxv. M. paſſuum occultus excurrit, tertio redditur terris in regione Sophen circa Nimpheũ, adeo propinquus Arſaniæ fluuio in regione Artheni, ut quũ quacunq; ex cauſa intumuerint, ſeruatis ſibi quiſq; undis ſuis confluant unà, cuius rei teſtimonium lenior Arſaniȩ curſus eſt, qui mox diuiſus in Euphratem iter dirigit relicto Tygri. Qui ſuſceptis ex Armenia claris fluminibus, Partheni, Agnice, Phorione, Arabas, Oreos, Adiabenesq; diſiungit, & ut afferunt aliqui, Niniuem in partes diuidit, & Meſopotamiam faciens luſtratis radicibus montium Gordyeorũ circa Apamiam, Seleuciã, atq; Babyloniam. xxv. mil. paſſuum in alueos diuiſos duos funditur, quorum unus quem Meridienſem uocant Seleuciam atq; Meſſeniem alluit. Alter autem in ſeptentrionem uerſus campos Caucaſi irrigat, & ubi in unum

*als Elõgoſine*



unum rediere alueum Tigris dictus eſt. Hydaſpen nobiliſſimum flumẽ recipit, atq; Coaſpen ex Mœdia. Inde inter Seleuciam & Chaldaicos lacus deſcendit, quos unà ſecum auget Euleus fluuius, eosq; dicũt aliqui Euphratis hoſtia. Verum cum hoc lx. mil. paſſ. amplianit, uaſto effuſus alueo dextra Carnicis oppidi Perſicum in mare defertur. Nec uno tamen hoſtio, ſed pluribus miſcetur eidem. Nam uni dicitur Artoch, alteri Suffiene, tertio ſeptentrionali Barbetaſſe inſidet oppidum. Alii uero dicunt hunc rubro infundi mari. *

Timachus fluuius eſt Meſiȩ, in quo ſolum aiunt lapidem, quem toticulum appellant reperiri. b

Timauus Venetorum fluuius eſt, Cõcordiæ atq; Tergeſtæ oppidis proximus. Ex monte quidem grandi per ix. ora effuſus ampliſſimum ante alia fontem facit, ex quo uno tandem exiens alueo, in Adriaticum funditur mare in ſinu Tergeſtino. Fuere tamen qui putauere hũc fluuiũ apud Antenoridas eſſe, & ex Euganeo monte fundi, quod falſum eſt.

Thimbra fluuius eſt Troianus, in Sangarium flumen exiens, penes quem templum erat Apollinis, qui & Timbreus à flumine denominatus eſt. Verum alibi dicitur à Tymbra herba quã locus abũdans eſt. In hoc templo per inſidias à Paride Achilles occiſus eſt.

Tipnis fluuius eſt, Occenſi ciuitati propinquus.

Tyra fluuius eſt Macrocenis montibus propinquus, oppidum eiuſdem nominis in ripis habens, non amplius longe à Pſeudoſtomo Hiſtri hoſtio cxxx. mil. paſſuum.

Tyrus fluuius Lyburnorum eſt, Iadræ coloniæ propinquus.

Tyrus fluuius eſt Armeniȩ. Ego puto quem ſupra Cyrum diximus, eò quod proximũ Cambiſi dicant eſſe, ſed in Hircania & Scythia illi ſunt.

Titanus fluuius eſt Myſiæ, à quo & ciuitas denominata eſt.

Titareſus fluuius eſt in Peneum fluuium effluens, nec recipitur tamẽ, hunc ſupra Orcon uocauimus. Et quia ibidem de eo, & poſt hæc ubi de Peneo dictum eſt, ſufficit.

Togiſonus fluuius eſt Venetorum, ex agris Patauorũ in paludes quas Padus & Atheſis fecere, effluens apud Brundulum in Adriaticum mixtus cadit.

Cobum fluuius è Caucaſo monte ruit, & per Suauos defluit.

†Tonat Sabæorum eſt fluuius. *Pli. li.6. cd.4. als, Thamar*

Torius, aliàs Torin fluuius eſt Hiſpaniæ, Valentiæ, Saguntoq; propinquus.

Tormaidon Siciliæ fluuius eſt.

Tormenium fluuius eſt nauigabilis, circa quem Paritæ & Ichthyophagi deinde ſunt, haud longe ab Alexandria, quam Alexandri Macedonis iuſſu conſtituit Leonnatus. *Tuberũ à Pli. uocatur lib.6 cap.25*

Tragodites fluuius eſt Aegypti, Arſicen ciuitatem præterfluit, quem Ptolemæus Philadelphus à ſe Ptolemæum appellari iuſſit.

Tarſimenus Lydiæ fluuius eſt. *Vib. Seq.* c

Trebia, aliàs Treuia fluuius eſt Galliæ ciſalpinȩ, haud longe à Placentia ciuitate ex Apennino in Padum fluens, nobilitatus ſecunda uictoria Hannibalis Pœni, & clade L. Sempronii conſulis.

Triopola, qui & Aſſolus fluuius eſt iuxta Albomagatenſium.

Tripolis fluuius, cui †Focitæa oppidum proximum, & Tripolis ſupereminet caſtellũ. *Vib Seq.*

Chryſorrhoas fluuius eſt Colchorũ apud Abſilas, & Sebaſtopoli caſtello propinquus. *al. Pharnacẽ Pli.li.6.ca.4*

Tritinobelunte fluuius eſt Cantabrorum, Deuales cingens & Decium. *

Triton fluuius eſt Africæ ad Philenorum aras ex palude uaſta, cui & Triton nomẽ eſt memorabilis aduentu primo in terras Mineruæ, ut incolæ ueteres credidere.

Trito fluuius eſt alter à ſuperiori, ſecundum quoſdam in campis naſcitur Dardaniis, & in Aegeum effluit mare.

Truentus fluuius in Adriatico littore, hodie Picenos ſeparans ab Abrutinis, cui Eſculũ oppidum ſupereminet, & firmo Piceno propinquus eſt.

Tubero fluuius eſt per deſerta Aethiopiæ inter cineres pulueresq; potius, quàm ripas ſolidas in rubrum effunditur mare. d

Tucia fluuius eſt non amplius ſex mil. paſſ. ab urbe diſtans.

Turbidus Aegypti fluuius eſt, ab Aegyptiis ſegregans Philiſtinos.

Durias fluuius eſt Hiſpaniæ, Valentiam paruo interuallo prætefluens, & in Suproneſem Hiberi ſinum decidit.

Tuſca fluuius eſt Numidiæ, haud longe ab Hippone regione.

Tamnada ut Mela, Tamuda ut Pli. Tamnada flu. eſt Mauritaniæ citra montes, quibus ſeptẽ fratres nomẽ eſt, cui Ruſicadæ & Siga paruæ urbes propinquæ, & portus cui ab amplitudine Magnus cognomen eſt.

*a* *Plinius autem pro Thici uidetur Obrin poſuiſſe, id quod & Vadianus in Melam annotauit.*

*b* *Plinius lib. 35. cap. 8. fluuium in quo coticula inuenitur ex Theophraſti ſentẽtia Tmolũ, nõ Timachũ uocat. De Timacho autem in deſcriptione Meſiæ meminit lib. 3. cap. ultimo.*

*c* *Verba Plinij ſic habent lib. 6. cap. 29. Eæ uiæ omnes, inquit, Arſinoën ducunt, conditam ſororis nomine in ſinu Charandra à Ptolemæo Philadelpho, qui primus Troglodyticen excuſſit, amnem qui Arſinoen præterfluit, Ptolemæum appellauit. Ex his, arbitror, apparet, quid hic à Bocatio erratum ſit.*

*d* *Sic Mela. Plinius Tuberum fluuium Carmaniæ quoq; quendam facit. Vide lib. 6. cap. 25*

VAldanus fluuius eſt Pannoniæ, non ignobilis in Danubium fluens.

Vallus Phrygiæ fluuius eſt.

Vandalicus fluuius eſt ab extremis erumpens Galliæ, à quo denominati ſunt Vandali populi in ripis habitantes eiuſdem.

Varramus Venetorum eſt fluuius, & labitur apud Anaſſum.

Verraga fluuius, cuius Babylonii margines incolunt, cadens in Varrogam.

*a* Varroga & hic Babyloniorum fluuius.

*c* Varus fluuius eſt grandis, ex alpibus fluens ultra Niceam, Galliam tranſalpinam à ciſalpina ſeparans, uetuſtiſſimus Italiæ terminus.

als, Cariſſæ Varetus fluuius eſt apud Cappadocas * Claricæ oppido propinquus.

Variſius fluuius eſt apud Foroiulienſes.

Vaternus fluuius ex agro fori Cornelienſis in Padum defluens, quẽ hodie arbitror Saternum uulgo uocant.

Idubeda fluuius eſt Hiſpaniæ in regione Ilergaonum, propinquus Sagunto oppido, fide integra in Romanos ſocios clariſſimo.

* Vebar flu. eſt apud extremas Indorũ ſyluas, quẽ penes naſcuntur elephantes plurimi.

Nelo flu. eſt Celticus cognominatus apud Celtas, & promõtorio Celtico propinquus.

*b* Veſtigia fluuius eſt in extremis Italiæ uerſus Siciliam, haud longe ab eo loco ubi iamdudum Caulon oppidum fuit.

Vfens fluuius eſt Galliæ ciſalpinæ, inter quem & Atheſim fluuium Hiſeſones habitauere, qui Romanos apud Alliam expugnauere, qui ex alpibus cadens fluit in Padum.

Vib. Seq. Vfens alter à ſuperiori fluuius eſt Volſcorum, haud longe à Terracina in Tyrrhenũ defluens.

Vindus fluuius circa Auguſtam fluens.

Virdis fluuius à Picenatibus diuidens Aprutinos, & in Truentum cadens, memorabilis, eò quod eius in ripam, quæ ad Picenates uerſa eſt, iuſſu Clementis pontificis ſummi, oſſa olim Manfredi regis Siciliæ, quę ſecus Colorem Beneuenti fluuiũ ſepulta erant abſq; ullo funebri officio deiecta fuerunt à Conſentino conſule, eò quod fidelium communione priuatus occubuerit.

Vib. Seq. Virbius fluuius eſt Laconum, apud quem ſunt qui dicant Hippolytum equis tractum arte Aeſculapii medici in uitam reuocatum, & ob id poſtmodũ Virbium à flumine nominatum.

* Viſera fluuius eſt Germaniæ.

Viſtillus, ſeu Viſtula fluuius eſt Germaniæ, & Dacis propinquus tendit in oceanum.

Vluleus Dyrrachii fluuius eſt, ex quo Dyrrachio miniſtrantur aquæ. Vib. Seq.

* Vmber fluuius eſt grandis, Albaniam à Loëgria diuidens, ſic nominatus ab Vmbero quodam in eum Locrini iuſſu deiecto.

Vmbro fluuius eſt Tuſciæ, nauigabilis inter uadas Voliternas & Populoniam Hetruſcorum



ſcorum uetuſtiſſimam ciuitatem in Tyrrhenum effluens.

Vogeſus fluuius eſt, Lingonenſium ripas corrodens. *

Vommaus fluuius eſt Italiæ, Adriæ coloniæ & agro Prætuliano propinquus.

Vrpanus flu. eſt Pannoniæ, nõ ignobilis in Danubiũ effluens haud lõge à Taurino.

Viſurgis fluuius eſt Germaniæ clarus, & in oceanum fluens.

Vſar Mauritaniæ Cæſarienſis fluuius eſt, haud longe ab Ampſaga atq; gente Habadũ.

Vulturnus flu. eſt in Samio oriẽs, & rapidiſſimo curſu uoluẽs ſaxa, per Cãpaniã labit̃, Capuamq; olim potentiſſimã ciuitatẽ alluit, & in Tyrrhenũ haud lõge à Cumis mergit̃.

*Plinius Narrogam uocat lib. 6. cap. 26. uniuſq; tantum, non duorum (ut hic) mentionem facit.* *a*

*Verba Pli. lib. 3. cap. 10. hæc ſunt: In ea ora flumina innumera, ſed memoratu digna, Locanus, Sagra, & ueſtigia oppidi Caulonis, &c. Tu igitur uide utrũ pro proprio, an pro appell. ueſtigia malis accipe* *b*

XAntus, quẽ ſcribũt Xanthus autores, fluuius eſt ex Ida mõte ſecus Iliõẽ defluens, longe maior fama q̃ undis. Hunc incolæ uocauere Camandrum, qui Symoënti iunctus, facta palude quam Paleſcamandrum dicunt, in Propontidem funditur.

Xanthus alter à ſuperiori fluuius, & per Lyciam fluens, à quo & ciuitas nominata. Vib. Seq.

Z†Arotis fluuius eſt Perſarum, cui propinqui ſunt Deximontani populi, bitumẽ arte perficientes, in Perſicum autem ſinum exit hoſtio imperitis difficili.

Zelia flu. eſt propinquus Lampſaco oppido, q̃d ante Pitiuſſa dictum eſt, inſigne incola Priapo.

Ziras fluuius eſt Thraciæ, Dionyſiopolim Crunos ante dictã alluens.

* Zebetis flu. eſt Hircaniæ, in qua nemus eſt umbroſum altiſſimis arboribus, & in Eois orit̃, ſuis undis pinguefaciens ſolũ. Qui poſtq̃ aliquandiu iter fecit, interueniente ſaxo in partes diuidit duas æque diſpenſatis aquis, & pręceps inter ſaxa cautesq; ualliũ diſcurrens terrã ſubit, & ccc. ſtadiis occultus elabit̃, & quaſi ex fonte nouo prorumpens, iterũ exit in terras, nec diu & in Ridagiũ fluuiũ cadit. Et quod idẽ eſſet qui & ſuperior, Alexander Macedo experiẽtia patefecit. Nam quũ iuſſiſſet in ſuperiorẽ cauernã duorũ cadauera proiici, ab his quos præmiſerat, ad exitum emiſſa fuiſſe compertum eſt.

Zonus ſeptẽtrionalis eſt flu. cui Aratiatici, & Amarbi, & Hyrcani populi ꝓpinqui ſunt.

† Oroatis à Pli. uoca. li. 6. c. 25

Vide Pli. li. 5 cap. ult. Nam ibi nõ pro fluuio, ſed pro regionis cognomẽ accipitur

* Vide Curtiũ lib. 6. qui Zioberim, nõ Zebetem uocat

De Fluminibus finis.

## DE STAGNIS ET PALVDIBVS LIBER

ETSI nõnunq̃ è ſtagnis atq; paludibus orirĩ flumina, ſeu effluere teſtent̃ monumenta maiorũ, ut plurimũ tamen exundationibus earũ ſtagna, paludesq; fieri certiſſimũ eſt. Quãobrem poſtq̃ expediuimus, quæ de fluminibus dicenda uenerũt, de ſtagnis & paludibus cõgrue deſcribemus. Sanè quia aliqui putauere paludem & ſtagnũ idẽ, eò quod indifferẽter unũ ponat̃ pro reliquo, & perſępe pro lacu, & q̃d longe incõuenientius eſt, à Poëtis larga eis cõceſſa licentia, pro flumine, quos etiã nõnunq̃ qui ſoluto ſcripſere ſtylo, ampliatis ſibi legũ fimbriis imitati ſunt. Anteq̃ ad ulteriora progrediamur, idẽ paludem, ſtagnumq; nõ eſſe monſtrandũ ratus ſum. Palus igit̃ aquarũ quædã lata cõuentio eſt, ut ſæpius altitudine carens, ſeſe ultra citráq; mouens, prout & ipſe qui fecit fluuius quacunq; ex cauſa minuitur uel augetur, quas ut plurimũ in mediterraneis, atq; depreſſis locis fluuiorũ exuberatione fieri conſpicimus. Stagna autẽ inertes ſunt aquæ, quæ à ſtando ſibi nomen occupauere, quæ nuſq̃ alibi q̃ ſecus maris littora uidemus impleri æſtu maris obſtante, & in contrariũ nitente, nẽ fluuius in ſe totis uiribus effluens ingredi poſſit libere, ex quo aduenientes aquæ continuo, ut ripas excedant, & in depreſſiora loca, ſi ſint, amaris immixtæ, abſq; regreſſu contendant neceſſe eſt, & otioſæ cõſiſtant, & cũ ſint ſimplices aquæ paludũ, ſtagnorũ, marinis immixtæ ſunt ſemper. Alunt paludes quos ſecũ effert fluuius genitor piſces, ſtagna iniectos unda marinos nutriũt. Putreſcunt ſtagna ſæpiſſime, cũ raro paludes, & eſto ambo nebulas, aurasq; exhalent peſtiferas, ſemper ſtagna lætiferas, adeo ut ſatis pateat aliquãdo

apud paludes, ſeu ſaltẽ apud aliquas tolerabiliorem aërem eſſe, cũ apud ſtagna nũquã. Et ideo circa fluuiorum fauces tetri pallentiſq; coloris incolas, & aduerſa infectos ualitudine ſemper cernimus. Quid uerbis immoror? Profecto non idem ſunt. Sed quia ferè eodem gignunt̃ modo, & pro eiſdẽ habent̃ opinione uulgata. A cõſueto alphabeti ordine nõ deuiantes, eo pręſtante, qui undis imperat, atq; uentis, inuicem tractabimus de ambobus, & ab Acheruſia palude, q̃ plus cæteris profunditatis habere uidet̃, ſumemus initiũ.

ACheruſia Campaniæ palus eſt, Phlegræis campis, Cumiſq; Euboicis propinqua, quam ego puto ab exundatione fluminis Acerrarum initium ſumere, & imbribus aucta, cum unde effluant nõ ſit, inter Capuam & Auerſam ciuitates per patentia plana uſq; prope Cumas diffundi, & inde Acheruſia nominata. Aeſtate tamẽ areſcit, cũ hyeme abundantiſſima ſit aquarum. Hanc ſunt qui fabuloſe dicant in Stygias paludes diffundi, & ab Acheronte fluuio Acheruſiam nuncupari.

Ambratia palus eſt Achaiæ, ut aiunt aliqui.

Artynia ſtagnum dicitur minoris Aſiæ, olim Pomiſio monti propinquum, atq; iuxta Miletopolim ciuitatem, ex quo aiunt effluere Rhyndacum fluuium, Licum antea nominatum, Aſiam, Bithyniamq; diſterminantem.

Aſia palus eſt, ut quidam dicunt, Lydiæ, Cayſtro propinqua flumini, circa quam inter alias aquaticas aues grues plurimæ conuerſantur.

Aueringum ſtagnũ eſt regionis Aueringæ, & ab ea denominatũ, de q̃ mirabile quoddam ſcripſere priores, aſſerunt aũt quod ſi cõtingat aliquẽ per ſtagnũ naue uectũ, aliquid ignominioſum in ſtagnũ dicere, repente ſtagni aquas turbari, quaſi indignantes, & tãta tempeſtate moueri, ut demergatur atq; periclitetur, qui oblocutus fuerat neceſſe ſit.

BIſtonium ſtagnũ eſt Thraciæ inter Serrium promõtoriũ & Maroniã regionẽ, à q̃ & Biſtones Thraces appellati ſunt. Prope quidẽ illi eſt Abdera ciuitas, fuitq; oppidum ingens Tinda Diomedis regia, apud quam conſueuerat hoſpites dare equis in cibum.

Bobrida ſtagnum eſt Græciæ.

Bebeis, lacus Theſſaliæ, ut Pli. li. 4. ca. 8

Boben, ſeu Beben palus eſt Græciæ, & ut ſatis percipi poteſt, cum Cercinio ciuitati propinqua ſit, eam Macedoniæ proximam eſſe.

CAmandrum, ſeu Paleſcamandrum ſtagnum eſt Troadis, haud longe ab Ilio, ſecus Acheorum portum, quod quidem faciunt Xanthus & Symois flumina, ab Ida uenientia, atq; illud agentia.

Camerina palus eſt Siciliæ, Syracuſis propinqua, quæ ante Heſperia dicta eſt, quæ quũ deſiccata ſemel accolis peſtilentiã inieciſſet, cõſultus Apollo, an eã penitus auferret̃, prohibuit. Qui quũ neglexiſſent, eſto exhauſta palude peſte carerent, ex ea tamen parte oppidi, quæ tuta aquis paluſtribus eſſe conſueuerat, ab hoſtibus captum eſt, & ſic non obedientes pœnas dedere.

Caprea palus haud longe à Roma eſt, apud quam concionante Romulo Romanorũ rege exorta tempeſtate à patribus occiſus eſt, & in eandem deiectus.

Caralites Aſiæ palus eſt inter campos Idenſium & Caularem amnẽ, atq; Mandrapum ciuitatem torpens.

Cendeuia palus eſt Syriæ, quam nõnulli Candeam, hæc ſub radicibus Carmeli montis Ptolemaidi Claudii Cæſaris coloniæ propinqua quieſcit, emittens Belum fluuium.

Celauniũ q̃d Coloniũ quidã uocãt, ſtagnũ eſt Siciliæ, fœtido odore amouẽs ꝓximãtes.

Cyane Siciliæ ſtagnũm eſt, non longe à Syracuſis, hoc nympham Cyanen Proſerpinæ ſociam finxere Poëtæ, quæ quum uellet rapinæ Plutonis obſiſtere, & ſpreta nequiret lachrymans in ſtagnum uerſa eſt.

Ciphiſis Argiuorum ſtagnum eſt, Illi ciuitati propinquum.

Crines ſecundum quoſdam palus eſt, à qua & Apollo, quia ibidem colatur denominatus eſt.

Cumeriæ paludes ultra Taurorum ſunt clauſtra.





DEultum ſtagnum, quod ante Deultonium dicebatur, in regione Aſtice eſt, Riraſearo fluminibus atq; Almedeſo, & Phinopoli oppidis Boſphoro propinquum.

Dianę ſtagnum apud Scythas eſt, quod penes Diana colitur, à qua denominatur, quũ & ipſa à Scythis Scythica nuncupetur.

ELiæ paludes ſunt in Calabria, haud longe à Palinuro, quibus ineſt Velia oppidum ab eis. u. ſuperaddita nominatum.

GAndis palus eſt apud Scythas Callipidas, ex qua Hypanis fluuius egreditur. Quamobrem incolæ matrem fluminis, paludem uocant.

Gelonium ſtagnum eſt fœtens, ut ſibi quenquam fieri proximum non permittat.

Geneſareth eſt Galileæ ſtagnũ in tribu Zabulon, cui ſuperinſidet Magdalum, oppidũ Mariæ Magdalenæ. Hoc ſupra lacum diximus.

Gygeũ ſtagnũ eſt Myſię, in latere Tmoli mõtis, propinquũ Pactolo flu. & Lidię ciuitati.

Glanes Tuſcię palus eſt ſub Cluſio ciuitate, quã ſupra fluuiũ diximus, et ibi plene de eo.

Gulferi ſtagnũ eſt Britãnię à Gulfero denominatũ rege, ea in parte qua in Galliã itur, in q̃ cũ ꝑmittunt̃ piſcari q uolũt piſciũ abũdãtiſſimũ eſt, ſi arceãt̃, cõfeſtim ſuccedit penuria.

IRie ſtagnum eſt, quod & lacũ aliqui nominãt. Ex q̃ talem ueteres reliquere fabulã, Iriẽ mulierẽ fuiſſe dicũt, & Cygni matrẽ, q̃. quũ uidiſſet filiũ in auẽ ſui nominis trãsformatũ, adeo tulit ęgre, ut flẽdo & ipſa in ſtagnũ ſui nominis mutata ſit, et ſic filiũ ſuis oblectat (undis.

LAngelinũ ſtagnũ eſt Hyberniæ denominatum ab altero filiorum Batolaui filii Seræ de ſtirpe Aipheth primi habitatoris inſulæ, cui nomẽ fuit Languinus.

Laterna ſtag. eſt prouinciæ Narbonẽſis in agro Nemuſenſium, in q̃ olim mirabilis annua piſcatio uideri conſueuit. Aiunt quidẽ in eo Delphines quaſi ex cõpoſito ſocietate cũ hominibus facta piſcari. Nã quũ innumera uis mugilum in ſtagnum alat̃, & ſtaturo tẽpore, ut eos natura docet, expectata æſtus maris reciprocatione, arctum ſtagni hoſtium conent̃ exire, rhetibus nõ poteſt ponderoſæ multitudini obuiari, quũ exeuntibus etiã reciprocum faueat mare. Sed adſunt opportune piſcatoribus fautores Delphines. In tempore igit̃ exitus mugilum, à piſcatoribus cognito ad ſpectaculum tam pulchri certaminis oĩs ciuitatis multitudo cõcurrit, & obturato quibus poſſunt hoſtio expectant mugilum motum, quos quum uidẽt ad exitum præparari, clamore ingẽti ſublato Symo, Symo uocat multitudo omnis, Verũ Delphines ex alto ſi faueat Aquilo, cõfeſtim audiunt, ſi uero Auſter paululum tardius clamitãtium uoces ſuſcipiũt, & eueſtigio acie facta, in cõſpectu hoſtii ſtagni ueniunt, non aliter q̃ ſi progrediant̃ in bellum, quibus uiſis ſtatim territi conſiſtunt mugiles. Tunc piſcatores retia iactant, furciſq; ſuppoſitis adiuuant, quibus impediri Delphines non curant, tranſeunteſq; nõnunquã aliqui obſtacula à piſcatoribus appoſita hoſtio adeo ſenſim inter naues piſcantium enatant, ut in nihilo quenquã ledãt. Et ſi cõtingat impetu mugilũ ab aliquibus, ut fit, ſaltu tranſilire retia, à Delphinis interimunt̃, & ilico ſola tunc talium occiſione cõtenti eis omiſſis ad officiũ redeunt, donec inter retia mugilum multitudo omnis trepida à piſcatoribus capiatur. Quo peracto nil amplius eã die q̃ quos occiderint mugiles in cibum capiunt. Piſcatores autem ne ſuo fraudent Delphines labore, illos aut piſcium, aut intritu panis & uini faciunt contentos.

Pli. li. 9. cap. 8

Laurentia palus eſt iuxta alpes ſub Veſulo Liguriæ monte.

Lerna Archadiæ fuit palus, Poëtarum nobilitata carminibus. Hanc Hydram ſeptẽ habentem capita finxere Poëtæ, & ex damnis multiplicantem ſuis, & igne poſtremo ab Hercule interemptam. Quod ego peſtiferum fuiſſe ſtagnũ intelligo, Hydra dictum, eò quod hydor Græce aqua latine ſit, quod auferre uolentes, cõtingebat quod uno obturato hoſtio ſcaturigines exoriebantur plurimæ. Verũ cõperto meatu aquarũ principali, eò quod deuolutionem alibi deſiccato, ſtagnum ſeu paludem illam peſtiferam abſtulere.

Licinia ſtagnum eſt Græciæ inter Argos, Thebaſq;.

Lilingua ſtagnum eſt in confinio Galliarum, ſiue Cambriæ Sabino flumini propinquum. Hoc æſtus maris ingentes, in modum uoraginis ſuſcipit atq; abſorbet, & mirabi-

le dictũ quantumcunq; maris ingurgitet. Solitos tamen margines non excedit, demum reciprocãte mari ſuſceptas euomit undas, ripaſq́; omnes aſpergit, tegitq́;, & quod longe mirabile eſt, dum aſperſionem illam euomens facit, ſi quenq́; in ſe conuerſum aſpexerit, uix euadit, & perraro contingit aſperſus quin tractus ſubmergat̃ à ſtagno, in quem qui terga detinent uerſa, etiam ſi infundantur, omnes ab omni periculo ſunt immunes.

Lumonoi ſtagnum eſt ingens, in quo xl. dicunt̃ reperiri inſulæ, quum totidem ſuſcipiat flumina, nec eſt ex illis aliqua abſq; præcelſa rupe, in qua nidificat̃ aquila, & ſic quot inſulæ, tot aquilarum nidi ſunt, ingenti clamore cuncta complentes.

MEgisba ſtagnum eſt in inſula Taprobanes, magnitudine inclytum ambitus quidem ccclxv. mil. paſſ. inſulas in ſe cõtinens plures pingui pabulo lotas. Ex eo duo erumpunt flumina, Paleſimundus ſcilicet & Cydara in mare fluentia.

Melſiagum palus eſt apud Germanos, celeberrima magnitudine.

Mæotis palus eſt ingẽti fama cognita, & magnitudine memorabilis eſt. Hæc quidem apud Scythas habet ambitus, ut quidam ferunt, dcc. mil. paſſ. quum nuſquã ſex pedum altitudine ſuperet. Cauſatur à Tanai ab Aquilone ueniente, quem iuxta Theodoſiam urbem Ponto concedit, gelu aũt præmitur acri, adeo ut durante glacie iter facile tranſmeantibus præſtet. Eius incolunt margines Meotidi populi, à quibus & ipſa nomẽ ſortita eſt. Præterea & Aliferni Serei & quàmplures. Meſia grandis eſt Germaniæ palus.

Minturna palus proxima eſt Minturnis in Campania, à qua denominata eſt, inſignis quidem C. Marii fuga. Nam fugitiuus ex ea cœno perlitus, ab inſequẽtibus Syllanis militibus in aridam tractus eſt.

Murais ſtagnũ eſt Arturi Britonũ regis uictoria clarũ, aiunt enim Scotoſpictos atq; Hybernienſes ab eodem in hoc ſtagno obſeſſos, in deditionem coactos.

Mareotis palus eſt apud quã uuæ naſcunt̃ albæ famoſæ, à loco Mareotides appellatæ.

NVchul ſtagnum eſt inferioris Mauritanię, haud longe ab oceano quod alii lacũ dicunt, in quo Alabethæ piſces Coracini, Siluri, atq; crocodili inueniũtur, qui quũ nuſquã præter in Nilo reperiant̃, & eò quod obſeruatũ ſit ſqualentibus Mauritaniæ niuibus, hoc ſtagnum & inde Nilum excreſcere, creditum eſt ſtagnũ iſtud Nili caput exiſtere.

Nympharum ſtag. eſt apud Lydiam, in quo aiunt à piſcatoribus nullos præter nigros capi piſces. *Pli. li. 31. ca. 2*

*Hæc Plin. lib. 5. cap. 9. de Hilide fonte ſcribit, Mela autem Nuchul fontem non ſtagnum uocat, cum ſcilicet qui Plinio Niger, ſiue Nigris dicitur, ut pleriſq; placet. Vide li. 5. & eodẽ loco Cõment. Vadiani.*

PAduſa ciſalpinæ Galliæ palus eſt, à Pado flumine, ut ſatis ſonat denominata, eſto ſint qui illam dicant fluuium, ut ſupra dictum eſt, quod ego nomen puto unicuiq; paludi à Pado factæ dicendum, quæ multiplices ſunt, ut prætactum eſt.

Palicorum ſtagnum eſt in Sicilia, ſulphurei odoris infectum, apud hoc aiũt ueteres ex Ioue & Aetna genitos natos fuiſſe Paliſcos, & ab eis denominatũ uolũt. Nam apud hoc deteſtabili ritu ſuo illos perſancte coluere priores, deos exiſtimantes.

Pegaſeum ſtagnum eſt minoris Aſiæ, haud longe ab amne Cayſtro, ex quo dicũt Phiritem fluuium exundare.

Petrenſium aiunt eſſe ſtagnum miræ uirtutis. Nam quum hominibus ſalubre ſit, ſerpentibus dicunt eſſe letiferum.

Pontina palus eſt apud Volſcos, eſt autem lõge à Terracina penes Appii forum memorabilis, ob impedimentum à ſe Neroni Cęſari datum. Fuerat huic animus ſubterraneum atq; nauigabilem meatum à Miſeno Romam deducere. Quæ quum uſq; ad Pontinas paludes deduxiſſent foſſores, & in montium ſaxea fundamenta penetraſſent, & curſus fluminum labentium deſuper prætcriiſſent, à putri paludis ſolo nec foſſuram patienti moratì ſunt. Et ſic quod xl. mil. paſſ. & amplius proceſſerat opus omiſſum. Sunt tamen qui dicant diſpoſitum Neronem muris & fornicibus paludis ſolubile ſolum ſuperare, ni cura maior & inde mors retraxiſſet in aliud.

Reatina



REatina palus eſt Italiæ, & qua in parte nomen oſtendit. Huius in exitu aiunt excreſcere ſaxa aquis aliam proprietatem ſuperaddentes, quod earum ſuffragio durentur ungulæ iumentorum.

Ruturgium ſtagnũ eſt Hyberniæ, cui Bartalani Seræ filii de ſtirpe Iaphet primi inſulæ habitatoris Rutugus filius à ſe nomen impoſuit.

SAlpina palus à Salpi ciuitate amoris Hannibalis Pœni indice dicta eſt, quũ eidem in campis Apuliæ propinqua ſit. *Vibius in Adriatico Salpinam ponit*

Samacenitides palus eſt Syriæ, cui ſuperpoſita eſt ciuitas Aſorith.

Satura palus eſt Italiæ, inter Antium olim Volſcorum nobilẽ ciuitatẽ & Circeũ mõtẽ, quã alii trãſmutatis primis duabus literis Aſturã uocant, & ab ea oppidũ Aſturã mari imminens, clarum Coradini Sueui captiuitate ab Antio non amplius x. mil. paſſ. diſtans.

Septẽ maria, ſeu paludes, ſeu ſtagna uelis, Adriatico proxima ſunt littori tã à Pado Atheſi, aliiſq́; ſuperuenientibus fluminibus, & à nõnunq́; æſtuante mari facta, atq; perpetua ſunt, plurimũ telluris occupantia, ſic nuncupata, quia iamdudũ in ſeptẽ grandia erãt ſtagna diſtincta. Hodie uero & ſi aliquas diſtinctiones habeant, magis tamẽ, ut locorum teſtant̃ incolæ, uident̃ annexa. Sunt tamen qui dicant nõ ſolũ de his, quæ littori ferè iuncta ſunt, ab antiquis ſeptẽ maria dictũ, uerũ de quibuſcũq; paludibus à Pado uel ab aliis fluminibus in partibus illis factis, eò quod adeo ingentes fuerũt, ut maria uiderent̃. Ex quibus tres circa Padũ fuere, utputa quę uerſus Mutinã occupat omnia, quę uerſus Bononiã & Imolã, & quæ Rauennã circuere omnẽ. Sic & inter hoſtia Padi ingens fuit quarta. Reliquæ uero tres ultra Padũ omnes uſq; ferè Patauiũ cõtingentes. In his aũt quæ littori proximiores ſunt, quarũdã ciuitatũ exiſtentibus aquis claris oſtendunt̃ ueſtigia, & potiſſime Adriæ Tuſcorũ coloniæ, & à qua Adriaticus denominatus eſt ſinus, cuius rei cauſam aliqui dicũt ſolũ in partibus illis terræmotu depreſſum, ſuperficie nõ mutata, & aquas inde omnia occupaſſe, quod ego nõ credo. Alii uolunt multis in ſeculis euomentibus aſſidue marinis aquis arenas littus in ſublime deductũ in aliquibus orbis locis, & ibi potiſſime, & ſic aquarũ exitũ impeditũ, & ab eis de neceſſitate loca humilia occupata. Nec deſunt dicentibus ad roborandã opinionẽ ſuã uera aut ueriſimilia argumẽta, quæ etſi recitaſſe præſentis intenti nõ ſit, in fidẽ tamen trahor eorũ, quũ ex his multa pateant intuenti.

Siden ſunt qui dicant apud Indos ſtagnum eſſe, in quo nil penitus innatet, ſed immiſſa omnia ſorbeantur.

Siden apud Indos ſtagnum eſt, cuius in aquis quantumcunque leue ſit nil natat, ſed (mergitur omne. *Idem eſt cũ ſuperiore quem Fidẽ Bocatius uocarat, nos Siden reſtituemus ex Plin. lib. 31. cap. 2*

Sale ſtagnum eſt Menoniæ in Aſia, quo in loco uidentur eſſe qui uelint quaſdam iam dudum fuiſſe ciuitates, uidelicet Daphnũtem, Hermeiam, & Sipylum, quod antea Tantalis uocabatur Meoniæ caput, & ſeu motu terræ uel alio dei iudicio abſorptæ ſunt, ſtagno tamen reliquere locum.

Styx palus eſt Africæ, propinqua Sieni ciuitati circa extrema Aegypti uerſus Aethyopas, quã aiunt limoſam plurimũ, & papiris eſſe refertã, adeo ut difficillimũ ſit ad inſulã, quã circuit nomine Bathos, tranſire. Hanc enim ſtygem uocant quod triſtitia ſonat, eò quod ob difficultatem ſuam periculum, & inde triſtitiam tranſeuntibus afferat.

Styx palus eſt apud inferos, Poëtarũ carminib. inclyta. Hãc Ditẽ infernorũ ciuitatẽ circũdare dicũt, nec imerito. Qui eñ ibi pœnã luit, abſq; ſpe uenię aut leuioris pœnæ in ꝑpetuã ꝑſeuerat triſtitiã. Per hãc ſuperos iurare dicebãt ueteres, quaſi ꝑ triſtitiã glorioſis aduerſam.

Strimon palus Thraciæ. Sueuia palus eſt Germaniæ, magnitudine inclyta.

TYraca Siciliæ palus eſt proxima Syracuſis.

Triton palus eſt Africæ ſupra ſinum Syrtium, haud longe ab Aris Philenorum, uaſta marginum amplitudine circundata, ex Tritone flumine ędita, quem ipſa à meridie uenientem ſuſcipit, & ab eo denominata eſt. Celebris quidẽ plurimũ eſt apparitione Mineruæ textricis, quam apud eam primũ in terris uiſam aiunt, eamq́; Tritoniam à palude nuncupatã arbitrati ſunt, penes quã diu ueteres ludicris uirginũ intereſſe decertantiũ an- *Vib. ſeq.*

 nis ſin-

nis ſingulis ea in die in qua primo uiſa eſt tanquã natalẽ ſibi celebrãtes fidẽ fabulę fecere.

*Vib. Seq.* Triton palus eſt altera à ſuperiori in Thracia, forſan à Tritone Dardaniorum flumine deriuata, in qua aiunt ſi quis ſe nouies merſerit, uertitur in auem.

Velia palus eſt Italiæ apud Calabros, non longe à Palinuro, Elia olim dicta, & ab ea Elia ciuitas ei ſuperappoſita. Verum addita u & palus, & ciuitas Velia dicta eſt.

Volſcorum ſtagna ſunt Galliæ, inter Rhodani hoſtia & Ledum flumen.

Paludum & ſtagnorum finis.

## DE MARIBVS LIBER.

Modica laboris aſſumpti particula ſupereſt, ut ſcilicet poſtquàm montes, fontes, lacus, flumina, paludes, & ſtagna deſcripſimus, tot aquarum patrem atq; hoſpitem per ſua ſecundum locorum diuerſitates uocabula, quibus antiquitas uſa eſt, etiam deſcribamus, ne forte quod exundatum flumẽ in oceanum Atlanticũ diximus, in Eoũ rudis nouitas perſcruteť, quinimo plagis & nominibus annotatis immixtionum loca quaſi præſens aduertat. Eo igitur præuio cuius eſt mare, & ipſe fecit illud, alphabeti morem conſuetũ ſeruantes, ſinuum, & maris diuerſa nomina tam mediterranei, quàm exteri apponemus. Eſto ut plurimum ab inſulis prouinciis, & ciuitatibus quibus adiacent ſibi maria ſumant agnomina. Et quod unum eſt dato perraro ab aliquibus accidentibus multis nominibus nuncupatur. Nos autem ante alia de mari Achaico uideamus.

Achaicum mare id eſt, quod Achaiæ Græcorum prouinciæ adiacet, pars quidẽ ſecundum quoſdam Ionii maris eſt, eò quod illud contingat eis in partibus quibus Achaia meridiem & occiduum ſpectat.

Acheon limen ſinus eſt maris, tam Græcorum gloria, quàm Ilionis excidio ſatis inſignis. Hic enim apud Troadem incuruans littora ſibi ſuperimminentem habet Ilionem, ſic nominatus, eò quod ibi omnis Acheorum claſſis bello permanente hoſpitata ſit, fuit præterea in eo Sigeum oppidum, Sigeo promontorio impoſitum Acheorum ſtatio, & Scamander atq; Simois ab Ida uenientia flumina in eum cadunt.

Adriaticum mare longiſſimus ſinus eſt, & à dextris intrantibus portuoſus plurimũ, à ſiniſtris autem non ſic. Incipit enim à Cerauniis montibus Epyri & Parthinos, Daſſaretas'q;, atq; Taulantos, Enchelias ac Pheaces, & inde Illyrios, Pyrreos, Liburnos, & Hyſtros in ſinum uſq; Polaticum littoribus alluens. Poſt hos autem & Venetos, & in Altinũ uſq; extremum ſui impetus impellens, inde littus oppoſitũ primo linquit Anthenoridas, & inde circa Padi hoſtia ciſalpinos alluit Gallos, Picennates, Frentanos, Daunos, Apulos, Calabros, atq; Salentinos, Italos omnes, circa quos eius ambitus terminatur. Et quum ſibi plura ſint nomina, de quibus ſuo loco quum fiet mentio oſtẽdetur. Adriaticus, quod eius præcipuum atq; antiquiſſimum nomen eſt, ab Adria Tuſcorum ciuitate uetuſtiſſimorum, quæ eius olim fuit in littore, ſortitus eſt.

Africum mare eſt ab Africa prouincia, cuius alluit littora denominatum. Quod autem incipit à promontorio Metagono, quod mundi & maris eſt finis, & in orientẽ tendens, non ante finem facit, quàm ad aras uſq; perueniat Philenorum, & in eo ſinus aliqui & promontoria memoratu digna. Eſt autem Sardo, Siculo, Ionio'q; mari conterminum.

Almachiũ mare uocať ea oceani pars ſub Arctoo, quæ à Scythis denominata eſt. Apud quã Parpaniſus Scytharũ fluuius effluit. Hoc Cimbri haud lõge ſtãtes populi Moriamaruſam uocãt, & cũ ſuperiori nomine congelatũ ſignificeť, hoc mare mortuũ deſignatur.

Amazoniũ mare uolũt quidã eã Euxini maris partẽ, quã olim ab Amazonibus cõtermina Colchis, ſeu Heniochis occupata eſt, cui imminẽs Temiſcurũ aiũt fuiſſe oppidum, & Amazonia caſtra. Alii Chalybum nomine ſignatũ hoc littus uolunt; & à Taberenis finitum, quos inter & Chalybes ſecundum alios, Amazonium continetur.

Ambracius



Ambracius ſinus in Epiro eſt Adriatici maris pars, ſeu potius eidẽ cõterminus, ab Ambracia ciuitate, cui ſubiacet, denominatus. Hic faucibus nõ amplius mil. paſ. apertis, ampliſſimũ ſuſcipit mare. Cuius in circuitu Actiũ Argi Amphilochis, & ipſa Ambracia olim Aeacidarũ regia, et poſt hãc Pyrrhi regis Buthrotõ, mõtes'q; Ceraunii ſunt, qbus terminať.

Arabicũ mare duplex, in mediterraneo parui tractus unũ eſt, Aliud uero apud rubri maris littus extẽdiť ſpacio ampliori, quod in mediterraneo eſt, à Peluſio Aegyptiorũ oppido ſumit initiũ, & in orientẽ tendẽs, & demũ ſe uerſus Syriacũ littus flectẽs à Paleſtinis populis terminať, Azotũ habẽs portũ mercium ſuarũ emporiũ. Quod aũt rubro imminet mari, eã bicipitis rubri maris partẽ ſuo aſcribit nomini, quæ occiduo proximior eſt, & ex oppoſito ab Aegyptiis occupata, & inde ſe in Eoũ uertẽte ſinũ, quĩ à Perſis denominatus eſt. Omne littus occupãt uſq; in profundiorẽ eius progreſſum, quũ quicquid terræ hos inter duos ſinus eſt, Arabia nũcupeť, cinnami, thuris, aliorũ'q; odoramẽtorum feraciſſima. Ex qua Sabæi maximã, hoſtio'q; ſinus propinquiorẽ partẽ incolũt, habentẽ ab ea plaga, quę intrantibus dextra eſt urbes claras, utpote Carrã, Arabiã, & Gandamũ. Ex altera uero ſunt ab extremo incipiẽtes ſinu Beroniceo inter Herpolicũ & Scrobilũ. Deinde inter promontoria Moronenon & Colaca Philoteris eſt, & Ptolemais, & ulterius Arſinoe, atq; alia Beronice, poſt eã ſylua eſt, quæ hebenũ odores'q; gignit. Inde ultra fluuium manufactũ aliquantiſper deſerta infeſtãtibus feris loca, cuius tamẽ partẽ †Panchai incolũt, & Ophiophagi à comedẽdis ſerpẽtibus nominati. *alĩs, Candei* Fuere inſup & Pygmei propinqui cõtra grues olim pro frugibus dimicãtes. Inde promontoriũ eſt Arabicũ ſinũ dirimẽs ab Aethiopico oceano. Plures ꝑterea in hoc ſinu ſunt inſulę. Sed inter cæteras q̃ Ogyris diciť clarior, eò q̃d ibi ſepulchrũ ſit Erythræ regis, à q̃ & ſinus à Græcis Erythrætalaſſon appellať, id eſt, mare Erythræ hũc ſinũ Arabicũ nõnũquã in mediterraneũ uſq; mare deduxere, alueo manufacto Aegyptii cogitauere reges, & territi ne aquarũ multitudo oppleret omnia, deſtitere.

Aſiaticum mare, & hoc duplex eſt. Id nanq; unũ quod à mediterraneo alluiť Aſię pelago. Reliquũ quod ab oceano. Et quoniã multa maria cõtinet unũquod'q;, de quibus, ut ordo ſumptus ꝑſtabit, ſigillatim dicemus, nominatim per ea diſcurriſſe ſufficiat. Incipit ergo in mediterraneo ſinu Aſiatici maris terminus, à Canopo Nili hoſtio Cyrenis contermino, ubi & Aegyptiũ mare, inde Arabicũ, de q̃ proximo dictũ eſt. Inde Syriacũ, cui Cilicũ ſequiť, & huic Pãphyliũ, & Liciũ demũ, atq; Icareũ & Ioniũ. Inde Aeoliũ ſeu Myſiũ, & poſt hæc Helleſpontũ atq; Propontidẽ. Inde Boſphorũ Thraciũ, & Paphlagoniũ littus, cui & iũcti Calibes, quos Amazoniũ ſequiť mare, & inde Tabarenũ & Colchidum atq; Boſphorũ Cimericũ hoſtio Tanais iunctũ, ubi poſt incipit Europa. Nomina aũt quibus ſignať Aſiaticus oceanus, pauca apud nos ſunt. Nã ab Aethyopico oceano, q Afer eſt, Indicus incipit, omnẽ ferè uſq; in orientẽ orã, ſub diuerſis tamen uocabulis occupãs. Ibi Eous eſt oceanus. Inde inter Tabũ promontoriũ quod Taurus extollit, & Tabim montẽ Sericus eſt oceanus, inde Caſpius ſinũ intromittens ad Scythas atq; Hircanos. Poſt hũc Hyperboreus ſub Aquilonari ferè cardine & Scythico iunctus ſubſequitur, ubi finis eſt Aſiatici littoris, & Europici principium.

Atlanticũ mare Africani pars eſt. Hinc mediterraneũ, inde oceanũ occupãs nomine. Nã in mediterraneo à †Mulaca fluuio, q Mauros ſeparat à Numidis incipiẽs, in occiduũ tendit magnũ portũ Ruſicadũ oppidũ, mõtes quibus ſeptẽ fratres nomẽ eſt, & inde Abilam montẽ à Calpe Hiſpano opinione ueteri ſeparatũ alluit. Hic oceanũ intrãs Tinge oppidũ Anthæi habet in littore, & Ampeluſiã promontoriũ, apud q̃d finis eſt illi, quũ poſt illud Aethyopũ Heſperidũ ſequať mare. Atlanticũ aũt denominatũ eſt ab Atlante mõte ingẽti *alĩs, Mulucha apud Melã et Plinium*

Auſoniũ mare Tyrrheni maris pars eſt, ab Auſoniis populis, qui (ei ſuperimminẽte. iamdudum inter Campaniam, Latium'q; (ut placet aliquibus) ſedes habuere, nũcupatũ.

Axenum mare dicitur, quod & Ponticum dicimus & Euxinum, ſic à rudi truci'q; barbarie incolarum antedictum. Quorum poſtquàm aduenarum commercio molliti ſunt mores & habilior exteris lingua facta eſt, Euxinum dictum eſt, Et ideo ubi de Euxino infra quæ

fra quæ explicanda ſunt, latius apponentur.

BAianus ſinus pars Tyrrheni maris paruus eſt à loci amœnitate, atq; medicorũ fontiũ ſalubritate famoſus. Apud eum quippe omnis Romana fundebatur laſciuia, teſtantibus adhuc ædificiorũ ueſtigiis, à Puteolis & Miſeno terminatur in littore, Sibyllæ atque Apollinis Euboici oratoriã habens, ab ipſis Bais quondã ſpecioſiſſima uilla nũcupatus.

Balearicũ mare circa Baleares mediterranei maris inſulas eſt in cõſpectu Terraconẽſis Hiſpaniæ, ab ipſis Balearibus nominatũ. Hodie uero non Baleares, ſed quũ duæ ſint, maior Maiorica, minor Minorica nuncupantur. A tergo quidẽ Numidico iungitũ mari, quũ ad orientem Cirneum, ſeu Corſicum habeant, & Hiſpanum ſimiliter ab occaſu.

Baſilicus ſinus Icarei maris eſt, inter Iaſium ſinum & Ionium mare.

Boſporum Cimericum eſt pars Ponti, à Cimericis populis incolentibus denominatũ, hoc à Tanai circa principium Europæ eſt, in quo Myrmecion, Panticapeum, Theodoſia, & Hermiſium oppida ſunt Cimerica.

Boſphorum Thracium mare eſt, Pontici maris pars in Europa ſitum, ab ea Thraciç parte denominatum, quæ fronte una extenditur in Euxinum uſq;. Occupat quidem arctiſſimum Euxini maris greſſum, & in eo Bizantium eſt.

Britannicum oceanum in Circium uergit, ab ingenti inſula Britannia denominatũ Gallico, Hyberno, Hiſpanoq́; conterminũ, in eo autẽ piſcantur Properlis incolæ, ut ferũt.

Bubeſſus ſinus eſt maris Icarii, Scœno ſinui Ceramicoq́; conterminus.

CApharеum mare Aegei maris pars eſt, à Caphareo monte Euboç denominatũ, naufragio Græcorum à Troia redeuntium, & Nauplii perfidia inſigne.

Caloſii limen ſinus eſt Pontici maris, ſic à Græcis denominatus, quia portuóſus ſit, q̃d inuenire raro contingit in Ponto. Hic tamen inter duo Europæ promontoria clauditur, quorum aliud Criumetopon, aliud uero Parthemon appellatur.

*als, Taphris* Carcinites ſinus eſt Euxini maris, habens à *Tateris initium, in quo eſt urbs Carcine à qua denominatur, quam urbem Gerros & Hypaciris è diuerſis regionibus flumina uenientia, & uno effluentia hoſtio attingunt.

Carpathiũ mare dictũ à Carpatho inſula mediterranei maris, Aegypto propinqua, cui Protheus ſenex aliquãdo rex fuit, qui & Aegyptiis imperauit uates antiquus atq; permaximus, quẽ Neptuni regis cuſtodẽ finxere Poëtæ, aientes illud apud Carpathiũ illos ſeruare.

Caſpiũ duplex eſſe mare cõperio, aliud in mediterraneis nullo cõmunicãs mari, aliud uero ab oceano procedẽs, haud longe ab oceano Scythico, ad Scythas, Hircanosq́; deſcẽdens, arbitror eñ q̃d ſcriptorũ incuria ex uno duo facta ſint. Sanè, ne ipſe de duobus unũ uelle facere uidear, de utroq; quç ſunt cõperta, ſub breuitate deſcribã. Primũ quidẽ moderni, qui noſtro æuo Scythica peragrauere regna, dicunt Caſpium mare inter Hircanos, Caſpiosq́; montes immenſum occupare ſpaciũ, nec ullum habere exitum aut introitũ, ſed ex maximis qui in eum concurrunt fluminibus factum, & in modũ lacus redactũ. Eſto ambitus ſit immenſi, uerũ tamen pedibus circũiri poſſe, & eius littora Caſpii incolunt & Hircani, de reliquo ſic ueteres reliquere. Dictũ enim hoc ſcilicet mare Caſpium ex oceano Hyperborico ore anguſto, & more fluminis terras intrãte, & ubi lõgo freto diu ſeſe tulit, ampliſſimũ occupat ſpaciũ, ſe deinde in tres prægrandes ſinus diffundens, quorũ is qui intranti oppoſitus eſt, uocari dicũt Hircanũ, qui ad dextrã Scythicũ, qui aũt ad ſiniſtrã Caſpiũ eſſe, reliquorũ etiã nomina ſuo nomine occupare, & ſæuũ aſſerunt atq; importuoſum mare, & undiq; turbini & procellis expoſitum. A dextris autem introẽuntis Scythas Nomades littus incolæ ad Caſpiũ ſinum Caſpios & Amazonas, quas Sauromatidas uocãt, ad Hircanũ autẽ Albanos, Henichos, & Hircanos, ad Scythicũ, Amardos, & Pçſicos, & ad fretũ Derbices, multos aientes inſuper atq; prægrandes amnes in eos effundi ſinus. Quæ autem ex his opinionibus uera ſit, diligentioribus ſcrutari permittã, quum ab antiquis fidem amouere non audeam, & modernis de uiſu teſtantibus negare non poſſim.

Cilicum mare à Cilicia Aſiæ prouincia, cuius in conſpectu eſt denominatur, ſe contra

Cyprum



Cyprum inſulam habens. Eſt enim initium huic apud Amanum montem, Ciliciam à Syria diuidentem. Finem autem Anemurium fecit promontorium, quod & Pamphilici maris initium eſt. Cuius in ora memoranda ſunt quædam. Nam ante alia ſinus eſt Iſſicus ab Iſſo olim inclyta ciuitate denominatus. Hinc Amanoides promõtoriũ inter Pyramũ, Cidnumq́; flumina in mare procurrẽs, Tarſus inde Ciliciæ totius metropolis paulo ſemota à littore eſt. Hinc Soloë, quæ poſtea Pompeiopolis nominata ſequitur & Corycos ſpecu memorabili inſignis. Deinde Sarpedon promontorium aliquando Sarpedonis regni finis. Poſt quod Celendris atq; Natidos Samiorum coloniç ſunt, inde Anemurium promontorium, quod diximus mari finem ponere Cilico.

Cymbricum oceanum ſub Arctoo dicunt à promõtorio Cymbrico terminatum, atq; ab ipſis Cymbris circum incolentibus populis nominatum.

Cirnеum mare Tuſci maris pars eſt ab inſula Cirne, quæ poſtea Corſica à muliere Liguſtina, quæ illam primum incoluit dicta, denominatum eſt.

Codanus ſinus eſt oceani ingens ultra hoſtiũ Albis fluminibus in ſeptentrionẽ patulus magnis paruiſq́; inſulis plenus.

Colchium mare in Ponto dicitur, quicquid maris littori Colchorum adiacet Amazonibus, ſeu ſecundum alios, ab Heniochis ab Auſtro terminatum, ab Aquilone autem Cimerico Boſphoro.

Corinthius ſinus Ionii maris pars eſt. Nam ex aduerſo Cephalaniç Zacintho Dulichiç atq; Itaciæ inſulis paruo hoſtio more freti in Patras & Naupactum penetrans uſq; ad Iſthmon mons, cui Corinthus inſidet ciuitas, & qui illud ab Aegeo tenui ſeparat ſpacio, tenditur ab Aetholis Peloponneſum ſeparans, oppida habens littori Pelopõneſiaco inſidentia Aegionem, Egiram, Oluron, & Sicyonem, ecõtra autem Pagas, Creuſim, Anticiram, Oeanthiam, Chirram, atq; Calidonam Tydei patriam, & Eueno qui quidẽ ſinus Rhion alio nomine nuncupatur.

Creticum mare à Creta inſula nomen habet, multa contingens maria. Nam ab ortu ſolis Carpathium, à Vulturno Icareum, Litiumq́;, à ſeptentrione Aegeum, ab occiduo Ionium, ab Auſtro Africum, Aegyptiumq́;. Verum quod memorabilius eſt, hæc inſula medio in mari poſita habet eos confines, quos alteri nulli contigit habuiſſe. Nam ſi recte cõſideremus, recte in confinio trium orbis partium poſita eſt. Habet enim ab oriente Aſiaticum mare ab Auſtro & occiduo Africum, ab occiduo & Aquilone Europeum, ex quo patet eam orbis eſſe umbilicum, promontoriis & centum olim urbibus inclytam.

AEgeum mare inſularum æque & regnorum atq; uirorum illuſtrium & mirandarum rerum plenum fuit. Hodie uero torpet turpi ſeruitio obnoxium. Eius nominis ante alia duplex redditũ cauſa. Alii uolũt à ſcopulo inter Tenedũ & Chiũ inſulas ſurgẽte, & effigiẽ Capræ, quã Græci uocant ægam, habente, Aegeũ denominatũ. Alii uero altius ſentiunt, & ab Aegeo Athenarũ rege, & patre Theſei, eò quod eum mortuũ apud Cretam crediderit, & ob id ſe præcipitem è ſpecula in mare dederit, nuncupatũ dicunt. Incipit autẽ apud Eleũ Helleſpontiaci maris finẽ, & in occiduũ ueniens Maſtuſianũ inundat qui latus alterũ alluit, Cherſonenſi à iugo *Phaciç uallis incluſus Melas cognominatus à *als, Pacha* nomine fluuii quem ſuſcipit. Inde Thraciam alluens uſq; Pallenẽ, ubi littus Macedonũ incipit, ex quo ſinus ingens uſq; Theſſalonicã in Arctoum effunditur, & à dextris Theſſalos alluens, & Sepiadẽ promõtoriũ, & Demetriadẽ ſinũ facit, inde Pegaſum, quũ iam in meridiẽ aliquãdiu littora iam dictorũ peragrauerit cõtingendo. Poſt aũt Pegaſum Maliacũ facit ſinũ & Opuntiũ. Inde oppidis nobilibus multis perfuſis, in promontoriũ uenit ſummũ, & hinc Pireũ Athenienſiũ portũ & Scironia ſaxa, atq; Megarenſiũ tractũ, & Iſthmon alluit, tendẽs in meridiẽ uſq; Maleã, & in Eurũ ſeſe flectens, Africũ mare dimittit ab Auſtro, & in Creticũ atq; Rhodiũ uſq; progreditur. Aſt inde in Aquilonem uoluitur, & Icareum, Ionium, Aeoliumq́; contingens mare finem facit unde cœperat apud Hellum. Hoc moderni Agios pelagum uocitant.

Aegyptiũ

Aegyptium mare Aſiatici pars eſt, incipiens à ualle Catabathmon Cyrenaicam prouinciam ab Aegypto ſeparante, ubi hoſtium Nili unum quod Canopon à gubernatore nauis Menelai ibidem ſepulto appellatum, & in littore Alexandria ingens ciuitas atq; clara, Pharoq́; iuncta, & tendit uſq; Peluſium, quod Arabis conterminũ finem facit Aegypto, habens ex oppoſito Cyprum.

Helleſpontum mare in confinio Troadis ab Aſia ſeparat Europam, teſtimonium ſeruans æternum ſuperbiæ Xerxis, qui ab Abido in Seſtum illi oppoſitum oppidum Leandri amore clarum, pontem ſtrauit, & exercitum omnem ſiccis pedibus in Europam ex Aſia introduxit. Cuius antequàm littora deſcribantur, nominis cauſa apponenda. Helle enim Athamantis filia cum Phrixo fratre inſidias fugiens nouercales, aureo uecta ariete, infortunio ſuo has in undas cecidit, & abſorpta de ſe nomẽ dedit undis perpetuum, ut quod Pontum dicebatur ante, diceretur poſtea Helleſpontũ. Habet igitur mare iſtud initium à Rheteo littore, ubi Aiacis ſepulchrũ, & in ſe continet Bithynios & Mariandinos, & in Europam Cherſoneſum ciq́; finem facit Propontidis ſequentis initium.

*ἠώς aurora Græce*

Eous is uocatur, qui recte ſub oriente ſole æquinoctii tempore conſpicitur, ſic dictus, quod eoos Græce ſplendor latine dicatur, ſub quo primo terris adueniente ipſe in eum Ganges effluit fluuius.

Aeolium mare aliqui putant apud Eolidas inſulas Siciliæ in conſpectu iacentes, quod & ſic forſan ab eis aliquando uocitatum eſt. Verum de quo nunc agitur, Aſiatico littori adiacet, incipiens ferè à Thermodoonte & Leucade ciuitate Ioniæ, ab Aeoliis denominatum. Poſtquàm pulſis ueteribus colonis, oras ipſi habitauere, quũ ante Myſium diceret. Prima quidem huic mari ciuitas imminens Myrina eſt, à Myrino conditore uocata, inde Cymepelopis opus, & Caici fluminis hoſtia, & Cana ciuitas, & à qua in radices Idæ montis facile peruenitur, apud quas maris huius finis eſt, & initium Troadis.

*ἐρυθρὸν rubrum latine*

Erythrotalaſſon mare rubrũ eſt, de quo pauca ſupra ubi de Arabico ſinu, & infra plura ubi de rubro mari dicetur, & ideo nomen hoc quod latine ſonat mare, erythrei appoſuiſſe ſufficiat.

Heſperium mare Aethiopici oceani pars eſt, ab Heſperidis uirginibus denominatum. Nam, ut aliquibus placet, ultra Atlanticum oceanum inſulæ quædam ſunt euripis diſtinctæ, & à continenti modicum ſeparatæ, in quibus aiunt aliqui habitaſſe Gorgonas. Alii uero Heſperidum domos illas fuiſſe aſſerunt. Poſſibile tamen, ut aut ex pluribus aliquas illis, & reliquas aliis contigiſſe, uel eaſdem ſucceſſiue habitaſſe Heſperidas & Gorgones, Heſperidis plus fama fauet, & quod Aethiopes & econtra habitantes uocãtur Heſperidi. In his Poëtæ finxere aurea mala, & peruigilem ſerpentem, eaq́; ab Hercule capta, greges quidem fuere precioſa habentes uellera. Incipit autem mare hoc ab Ampeluſia promontorio, ubi Atlantici finis. Alii uero dicunt ab Heſperucera promontorio. Quantum autem uerſus Eurum extendatur, inueniſſe non memini.

Aethiopicus oceanus longo ſub feruido ſole tractu protrahitur, nec ab aliquo ſatis plene cognitus. Nos autem quæ illi ſint littora, ut accepimus breuiter, exponemus. Incipit ergo ab eo promontorio, quod ſupra Arabicum finire ſinum diximus. Cuius oram q; citius ſolis fœcunditas & cæli feruor habitare permittit, Macrobios habet populos ſic denominatos, eò quod uitæ ſpacium ferè medium ultra alios mortales productum in longum, quorũ pars, eò quod ab Aegypto uenerit, Automales dicti ſunt, forma præſtantes, & moribus regem ſibi pulchritudine & uiribus potiorem eligentes, æs quàm aurum preciosius arbitrantes. Infeſtantur tamen à beluis nobis incognitis plurimũ. Tandem in occiduum euntibus, ſolitudines uaſtæ, præciſi montes, ripæq́; potius quàm littus repetuntur, quibus deficientibus, muti inueniũtur populi, quibus pro eloquio nutus eſt. Aliiq́; adeo deformes, & ab humanis ritibus alieni, ut potius recitaſſe fabuloſum, quàm credibile uideatur. Sũt inſuper & alii, quibus ignis adeo ignotus eſt, ut primo dum uiderint, tanquam pulcherrimum quid amplectantur, ultroq́; ſinu imponant ſuo, donec exuſtio

ne uexati



ne uexati deſiſtant. Super hos grandis eſt inſula, in qua fœminas tantum eſſe ueteres tradidere, hirſutas corpore toto, & quod incredibile eſt, ſine maribus ſua tantum ſponte fœcundas, efferatis uiuentes moribus, adeo fortes ut uix poſſent uinculis detineri. Has ultra mons altiſſimus eſt, & adeo iam à noſtris cognitus, ut Peon nominetur à Græcis, quẽ aiunt ignibus flagrare perpetuis, & quod ridiculum uidebitur, aſſerunt ultra montẽ longo tractu uirere colles in littore, ex quibus patentes campi longe magis uidentur quàm ſufficiat intuitu uiſus. Et quia nec in cãpis, nec in collibus habitatio ulla eſt, nec aliquid culti, aut humanum cernitur, & per diem ſolitudinem atq; ſilentium ingens, nocte uero ignes per totum crebri, & cymbalorum atq; timpanorum tinnitus, & tibiarum ſonus maior quàm qui ab hominibus fit, auditur, creditum eſt Panũ, Satyrorumq́; opus. Hinc rurſus Aethyopes incipiunt apparere, ſed pauperes & iam dictis forma minores, & inculti, Heſperides cognominati, in quorũ finibus ſunt qui uelint Nili fontem eſſe. Hos contradicunt inſulas eſſe Orcadas, olim Gorgonum, ſeu Heſperidum domos. Hi tamen ab Heſperucera promontorio terminantur. Et frons incipit in occiduum recte conuerſa, in qua Aethyopico iungitur Atlanticus oceanus. Huius frontis partem primam Aethyopes tenent, quę ſequit̃, exuſta, & harenis obducta, & à ſerpentibus occupata eſt. Cuius in conſpectu aiunt aliqui inſulas eſſe, quas Heſperidas dicimus. In continenti uero ab harenis montem exurgere tantæ altitudinis, ut cælum etiam penetrare uideatur, traditum eſt, cui ex oppoſito Fortunatas inſulas aſſerunt. Solitudini autem dictæ, proximi ſequuntur Simantopodes, & inflexilentis cruribus, qui potius ſerpere, quàm progredi arbitrantur. Deinde Pharuſi, poſt quos lætiores apparent agri, quos inter Terotæ, Berini, Acebores habitant, & Zegitrarum, Getulorumq́; uagantium opera cognoſcuntur, quibus Atlanticus iungitur oceanus finem faciens Aethyopico.

Euboicum mare in mediterraneo duplex eſt. Aliud in Aegæo, aliud in Campano, ſeu Tuſco mari. Quod in Aegęo Euboëæ adiacet inſulæ à qua denominatum eſt. Quod autem in Tuſco Cumarum, Baiarumq́; alluit oram, ab Euboicis aduenis, & Cumarũ conditoribus nuncupatum.

Euripus maris eſt ſinus in Aegeo inter Euboiam inſulam & Bœotiam, ſeu Phocidem, in longum arctumq́; productus. Quem aiunt aliqui ſepties inter diem & noctem ſtatutis horis reciprocas agere uices, & ideo infidum eſſe carinis. Verum qui fide digniores ſunt, dicunt hunc inter altiſſimos montes tam continentis, quàm inſulæ nunc huc, nũc illuc aſſiduis & impetuoſis uentis ac motibus propriis adeo temere rapi, ut nonnunquã ex altiſſimo mõte uideatur deiici præceps, in flexuoſis reuolutus procellis tam uaſto abſq; intermiſſione agitatur impulſu, ut nulla in eo nauigiis ſtatio tuta ſit. Volunt tamen nõnulli hoc nomine Euripus, quod tempeſtuoſus ſonat, alicuius maris in ſingularitate nõ eſſe, ſed omnium ob arctum meatum impetum acrius facientium, ut & fretum eſt. Sanè quia hic ſinus impetuoſior cæteris exiſtimatur, nomen in ſingularitate ſibi hoc quaſi per excellentiam occupauit.

Euxinum mare eſt, quod uulgatiori uocabulo Pontum dicimus. Ab Euxio fluuio, qui in eum effluit, ut quibuſdam placet, denominatum, quum ante uocaretur Axenũ, ut ſupra dictum eſt. Hoc extremũ mediterranei maris totum in Aquilonẽ Vulturnumq́; recedens, maximi ambitus eſt, & arctiſſimo hoſtio per Boſphorũ Thracium immiſſum, atrox atq; nebuloſum, & raris ſtationibus nautis gratum, nec molli & harenoſo littore ſicut reliqua circundatum, aquilonibus patulum omne, & ob multam aquarum multitudinem fluctuoſum, feruensq́;, & nonnunquam cogente gelu condenſatum eſt. Hoc intrantibus habet à dextris Chalcedonem ciuitatem ab Archia Megarenſiũ principe conditam. Inde Mariandyneos cum ſpecu Acheruſia, per quem Herculem Cerberum ad ſuperos traxiſſe credebant, & inde Paphlagonum littora. Chalybes & Amazonia caſtra, Tabarenos, & inde Moſſynos per omne corpus notis inſignes, ac poſt hos Macrocephalos,

Diſcheros, Buxedoſq́;, Trapetis & Cæra cognitos. Hinc Colchos, Phaſin fluuiũ, & Phrixi templum cum Luco, & in Heniochorum finibus Dioſcuriadem à Caſtore & Polluce conditam ciuitatem. Inde † Ferinthos, & Boſphorũ Cimerium, Tanais hoſtium, Mœoticas paludes Aſiæ finem & initium Europæ. Aſt hinc ſinũ Calolimenos, Cherſoneſum oppidum, ut fertur, à Diana conditum, & ſpecum nympheum, ſinum Carciniten, Boriſthenis hoſtium, Callipidas, Iſtroſq́;, & Iſtri hoſtia ſeptem. Ac inde Thraces in oram uſq; Euxini penetrantes, apud quos proximam hoſtio Iſtri Iſtropolim inde portum Cariam & promontorium Tiriſtrim, & Bizones motu terræ lapſæ ueſtigium, portum Crunon, Dionyſiopolim, Meſembriam, Anchialon, magnamq́; Apolloniã, Thinniam promontorium, ubi Helmideſſum, Phileas, & Phinopolim Boſphoro Thracio iunctam, apud quem immitti Euxinum à mediterraneo certiſſimum eſt. Sunt prẹterea qui dicant huius aquas ferè dulces eſſe ratione ingentium fluuiorum in illud continue euomentium.

*al's, Syndum*

† *Ego ſic legere malim: Ac poſt hos Macrocephalos, Diſcheros, Buxedoſq́; Trapezunti atq; Ceraſunti uicinos, &c. Secutus Melam ſcilicet. Nam quomodo huc Trapeta ac Cera irrepſerint, non uideo.*

*De hac deſcriptione Bocatius uiderit*

PHarus nomen eſt maris, ubicunq; facta quocũq; caſu diuiſione furens incidit, utputa inter Italiam & Siciliam, quas quidam exiſtimant olim fuiſſe coniunctas, & terræ motu poſtea ſeparatas, à qua ſeparatione id mare, quod medium inter eas impetu fertur, Pharus dicitur, nam pharos Græce latine diuiſio ſonat. Verum hoc nomen Siciliæ Pharus præ cæteris ſeruauit, ſeu quia manifeſtior fuit diuiſio, ſeu quia notior Græcis atq; latinis, huic ſupereminent ab Italia Rhegium, & à Sicilia Meſſana ciuitas inclyta.

Phœniceum marẹ Syriaci maris pars eſt, à Phœnicibus, littus illud incolentibus dictũ, à meridie Arabum habens, ab Arctoo autem Cilicum, & in conſpectu Cypricum.

*At Plinius nõ ſinũ, ſed promontoriũ uocat Rhium*

Rhion mare, ſic enim ab antiquis nominatum eſt, quod Corinthium diximus.

Fretũ mare, & hoc potius generale eſt nomen unicuiq; mari per arctos meatus trãſeunti, ut de Euripo diximus, quàm recte proprium alicuius, & ideo niſi apponatur quod uelis de quo dixẹris non intelligetur, utputa fretum Boſphoranum uel Siculum, & ſic de cæteris.

GAditanum mare à Gadibus inſula extremi occidentis nomen accepit, olim à Phœnicibus habitata, ultra promontorium Calpem.

Galileæ mare lacus eſt, ut ſupra ſcripſimus. Sed ſic more ſuo à Iudæis, qui omnes aquarum congregationes nominant denominatus.

Gallicum mare duplex eſt, aliud inter Hiſpanum ſpatiatur & Tuſcum, aliud inter Hiſpanum & Germanicum oceanum. Quod autem inter Tuſcum & Hiſpanum à nõnullis pars Tuſci creditur. Denominatum autem eſt ab adiacente Gallia Braccata, ſeu Narbonenſi, habens ſecundum quoſdam à Monœco Liguſtinorum promontorio initium, & ſic prima eius in littore ciuitas eſt Nicæa, quæ alpibus ſubiacet. Alii uolunt quod huius initium ſit ab hoſtio Vari fluminis uetuſto Italiæ termino, ſed nõ refert. Nõ ſumus empturi nunc ut acrem quæſtionem de terminis faciamus. Quũ igitur in progreſſu habeat Halycidonem Maſſilienſium portum, & ipſam Maſſiliam à Phocenſibus olim cõditam & hoſtia Rhodani, & ulterius Betras & littus cui Leucata nomen, & ora Sardonum, uicum Clibertæ, magnæ quondam ciuitatis atq; opulentiſſimæ ueſtigium tenue, & inter promontoria Pyrenei ſinum †Salſum apud Ceruariam finem ſumit, ubi Hiſpaniẽſis initium. Aliud autem in Britannicum mare uerſum, & Pyrenei promontorio principium faciens, & in Arctoum tendens, habet inter alia Garumnæ fluminis hoſtium, Santones populos, & Oſſiſmos, Morinoſq́; uſq; ad Rheni fluminis hoſtium, apud quod Germanicus incipit oceanus.

*al's, Salſuſæ*

Germanicus oceanus ab hoſtio Rheni incipiens, longo tractu uſq; ad Codanum protenditur ſinum, gelido ſub cælo ferè littora habens incognita, quorum ſuſceptus gremio nuſquam late patet, inſulis pluribus non longe diſtantibus. Circa eum tamen ſunt Cim

bri &



bri & Teutones, & qui ultimi Germaniẹ ſunt Hermiones iuncti Sarmatis, nec deſunt qui uelint ad Cimbros uſq; protendi.

IAſus ſinus eſt Icarei maris ab Halicarnaſſo Cariæ tendens in Ionium. Cuius initium à Neapoli eſt Cariẹ ciuitate, finis uero Baſilici ſinus initium, & in eo Bargylos ciuitas eſt.

Icareum mare Aſiatici maris pars eſt, à Telmeſo Liciorum ciuitate, quæ Licium finit incipiens, & inde poſt Pedalion & Cryam promontoria Caunum habet oppidum ſecus amnem Calbin, & inde Halicarnaſum Mauſoli regis tumulo inſignem, & in progreſſu ſinus Timinam, Scœnum, & Bubeſſum, & Gnidum oppidum in cornu Peninſulæ, & ſinum Ceramicum, & ultra Leucæ littus Mindum, Cariandam, & Neapolim, ſinum Iaſium atq; Baſilicum, qui Ioniæ iunctus Icareo finem facit, quod à Caria addita, I. denominatum puto.

Icareum mare aliud à ſuperiori nullis cogitur littoribus, quinimo inter Sardum mare & Siculum eſſe dicunt, ſic à caſu Icari cum Dædalo patre fugientis dictum. Hoc alii uolunt inter Creticum & Siculum eſſe.

Illyricum mare pars eſt Adriatici. Eſto & Adriaticum totum etiam uocetur Illyricum. Nam Illyrium à quo denominatum eſt perſeuerat uſque Tergeſtum. De hoc ſupra ubi de Adriatico dictum eſt.

Indicum mare permaximum eſt, & ſatis patet unde denominatum. Creditur quidem tantum progredi ut ſexaginta dierum noctiumq́; tenſis uelis aſſiduæ nauigationi ſufficiat. Incipit autem ſub Vulturno, uel quaſi ab eo promontorio, apud quod Sericum terminatur, & ab inde ad Gangis hoſtium uſq; Palibotros habet populos. Ex aduerſo autẽ hoſtii Gangis inſulam eſſe dicunt, cui nomen Argyræ, argenteum ſolum habentem. Prẹterea & Taprobane ingens inſula hoc in mari eſt diues, & plurimis poſſeſſa populis, & & hinc prope ſunt ea hoſtia, quæ Solis appellantur, adeo habitationi aduerſa ut ingreſſos circumfuſi aëris æſtus confeſtim exanimet. Equidem non forſan abſurdum paradiſi delitiarum ibidem ingreſſum fore. Inde dicunt, quod ab Iolide uſque Cudum recta ſint littora, & in orientem ſpectantia, eaq́; incoli à timidis, effœminatiſq́; populis. Verũ marinis opibus affatim ditibus. Poſt hos promontorium Tamum eſſe dicunt. At eius in conſpectu inſulam Chryſem nuncupatam, adeo auri abundantẽ, ut habere dicatur aureum pauimentum. A Tamo uero à quo flecti tellus incipit, in meridiem uſque ad rubri maris hoſtium deſertam omnino à feruoribus aſſerunt regionem. Sed alii aliter. Nam ab hoſtio Gangis in rubrum mare uenientibus compertum aiunt primo per littus Aboridonem regionem, & Nicedoſiorum ciuitatem, & Barbari fluminis hoſtia, & Mocites populos, quos penes Alexander Macedo condidit ciuitatem, & Macroſios incolas introduxit. Poſt hos uero aſperam atq; ſterilem inueniri regionem dicunt, palmas tamen alentem, & homines omnino incultos, & mapalia coriis tegentes piſcium, & intonſis unguibus, ac piſcium, aut beluarum coriis corpora ueſtientes, & beſtiali ritu crudas mandentes carnes, habentem. Aſt poſt iſtos Crodoſiam reperiri prouinciam fertilem rerum omnium humano uſui opportunarum. Et inde Tamandam, & poſt hanc Sagaram à Perſis hominibus cultam, qui quidem Perſæ rubro mari propinqui ſunt, cuius in hoſtio Indici maris finis eſt.

Inferum mare Tuſcum eſt, ſic enim illud perſæpe ueteres per reſpectum ad Adriaticum quod ſuperius eſt uocauere.

Ionium mare Aſiatici maris pars eſt ab Ionia prouincia, cui adiacet, nuncupatum. Incipit enim à fine ſinus Baſilici, quem Icarei maris ultimum diximus, & primo à Poſſidæo promontorio oraculum cingente Apollinis, cui olim cognomen Branchide, & poſtea Didymi fuit. Protenditur Miletus, inde urbs Taletis Aſtrologi patria, Menandri hoſtium, & Latmius mons, clarus Endimionis fabula reperitur, & poſt hũc Geſſi fluminis hoſtium Panioniũ, regio Phygela, atq; Epheſus clariſſima templo Dianæ ab Amazoniis conſecratũ, inde Cayſtẹr amnis Lebedos, & Clarii Apollinis phanum à Mantho Ti



reſiæ

reſiæ filia conditum, poſtquàm Thebis fugiſſet Ephigonos, Colophon, Mopſi Manthonis filii opus. Inde Smirneus ſinus, Theos & Clazomene Thermodoontis fluminis exitus, & Leuca ciuitas atq; † Criſonea finem mari Ionio faciens Eoliíq; initium.

*al's, Phocis*

Ionium mare aliud à ſuperiori à promontorio Maleę ſumit initium, circa quod terminatur Aegęum. Inde Laconicam alluit omnem, & Maleam uſq; Tenaron promontoriũ, & poſt Acritam & Ichthin promontoria, atq; Aſinum ſinum, & inde littora quæ incolũt Chelonates & Araxi, quos inter * Cyllene Mercurii natiuitate celebris habeẽ. Inde Corinthius ſinus Epyri regionem cum Ambracio littore uſq; montes Ceraunos, à quibus finiẽ habens, à Circio Adriaticum, ab occiduo Siculum, à meridie Africum, ab oriente Creticũ mare. Ionium autem nominatum aiunt à Ionio uetuſtiſſimo atq; inclyto rege, de quo præter nomen nil aliud legiſſe memini.

*Scyllæon habet Mela, nõ Cyllene, Nam Cyllene Arcadiæ mons eſt, Scylleum autẽ Epidaurij Aeſculapij tẽplo inſigne.*

Hyperboreus oceanus Aſiatici littoris ſub Arctoo primus eſt, ubi non ſol quotidie, ſed à uerno æquinoctio uſq; ad autumnale ibidem continue perſeuerans, reliquum anni regionem illam nocti perpetuę derelinquit. Aiunt hũc ab Hyperboreis cultoribus nominatum, quos iuſtiſſimos eſſe dicunt & anguſtam ſed apricam terram habere, & diutius uiuere quàm reliqui mortales faciant, quod ego miror plurimum, unde tam repente mite illis oriatur cælum, ſed de hoc uideant alii. Is autem uerſus Vulturnum à Caſpio terminatur oceano, ut quidam dicũt. Ego autem eum habere à Circio Cimbrorum, & à Vulturno Scytharum oceanum arbitror. Eius autem in littore nil memoratu dignum dicunt.

Hipponenſis ſinus maris Africi pars eſt, à Candido & Apollinis promontoriis factus, & ab Hippone Diarrhyto denominatus.

Hyrcanus ſinus Caſpii maris eſt, de quo quia ubi de Caſpio ſcripſimus dictum eſt, ordini tantum appoſuiſſe ſatis eſt.

Hiſpanũ mare diffuſiſſimi circuitus eſt, qui in mediterraneo incipiens, deſinit in Gallico oceano. A Ceruaria igitur incipiens, ubi Gallici maris finem diximus, Emporias Phocenſium alluit & Iouis montem, in quo Hannibalis ſcalæ atq; Tarraconem Scipionum opus, Betulum, Barchinum, & opulentiſſimam maritimarum urbium Tulcim, ᵃ Valentiam, & Saguntum, & inde Carthaginem, Irugeranũ ſinum, Malacam, & Calpim contingens exit in oceanum, ubi primo Carthaginenſium implens ſinum, & ad Iouis promontorium ueniens, terrisq; cadentibus in littora flectitur occiduum ſpectantia recte, & ſic fretum egreſſus Gadem alluit inſulam, & Scipionis monumentum ſcopulo potius quàm inſulæ poſitum Bethis hoſtia, & inde Luſitaniam ultra Anam fluuiũ in tribus promontoriis diſtinctam, ultra quam retrahente ſe ſolo in Eurum flectitur, & effunditur longe latéq; oceanus, infundens ueteres Turdulos, & oppida Turdulorum, & flumẽ Mundam ſuſcipiens, & inde Durium à quo longo tamẽ tractu uſq; ad promontorium Celticum Celtas alluit. Inde ad Scythicum cõtinuo obſeruatur littore, infundens Artabros & Ianaſum, & poſt hos Aſtures, quorũ in littore tres ſunt aræ, quas Seſtianas uocant incolæ penè in inſula ſedentes, & Auguſto Cæſari ſacrę, deinde ſe coartante Hiſpania Cantabros irrigat, & inde Vardulos Pyrrenei promontorio iunctos, quos penes Hiſpanienſis finitur oceanus, & Gallicus incipit.

Iſſicus ſinus eſt in mari Cilico, ſic denominatus ab Iſſo olim celeberrima ciuitate. Eſt enim inter Amanum montem & Amanoidem promontorium.

ᵃ *Mela non Tulcim urbem, ſed Tarraconẽ uocat. Tulcim autem fluuium iuxta Tarraconem. Vnde uideas uel hic librariorum uitio omiſſa quædam eſſe, uel ab ipſo Boccatio non recte animaduerſa.*

LAconicum mare Aegęi pars eſt & Ioniæ, à Scylleo promõtorio Achaiæ, ubi eius initium eſt uſq; ad promontoriũ Maleum, Ionii autem à Maleo uſq; ad Tenaron, ubi finis. Laconicum autem à regione quam alluit dicitur, in qua Lacedæmon.

Laturus ſinus eſt in mari Numidico inter Ampſa caſtellum & Sardabalem fluuiũ, citra commune gentis regiæ monumentum.

Libycum mare inter Africum atq; Aegyptiũ eſt Cyrenaicæ prouinciæ adiacens, & ideo à nonnullis Cyrenaicũ nuncupatur. Incipit quidem ab aris Philenorũ, apud quas Aphrici finis eſt. Habet promontoria Zephirion, Nauſtathmon, & Parethonium portum. Inde Catabathmos deuexa uallis eſt, cuius in confinio maris huius eſt finis, & Aegyptiaci principium. Libycum autem à Libya dictum, cuius pars Cyrenes eſt.



Liburnicũ mare Adriatici pars eſt, à Liburnis Illyriis denominatum, quos hodie Sclauos dicimus.

Lycium mare Aſiatici pars eſt, à Lycia prouincia cui adiacet denominatum. Incipit autem à Phaſeli Pamphyliæ ciuitate, quã penes Pamphylii maris eſt finis, à qua ſequitur. V. Cariam eunti, inde portus & Tauri promontorium ingens, & inde Lymira flumen & ciuitas, & Patara cum Apollinis delubro atq; oraculo fide Delphico ſimile. Poſt ea mons Cragus & Telmiſos ciuitas quæ finem mari facit huic, & Icarco præſtat initium.

Liguſtinum mare Tuſci maris pars eſt, à Liguria prouincia, cui adiacet denominatum. Hoc initium ſumere quidam uolunt ab hoſtio Arni fluminis, ut Piſarum ciuitas media Ligurũ ſit, & Tuſcorũ reliqua. Alii uero dicũt quod ab hoſtio Macræ fluminis Lunæ ciuitati propinquo initietur, quod uerius creditum, ex quo & Corni ſcopulo procedens Veneris portum facit, radicésq; montium optimi uini feracium alluens. Genua inſigni ciuitate relicta, extenditur ad Sabatiam, ſeu Saonam, & Albigaunum, & * Vintimilium, atq; Monœci promontorium, quod penes, ſecundum quoſdam, maris huius eſt finis, ſed addunt aliqui Nicæam ciuitatem, & quod littoris eſt uſq; ad hoſtium Vari fluminis, quod Italiæ pariter & Liguſtini maris terminum dicunt.

*al's, C*

MAre aquarum maximarum generale nomen eſt, Singulare autem eius quæ oceani tantum eſt, & ideo mare dictum, quia ſit amarũ ſalſedine nimia, & ideo ſi abſolute mare dixeris, pro totius aquæ elemento ſcilicet oceano ſumetur. Tunc autem pro parte, quum cognomen apponitur.

Maliacus ſinus Aegei maris pars eſt inter ſinum Pagaſeum & Opuntium

Maurum mare & mediterranei partem occupat, & occidentalis oceani. Nam ab Heſperucera promontorio, quod oceani Heſperidum finis eſt incipiens uſq; ad Mulacam fluuium, qui in mediterraneo à Mauritania Numidiam ſeparat, tractũ ducit, quod quidem & Atlanticum dicitur, & ideo ſatis ſit quod de Atlantico dictum eſt. Maurum tamen, ſeu Mauritanum dictum eſt à Mauritania, cui adiacet.

Macedonicum mare Aegęi non minima pars eſt, à Macedonia denominatum, quod quidem incipit à Pallene monte, qui Thraciæ finem facit, & (ut quibuſdam placet) extenditur uſq; Megaram, quo Iſthmos interpoſitus miſceri Aegęum Ionio non permittit. Cuius littora ciuitatibus ſignantur innumeris, inter quas clariſſima Pella tam Philippi patris quàm Alexãdri filii regia. Eſt præterea & flexus Mecybernæus inter promõtoria Canaſtreum, & qui Copos dicitur portũ, inde Torone Phyſcella & Mecyberna ciuitates. Poſt quas Canaſtreo promontorio propinqua Scione, Mecybernæus autẽ in medio qua dat gremium terra longis in altum emiſſis lateribus, ingens inter maria ſinus eſt. Inde eum Axius per Macedonas per Theſſalos Penæus excurrit, ante Axiũ eſt Theſſalonice & inter utrunq; Caſſandria eſt. Inde Cydna, Azoros, Detris, à Penæo Sepias, Cordynia, Melibœa, Caſtaneáq;, quibus uſq; Megaram Ellas appellatur Græcia, quam Macedoniæ partem, ut ſupra diximus, quidam arbitrati uidentur, & ſi ſic concedatur, à Sepiade promontorio per Demetriam, & Boion, & Pteleon, & Echinum in Pagaſeum deuenit ſinum, in quo urbs Pagaſa & Sperchii amnis hoſtiũ, tum Maliacus ſinus & Opuntius, in quibus Laconum gloria aduerſus Perſas Thermopylę. Inde opus Scarphia, Cnemides, Alope, Antedon, Glauci Larymna. Aulis Agamemnonię Graiorúmq; claſſis in Troiam coniurantiũ ſtatio, Marathon inſigniũ titulorum memorabilis, & Rhamnus in qua Amphiarai delubrum, Nemeſis Toricos, & Brauron, & promontorium Suniũ, & ad meridiem ſe flectens Hellas, Pyreneum Athenienſium portum feruido obiicit ſoli, inde Scironia ſaxa, & ultimo Megarenſium tractũ apud Iſthmon terminatũ, qua Macedonici maris finis eſt.

Mediterraneum mare, & id rudibus demõſtrandum eſt, eſt enim quicquid maris ab Abila Mauritaniæ, & Calpe Hiſpaniæ promontoriis, Herculis columnis ab oceano habemus, eò mediterraneum nuncupatum, quia per medias effundatur terras, quum in circuitu ſtet oceanus.

Mecybernæus ſinus Macedonici maris pars eſt, de quo paulo ſupra.

Myſium mare Aſiatici particula eſt, cuius pars ab Aeoliis incolis denominata ſupra de ſcripta|eſt. Reliqua Troas dicitur à Troianis, tota Myſium à prouincia cui adiacet ſic olim denominata. Incipit enim ab Idæ montis radicibus, & Ciſtenam, Adrimittiũ, Aſtyram, & Ereſſam oppida in littore alluit. Inde Antãdrũ & Gargara, atq; Aſſon Aetholorũ coloniam, & Acheon Limena, de quo ſupra, & Rhœtęum quod penes huius maris finis eſt.

Myrtoũ mare apud promontoriũ Laconiæ Maleã paruũ inter Aegęũ & Ioniũ eſt, ſic à Myrtilo Mercurii filio dictum, qui quũ eſſet Oenomai regis Elidis auriga, & illi Hippodamia eſſet filia, quæ cũ proceribus petentibus ſe, aurigata inibat certamẽ, uictosq́; morte mulctabat. Cõtigit ut Pelops & peteret & iniret certamen, clam corrupto Myrtilo auriga, hoc pacto, ſi uictorem faceret ſe illi primũ Hippodamiæ cõcubitũ cõceſſurum, qui fa ctis cæreis axibus quadrigis, eisq́; in curſu diſſolutis Pelopẽ fecit uictorem, qui quũ poſceret pactum à Pelope in mare deiectus eſt, in quo moriens mari nomẽ perpetuũ dereliquit.

Morimaruſa oceanus ſub ſeptẽtrione uocatur à Cimbris, quibus proximus eſt, quod idem ſonat quod mortuum mare, eò quod ibidem cogente frigore congeletur.

Mortuũ mare Aſphaltidẽ lacũ nominari iã diximus ſupra, eò q̃d in eo nil uiuũ recipiatur.

Maſtuſianus ſinus in mari Thracio, quod Aegæi pars eſt conſiſtit, alterum Cherſoneſi Iſtus occupans. Hic à iugo *Phaciæ uallis includitur, & ex fluuio quem recipit Melas etiã nuncupatur, duas in ſe urbes complectitur Alopeconenſum, & in altero Iſthmi littoris latere poſitam Cardiam, inde ſequitur Aenos ab Aenea Troiano conditore denominata, quum iam finis fuerit huic ſinui.

als, Pactyæ

Magnũ mare id dicitur uulgo, quod nos & Euxinum & Axenũ iam diximus, quod ideo magnum illud uocant, eò quod inter cæteros mediterranei maris ſinus ipſe ſit maximus, & ſemper in reliquum uidetur effluere, & non ut alii ſinus faciunt, aliquando ſuſcipere, quod contingit propter inæſtimabilem aquarũ copiã, quę in illud à plurimis maximis fluminibus fundit̃, quæ per arctiſſimam faucem Boſpori Thracii in mediterraneũ impellit̃ curſu cõtinuo, à quo ignari exiſtimant reliquo mari aquas cõcedi omnes, non aduertentes unde deuenerunt tam huic mari quàm reliquis.

NEptunus cuiuſcunq; maris, aut totius aliquando nomen eſt, quem eiuſdem deitas Poëtica fictione ipſum mare aut maris deſignet potentiã. Nam de ſe Neptunus homo fuit, & Iouis frater atq; Plutonis. Et quũ paternũ diuiderent regnũ, quę circa maris oram erant in ſortem deuenere Neptuni, ex quo fabulæ locus aſſumptus eſt.

Numidicum mare inter Mauritanum ſeu Atlanticum eſt, & Africum à Numidia regione cui adiacet nũcupatum. Incipit autem à Mulaca flumine, & in orientem tendens habet in littore Ampſacæ fluminis hoſtium & Cęſaream, olim Iolam, Iubę regis regiam. Inde Cortẽnam & Arſenariam oppida, & Laturum ſinũ, & Sardabalis fluminis fauces, quem ultra commune regiæ gentis monimentum eſt, & poſt emenſum aliquandiu littus Metagonium promõtorium, quod huic mari finem faciens Africo præſtat initium. Sanè & ſi in littore non ſit, quia aliquando ad mare pertinuiſſe uidetur, mirabile quoddam non erit incongruum recitaſſe. Eſt ergo ad intrinſeca Numidiæ locus, in quo ſpinæ piſcium muricum, oſtrearumq́; fragmenta, ſaxa attrita, uti fieri ſolet aſſiduo maris motu, infixæ pręterea cautibus anchoræ, & alia plura teſtantia ibidẽ iam mare & portuoſum etiam fuiſſe, nil fidei minuente ſolo, quum nil herbidum alat.

OCeanus hic pater & aquarũ perpetuus hoſpes eſt adeo grandis, ut ſoli deo creatori ſuo cõprehenſibilis ſit. Omnẽ prætetea ambiens, & continue indeficientibus undis terrã, quã & pluribus atq; uariis incurſionibus intrans cõmerciis reddit habiliorem,





& humectationibus fœcundiorem facit, illamq́; circũ ſtatutis uiciſſitudinibus adeo impetuoſo inuadit æſtu, ut feras ex littore repentino reditu rapiat, & nõnunquam marinas beluas in ſicco deſtituat. Cuius æſtus cauſas plures reddidere maiores, quas ego quũ alterius uideantur conſiderationis, omittam. Cur dicatur etiam oceanus, plures dicuntur rationes. Nam alii, eò quod more circuli terram ambiat. Alii, quod ocius currat, quod magis & nomini & operi adaptatur. Alii, quod ut in cœlum purpureo colore conſpicuum ſit, & huiuſmodi, quarum quæ magis placet, accipiendam lectori relinquo. In eo inſulæ infinitæ, & beluarum infinita monſtra, & ex eo quicquid fontes, quicquid lacus, & flumina, quicquid ubicunq; ſit liquoris, humiditatis, uel cuiuſcunq; aquæ, ſumitur & deriuatur, exhaurientibus terræ uiſceribus.

Opuntius ſinus eſt in Aegæo mari ab Opunte ciuitate denominatus, Thermopylis proximus.

Orcadus oceanus ab inſulis Orcadibus, quibus circumfuſus eſt, dicit̃. Hæ autem numero xxx. ſunt, anguſtis inter ſe diſtinctæ ſpaciis, ex quibus vii. quę Hemodes appellãtur, Germanico littori oppoſitæ ſunt, in eo ſinu quem ſupra Codanum diximus. Ex iis autẽ Codamnonia, quam Teutoni incolũt, ut fœcunditate alias, ſic & magnitudine excedit. Reliquæ Sarmatis ſunt aduerſæ, & fluxu atq; refluxu pelagi quandoq; inſulæ apparent, & aliquando continenti annexæ. In his Oaeeos quidam aſſerunt habitare homines, ex auenis, atq; ouis paluſtriũ auium uiuentes, & Hippopodas pedes equinos habentes, & Satmalos quibus ſunt ingentes aures, & ad tegendum omne corpus habiles, & alios huiuſmodi, quod ego fabuloſum credo potius, quàm credibile reor.

PAgaſeus ſinus in Aegęo eſt mari, inter Demetriadem Theſſaliæ ciuitatem & Maliacũ ſinum, à Pagaſa denominatus urbe, Sperchium recipiens amnem, famoſus quidẽ, & apud ueteres inclytus. Aiunt enim quod Minyæ Colchos ituri, ex eo Argonauem ad iter ſoluunt.

Pamphylicum mare Aſiatici maris eſt pars, inter Cilicum & Lycium poſitum. Nam ab Anemurio promontotio, quod eum à Cilico ſeparat incipiens, habet ante alia Melã fluuium, Aſpendon ciuitatem ab Argiuis olim cõditam in monte. Deinde Oeſtrum & Cataracten fluuios, & inter eos Pergamum oppidum. Vltra uero Sardemiſum montem & Phaſelidam ciuitatem à Mopſo quondam conditam, & finem Pamphyliæ facientem.

Perſicus ſinus oceani pars eſt, & ſi ampliſſimo hoſtio terras intret, & poſtmodũ diuidatur in Perſicum & Arabicum ſinum, Indiam tamen ab Aethyopia diſgregat. Is igitur qui Perſicus dicitur, cũ orbe maximo terras occupauerit, & in fine ſui humani ferè capitis ueſtigium fecerit, habet circa initiũ ſui Carmanios ſine ueſte, ſine fruge, ſine ſedibus, ac ſine pecore homines, cute uelantur piſciũ, & eorũ carne paſcunt̃, hirſuti corpus omne, præter caput. Per hos Cethis in mare flumen funditur, inde Gedroſi Perſęq́; ſequunt̃. Ea uero in parte ſinus quæ intranti mari uidet̃ oppoſita, Chaldęi inſident. Parte uero ex altera ſinus, quæ Carmaniis oppoſita eſt, Arabes habitant, omnem tenentes oram.

Polaticus ſinus Adriatici maris pars eſt, & ſecundum quoſdã Italiam ab Hiſtris diſterminat, à Pola dictus, quam quondam incoluere Colchi. Mare quidem procelloſum, & ora illa nauigantibus pernicioſa plurimum. Nũcupatur autem uulgo Quarnaro, credo à populo Carnorum, qui iam dudum circa adiacentia habitauit.

Pontus is eſt ſinus, quem ſupra Euxinum diximus, ſeu mare magnum. Hũc denominatum Pontũ uolunt aliqui à Ponto Mitridatis regno, quod ego pręter hunc ſinũ nuſq̃; repperi. Aliqui dicũt dictum Pontũ, quod breuis ſit quaſi punctus, & tunc breuem ſumã quantũ ad profunditatẽ, q̃; illi modicam diximus. Et ob id tinnos, phocas, delphinesq́; tantũ, & nullas alias marinas beſtias ſuſcipit, à longe plurimũ profecto talẽ nominis huius cauſam piſcati ſunt. Aliqui dicunt, quod Pontus idem ſit & æquor. Scio quia unumquodq́; horũ mare eſt. Sed qualiter Pontus æqualitatem ſignificet aquarũ, ut ęquor facit, non uideo. Sic dicũt & Pontum maris impetum. Sed tunc cũ illi magis quàm oceano,

qui longe impetuoſior eſt. Dicunt præterea Pontum idem quod marinum decus, quod ego audio, ſed non intelligo. Dabo igitur & ipſe nouam nominis cauſam. Arbitror quidem à priſcis latinis denominatum Pontũ, quia aliquanto tempore anni in glaciem coactum, tranſire uolentibus per aliquã ſui partem, pontem, id eſt tranſitũ ſui faciat, ſeu quia ob maximã aquarũ dulcium in illum effluentium, & eius reſpectiue breuitatẽ ſemidulce uel ferè dulce factum potum præbeat. Verum hæc ſuperflua curioſitas eſt.

Propontis mare eſt inter Thracium Boſphorum, & Helleſpontum, ab oriente Aſiam alluens, ab occidente uero Europam, & icc irco ferè in modum lacus circundatũ. Propontis autem uocatur quaſi Pontum præueniens, ſeu iuxta Pontum. Incipit exeuntibus Helleſpontum, & in Pontum tendentibus à dextris apud Lampſacum oppidũ, finem ibidẽ faciens Helleſponto, cui propinquus funditur Granicus fluuius, ultra quem Cizycũ ciuitas à Cizyco denominata, quem Miniæ in Colchos tendentes, pugna fuderunt atq; occiderunt. Poſt hãc Placea & Scylace Pelaſgorum coloniæ. Inde Rhyndaci fluminis hoſtiũ, ultra quod Daſcylos oppidum & Myrlea. Hinc ſinus ſequuntur duo, quorum alteri nõ eſt nomen, qui Cion emporiũ Phrygium amplectitur. Alter uocat̃ Olbianos, in gremio habens Aſtacon, olim à Megarenſibus conditam. Inde ſequitur fretũ illud exiguum per quod itur in Euxinum, ubi Thracius Boſporus habet initium, & ideo à ſinu Olbiano in Europam paruo transfretantes tractu, & uerſus Helleſpontũ uenientes, relicto Bizãtio Thracii Boſpori finem, habebũt à dextris Selymbriam, Perinthum, Bathynim, & hoſtia Ergini & Atyræ fluuiorum, & inde eam partem Thraciæ, quam iamdudum Rheſus tenuit rex, & Biſanthem Samiorum, & Cypſellam, & eum locum quem Macrontichos dixere Græci. Et inde Lyſimachiam in radice Magnæ peninſulæ, quam penes in fretum Helleſpontiacum cogi incipit mare, & ideo Propontis ibidem terminatur.

RVbrum mare inter Indicum & Aethiopicum oceanum ampliſſimo ore ab Auſtro in ſeptentrionem funditur, & ne in mediterraneum exeat à terris Perſarum, Arabũq; renetur. De quo quia ſupra ubi de Arabico & Perſico ſinu ſcripſimus ferè omnia quæ dici poſſunt, ſunt oppoſita, nominis tantum cauſam reddidiſſe ſat erit. Dicitur autem rubrum, quia rubri coloris appareat, nõ quidem quia ſit, ſed quia adiacentia littora minio ferè ſimilia ſunt per eundem limpidum, atq; tranſparens ſuum colorem monſtrantia, ab ignaris rubras eſſe aquas arbitrari faciunt, & inde rubrum denominari. Inſularum cõfertum eſt, quarum notiſſima quæ ſepulchrum Eritræ regis ſeruat, à quo etiam denominatum eſt, inſigne præſtiti itineris ſicco ueſtigio Hebraico populo, Moyſe duce ex Aegypto fugiente, & Pharaonis cũ exercitu ſuo demerſi, ut literæ teſtantur ſacræ.

SAlinarum mare dicitur, quod nos alibi Aſphaltidem lacum diximus, inter Hiericho & Zoram ciuitates Iudææ.

Sardum mare à Sardinia inſula, dictum eò quod illam circum alluat, ab oriente Siculum, ſeu Icareum habet mare. Ab Arctoo Thuſcũ, ab occaſu Balearicũ, ab Auſtro Africũ.

Sarmaticus oceanus à Sarmatis populis littori adiacentibus dictus eſt, inter Cimbricũ qui magis extenditur ab Arctoo & Codanum ſinum, qui in Germaniã ſurſum protẽditur, in conſpectu autem littoris huius pars eſt Orchadum inſularum.

Scyllaceus ſinus in Adriatico, ſeu Siculo mari eſt inter Lacinium & Zephiriũ promontoria, habens in littore Petiliam, Cæcinum, & Scyllaceum à quo dicitur.

Scythicum mare à Scythis eſt nuncupatum, & quia longus eſt tractus terræ, à Scythis occupatus, ab oceano ſcilicet in Euxinum tendens triplex eſt, alios in oceanum, alios in Euxinum, alios circa Caſpium terminos occupans. Nam quod in oceanum deſcribitur, ſub ipſo ſyderum cardine, à promontorio Cimbrorum habere initium creditur, ſecũdũ quoſdam terminari à limite Hyperboreo. Alii uolunt Hyperboreũ inter Cimbrum eſſe & Scythicum. Aiunt tamen eius littoris in conſpectu quaſdã deſertas inſulas eſſe, nec alio q̃ Scythicas nomine appellari, nec littoris cultores deſcribuntur ulli, præter † Adropagas & Sagas. Et hi quidem beluarum ferocitate ſegregati ſunt, quod à Caſpio in Scythas emitti-

alſ, Anthropophagos

tur abſq;



tur abſq; certis terminis comperi. Verum eius littora habitari ab Amardis, Pæſicis, ſeu Peſicaſis atq; Derbicibus Scythis inueni, & in illud plura miſceri flumina, & inter alia Araxẽ, Laxartem, & Oxum. Quod autẽ Pontici pars eſt, ab hoſtio paludum Mœotidarum atq; Tanais incipit, & uſq; ad hoſtia Iſtri fluminis perſeuerat, ſinum Calulimenos, ſinũ Carcinitæ, Dromon, Achillæon, Boriſthenis hoſtia, Callipidas, Iſtroſq;, qui Iſtro flumine terminantur includens, multa præter dicta ſuſcipiens flumina.

Scœnus ſinus eſt Icarei maris, inter ſinus Thiminam & Bubeſſum poſitus.

Sericus oceanus ſub Vulturno eſt inter Tabim & Tauri promontoria, Sericũ littus alluens, qui quidem Seres, ut fertur, iuſtiſſimi ſunt homines.

Siculum mare Siciliam ambit inſulam. Ab occaſu Sardum habẽs, ab Aquilone Thuſcum, à ſurgente ſole Ionium, à meridiano Aphricum.

Syrium mare Aſiatici pars eſt, à Syria cui adiacet, denominatũ. Cuius initium ab initio eſt Paleſtinæ, ubi Arabicũ terminat̃, & procedẽs in ſeptentrionẽ poſt Paleſtinũ, Phœnicũ littus alluit omne, in quo Tyrus & Sydon quondã celeberrimæ ciuitates, promontoriũ Euproſopon, & Antiochia atq; Seleutia, & ultimo mons Amanus, in quo ſtatim Myriandri, Ciliceſq; incipiunt, & Syrium deſinit mare, cui in conſpectu Cyprus eſt inſula.

Syrtium geminus ſinus eſt in Aphrico mari, quorum primus à Neapoli Aphricana ciuitate ſumit initiũ, finem autem apud Oeam oppidũ, Cimyphi fluuio propinquũ. Importuoſus eſt, & æſtu plurimo ferox ob uadorũ frequentiã, & ob alternos motus fluentis atq; refluentis pelagi, & intermiſtos uadis euripos. Littori cuius Tritona palus famoſiſſima proxima eſt, ob ibidem primo uiſam in terris Mineruam. Secũdus autem Syrtiũ ſinus in Aegyptum à primo tendentibus haud longe reperitur à Lepti ſuperiori ſumens initium, & uti nomine, ſic opere par priori eſt. Habet promontoriũ Borion, à quo ea incipit ora, quam Lothophagos tenuiſſe aiunt, uſq; ad Phiconta, quod & importuoſo littori promontoriũ eſt. Inde ſequũtur Philenorum aræ, quas penes Syrtis huius eſt finis. Syrtes autem à tractu nuncupatæ ſunt, quia omnia ad ſe trahere uideantur.

Scyllæũ mare, quod inter Siciliã & Italiã Pharon dicimus, à Scylla mõſtro ex parte Italię adiacẽte denominatũ. Quod aiũt ſaxũ eſſe ingẽs, ferè in ſuperiori parte humanã habẽs effigiẽ, quũ inferiori plures & reſectos habeat ſcopulos, inter quos dũ ęſtuoſum intrat mare ab eiſdẽ refractũ, & inde tumultuãs tã ratione ſui, q̃ augentis ex cõcauitate ſpecus ibidẽ exiſtentis, latrantiũ rabie plurima canũ uidetur reddere ſonũ, quod uetuſtę fabulę cauſam dedit, Scyllam ſcilicet uirginẽ à Glauco dilectã, dum ſe lauaret ibidẽ ueneficio Circis à canibus marinis uſq; ad inguina fuiſſe abſorptam, & ibidem detentam perpetuo. Volunt tamen quidam mulierem rapaciſſimam fuiſſe Scyllam, & hoſpites nudare conſuetam, & in mare inde deiectam, ſaxo nomen, & fabulę locum dediſſe.

Smyrneus ſinus Ionii maris pars eſt, incipiens à promontorio qui illum à Colophone claudit, habens ſupra anguſtias per quas ingreditur mare, hinc Teon, & illinc Clazomenũ. In ſinu aũt eſt Coryna, Thermodoon amnis, & urbs Leuca, quũ extra ſequat̃ Phocis Eolio mari proxima. Clarus quidem unà cũ ciuitate à qua dicitur Homeri uatis origine.

Sucronenſis, ſeu Supronenſis ſinus Hiſpanum ſuſcipit mare, quẽ poſtq̃ impetuoſe intrauit, obuio facto Ferrarienſi promõtorio in duos diuidit ſinus, quorũ prior Supronenſis dicitur, ſeu Sucronẽſis, quod potius credo, cum recipiat Serabinuriam, & Sucronem flumina. Amplectitur quidem inſignes urbes Valentiam atq; Saguntum, ſecundus Illicitanus uocatur, Alonem habens & Lucentiam ciuitates, & eam unde ſibi nomẽ Illicem.

Superum mare Adriaticum nuncupatur, per reſpectum ad Tyrrhenum, quod Græci inferum uocauere, de quo ubi de Adriatico ſatis dictum.

TArẽtinus ſinus Adriatici maris pars eſt in extremis ferè Italię à Tarẽto Architę philoſophi patria uocitatus, inter Salẽ & Laciniũ promõtoria coactus, in quo ſunt prętet Tarentũ, Metapõtus Herclea, Croto, & Turiũ ciuitates.

Teſpontius ſinus eſt Adriatici, ſeu Ionii maris pars, in quo Acherontus fluuius apud Moloſſos oriens effluit.

Thyminas ſinus eſt Icarei maris, inter Pandionis montis collem mare immiſſum, & Scœnum ſinum alterum ſitus.

Tyrrhenum mare Græci uocãt, quod latini Thuſcum dicunt. Verum, ut placet aliquibus, Thuſcũ longe plus occupat ſpacii quàm Tyrrhenum, quum Tyrrhenum à Thuſcia in Brutios uſque protendatur tantum. Quod aiunt dictum à regulo quodam Lydo Tyrrheno, qui partis in Aſiã copiis, cũ Lydo fratre ſorte ſuſcepta, nouas ſumpturus ſedes, uenit in Thuſciã & Italiam ſuperiorem, eamq́; occupauit, & de ſuo nomine Tyrrheniam appellauit, mariq́; nomen impoſuit, quod in hodiernum uſq; conſeruat.

Thuſcum mare longiſſimo dicitur tractu. Nam quãdiu in Auſtrũ ſpectat Italia, & aliquantulum amplius, tantũ illi ſpacii uetus Thuſcorũ conceſſit gloria. Ergo à Vari fluminis gloria Galliã tranſalpinã ab Italia ſeparantis hoſtio, ad fretũ uſq; Siciliæ & Zephirium promontoriũ, hoc inſignitum mare uocabulo eſt, quũ Thuſci ante Romanũ imperium aduentumq́; in Italiam Gallorũ Hetrutiam omnẽ, & ciſalpinam Galliã totam præter Venetorum angulũ ſub ſuo imperio tenuere, & Thuſciam uocauere, & ſecũdũ numerum nationum ſuarũ ultra Apenninũ miſere colonias, ex quibus Adria, à qua Adriaticũ mare dictũ eſt una fuit. Incipiens igit̃ à Vari hoſtio Liguſtinũ omne, quod ſupra deſignatum eſt ſuo ſub nomine continet. Inde inter Lunam ciuitatem & Piſas, ubi Liguſtinum terminari diximus reſumentes habet in littore Piſas, olim à Græcis Piſanis conditas, Arni fluminis hoſtium, Vadas, Voliternas, Vmbronis fluuii exitũ. Populoniam uetuſtiſſimam Hetruſcorũ ciuitatem, ſeu potius ciuitatis ueſtigia, & Telamonis portũ. Coſam oppidũ, portumq́; Herculis, nauigiis tutũ, incolis autem aduerſum, poſt hęc & Anionẽ, & Pyrgi, & hoſtia Tyberis, quorũ altius paululũ Roma, rerũ domina, ſedet. Hinc in littore ueteris Laurentii atq; Lauinii Latinorũ uetuſtiſſimorumq́; oppidorũ ueſtigia, & ſic Ancii quondam Volſcorũ metropolis. Inde Aſturam & Circeũ montem, Circis ueneficæ ſedem, Terracinam Volſcorũ, Fundosq́;, ac Formias, & Aeneæ Troiani opus Caietam, & Minturnas, & Lyris hoſtiũ. Sinueſſam, Linternũ Scipionis Africani exilio atq; tumulo cõſpicuũ. Vulturni exitũ, & paulo ſupra Capuam Thuſcorũ coloniam, olim inter tres maximas orbis ciuitates tertiã. Inde Cumas Euboicas. Miſenũ, Baianum ſinum, atq; Neapolitanum, ad promontorium uſq; Mineruæ ſeſe potrigentem. †Amalphia, Salernũ, Silarũ fluuiũ, Palinuri portum, Velias, Buxentiũ, Clampeciam, *Enum, Vibonem, Ioniũ, Maticanã, Metaurum, Taurianum, Scyllã, Rhegiũ, Regiam columnã, Locros, Cauloniam, Conſentiã, atq; Brutiũ à Zephirio promontorio terminatũ. Eſto ſint qui uelint à Rhegio finiri oppido, in conſpectu habens Corſicã atq; Sardiniã, Capream, Illuam ferri alũnam, Igilium pontiam, Pithecuſas, Capreas, & clariorem mediterranei maris Siciliam. Dictum autem Thuſcum à Thuſcis, qui à thure ſacrificiorum denominati ſunt, eò quod fuerint iuxta antiquorum ritum doctiores in ſacrificiis peragendis.

*Melphẽ fortaſſe, is fluuius eſt Italiæ.*

**Cænym fortaſſe, quod promontoriũ eſt Peloro aduerſum*

VEnetum mare, id eſt quod Adriaticum diximus, nõ quidem à Paphlagonibus Venetis, qui ab excidio Ilii Antenorẽ ſecuti ſunt. Quinimo à piſcatoribus Patauis, qui nuper occupatis Altini ſinus aliquibus ſemitectis inſulis aqua, congregatisq́; ex circũadiacentibus uicis coæqualium hominum turmis ad cõmodum piſcationis ultro uenientibus, ſedes ſtatuere ſibi, illasq́; quod multarum erat urbium nomen, ideo ingentis prouinciæ uocauere Venetias. Quibus adeo fortuna & aſtutia fauit, ut elati audeant noſtro æuo, & maris imperiũ uſurpare, ſi poſſint, & nouo nomine uetus delere conãtur, à ſe Venetum appellãtes, quod per longa retro ſecula à Thuſcis Adriaticum dictũ. De quo, quoniam ſub uocabulo uero, ubi ſcilicet Adriaticum nominauimus, ſatis ample dictum eſt, hic repetere non curamus.

Virgitanus ſinus eſt Hiſpani maris, haud lõge à Malaca ab Vrgi oppido, q̃d in eo eſt, (nominatus.

Vrias Adriatici ma. ſinus eſt, Apulo cinctus littore ſub Gargano mõte, cuius aſperũ aiũt introitũ, & extra eũ dicũt eſſe Sipontũ Diomedis opus, ut à nõnullis hactenus creditũ eſt.

*Epilogus*

IAM peragratis montibus, ſyluis, nemoribusq́; luſtratis, & fontibus, lacubus, atq;

fluminibus



fluminibus, unà cum ſtagnis & paludibus, in ſinus maris oceanumq́;, prout ueteribus traditũ accepimus, deductisq́; eis etiã receptaculis perfunctorie deſignatis, in finẽ laboris aſſumpti eo concedente, qui rerum omnium principiũ eſt & finis, deuenimus. Nec dubitem quin perſæpe interuenerit error, & reprehendenda crebro compareant. Quis enim tanti eſt, ut imperfectus perfectum poſſit opus cõponere? Eſto (ut ab initio teſtatus ſum) quietis cauſa non anxiũ, acremq́;, ſed iocoſum laborem aſſumpſi, à quo ne aduerſus intentionem meam defatigarer, quicquid in memoriã uenit, nulla indagine ſolertiori peracta conceſſi calamo. Verum defectus quoſdam qui forſan aliena magis quàm mea culpa occurriſſe nonnunquã potuerunt, nõ aliqualiter purgaſſe, nil eſſet aliud quàm quod alienum eſt, meum feciſſe crimen, & ideo aduertendum, ſi ſæpius idem fluuius, aut mons, ſeu lacus, uel quem mauis ex aliis ſub diuerſis nominibus, uel diuerſis in partibus nulla ex hoc facta mentione ponatur, aut diſſidentium autorum opus eſt, aut ſcriptorum, imò pictorum ignauia contigiſſe potuit. Autores cum omnia uidiſſe nequiuerint, relatis credere opportunum fuit, quæ & ſi ſumma cura exquiſiuerint uera à falſis, tamen aliquãdo decipi potuere, & ideo meo iudicio ueniunt excuſandi. Scriptores autem non ſic. Cõſueuere iam dudũ celebri officio ſolum homines exquiſiti ingenii & intelligentes aſſumi, ut ſatis antiqua (ſi qua ſunt) teſtantur uolumina, poſtea ne quid incorruptum ſupereſſet in terris quibuſcunq; uolentibus permiſſum eſt. Quamobrem eò deuenimus, ut qui literæ ſeu characteris formam apte calamo deducere nouerint, illosq́; congrue inuicem iungere, temerario auſu nil aliud intelligentes ſe ſcriptores audent profiteri, & appoſito precio ſcribere quorumcunq; uolumina, quod etiam turpius, relictis colo textrinisq́; perſæpe auſæ ſunt, & audent mulieres, & ſic dum potius uiſa q̃ intellecta deſignant, quandoq; uacillante memoria, & nonnunquã dum ex non intellectis multa ſuperflua arbitrãtur & auferunt, aut caſu, aut eorum permutant iudicio, eò ante alia itum eſt, ut ſi orthographia deiecta, diphthongi aut ſublatæ, aut debitis priuatę notulis, punctatio omnis omiſſa, & ſigna perdita, quorum opere locutionum uariationes percipi conſueuere, ac inſuper opere talium diminutis, aut additis, aut permutatis in dictionibus literis, aliter hodie legantur, quàm ueteres, illuſtresq́; ſcripſerint autores neceſſe eſt, & quod longe pernicioſius, eſto huiuſmodi ſcriptores aduertant ſe minus recte pinxiſſe, ne delentes errorem maculam operi ſuo inieciſſe uideantur, ultro prætereunt, correctis pulchros præponentes codices. Quos quidem errores & ſi nonnunquam, admonente Grammatica, circa conſtructiones reducantur in rectum, propria aut hominum, aut locorum, fluuiorũ, ſeu huiuſmodi nomina, & potiſſime peregrina, niſi diuinitas ſit in hominibus inſita, emendari non poſſunt, cum dubium falſa ueris iniecerit. Ex quibus ſatis aduerti poteſt de neceſſitate contingere, ut dum, quamuis rem minus omnibus cognitam, iuxta ſcriptorũ errores uarie nominatam legimus, ex una plurimas arbitremur, & deducti per deuia deliremus.

Quod cum præſens opuſculum totum ferè & nominibus propriis, barbaris, & peregrinis conſtet, contigiſſe non erit mirabile, ſi ex uno fecerim plures, ſeu aliquãdo de uno in alterum locũ tranſtulerim. Nec ego aliquando coniecturis aduertẽs deſiſtere uolui, quin potius duo uel tria nomina ſuperflua ponerem, quàm in uno deficerẽ, & de una re duas uel plures facere malui, quàm falſo inaduertenter nomine unam in nullã quandoq; conuertere. Quod ſi correctioribus libris, quàm quos uiderim, uſi lectores aduerãtt, ſint quæſo ad intelligentiam faciles & emendent. Præterea ſi aliquãdo fons pro flumine, fluuius pro lacu, pro ſtagno lacus, uel uerſa uice hi pro aliis poſiti comperiantur, non mea autoritate factum affirmo, maiorum imitatus monumenta, & potiſſime Poëtarum illuſtriũ, circa quos plurimum hactenus uerſatus ſum, & quibus licentiæ multum eſt circa immutationem, ferè talium ſcripta ſunt omnia, ferè dixi, quia arbitrio meo pauca quędam uiſa aut fide dignis audita ultra quàm ſcripta compererim appoſui, nec inficiabor, uidi quædam ſe aliter habere quàm ueterum rationes oſtendant, quibus tantum indulgens fui, ut mallem potius eorũ autoritati, quàm oculis credere meis. Et hoc dictum uelim, ne quis

putet

putet eò quod dixerim quædã uiſa, me ob uiſa antiquitati in aliquo derogaſſe. Inſuper ſi æquo nõ incedo paſſu, nunc ſcilicet pingui & ampliſſimo ſtylo procedens, nunc tenui atq; macilento, antiquis autoribus aſcribatꝛ, quod ampliora de his quæ exangui ſcribantꝛ calamo nõ liquere. Abũdantiora uero aduertens ſcripſi, quũ certiſſimum habeã eruditos his nõ indigere, rudibus, donec in ampliorẽ uenerint facultatẽ, nulla tam longa demonſtratio eſt, quæ nõ uideatꝛ eſſe breuiſſima. Sed erit forte qui dicat, ſi adeo rudes tibi erãt animo, cũ hodie ferè locorũ nomina permutata ſint omnia, nec aliquid cõſtet antiquũ, cur uſus nõ es ubi opportunitas exegiſſet nominibus hodiernis: his facile reſpondetꝛ. Nõ em̃ eſt qui hanc doctrinã tradiderit, aut memoriale reliquerit, niſi pauca ſint. Eſto per coniecturas aliqua plura deprehendi poſſint, utputa quem Peruſinũ hodie lacũ dicimus, Traſymenũ fuiſſe cõiecturamus, eò quod Flamminiũ cõſulem Hannibalem apud Aretium expectaſſe legimus, & eueſtigio ſecus Traſymenũ lacũ conſeruiſſe. Et quia lacus alter præter Peruſinũ Aretio propinquus non eſt, ſatis illũ percipimus Traſymenũ, & ſic de aliquibus feciſſe fuerat poſſibile. In reliquis potius diuinaſſe neceſſe erat, ꝙ alicuius poſſe imitari ueſtigiũ, quod quidẽ ego non didici, & ſi nouiſſem, libriueterũ qui talibus utuntꝛ uocabulis, ad quorũ intelligentiã opuſculũ hoc elaboratum eſt, omnes erant etiã immutandi, qui labor erat indeficiens, nec eſt meũ, nec etiã honeſte alterius eſſe poteſt. Poteras, dicet alter, & noua & uetera poſuiſſe. Iam ultro cõfeſſus ſum me omnia nõ nouiſſe, quæ etiã ſi nouiſſem, ſatius forte fuerat ſcripſiſſe, ut factũ eſt, ut aliqualis labor ſtudẽtiũ relinqueretꝛ ingeniis. Ad hoc ut dum talia perquirendo fatigabuntꝛ, & memoriã firment, & illud ad maiora ſubliment, & magis delectentur inuento. Et ſi quædã præter materiam aliquãdo cõperiantur inſerta, ad auferendũ cõtinuę lectionis faſtidiũ factum eſt. Sanè dum raptim cœptũ ſtadiũ ad metã cupiens deuenire percurrerem, ecce & laureæ delectabilis odor oculos meos alteram traxit in partem, & uidi inſignem atq; uenerabilem uirũ Franciſcum Petrarcham inclytũ præceptorem meũ, honeſta facie & laurea uirenti conſpicuũ per idmet ſtadium, lento tamen incedentẽ gradu, nõ equidẽ labore attritũ, ſed altioribus cogitationibus preſſum, & celebri atq; cõmendabili grauitate deductum. Obſtupui aſpectu primo miratus, quid circa tam infimum limen deduceretur homo ſublimis. Inde memor Maronem ſolitũ nonnunquã gregem per imas ualles deducere, & aliquãdo Aeneam ſuum etiã ſupra aſtra transferre, rubore ſuffuſus plurimo conſtiti, & fortunã ante alia damnaui meã, quod eò me in diſcrimẽ deduxiſſet, ut auditor ex minimis cum præceptore luctarer, pendensq; multa eueſtigio animo circumuolui, an irem ſcilicet & incœptum iter perficerem, ut ſtarem, ſeu potius omnino redirem, & preſſa humo ueſtigia exturbarem. Occurrebant autẽ mihi plurima, ſuadentia reditũ, & ante alia clariſſimi præceptoris mei ſublimitas, ſtyli ornatu redimita mirabili, & ſententiarũ ponderoſitate plurima ſtabilis, & inſuper lepiditate uerborũ delectabilis nimiũ, quantumcũq; extranea uideatur materia. Præterea notitia rerũ, cuius plurimũ indiget labor iſte, quã adeo ſibi familiarem nouerã, ut uidiſſe omnia, & tenaci ſeruaſſe memoria uideretur. Et cum his ruditas mea ſtylus exoticus, hiſtoriarum penuria, ingeniũ hebes, & fluxa memoria ueniebant, à quibus perſuaſus cũ iam eſſem ſemiflexus in reditũ, & ecce prouerbiũ uetus uenit in mentẽ, quo aiunt, contraria iuxta ſe poſita, magis eluceſcunt. Et ex eo arbitratus fulgoris ſui radios quantũcunq; de ſe clariſſimos opacitatis meæ tenebras penetraturos poſſe uideri intuentibus clariores, mutaui conſilium, & ad eius reuerentiã nõ pugil, ſed obſequioſus ſeruulus, & itineris ſtrator in finem uſq; deductus ſum, uolẽs, iubensq; ſi quod meritũ mihi laboris huius expectandũ eſt, cautos eſſe lectores, ut ſiquid in hoc opere operi uiri inclyti comperiatꝛ aduerſum, damnetur ilico, & ſua ſequatur, tanquã uera, ſtansq; ſentẽtia. Scripſi quidem quod in buccam uenit. Ipſe autem, ſi mores noui ſuos, omnia multiplici trutinatione digeſta, omnia ponderoſo librata iudicio ſcripſit, ſcribetq;. Siquid uero cõgruũ ſuis cõformè ſcriptis comperiatur, diuinæ bonitati doctrinæ aſcribatur ſuæ.

DE MARIBVS FINIS



# RESTITVTIONES ALIQVOT LOCORVM ET ERRATA

quæ cauere inter excudendum, in autore præſertim ita hactenus deprauato, minime licuit, emendabis hoc pacto.

Pag.1.locum Statij ſic lege, Ni te Thymbrææ uererer. Et triplicis mundi ſummũ quẽ ſcire nephaſtũ eſt.

Pag.11.lib.5. Quæ fluuios, ſyluasq;, animasq;, & ſemina mundi. Et paulopoſt: Robur in occidui, te uelox machina cœli. Et lib.12. domos Atlanta ſupernas.

Pag.12.lib.12. Nox quæ terrarum, cœliq; amplexa labores.

Pag.16.lib.à fine 7. Ixiona pro Iſiona.

Pag.23.lib.à fine 15. Somne, malorum, &c. & lib.14. languide pro languidæ. Et lib.12. foues pro foue.

Pag.27.lib.12. lege tempus diei, dicitur mediæ noctis inclinatio. Et lib.17. Lanuuini pro Lanubini.

Pag.41.lib.à fine 8. Dictys pro Ditis, quemadmodum etiam pag.45.lib. antepenult.

Pag.44.lib.à fine 3. Iphios filiam.

Pag.71.lib.30. cingulum uarium.

Pag.56.lib.24. Eriſichthon pro Eriſiton.

Pag.73.lib.à fine 10. ſereniſſime pro ſeueriſſime.

Pag.74.lib.8. tempore pro tempora.

Pag.88.lib.à fine 9. Artemis pro Artea, ſicq; etiam legendum eſt Pag. 89.lib.35. pro Artemia.

Pag.109.lib.13. cum pro eam. Et lib.2. Harpalicen pro Arphaliceen. Et lib. à fine 2. uelocitatem pro uelocitetem.

Pag.127.lib.à fine 11. Herodotus pro Herodorus.

Pag.145.lib.à fine 6. mechanicas pro mecanichas.

Pag.146.lib.27. Pani Lycæo.

Pag.153. Polyten lege, & Dolopum, pro, Polyten & Delopum.

Pag.161.lib.19. Homero pro Homeri. Et lib.ult. Autilocho pro Antiloo.

Pag.180.lib.ult. Aetholia pro Atholia.

Pag.198.lib.43. nequiſſet pro nequiſiſſet. Et lib.48. ſubditur pro ſubdidur.

Pag.199.lib.12. locorum pro lococum.

Pag.202.lib.ult. omnia pro omnis

Pag.204.li.35. Nil hominum miſerans, iratusq; omnibus umbris. Et lib.36. multiſonas pro multiſonans. Et eodem pro & eorum. Et lib.37. iuxta pro iuſta, &, tumentes Cocytos pro timentes Cocyton.

Pag.208.lib.ult. eo quod illi porca, ob depaſtas ſegetes, ſacrum faciant.

Pag.213.lib.7. fruſta pro fruſtra.

Pag.216.lib.40. partubus pro partibus.

Pag.218.lib.33. iræq; pro ireq;.

Pag.255.lib.59. in ijs quæ ex Diodoro citantur, pro nomine Acamarchidis (ita enim mater Britomartis ab illo dicitur) Charmen legendum eſt, ſic enim à Pauſania, & in Ciri à Vergilio appellatur.

Pag.254.lib.47. lege, ut dicit Homerus, coniunx fuit, &c.

Pag.265.lib. 9. Harpyæq; colunt aliæ.

Pag.292. lib.à fine 2. Oenomaum pro Oeconomaum.

Pag.293.lib.1. Oenomai pro Enomaĩ.

Pag.295.lib.40. Fuit huic, &c. & lib.41. decimo pro decimum. & lib.44. Dictys pro Dites.

Pag.303.lib.42. deſcendit pro aſcendit.

Pag.307.lib.46. ita diſtingue, cũ Thetis, rapta à Paride Helena, præſagio, &c. Et lib.47. in eo Achillem pro in eum.

Pag.302.lib.22. ubi Gorgophones filius Perſei legitur, Pauſanias non filium, ſed filiam Gorgophonem facit, eamq; ex priore marito Periere, Aeoli filio, Aphareum & Leucippum, ex poſteriore Oebalo, Arenem peperiſſe tradit, primamq; hanc præter morem aliarum Græcarum ſecundas nuptias habuiſſe in Corynthiacis ait.

## ERRATA

Pag.310.lib.8. ubi legitur Peripeleum eſſe filium Pyrrhi, Pauſanias in Atticis legit Pyelum.
Pag.320.lib.3.Magnum pro manum.
Pag.328.lib.20. auferendum pro afferendum.
Pag.333.lib.penult.Calaber libro ſexto, atq; ibidem diſtinguenda erant carmina.
Pag.338.lib.29.Herodotum pro Herodorum.Et lib.58.Herodotus pro Herodorus
Pag.342.lib.40. igniſpicia pro igniſpicam.
Pag.346.lib.8.œſtrum pro Aeſtrum.
Pag.387.lib.5.Aglai Pſophidij legendum eſt, ex Valerij lib.7. & Pauſania.
Pag.395.lib.14. Danaës pro Danis.
Circa annot.Atalantæ Pag.261.ſic lege, Cæterum hæc Atalanta, quemadmodũ & Hippodamia, alio nomine à Propertio Iſchomache dicitur.

Pag. 228. Mimalion nullos ſugiendo Tulle labores — Propertius
Scuitiam duri contudit Iaſidos.

Hic corrupte Mimalion legitur pro Melanyon, id quod etiam Codrus ex Palephati Græcouerſu probauit, qui ſic habet,

ἢ ποτε μηλανύωνος ἐρασσαμένα φύγεν εὐνήν.

Μηλανυῶνα autem dictum eſſe Hippomenen, eò quod pomis certamen confecerit, ut Theocritus quoq; meminit Idyll.3. ubi ait, ἱππομένης ὅκα δὴ τὰν παρθένον ἤθελε γᾶμαι μῆλ᾽ ἐν χερσὶν ἑλὼν δρόμον ἄνυεν. ut intelligatur μηλανύων dictus, quàm ὁ τοῖς μήλοις ἀνύων τὸν δρόμον, ἢ τὸν ἀγῶνα.

### EX MONTIBVS

Pag.404. Alocrine legendum Aulocrene.
Pag.416.pro Leto Galliæ Lœtus.Sic Valer.lib.1
Pag.417.pro Licoronis Arcadiæ Lycone. Pauſ.in Corynth.
Pag.420.Opitus Macedoniæ Epitus.Plin.lib.4.cap.10
Pag.421.pro Parne Græciæ Parnes Atticæ.Pauſ.in At.

### EX LACVBVS

Pag.442.pro Viturnæ lege Iuturnæ.Valer.lib.1.cap.6

### EX FLVMINIBVS

Pag.446.pro Pamiſyus Pyli lege Pamiſus. Pauſ.in Meſ.
Pag.446.pro Anapis Siciliæ Anapus.Thucid.lib. 6. Eſt autem eodem nomine & Acarnaniæ fluuius, cuius meminit Thucid.lib.2
Pag.446. pro Amis Germaniæ Oenus.
Pag.448.pro Arapſus Lydiæ Harpaſus.Calaber in 10.
Pag.451.pro Carcines Italiæ Cæcines.Pauſ.in Elia.

BASILEAE PER IOANNEM HERVAGIVM, MENSE SEPTEMBRI, ANNO A CHRISTO NATO M. D. XXXII





## OPOSICION DE DON PEDRO *Salcedo.*

57 ¶ Para querer esforçar que intervino licencia de el Superior ſe vale don Pedro de la que eſta en los autos preſentada, que ſe concediò para que renunciaſſe la dicha doña Beatriz de Mena, alegando ſer eſta ſuficiente, pues ſe dirige a fin de excluyrſe el Convento de la herencia de la ſuſodicha.

## RESPONDESE A LA *opoſicion.*

58 ¶ La dicha licencia de que ſe hizo relacion deſde el num. 3. ſolo ſe concediò para que el Abadeſa que entonces era admitieſſe a la profeſsion a la dicha doña Beatriz, auiendoſe primero, y ante todas coſas entregado a el Convento la dote, y aſsimeſmo para que la dicha doña Beatriz renunciaſſe ſus legitimas, paterna, y materna, pagando luego de contado 150. ducados.

59 ¶ Y en la dicha licencia, y patente no ſe hallarà palabra alguna que mire a darſe licencia a el Convento para que renunciaſſe, con que ſiendo eſta limitada para los efectos referidos, nullo modo, ſe puede extender a caſo diuerſo, como es la renuncia del Convento, por ſer la licencia de ſu naturaleza ſtricti iuris, Cyriaco Nigro *controverſ. 138. num. 65.* ibi: *Quod ſtante pariter nullum ius adquiri potuit in via, niſi ad effectum impetratæ licenciæ, quæ eſt ſtricti iuris, & non petitur vllã patitur extenſio, nã Surd. deciſ. 344. n. 4. Burſato conſ. 44. num. 45. Roſental. de feud. cap. 9. concluſ. 33. num. 1.*

60 ¶ Et melius *in controverſ. 313. ex nu. 22.* ibi: *Tunc, quia talis licentia eſt ſtricte intelligenda, & ob id non extenditur de re ad rem, nec de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam, nec de contractu ad contractum, argum. text. in leg. ſi*

 *pupillo-*

*pupillorum*, §. *ſi Prætor de rebus eorum*, *vt de licentia à vaſſallo impetrata de contrahendo feudo, tradunt Doctores, quos nouiſsime refert Roſental. de feud. & prætereà cum data fuerit licentia cedendi creditori non extenditur, vt poſsit cedi non creditori.*

61 ¶ Tonduto *in ſuis quæſtionibus reſol. benef. cap. 154. num. 1.* refiriendo las controverſias relatas de Cyriaco Nigro, y otras deciſiones de la Rota, inquit: *Suppoſito etiam generali illo axiomate, quod licentia, & commiſsio alicui data aliquid faciendi eſt ſtricti iuris; & ſtrictam recipit interpretationem: neque extendi debet de perſona ad perſonam: neque etiam extenditur ad incognita, & non conſiderata; nec ſortitur effectum contra perſonas in ea nominatas, vel comprehenſas, &c.*

62 ¶ Pero dado caſo que la dicha licencia ſe pudieſſe extender para la validacion de la renunciacion del Convento, ſin embargo, por no averſe obſervado, y guardado la forma, y calidades, y condiciones contenidas en la licencia, *nullas vires accipit renuntiatio.*

63 ¶ Lo primero, porque ſe deuiò inſertar a la letra en dicha renunciacion en la conformidad que ſe obſervò en la eſcritura de conſtitucion de dote, celebrada el miſmo dia de la renunciacion, y el no averlo hecho ſolo tiene diſculpa el reconocer que no era para el caſo, y la malicia, y fraude con que ſe efectuo la renunciacion.

64 ¶ *Dict. l. 63. tit. 18. part. 3.* que dà la forma como ſe ha de otorgar la eſcritura de vẽta de las coſas Ecleſiaſticas, vna de las calidades preciſas es, que ſe ponga la licẽcia del Superior, ſellada con ſu ſello, ibi *Aſsi como parece por la carta del otorgamiento, que es ſellada con ſu ſello, &c.*

65 ¶ Barboſa *in collect. ad cap. 16. Seſ. 25. num. 25. in fin.* refiere Acevedo, y vna deciſion de la Rota, para que preciſamente ſe aya de poner en el acto de la renunciacion la licencia, y concluye: *Omiſſa hac licentia, & profeſsione ſecuta nullam eſſe renuntiationem.*



66 ¶ Lo otro, porque aviendoſe dado la licencia con condicion expreſſa, que pagando la dicha doña Beatriz, luego, y de contado ciento y cincuenta ducados renuncie las legitimas paterna, y materna, y no las tranſverſales, y con clauſa irritante que la Abadeſa no profeſſe a la ſuſodicha, ſin aver pagado de contado dicha cantidad, ò como ſe reconoce de dicha clauſula referida en el num. 5. ſe deuiò guardar eſta forma, y condicion, ad vnguem, para que ſubſiſtieſſe el acto, y no contravenir en todo, como ſe contravino, pues no ſe recibiô de contado el dinero, ſino a plaços, y eſtos aun no pagados, y la renunciacion que ſe hizo no ſolo fue de legitimas paternas, y maternas, ſino tambien las tranſverſales, como ſe evidencia por la miſma eſcritura.

67 ¶ Que no guardada la forma de la licencia, corrupt el acto Iuan Baptiſta Ciarlino *controu. Foren. cap. 183. num. 78.* ibi: *Quod ex multis alijs cauſis iam vidimus alienationem fuiſſe in totum nullam, etenim cum non ſit ſervata forma licentiæ, actus in totum corruit*, citando â Natt. Oſaſc. y Tuſch.

68 ¶ Y para la condicion no obſervada, Cyriaco Nigro, con otras autoridades, *controverſ. 247. num. 5.* ibi: *Quæ conditio cum non fuerit adimpleta ante apprehenſam poſſeſsionem licentia ſub ea conceſſa habetur pro non data*, que la palabra, *aviendo pagado luego, y de contado*, contenida en la licencia, importe condicion, por ſer ablatiuo abſoluto, expreſſa, y no tacita, es conſtante entre los Doctores que juntô algunos, idem Cyriaco *controu. 422. num. 1.*

69 ¶ Y que aviendoſe dado la licencia limitada para la renunciacion, ſolo de las legitimas paterna, y materna, no ſe pudo extender a la de las tranſverſales (eſto avn en caſo que en la licencia no ſe huviera exceptuado las tranſverſales, como ſe exceptuaron) Hector Capycio Latro *conſult. 19. num. 21.* ibi: *In licentia conceſſa*